veiuppiter 111
veiouis fe∫tum nõis
martiis 111
vellera hir∫uta qua
∫i hirta 67
velites 96
velabra velaturam
facere 21
velabrum velaturã
facere iuxta tiberi3
fuit 215
veneres quatuor 72
veneris et cupidinis
∫igna 72
vene. et flami. dia
lis maxima 118
venus e∫t utriu∫q3 ∫e
xus dea 135
venus dicta q oẽs
res veniat 138
venus benefica i ho
mines 138
venus ericina trans
lata 171
venus ericina in ca
pitolio 171
venus multa pro
romanis dixit i cõ
cilio deoꝶ 213
verbena 27 28
verbenarius 28
veris initiũ quinto
idus feb. 58
verba. Q. . fabii ad
∫enatores de bello
contra veientes 61
verruco∫us fabius 62
verba phoebi ad cor
num 63
verba enee ad laui
niam de beneficiis
acceptis ab an. 118
verticordia 141
verticor. veneris ∫i
mulachrum 141
vergilie 141 194
vergilie vnde dicun
tur 141
verba ex ∫imulachro
matris deoꝶ 147
verba romu. conden
ti urbem 169
verba ioco∫a cũ cla
more in theatris
audiebantur 182
verba vmbre remi
ad fau∫tulũ et acca3
in thoro procũben
tes 190
vertumnus 215
vertumnus a rebus
vertẽdis dicũs 214
ve∫tes in luctu qua
les 5
ve∫piliones 76
ve∫cum 111
ve∫pernam 157
ve∫te fe∫tum quarto
cal maias 173
ve∫tes ver∫icolores i
floralibus 186
ve∫tis pura 207
ve∫ta dea q eneas
tulit cum diis pe
natibus troia. 208
ve∫te ∫imulachru3
cerni nõ põt quia
e∫t ignis 208
ve∫te edes votũ. 208
ve∫te fabula quõ
fuerit 208
ve∫ta eade3 dicitur
terra ∫imilis pi. 209
ve∫tibulum 210
ve∫tini, mar∫i, peli/
gni, marrucini ∫ere
tani, ∫ãnites i mõti
bus habitabãt 220
ve∫te purgamina i
tyberim 225
veteres aliqd agres
∫tri quod ∫au. felix
q3 ∫it dicebãt 14
veterno∫us 17
V ante I
via laurentina 82
via collatina 34
via noua 214
victimatores 24
victima 25
victima vnde di. 25
victus 119
victoria aug. cõtra
parthos digna 194
vicus ∫celeratus 221
uige∫imo die aprilis
erũt pa∫ilia ∫e. 164
uini u∫us oli3 mu
lieribus inter. 23
uinũ aqua mi∫ceri
primus ∫taphilus
inuenit 65
uinximus a uincio
uincis 79
uindemitor oritur
iii. no mar. 110
uindemitoris fabu
la 110
uinalia 170
uinalia celebrantur
no. cal ma. 169
uinalia fe∫ta agebã
tur die. xix. au. 170
virgi in. iiii. geor. 28
uirbius 104
uirilẽ togã induebãt
in fe∫to bacchi 125
uirga laurea que ∫e
bina dicitur 165
uirga ad abigendas
aues ∫triges 203
uirgines pollute ce
debantur uirgis et
uiue defodie. 216
vitta pudo. in∫i. 91
vitiũ e∫t ppetu. cor.
ĩpedimentu3, mor
bus e∫t cu3 acce∫∫u
et rece∫∫u 114
uitta 140
uituli intra corpus
matris erepti cõbu
re. in his ∫a. ce. 161
V ante L M et N
vly∫∫is mors 137
vlpianus de ∫pon∫o
et ∫pon∫a et ∫ocero
et ∫ocru 102
vlpianus 115
vltimus lab. quẽ iu.
mãdauerat eury. et
his herculi 188
vluã fluuialẽ herbã
aut palu∫trẽ 192
umbraculum 66
umbella 66
vmbone vertit ...
ruit ante lectum
fau∫tuli et acce lau
rentie 190
unaquequ3 tribus ha
beat decurias 97
vnde dicitur mãe 6
vnde dicãtur ca. 7
unde dicitur ia. 8
vnde dici. ars tar. 9
unde di . mo. fal∫a
et quõ fiebat 13
unde dicitur fri. 13
unde di. pal. dea ∫a
pientie 51
vnde dicitur pi∫ciũ
∫ignum in coe. 73
unde dictus ∫it Ro.
et Remus 93
vnde dicantur ple.
polus et axis 95
vnde nata e∫t pal.
etiã vnde ∫int qui
quatria 128
vnde dicitur bos ∫or
da et quare 161
vnde venerint fulmi
na et cãm 169
vnde dicatur ve∫ti. et
Au. gel. et mac. 210
vnguẽtarii coro. 186
vnguentarii in vela
bro cõ∫i∫tebãt 214
V ante O et R
vol∫ci 226
vrarius poenos 139
vrania 176
vranie prima e∫t lo
cuta, deinde callio
pe ∫equitur 177
vrinare 90
vrna 90 197
vrnarium 197
vrse due a nautis ob
∫eruantur 95
vr∫a ma. et mi. 159
V ante V et X
vuidum 103
vulcanus lẽnon 139
vulpes cũ faci. allig.
dimittebantur. 63
vulcani tẽplũ rome
... a pri
fui∫∫e di∫ce. 198
vxoribus nec molere
nec coquere coe. per
mit. ex foede. romi.
facto cũ ∫abi. 211
vxor tertia ovi. fuit
amicis∫i. mar. 230
X ante A E et I
xanthus ∫abios 189
xelapeline ue. tri. iio
xilampelos 110
Z ante A et E
Zande 43
Zandea cha. 157
Zephyros 58
Zephyrus 181
Zephyrus flare inci
pit. xvi. cal. mar. 236




ANTONII Fanen. & Pauli Mar. In primum P. Oui. Naſo. Faſtorum Librum Enarrationes.

TEmpora cum cauſis. Duodecim anni, menſes, et dies feſtos cum eorum cauſis, quamuis non omnium celebritatum cauſę redduntur, vt lector videbit, euolutis enim Faſtorum libris a Naſone deſiderata ſunt cu3 illi omnia nõ ſuggereret. Sane Poſſidonius (teſte Laertio) ſcripſit tempus eſſe incorporeum, ꝙ nihil aliud ſit q̃ interuallũ mundani motus. Vnde Saturnus Cęli filius dr̃, per quem accipimus tempus ortũ a Cęlo, & a quibusdam phis tempus diffinit cęleſtis motus dimenſio. Id ſecundum Varrone3 duorum generu3 facimus. Vnũ annale, quod ſol circuitu ſuo finit. Alteꝝ meſtruũ, quod Luna a quoꝝ tenore temperato is auctor tempori nomen inditum putat. Plato vero cum tempus cęli motum eẽ dicat, diem ait noctem, menſem et huiusmodi cętera eſſe temporis partes. Eſt autem hęc propoſitio ſumme totius operis bipartita, nam et dicturum ſe tẽpora pollicetur, et ortus, occaſusq; ſignoꝝ. vt, Quis vetat et ſtellas, vt queq; oriturq;, caditq; Dicere propoſiti pars fuit illa mei. Hos ortus, occaſusq; ſignorum ſcire debemus modo eẽ chronicos, modo heliacos, modo coſmicos, quamuis eosquidam ſcriptores duoꝝ tantum geneꝝ tradant lege libellus qui Sphęra inſcribit. Neq; enim quęcunq; vel pueri norunt huic operi placet inſerere, ne creſcat in immenſum, et nos quod minime ſumus ampulloſi atq; oſtentatores videamur, qui magis eos pbare conſueuimus, qui multa breuiter, q̃ qui pauca dicerent copioſe.

Latium digeſta per annum, quem latini duodecim menſibus explicant, abſoluũtq; diebus. ccclxv. et quadrante, qualem et Perſas iampridem receпiſſe. Qu. Curtius docet, vt magi proximi patrium carmen cãtabant, et. ccclxv. iuuenes ſequebantur puniceis amiculis velati diebus totius anni pares numero. Quippe Perſis quoq; in totidem dies deſcriptus eſt annus. Nam Ægyptios conſtat annum aliquando habuiſſe menſium quatuor, Arcades trium, Arcanaнes ſex. Nec nos moueat Cleoboli ęnigma, quod de anno duodecim menſium tale fertur. Vnus pater eſt, isq; duodecim filios habet, eoꝝ ſingulis triginta ſunt filię, quaꝝ alię candidę, alię nigrę ſunt, immortales vero ſunt et, moriunt omnes. Vbi paucos dies anno ſubtractos mirari non debemus, ꝙ & Cleobolum ſcimus longe ante Iulius Cęſares vi-

P. OVIDII NASO. LIBER FAſtorum primus incipit.

TEmpora cum cauſis latium
digeſta per annum,
Lapſaq; ſub terras, ortaque ſigna canam.
Excipe pacato Cęſar germanice vultu

xiſſe, Roma regibus ſeruiente, et legimus apd Pli. Phalereo Demetrio Athenis dicatas eſſe ſtatuas. ccc. nondū anno hūc dieꝝ nume. excedente. Eſt autem annus (auctore Macrobio) non ſolum is quem nūc oīum vſus appellat, quiq; a nonnullis in. viij. diuiditur ſesquimenſes, et quatuor tempora, Ver, ęſtatem, autumnum, hyemem, ſed ſingulorum luminum, ſiue ſtellaꝝ emenſo omni cęli circuitu a certo loco reditus annus ſuus eſt.

Annus triplex

Tria aūt ſunt (vt Seruio placet) annoꝝ genera, quę ex ſyderibus colligunt. Eſt.n. annus lunaris dieꝝ. xxx. Eſt ſolſtitialis ꝯtinens. xij. menſes. Eſt et magnus, quem eſſe volunt oībus planetis in eundem recurrētibus locum, quem Plato in Timęo perfectum appellat. De quo Cice. in li. de fini. bo. et ma. ait, Vere nō poteſt eſſe dies ſępius qui ſemel fuit, certe non poteſt, an eiuſmodi? ne id quidem niſi cū multa annorum interceſſerint millia, et oīum ſiderum eodem vnde ꝑfecta ſint fiat ad vnum tempus reuerſio. De hoc anno varia dn̄r, nam alij tria millia annorū magnum annum tenere dicunt. Alij. xij. millia et inſuper annos. Dccccliiij. Alij cū Phęnicis vita eius

Annus vn̄ dcūs

ꝯuerſionem fieri ꝓdiderunt. Alij quoq; aliter. Dicit autem annus vel ab eo, quod Gręci εννον dicunt, vel (vt putat Atteius Capito) a circuitu tēporis, ab eo quod veteres an pro circūponere ſolebāt, vt An terminum ambactus. Redit.n. in ſe vti annulus. Virg. Atq; in ſe ſua per veſtigia voluit annus. Quare ante inuentas literas (vt ait Seruius) indicabatur picto dracone caudam ſuam mordente, et Pā totius naturę Deus pedum recuruum, hoc eſt baculum habet propter annum, qui in ſe recurrit. Alij dictū putant ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι. i. ab innouatione, qḋ renouetur. Vocamus autem ex annis qui nūc habentur eum intercalarem, quo dies ex quatuor quadrantibus inſerit Februario, quem plenum accipimus, hoc eſt conſtantem horis quatuor ē viginti. Nam nox (auctore Seruio) pars diei eſt. Sed diem dicimus (vt idem inquit) a parte quā ꝯſtat eſſe meliorem, vt vſus obtinuit, vt ſine noctis cōmemoratione dieꝝ numerus explicet.

Diei prīcipium

Huius diei principium alij eſſe volunt a Solis exortu, qdam ab eius occaſu, alij a media nocte, alij a meridie, quod Vltimum Varro abſurdum putat.

Dies ciuiles

Lege eundem Seruium. Item Macro. in Satur. et. A. G. in. ij. noc. atti. ac Pli. in primo Natu. hiſto.

Dies naturales

Sane annoꝝ alij ciuiles, alij naturales vocant. Ciuiles ſunt quos populi ſiue gentes pro arbitrio ſibi ſtatuunt. Naturales vero, qui e curſu ſiderum colligunt, quoꝝ eum vertentem vocant, qui et ſolſtitialis dr̄. Lapſaq; ſub terras, ortaq; ſigna canā, ortus et occaſus ſideꝝ peritia non ſolum nautis, et agricolis, ſed ipſis quoq; imperatoribus, et exercituum ducibus neceſſaria videtur, cuius ignoratione (vt ſcribit Onoſander in lib. cui titulus eſt de optimo imperatore) inſidiari volentium conſilia plerunq; in irritum ceciderūt. Sunt aūt ſigniferi circuli, ſiue zodiaci ſigna duodecim, ſed cum his oriunt, et occidunt alia partim in meridiem, partim in ſeptētrionem vergentia,

Signa zodiaci

vt Lyra, Cygnus, Perſeus, Orion, Argo. De quoꝝ ortu et occaſu vna cum ſignis zodiaci poeta dicturus eſt. De his multi ſcripſerunt, inter quos Hipparchus cōmemorauit quot claras, quot ſcdę lucis. qt obſcuras habeāt ſtellas. Eſt aūt omnis cęli vaſtitas a peritis (vt ait Pli.) in duo et ſeptuaginta ſigna diſcreta, quę aut reꝝ, aut animantium effigies ſunt.

Excipe pacato Cęſar Germanice vultu Hoc opus, innocat Germanicum Druſi et Iunioris Antonię filium, de quo ipſe alibi, ſiquid adhuc igit viui Germanice noſtro Reſtat in ingenio ſeruiet omne tibi. Nam quod qdam Tiberium innocari exiſtimabant, qui noſtra perſuaſione mutauere ſententiā, ꝓcedere vllo modo non poterat, cū auctor Auguſtum auum eius vocet, cui hoc opus inſcribit. Nec reluctat nobis illud, Hanc tua ꝯſtituit genitrix et rebus et ara, quod male intellectum (vt infra oſtēdemus) multos in manifeſtum errorem induxit. Quod aūt nonnulli dicunt Germanicum non potuiſſe Cęſarem dici, qꝛ Romanum imperium nō obtinuit, falſum eſt. Pli. Extat orō Vitellij qua reum Piſonem eius ſceleris coarguit hoc vſus argumento, palamq; teſtatus non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cęſaris cremari Solinus, Apis Ægyptius auerſatus Germanici Cęſaris dextram prodidit ingruentia, nec multo poſt Cęſar extinctus eſt. Lege Ioſephum qui Veſpaſianum Titum, et Domitianum eodem tempore Cęſares vocat. Hic Germanicus annum agens quartum et trigeſimum, vt ait Sueto. Antiochię obijt non ſine ſuſpitione veneni, cui Tiberius cām mortis fuiſſe credit per Cn. Piſonē legatum Syrię. Timidę dirige nauis iter, tranſlatio eſt ſiue metaphora. Nam vt venti naues, ſic fauor mouet ingenia, et eſt metaphora (auctore Quintiliano) breuior ſilitudo. Cū.n. dicimus feciſſe quid hoīem vt leonē ſimilitudo eſt, cum de homine dicimus leonem metaphora.

Et cū ꝓprium ſit poetaꝝ ꝓponere, innocare, narrare morem ſeruat et ipſe, ꝓponit p̄mis duobus verſibus, de quō dicturus ſit, et duo ſe ſcripturꝰ pollicet. Tempora, per Romanū annum cum rōnibus, hoc eſt cum ipſis originibus ordinata, et ortus occaſusq; ſignoꝝ. Innocat non cęleſte numen, ſed Germanicū ipſum, vt faueat, vt facilis ſit, licet in oībus fere mēſibus, menſium numina, et interdum muſas iploret. Sic et Lucanus non ſupiora numina ſed Neronem innocauit, Sed mihi iam numen, nec ſi te pectore vates Accipiā, cyrrea velim ſecreta tenentē Sollicitare deum, bacchumq; auertere Niſa. Tu ſatis ad vires Romana in carmina dandas. Id vero non modo a poetis, ſed ab hiſtoricis qꝫ ſeruatū eſt. Vt a Valerio Max. Te quoq; huic coepto, penes quē hoīum, Deorumq; ꝯſenſus regimen voluit eſſe Cęſar innoco. Mos aūt innocandi numinis in initio operis ab Ægyptijs in Gręciā, et a Gręcis ī Latium emanauit. Illi.n. niſi innocato prius numine nihil vnq̄ aggrediebant. Idem quoq; nobis ex Platonis inſtituto traditum eſt. Narrat deīde poeta tpa ipſa vti ꝓpoſuit, et oriētia, labētiaq; ſigna. In hac aūt p̄fatione (vt docebat) Germanicū docilē, beneuolū, et attentū reddit. Docilem cū ſummā rei breuiter expoſuerit, Non.n. potuit breuius aut dilucidius exponi res tāta, q̄ cum diceret,

PAV. MAR.

Varias innocationes hic nota

diceret,Tempora cum cauſis latinꝫ digeſta per an
num,Lapſaq; ſub terras,ortaq; ſigna canam. & in
hoc etiā attentū reddit cum magnū quidem & ar
duum ſit id profiteri.Beneuolentiā vero ab audi/
toris primū perſona captat,cum ipſum velut cęle
ſte numen imploret,cū in Faſtoꝫ referendum aſſe
rat,cum eloquētiam & poeticem ipſius extollat. A
ſeipſo beneuolum facit,cum ita ſupplex ſe, & opus
ſuum Germanico vouerit.A rebus autē cum oſten
dat,quod ei cōmodum futurꝫ ſit,vel quid ex his
ediſcere poterit,vt illud,Sacra recognoſces annali/
bus eruta priſcis & reliqua,inquit ergo Canā , ego
cantando ſcribā,vt poetę ſolent. Tempora dige/
ſta,diſpoſita & ordinata. Per annū Latium, per
annū Romanū,a Romulo prius,deinde a Numa
inſtitutū,poſtea a decem viris emendatꝫ , demū
a Cęſaribus in certiorem ordinem redactum. La
tio, a Latio vbi Roma eſt,quod a latendo deduci/
tur.& ideo per annū Latium dixit, quod annum
alij aliter obſeruauere, de quo paulopoſt. Cum
cauſis,hoc eſt cuꝫ rationibus.Eſt.n.cauſa animi im
pulſus ad aliquid agēdum.Ratio vero(vt Victori/
no placet) eſt gerendoꝝ ordo ex cauſa venientiꝫ,
vt quid quo loco dicas,ac facias intelligas . Ratio
ſine cauſa eſſe nō poteſt.Cauſa vero ſine ratione po
teſt.Ergo cū ex cauſa ratio ſit,Cum cauſis hic cū ra
tionibus intellige,vel cum cauſis cū originibus,nā
& fabulas & hiſtorias refert,vnde quid originē ha/
buerit,& qua ratione fuerit inſtitutum,pſertim cū
cauſam pleriq; velint a caſu deduci,& inde eſſe ne
gociorum originē. Aliqui cauſę appellationē cha/
os dediſſe volunt,a quo principiū rerum omniū
fuit,maxime cū cauſa negociorum ( vt diximus)
origo ſit . Alij cauſam a κεω verbo gręco detor/
quent,quod eſt vro,quod nos vrat, & impellat ad
aliquid agēdum. Tempora,dicta ſunt a cōmu/
nionis temperamēto,quod inuiceꝫ ſe humore,ſicci
tate,calore,frigore temperent.De tēpore M . Varro
ſic inquit,Tempus eſſe dicūt interuallum mundi
et motus,id diuiſuꝫ in partis aliquot, maxime ab
Solis,et Lunę curſu,itaq; ab eoꝝ tenore temperato
tempus dictū. Ariſto.vero.iiij.Phy. Tempus eſt in/
quit numerus motus ſecūdum prius et poſterius.
Prius et poſterius ſunt in motu prout ſunt nume
rata ab anima et paulopoſt . Tēpus eſt menſura
motus rerum mutabiliū et in eodē quoq; lib.Tem
pus eſt paſſio motus et pcipue motus cęli . et pau/
lopoſt,Tēpus eſt numerus prioꝝ et poſteriorum
exiſtentium in motu.Motū autem ipſum late de
clarat in.v. Phyſi . Vectius autem ptextatus apud
Macro.Tēpus inquit eſt certa dimēſio , quę ex cęli
conuerſione colligitur.Annus vero idē eſt (Pōpeio
teſte ) quod a gręcis ενον dicitur . Vnde qđ nos
triēnium,illi τριεννον vocauere . Atteius Capito
(Theodoſio teſte)latinā dictionem putat . quia a
circuitu temporis dicit,cum veteres an pro circuꝫ
ponant.Vt Cato in Originibus, An terminꝫ pro
circum terminū.Eſt igitur ānus ſolis amphractus
cum peractis.ccclxv.diebus et quadrante ad eadeꝫ
ſiderum loca redit.Dictus qꝫ menſibus in ſe currē
tibus voluat.Vnde Virgi.Atq; in ſe ſua per veſtigia

Inter cāꝫ et rōneꝫ

Quid ſit tps ſcđm Ariſto.et Macro/bium

De āni'di uiſione

voluitur annus, vnde ānulus paruus circulus, qꝫ
in ſe redeat.Annus apud Ægyptios ante inuentas
literas dracone picto ſuā mordente caudam, q in
ſe recurreret indicabatur.Qua etiā figura Phoeni/
ces,cum mundi imaginē exprimerent,vſi ſunt, vt
appareret mundū et ex ſeipſo alij,et in ſe reuolui.
Non deſunt qui deductū dicant annū ab ανα, et
νεοω .i.renouo,qꝫ ſemper renouatur. Et canam
ſigna,nō modo illa.xij.q̄ in circulo zodiaco ſunt,
ſed alia quoq; ſidera,naꝫ de multis aget,vt de Ly/
ra,Delphine,Boote,et alijs. Lapſaq; ſub terras,oc/
cidentia,ſeu quę iam occiderunt,et ſub terris ſunt.
Et orta,orientia,aut quę iam orta ſunt.i.canam
occaſum et ortū ſignorum,et videtur hoc eſſe con
tra pceptum Fabij,qui aſſerit vbi de compoſitione
agit in multis ſeruari ordinē naturę,vt prius di/
camus ortum,q̄ occaſum.Poeta prius occidētia ſi/
gna q̄ orientia dixit.Sed id fecit ad leniorē ſonuꝫ,
lenius.n.eſt pronunciatu ortaq; ſigna,q̄ lapſaq; ſi
gna.Nec me fallit illud quod in hoc a vulgo ad/
duci ſolet,Solē et cętera ſidera in noſtro hemiſpe/
rio prius viſa occidere q̄ oriri,nec illud qđ ſigna
ita diſpoſita,vt cuꝫ ſex cęlo peruagētur,ſex ſub ter/
ra occultari neceſſe ſit,ſic lapſa et orta recte dictū,
ſatis eſt mihi Quintiliani auctoritas pręcipientis,
vt prius ortum q̄ occaſum dicamus. Illud quoq;
animaduertendū erit ſignorum ortuꝫ et occaſum
duplici modo fieri et heliace, et coſmice . Heliace,
quando Sol longe abeſt a ſigno,vt vix illud videre
poſſit,et tūc ſignuꝫ apparere incipiet. Sed quando
per ſplendorē orientis Solis videri deſinit,tūc ſignuꝫ
occidere dicemus.Coſmicus aūt ortus,q fit ipſa mū
di et diei rōne,hoc eſt ſemel per diē,cuꝫ de inferio
re hemiſperio ad ſuperius ſigna aſcēdunt. Occaſus
vero cū a ſupiore deſcendūt ad inferius. Excipe,
Cęſaris Germanici fauorē implorat,vt et ingenio
faueat,et opus hoc tranqlla mēte ſuſcipiat.Stabat/
q; verſus,ſi ſuſcipe aut accipe dixiſſet,ſed vt cōmo/
ueret affectū Excipe dixit, nā excipimus cadentes,
aut in calamitatē collapſos.Vir.in.iij.Æne.Heu qs
te caſus deiectā coniuge tāto Excipit.aut q̄ digna
ſatis fortuna reuiſit.Idē quod nūc Oui.in li.de Pō
to fecit,Peregrinos Brute libellos Excipe,dumq; ali
quo quolibet abde loco,et hoc cū eſſet in ipſa exilij
calamitate,et inde libꝝ emitteret. Excipe igit acci/
pe,aut ſuſcipe. O Cęſar Germanice,de Germani/
co Dru.filio intelligas,nō de Tiberio,qui nunquā
Germanicus dictus eſt.Cęſar cognomē eſt , Iulioꝝ,
et poſt Diuū Iuliū impatores Cęſares quoq; cogno
minati ſunt,et Cęſar a cędo deducit,hoc eſt a cęſo
mřis vtero.Nam q primus ſic dictus eſt(Pli.teſte li.
vij.)ex vtero mřis cęſo tractus fuit. Hoc opus,hos
faſtoꝝ lib. Pacato vultu,pacato et trāquillo aīo.
Nā vultus(vt Marcel.oñdit)eſt volūtas,q̄ pro mo/
tu animi in facie oñditur.Inde eſt illud Ariſtoteli
cuꝫ,Per hęc ſigna exteriora cognoſcimus iteriora.
Hoc iō vult dicere poeta,cū cęteri mihi ſunt ſubira
ti eſto tu pacatior,nec ſuccēſeas his libris, quemad/
modū prius oēs amatorię arti ſuccęſuerunt. Et
dirige iter timidę nauis,p trāſlationē a gubernato
ribus nauiū ſumptaꝫ,hoc eſt dirige curſuꝫ ingenij

Quarē dicatur Cęſar hoc cognomīe

mei. Timidę dixit, cũ ſcripta eius non eſſent oĩbus grata velut illius, q Auguſtũ offenderat, vel timi-dę, cum animo volueret ad quẽ eruditiſſimũ prin-cipem ſcriberet, facere nõ poterat, quin cõmoueretur, vt paulo quoq; inferius oſtendet.

ANT. FAN. OFFICIoq; leuem nõ auer. ho. Huic tibi deuoto, auerſor hãc rem dici-mus quẽadmodũ et aſpernor, vt Veteres Philippi milites rudis natio voluptates pa-lam auerſabantur. Il-lud ſumit ſignificatio-nẽ a geſtu, q ſolemus a rebus quę diſplicent vultũ auertere. hoc ab aſpero deductum eſt, & ſi-gnificat (teſte Donato) auerti nõ ſolum corpore ſed etiã animo. Cauendũ autẽ ne in hac ſignifica-tione auerſor per d ſcribamus. Nã aduerſor & aliud ſignificat & dicto iungitur. Deuotũ aũt officiũ Ger-manico figurate dr̃. vt illud Dirige nauis iter. Sũ-ptum eſt n. ab his qui ſe Dijs imortalibus deuoue-bant. Sacra reco. propõ. ſũmę totius operis red-didit docilem auditorẽ, nunc captatur attentio cũ ea ſe dictu℞ pollicetur, quę ad Deo℞ religionem pertinent, cęterum e ſacris alia publica ſunt, & alia priuata. Publica quę pro populo fiunt. Priuata q̄ pro ſingulis familijs, quo℞ ea peregrina diceban-tur, auctore Feſto, quę Romã ab alijs vrbibus reli-gionis gratia aduecta fuerãt. Conſtat ſane Cadmũ Agenoris filiũ (vt Euſebius refert) myſteria et ſolẽ-nitates Deo℞ primum oĩum grecis tradidiſſe, et deinde Orpheũ, Linum, ac Muſeũ, qui nihil aliud q̄ Ægyptio℞ ac Phoenicũ cõmenta Grecię relin-querunt, vnde ad noſtros multa fluxere. Anna-libus eru. pri. hi ſunt faſti, qui p annos ſingulos (vt diximus) ſcribebant, et ſignatis tẽporibus tantum illuſtria continebant, quiq; Ouidio et tempora, et die℞ feſtorum ordinẽ ſuppeditarunt, ſicut et mul-to ante Gn. Flauio Appij cęci ſcribę. Neq; n. faſtos tantũ vocamus volumina poeta℞, qui ſacra ceci-nerunt, ſed annales libros, qui nomina cõſulum, qui tẽporũ notas, qui virtutũ indicia ſuggerebãt, nec plenas amplectebant hiſtorias, ſed breuẽ quan-dam traditionem re℞ illuſtriũ. Itaq; a probatiſ-ſimis auctoribus merito ãnales vocant. Nouimus. n. eſſe annales (vt A. Gel. refert) cũ res geſtę pluriũ anno℞ obſeruato cuiuſq; anni ordine cõponunt, qui (vt placuit Sẽpronio Aſellioni) multum diffe-runt ab hiſtoria. Hac. n. qbus cõſilijs, qua rõne res geſtę fuerint demonſtrat, illi autem tantũmodo quid factum, quoq; anno geſtũ ſit aliquid oſten-dũt, et neq; alacriorẽ quẽq̄ ad remp. defendendã, neq; ſegniorem reddere pñt ad res perpetã facien-das. Sciendũ tñ placere Cice. in pri. ad Herẽ. hiſtoriã eſſe rẽ geſtã, ſed ab ętatis noſtrę, memoria remo-tam, cũ alij contra ſenſerint ea℞ videlicet rerum proprie hiſtoriã eſſe qbus interfuerit is q narret. Vnde Verrius Flaccus in li. de ſignificatu verborũ. iiij. Videri poſſe inqt nõ nihil rõnis eſſe in ea opi-nione, quod hiſtoria grece ſignificet re℞ cognitio-nem pñtium, a qua nõnulli annales differre volu-erunt, qd eorũ proprie tẽpo℞ ſint, q̄ ętas nr̃a non nouit, licet vſus iſta confundat, vt Ser. ſcri.

Auerſari

Sacra publica

Sacra priuata

Quis ſacra tradit gręcis

Faſti

Annales

Hiſtorię

Hiſtorię diffinitio

> Hoc opus, & timidę dirige nauis iter,
> Officioq;, leuem non auerſatus honorem
> Huic tibi deuoto, numine dexter ades.
> Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis,
> Et quo ſit merito quęq; notata dies.

Inuenies illic et fe. do. vo. ite℞ captatur attentio, quod dictu℞ ſe pollicetur, q̄ ad Germanicũ et Cęſa-res ptinẽt. Sic Vir. in pri. Geor. Ferte ſimul, fauniq; pedem, Dryadesq; puel-lę Munera vr̃a cano.

PAV. MAR. OFFICio, nunc a ſe, ipſo beneuolentiã ca-ptat, rem ſuam depri-mẽs, petenſq; fauorẽ, deuouens id muneris illi. Et nõ auerſatus, tu o Germanice non aſpernatus, quaſi q non pruifeceris. Leuẽ ho. qua-ſi exiguũ hoc munus horum libro℞. Ades dex-ter numine, propitius tuo nutu et fauore. Huic officio, officioſo labori meo. Tibi deuo. quod in ppetuũ tibi deuouetur et traditur. Trãſlatumq; id inde eſt ab his, qui poſt rẽ diuinaũ in perpetuũ Dijs ſe tradebant, ſeu deuouebant. Officiũ eſt ↄgru-us uniuſcuiuſq; actus. Honos dicit quaſi honeſtũ onus, vt Var. placet. Sacra, nunc a rebus ipſis be-niuolentiam captat, et auditorem attentiorẽ red-dit, rebuſq; auctoritatẽ facit a vetuſtate. Recogno-ſces, o Germanice iam quę alijs forte legiſti libris releges ſcrioſius in meis. Sacra, quę ad Deorum cultũ pertinẽt celebritates et cerimonias, et ſtatos dies. Sacra. n. ſunt (vt Martiano iuriſconſulto pla-cet) quę publice cõſecrata ſunt, nõ priuatim. Eru-ta priſcis annalibus, magna cura et diligentia ex-cerpta ab antiquo℞ poeta℞ faſtis, et pontificũ mo-numẽtis, et vetuſtis ãnalibus. Et recog. quo me. quo merito℞ pręmio. i. qua celebritate. Sit nota. ſcripta in priſcis ãnalibus. Quęq; dies, per ſuos. s. menſes et totũ annũ. De dierũ rõne alio loco di-ximus, et alias hoc quoq; in hoc opere dicemus. Il-lud nõ preteribo ciuilem Romano℞ diem diui-ſũ in partes has. Inclinationẽ, quod tp̃s eſt medię noctis, galliciniũ, diluculũ, mane, meridiẽ, occidu-um, ſupremã tempeſtatẽ, veſperã. primã facem, cõ-cubiã, intempeſtã. Qd latius aperit Aurelius The-doſius in pri. Satur. Inuenies, perſtat in beneuo-lentia captãda et attentione augẽda, dicit. n. in his faſtis inueniri Cęſarea feſta, et pr̃ẽ et auũ Germa-nici relatos in faſtos. Inuenies, tu Germanice. Illic, in ipſis faſtis. Et fe. domeſtica, domo tua Cęſarea, q̄ſi dies feſtos vr̃is meritis iſtitutos, et quos ipſi Cęſares inſtituerunt. Vobis, Cęſaribus.

Sacra cuncta publica

ANT. FAN. SÆPE tibi pr̃ eſt, ſę. le. auus, Germanico Druſus. Germanicus pater natura fuit is quem in Germa-nia defunctũ Auguſtus ita laudauit, vt Deos pca-tus ſit, vt ſimiles ei Cęſares ſuos facerent. Sed hic Ti-beriũ accipimus, q ab Auguſto adoptatus, eſt coa-ctus prius Germanicum adoptare. Quare Sueto-nius Germanicũ Tiberiũ filium vocat, vt Tiberius orbatus vtroq; filio, quorũ Germanicus in Syria, Druſus Romę obierat, ſeceſſũ Cãpanię petit. Auus autẽ Germanici eſt Cęſar Auguſtus, cui Nero vxo-rem ſuã Liuiam Druſillam grauidã, et ante iam

Germanicus

apud ſe Tiberium enixā conceſſit, quę cum Auguſto nupſiſſet intra menſem tertiū (teſte Suetonio) Druſum Germanici patrem peperit, vnde ſuſpitio fuit eum ex vitrico per adulterij conſuetudinem procreatum, quē Auguſtus tantopere dilexit, vt coheredē filijs inſtituerit. Hic Druſus Auguſti priuignus (auctore Plutar.) ex duabus Antonij et Octauię filiabus, alteram, hoc eſt Antoniā minorē pudicitia et forma pclaram duxit vxorem, ex qua Germanicus & Claudius nati ſunt. Hanc eſſe Antoniam exiſtimant, quā Plinius ſcribit, nūq̄ expuiſſe, nam altera, quam

Inuenies illic & feſta domeſtica vobis,
Sępe tibi pater eſt, ſępe legendus auus.
Quęq; ferunt illi pictos ſignantia faſtos,
Tu quoq; cum Druſo pręmia fratre feres.
Cęſaris arma canant alij, nos Cęſaris aras,
Et quoſcunq; ſacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorum,
Deq; meo pauidos excute corde metus.

Antoniā maiorem Sueto. vocat, nupſit Domitio auo eius Neronis, qui fuit deteſtabili crudelitate notiſſimus. Pictos ſignan. fa. minio vel rubrica, quę Troianis temporibus in honore fuit, teſte Homero, qui naues ea cōmendat. Hinc illud eſt Martia. Et qui purpureis iam tertia nōia faſtis, Iane refers. Fuit et apud Romanos Miniū (vt Plini. tradit) non ſolum maxime ſedentia ſacrę religionis, qđ i ſcriptura voluminiꝰ vſurpabant, quoq; Iouis ipſius ſimulachri faciē feſtis diebus illini ſolitam, auctor eſt Verrius. Quod iō fieri ꝯſueuit (vt qdam putant) q: Iuppiter eſt ęther, cui elemento minium ſite eſt, ideoq; apud Aethiopes Dei oēs et ꝓceres minio illinunt, q: a Ioue. i. a Deo oīs ptās ē, et Dij oēs membra Iouis cenſent, vt Cęlicolę mea membra Dei. Hinc et faſti Deoꝝ feſta et noīa ꝑtinentes minio pingebant. Eo illitum fuiſſe legimus anſeris Capitolini ſignum, quod ſępe abſtergebat, cū eius eſſet neceſſarius ſplendor auctore Plu. Tu quoq; cum Druſo pmia fratre feres, hic Druſum Tiberij filius fluxioris, remiſſiorisq; aī fuiſſe dr̄ adeo vt Tiberius eum non dilexerit pr̄ia charitate, a quo fertur increpitus, qđ cimā braſicę faſtidiret. Auguſtus vero eum ac Germanicum ſcđos hęredes iſtituit. Druſum qdem ex triente, Germanicū vero vna cū liberis tribus rixus virilis ex partibus reliquis. Sane auctor Druſorum generis (vt ait Sueto.) a Druſo duce hoſtium cominus trucidato ſibi ac poſteris ſuis cognomen inuenit. Cęſaris ar. ca. alij, Auguſtum Cęſarē accipe, qui viuens diuinos honores meruit, cuiq; hoc opus auctor inſcripſerat, vt dixi mus ſupra. Excute cor. me. ob id qđ ſeqtur. Pagina iudi. do. ſubi. monet Prin. aucupat. n Germanici grām, q: (teſte Quintiliano) naturalis eſt ꝑ laborantibus fauor. Da mihi te pla. dede. in car. vires, non claudicat hic verſus, q̄nis prima quarti pedis syllaba ꝓducat, quę vr̄ in verbo dederis corripi debuiſſe, ſuſtētat. n. cęſura cū syllaba vn̄ pes in cipit terminet ꝑte orōnis, vt Dū ſanguis inerat.

PAV. SAEpe eſt ti. le. pr̄, leges facta et merita pr̄is tui.
MAR. Sępe eſt tibi legēdus auus, hinc alij ſumpſere argumentū, qđ Tiberio fuerit opus dicatū, cum videat dicere. Sępe leges facta Auguſti patris tui ex adoptione, ſępe facta aui tui Cęſaris. Tu aūt ſic intellige. Sępe eſt legēdus pr̄ Tiberius, qui pr̄ erat adoptione, qm̄ dicet inferius de templo Concordię, qđ Tibe. dicauit. Sępe eſt le. auus, hoc ē merita, et laudes ipſius Auguſti. Quęq; virtutis pmium ē laudari et a poſteritate cōmendari, qđ eū ꝓſe cuturum dicit. Tu quo. fe. p. ꝓſequeris ea pmia et eas laudes. Quę fe. il. q̄ pater et auus ꝓſecuti ſunt. Signantia pi. fa. q̄ ſignant inſcriptos faſtoꝝ libros, quaſi quę ſignanē et inſcribuntur in faſtis, et annalibus vt diuturnitati cōmendenē. Cū Dru. fr. q: ecōſequeris tu, et Druſus frater tuus, ꝑ hoc ēt aſſerunt de Tiberio intelligendū, q: Druſum fratrem habuerit, q in Germania oppetijt, ſed affirmari non pōt qđ ad Tiberiū ſcripſerit, cū dicat inferius, vt ſupra diximus. Et tuus Auguſto noīe dictus auus, auus enim Tiberij Auguſtus appellatus non eſt, ſed auus Germanici. Pręterea apud Tranquillum non inuenies Tiberium Germanicū fuiſſe vocatū, cum de eius agiē cognomentis, et ſiqs dicat in numiſmatibus aut nō marmoribus īueniſſe, Tiberius Cęſar Germanicus, nō intelligiē de hoc, ſed de Tiberio filio Druſi, filij huius Tiberij, quē pariter cū Caio Germani ci filio ex teſtō hr̄dē reliqt, ergo hic cū Druſo fratre intelligas de Druſo Tiberij filio, q: patruelis pmū, deinde ex adoptione frater, ea. n. ꝯditione Tiberiū Auguſtus adoptauit, vt ipſe Germanicū fratris fili um adoptaret. Et ne decipiaris ſaxum eſt in Tarpeio monte cum inſcriptione Tiberij Nerōis Germanici oſſa, ne credas Tiberij impatoris oſſa. Nā ſubdiē ibi Diui Auguſti ꝓnepotis, cuius nepos erat Druſus Tiberij filius, ꝓnepos Tiberius huius Druſi filius. Cęſaris, pōt hoc et ad Iuliū Cęſarem referri, et ad Auguſtū, quoꝝ alter relatus in Deos, alter relatum cōprobauit, et tēpla multa ſacrauit, pleſq; dies ſtatos inſtituit, et Deoꝝ cultum reformauit. Alij poetę. ſ. canāt, cantando ſcribant. Arma Cęſaris, bella per Cęſarē geſta et ꝓfecta, et erit denominatio cū inſtr̄m ꝑ re ponit. Nos, canamus. ſ. Aras Cę. Aras quę Cęſari dedicatę ſunt ob eius merita, vel quas ipſe viuens, aut Auguſtus ꝯſecraſ ſet, et cum aris ſacra quoq; ab eo inſtituta. Et canam quoſcūq; dies, feſtos. ſ. Ille Cęſar. Addidit ſa. faſtis, ſacra referētibus, vel qs ipſe ſacros et feſtos eſſe inſtituerit, vel quos meritis ſuis ſacros fecerit. Annue, quo audentius ſcribat rurſus Germanici fauorē petit. Annue, faueas, aut nutu aſſenſum pſtes, qđ annuere ꝑ duplex nn̄ ſigt, cū ꝑ bn̄ priū oñdat. Conanti ire ꝑ laudes tuoꝝ, mihi q conor celebrare laudes, Cęſaꝝ, et ꝑ tranſlatonē a viatori bus, et deābulantibus ire per laudes dixit. Et excute, excutias, et repellas. Deq; meo cor. me. pa. me.

Minium
Rubrica

De Druſo fratre Germanici adoptiuo

tum quo nunc meū cor ꝑſſum teneſ. Pauidos, ab effectu,q; q metuit expaueſcit. Metuebat.n.poeta aliqd in publicū edere, cū ingratus eſſet eius labor ob Artē,quā ſcripſerat,et cū cogitaret ad ques ſcriberet. Da mi.eſto mihi benignus,q vires i carmina ſuggereſ,cū a teipſo pēdeat ingeniū meū.

Da te pla.mi.ꝓcede te nunc mihi pacatū, getū,et benignū. Dederis vi.in car.ſi benignus eris, erūt et mihi vires ad ſcribendū, et in carmine,et i carmina recte dicimus Luca. Tu ſatis ad vires Romana i carmina dādas. Dederis, vltima ſyllaba lōga ꝓtulit vti a veteribus grāmaticis ꝑceptū ē,vel vt ꝯſtat ex Diomedeis monumentis,q̄ differre pteritum a futuro ſubiūctiui volunt in hoc,vt ris pteriti breue ſit,futuri longū, ſic penultima primę et ſcdę ꝑſonę numeri multitudinis,ide eſt illud Vitā dederitis in vndis. Et Enni.dixit Nec mi auꝝ poſco,nec mi ꝑtiū dederitis,ē Oui.ipſe in libris de Pōto in Elegia,Ite leues Elegi, Et maris Ionij tranſieritis aqs,ē in eadem Elegia. Copia nec vobis vllo ꝓhibente videndi Conſulis vt limen ꝯtigeritis erit. Et ſępe alias eodē modo vtimur.Hora.quoq; in carmibus dederis longum fecit,Cuncta manus auidas fugiunt hęredes amico Quę dederis aīo. Ingeniū,meū s. Stat et ca.vul. tu q̄ſi pendēs a vultu tuo firmū et validū erit, ſi tu mihi pacatior et lenior eris. Concidet, ſi tu eris ſubiratior,ergo pacatior eſto.

Notāda eſt hic in ſyllaba regula digna in verbis

Da mihi te placidū,dederis in carmine vires,
Ingenium vultu ſtatq;,caditq; tuo.
Pagina iudicium docti ſubitura mouetur
Principis, vt Clario miſſa legenda Deo.
Quę ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis.
Scimus,& ad noſtras cū ſe tulit īpetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.

ANT. FAN. Clarius Deus

VT cla.mis.le.Deo,Apollini a clario oppido, qd eſt in finibus Colophonioꝝ, vn̄ Apollo Clarius dr̄ correpta ante penultima, vt, Qui tripodas Clarij lauros,q ſidera ſentis.Stra.Geographus, Poſtea eſt Galeſius mons,et Colophon ciuitas Ionię,et an̄ eā Apollinis Clarij lucus.Sunt q a Claro inſula, quod non pl3.Clarij cognomen deductum exiſtiment, in qua Phoebus Caſſandrę vaticinādi artē dr̄ tradidiſſe.Vnde eā putāt a Lycophrone Clari mimallonem appellatā.Nō amittendū h̄ loco qd ait Pli. Colophonē in Apollinis Clarij ſpecu lacunā eſſe,cuius potu mira reddūtē oracula breuiore vita bibētium.Hinc Macro. apud Ligyreos ait in Thracia eſſe aditū libero ꝯſecratū.ex quo redduntē oracula, plurimo mero ſumpto,vti apud Clariū aqua epota effanē oracula. Quę ſit.n.culti facundia ſenſimus oris, ꝯciliat ſibi Germanicū laudās eum ab oratoria,et poetica facultate. Ciuica ar.cāꝝ dēfenſiones,qbus i ciuitate vtimur.Ciuica et hoſtica maiores dixerunt. Deīde ciuilia et hoſtilia. Pro tre. re. rei dn̄r non mō q arguuntē,ſed oēs quoꝝ de re diſceptaē.Huic.n.vocabulo(teſte Feſto)a re nomen inditum eſt.Et ſunt alij rei ſtipulandi, alij ꝓmittendi,auctore Modeſtino iuriſconſulto, a quo Feſtus aliq in parte diſſentit.Nonius reos ingt eſſe nō ſolum crimini et culpę obnoxios,q̄les hoc loco acci-

Rei

pimus (vnde auctor addidit,Trepidis) ſed et honoſti vel voti debitores,vt,cōſtituā ān aras voti reus. Nr̄as artes,poeticas.cōſtat.n.Germanicū iter ſtudioꝝ ſuoꝝ monumenta reliqſſe comœdias grecas.Vnde illud eſt. Nō potes offm̄ vatis plēnere vates,Iudicio ꝑtū res hi iſta tuo. Qui(niſi te virtus opa ad maiora tuliſſet)Gl'ia ꝑ eridū ſummia futurus eras.Huic iuueni(vt ait Sue.) oēs corpis,aiq; virtutes et q̄tę nemini cuiq̄ ꝯtigerunt, forma et fortitudo egregia pcellandę hoīum gr̄e,ac ꝓmerēdi amoris mirum et efficax ſtudium.ingeniū excellens ita, vt reliqrit comœdias q̄s diximus,et orauerit cās et triūphales. Si li.et fas eſt,vates rege vatis habenas, q: nō decebat tm̄ impatorē poetę noīe appellari, cū diuerſaꝝ rerum artifex noīeſ a nobiliore ſubiecto, et haud q̄q par gloria ſcriptorem et auctorem rerum ſequatur,vt in Catilina Saluſtius tradit.

PAgina,cōmendatio Germanici a doctrina, q̄ horreſcant,q ſua ſcripta cenſurę illius ſupponāt,ac ſi Apollinis iudiciū eſſent ſubituri. Pagina ſu.iu. do.Pri.liber hic meus ſeu poemata nr̄a ventura ſub tuā cenſurā,q ꝓnceps eo doctus et eruditus. Mouetur,cōmouetur,et horreſcit,ne quo errore poſſit ānotari. Vt miſſa le.clario Deo, ac ſi apud Apollinē legenda mitteret,q Clarius dictus eſt a Clario oppido in Ionia non longe a Colophone,ēt et Claro inſula,vbi ſumma religione colebaē. Paginę(Pōpeio teſte)dictę q: in libris ſuā quęq; obtineāt regiōe,vt pagi,vel a pāgendo,q: in illis verſus pangunt.i. figunt. Quę ſit, cōmendatio Germanici ab eloquētię laudibus,cū ſępe reos defendiſſet,et(vt Sueto.ait)cās oraſſet et triūphales. Senſimus.n.vidimus aut audiuimus. Quę ſit ſa.cul.oris, eloquētia oris exculti et ornati. Contulit ar.ci. ciuilia,h̄ eſt ciuiles defenſiones in foro, ſeu cum cās ciuiles egit. Pro tre.re.pro his qui alicuius criminis indicibus eſſent accuſati.Trepidātibus,hoc eſt metuentibus ne morti dānareē.Reus.n.a re debendi dr̄ et magnę dat laudi Cicero iuuenibus e[illegible]. PAV. MAR.

Scimus,nunc ab eloquentia poetica cōmendat. Erat.n.et clarus orator et poeta illuſtris,de q̄ Trāquillus,Oēs Germanico corpis,aiq; virtutes,et q̄tas nemini cuiq̄ ꝯtigiſſe ſatis ꝯſtat, formā et fortitudinem egregiā,īgeniū in vtroq; eloq̄ntię, doctrinęq; gr̄e pcellens,et paulopoſt,Inter cętera ſtudioꝝ monumenta reliqt et comędias grecas,poetā igiē oſtēdit,cū oñdat comicū. Scimus q̄.q̄ magna. Flumina cur.ige.t.q̄ſi q̄ magnū et q̄ fertile igeniū habeas,per tranſlationē locutus eſt ab aquaꝝ copia, ex vberrimo flumine,cū ita exuberaret illius ingeniū. Cū im.hoc eſt ſcribendi ardor. Tulit ſe ad no.ar.ad poeticē ipſam,h̄ eſt cū ſubit ille ardor poemata ſcribendi.Impetus.n. ardor, ſeu deſiderium eſt,inde.

De laudibus Germanici

eſt. inde in Herol. Eſt mihi per ſęuas impetus ire feras. Si licet, cũ a poetice cõmendarit, petit vt poeta poetaꝫ regat, ac ſi diceret, si nõ vis vt princeps, ſaltem faueas vt poeta, et cũ pudore locutus eſt, ne temeritatis argueret. Si licet, quo ad humana. Si fas eſt, quo ad diuina. Tu va. re. ha. vatis. i. rege ingenium meũ, per trãſlationẽ ab eqs ſumptã, qui habenis, hoc eſt loris regunt. Vt to. an. quem ego ſcripturus ſum. Eat fe. an. fauore tuo quaſi felix, te mihi fauente ſit auſpicatus ãnus.

*Si licet, & fas eſt, vates rege vatis habenas,*
*Auſpicio felix totus vt annus eat.*
*Tempora digereret cum conditor vrbis, in anno*
*Cõſtituit mẽſes quinq; bis eſſe ſuo.*

ANT. FAN. Tempora digereret. Narrationis initiũ eſt, vbi meminiſſe debemus, q (vt ait Plin.) dierꝫ anni, ſolisq; motus prope inexplicabilis ratio eſt. Quare et Sosygenes a Cęſare dictatore ad redigendos annos ad Solis curſum adhibitus errores ſuos sępe correxit, et nõ ſolum apud Romanos regnãte Romulo, ſed apud gręcos quoq; ãnus ignorabatur Solis itineri cõgruens, quẽ quidaꝫ putant primos oium Ægyptios cõperiſſe, et in menſes. xij. ait Euſebius diuiſiſſe, ad quos (teſte Stra.) Eudoxus, cuius ſupra meminimus, cuꝫ Platone ꝓfectus eſt, necnon et Thales Mileſius, quem nõnulli (auctore Laer.) primũ ferunt annum in. ccclxv. dies diuiſiſſe. Romani igitur (auctore Romulo) annũ decem menſium habuerunt a Martio auſpicãtes, adeo vt eius die prima aris Veſtalibus ignes accenderent, Laureas mutarẽt ſenatus et populus, comitia agerent, matronę ſeruis ſuis coenas ponerẽt, vt honore prõptius obſequiũ prouocarẽt. Hunc primuꝫ anni menſem fuiſſe illud teſtat, quod menſis, qui ab hoc quintus eſt, Quintilis dicebat. Deinde numero decurrente Decẽber intra diem trecenteſimũ quartum anni circuituꝫ finiebat ita, vt ſex menſes. xxx. quatuor vero reliqui vno ac. xxx. diebus expedirẽtur. et Martium anni principiũ hr̃e voluerunt ꝓpter Martem ſuę gentis auctorem, q ex Ilia Romulum ac Remũ genuiſſe dr̃ vt, Donec regina ſacerdos Marte grauis geminã partu dabit Ilia prolẽ. Fuerunt ſane nonnulli grãmaticorꝫ (teſte A. Gel.) qui diſputarunt Homeri quoq; ętate, ſicuti Romuli annũ non. xij. mẽſium fuiſſe, ſed decem. Lege Plutar. in Numa, qui et tradit. xij. mẽſes fuiſſe ſub Romulo ac multos aliter sẽſiſſe, vt dicemus in. ij. huius operis lib. Conditor vrbis, inter auctores

De ãno

Romę origo

de conditis vrbibus eſt tanta diſſenſio, vt ne vrbis Romę origo (vt ait Ser.) diligenter poſſit agnoſci. Sallu. n. vrbem Romã inqt condidere atq; habuere initio Troiani, et cum ijs Aborigines. Alij (auctore Solino) ſunt qui videri velint Romę ab Euãdro vocabulum datũ, qui cũ oppidũ primũ offendiſſet, quod extructũ antea iuuentus Latina Valẽtiam dixerat, ſeruata ſignificatione impoſiti prius nois Romam gręce i. Valẽtiam noiauit. ſm quos ait Vir. Tũ rex Euandrus Romanę cõditor arcis. Alij dicũt Troia capta quosdaꝫ ex Achiuis in ea loca, vbi nũc Roma eſt, deueniſſe ꝑ Tyberim, deinde ſuadẽte Roma nobiliſſima captiuarꝫ, quę his comes erat, incẽſis nauibus, poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe moenia, et oppidũ ab ea Romã appellaſſe. Alij ſcribunt Romã non captiuã fuiſſe, ſed ab Aſcanio natam Ænee neptẽ. Cęterum Var. auctor diligentiſſimus cũ quo pene oẽs hiſtoriographi ſentiunt, Romam a Romulo cõditaꝫ dicit, quã is de ſuo noie (vt ait Feſtus) iõ Romã, nõ Romulam appellauit, vt ampliore vocabuli ſignificatu proſperiora ſuę patrię ominaret. Lege Decadẽ primã earum quas Põpo. ſcripſit hoc tempore, vbi nihil ad Vrbis originẽ attinẽs pręterimiſit hiſtoricus doctiſſimus et poeta. Illud aũt Promathionis ne referri quidẽ dignum exiſtimauerim, qui memorię prodidit Romulũ et Remum Ænee filios infantes in Italiã fuiſſe delatos, vbi merſis nauibus mãſere incolumes, et Romã a fortitudine nuncuparunt.

PAV. MAR. Tempora, nũc aggredit ãni rõneꝫ, quẽ alij aliter obſeruabãt. Nã (vt ẽ i Satur. apd Macro.) Arcades ãnũ tribus menſibus explicabãt, Arcananes ſex, Gręci cęteri. cccliiij. diebus cõputabãt, Romani. x. mẽſibus a Romulo. Herodotus Ægyptios. xij. mẽſibus annũ habuiſſe refert. De his idẽ Macro. ãni certus modus apud ſolos Ægyptios ſemꝑ fuit. Plu. tñ lib. vij. inqt annũ ęſtate vnuꝫ determinabant, alterꝫ hyeme. Alij quadripartitis tꝑibus ſicut Arcades, quorꝫ anni trimeſtres fuere, qdã Lunę ſenio, vt Ægyptij. Itaq; apud eos aliq ſingula millia ãnorꝫ vixiſſe ꝓdunt. Licinius Macer, et L. Feneſtella annũ. xij. mẽſiũ fuiſſe ſcribũt, cui ſnię repugnat Decẽber, q vltimuꝫ erat, et decimus eſt a Martio, cũ menſes a numero dicerent. M. Var. et Ful. nobilior et Iunius Gracchus ſcribunt numerꝫ mẽſium Romanos a Latinis accepiſſe. Annũ aũt duplicem eſſe cõſtat, naturalẽ et ciuilẽ. alterꝫ ſm curſuꝫ aſtrorum, alterꝫ arbitrio gentiũ. Vñ et Cares ſicut Arcananes ſemeſtreꝫ hẽbant annũ. Hębrei cũ ad Lunã regerent differẽter ãnos cõputabãt. alterꝫ. xij. alterꝫ. xiij. mẽſiuꝫ, vt geminus illis ãnus. v. et. xx. Lunę curſibus cõpleret. Lauinij quoq;. xiij mẽſiuꝫ ãnus fuit, at Albę decẽ, vñ forte Romulus ſuũ decẽ mẽſiũ eſſe voluit. Primũq; Marti patri dicauit. Numa vero duos mẽſes addidit Ianuariũ quẽ primũ inſtituit, et Februarium quẽ vltimũ, ſed a decẽuiris poſt Ianuariũ Februarius numeratus ẽ. Verꝫ Fuluius hos duos mẽſes a Tarquinio Priſco additos retulit. Sꝫ poſtea cũ depꝛhẽſus eẽt error q ãnus certo ordie ſeruaret. Cœpit Gręcorꝫ more multorꝫ dierꝫ intercalatio fieri, vt ad naturalẽ curſuꝫ ãnus redigeret. Qui eſt. ccclxv. dierꝫ et quarta pte diei. Data ẽ cura põtificibus, q rẽ deprauarũt. Inde Cęſar põti. max. in. iij. cõſulatu cũ habuit collegã Marcũ Æmiliũ lepidũ, adhibito Sosygene figulo eius artis pito, rẽ emẽdauit. Intercalares dies. lxiiij. addidit nouẽbri et decẽbri, et ãnũ ciuilẽ formauit ad Solis curſũ, ſublato oi mẽſe itercalari, et diebus. ccclv. qbus ɔſtabat prius ciuilis

Scilꝫ arma magis,ꝗ ſidera , Romule noras,
Curaq; finitimos vincere maior erat.
Eſt tamē ꝙ ratio Cęſar,quę mouerat illum,
Erroremq; ſuum quo tueatur,habet.
Q đ ſatis eſt vtero matris dum ꝓdeat infans ,

annus,addidit decē,et propter quartā partem diei quę erat ad ſupplementū,inſtituit vt quarto quoq; anno mēſe Februarij adderet dies vnus,et cuꝫ intercalatio fieri deberet deſinente āno,ſacerdotes faciebant ineūte āno q̄rto,et rurſus erratū eſt.xxxvi. annis. Auguſtus Cęſar perſpecto ſacerdotum, errore emendauit annus M.Cenſorio,et C. Aſinio Gallo COSS. Siqs plura de āno velit, ꝑlegat Cēſorinus et Macro.a quibus nos pauca de multis excerpſimus. Conditor vr. hoc eſt Romulus, qui vrbem cōdidit,de quo ſuo menſe dicet. Cuꝫ digeſ.tē.diſponeret et ordinaret annum ciuilē et mēſes. Conſtituit eſſe bis quinq; mēſes in anno ſuo a ſe digeſto,conſtituit ānum ſuū eſſe decē menſium. Vrbis,Vrbs eſt ſm Marcel.iuriscō. Roma, quę muro cingeret,vt Alphenus ait Roma ē quātuꝫ continētia ędificia eſſent.Paulus iuriscon.Vrbis inquit appellatio muris cōtinentibusq; ędificijs finitur.Pōponius iuriscon. de verb.ſigni. vrbs ab vrbo appellata eſt, vrbare eſt aratro diffinire . et Var.ait vrbuꝫ appellari curuaturā aratri,quod in vrbe cōdenda adhiberi ſolēt,inde eſt apud Virgil. Vrbē deſignat aratro.et inferius lib.iiij. Apta dies legitur quę moenia ſignet aratro.et paulopoſt, Ille tenens ſtiuam deſignat moenia ſulco. Menſes,menſis αϖοτης μηνης, quod eſt Luna.Nā Lunę rōne menſis conſtitutus eſt.Vnde Var.menſis a Lunę motu dictus,dū ab Sole profecta rurſus redit ad eum Luna.Ægyptij quoq; Moenam vocauere Lunam, Herodoto teſte.

ANT. FAN. SCIlicet ar.ma.ꝗ ſi.Ro.no.Plutar.auctor eſt Romulum acreꝫ,bellicoſum,ac pene bellādi amore inſanum fuiſſe, quem Feſtus Romulū inquit a robore nominatū.Eundē tamen nō ineruditū fuiſſe qdam memorię ꝓdiderunt.Sed qm̄ hoſtes ſunt diſciplinaꝝ labores(vt a Platone traditū eſt)ignorauit rex acri qdem ingenio,ſed agreſti atq; in rebus bellicis occupato Solē e cuius curſu annus colligitur nō ante.ccc.ac.lxv. diem abūdante inſuper quadrante ad eūdem a quo incepit zodiaci gradū reuerti.Cuius rei nō ignarus Cęſar Auguſtus anno iampridēꝫ a Numa Pōpilio in.xij.menſes diſtributo additis Ianuario ac Februario,poſteaq; a Iulio Cę.ad curſum Solis accōmodato,et aliorum negligentia cōturbato , atq; confuſo rōnem tēporū non ſine maxima ſua laude fundauit intercalatiū correctis erroribus.Nec nos moueat q́ quędam a maioribus nr̄is tradita aſtrologoꝝ ętatis noſtrę cōputationibus nō reſpondēt . facit.n.id et viij.ſphęrę motus et quadrantis longitudo ſuperabundātis temporis modū excedēs, et intellecta quidem,ſed ideo ſpreta quod et paꝝ tēporis ſuperabūdat,et ſex horę quater ductę conficiūt integꝝ diē. Nec falſum eſt q́ Plut.docet inęqualitatem tēporum,vel hoc tempore quo ad ſummū aſtrologię peruētum eſt,Māthematicoꝝ peritiā vincere , ita vt eoꝝ numeri ac ſupputationes perſępe fallātur.

PAV. MAR. SCIlicet,apoſtrophat ad Romulum verba, quod rei militaris magis ꝗ aſtroꝝ pitia valeret. O Ro. s.certe. Magis noras,cognoueras. Arma,reꝫ ipſam militarem et bella. Quā ſid.ꝗ ſideruꝫ,et cęli rationē,et tamē legimus eum Gabijs philoſophię dediſſe operā,et aſtrologię diſciplinę nō ex partem. Et erat maior cura vincere fini,ti,magis curabas ſubigere tuo impio eos, qui ꝓpinqui eſſent regno tuo,ꝗ curares cęleſtia.Vicit.n. Romulus Fidenates,et Veientes,et primus arma Ioui feretrio retulit,obtruncato Cenineſiuꝫ rege. Eſt tn̄ non ſine rōne Romulus in.x.menſes ānum digeſſit.Hic.n.duplicem rōneꝫ affert q́ foemina.x.mēſe pariat.Altera q́.x. mēſibus vxor iam vidua ab obitu viri lugubris ſe domi cōtinet.In.iij.tamē li. triplicem rōnem oſtendit,ita ingens, Annus erat decimum cū Luna receperat orbē. Hic numerus magno tunc in honore fuit.Seu qꝛ tot digiti per quos numerare ſolemus, Seu qꝛ bisgno foemina menſe parit,Seu q́ ad vſq; decem numero creſcēte venimus.Principiū ſpatijs ſumit inde nouis.
O Cęſar,Germanice. Eſt tn̄ et ratio,quę illū Romulum. Mouerat,ad ānum ita digerēdum, qꝛ cuꝫ aliqua rōne ab eo factum eſt. Et hēt quo tueatur,defendat,et ſuſtentet. Suū errorem, hēt quo pacto poſſit ſe defendere ab eo q́ erraſſe in anni computatione dicit.Quod ſatis ſtatuit Romulus. Hoc temporis eſſe ſatis anno , illud tempus eſſe ſatis ad ciuilis anni computationem.

ANT. FAN. QVod ſatis eſt vte.ma.dum pro.infans,medici ac philoſophi illuſtres opinant poſtq̄ mulieris vterus cōceperit ſemē eſſe hominem gignēdi ſummū fineꝫ.x.menſes.Vnde illud eſt Plauti in Ciſtellaria, Tum illa quā cōpreſſerat decimo poſt menſe exacto hic peperit filiā,et P.Scipionem qui prior Africanus appellatus eſt.x. menſe legimus in lucē editū.Qua opinione adduci Romulus potuit vt ānū in.x.menſes diuideret. Pli.tn̄ ſcribit vſq; ad initia decimi,vndecimiq; gigni hominēꝫ et Varro.xi.mēſe aliqn̄ naſci poſſe hoīeꝫ putat,eiuſq; [illegible] Ariſto. laudat auctorē.Ideꝫ tn̄ Romanos ait exiſtimaſſe nono tm̄ mēſe aut.x.ſm naturā fieri partionē.nā vij.raro fit,octauo nunq̄ Licet.viij.ideꝫ Var.et Pli. ſenſiſſe aliter videant.Qđ nemini miꝝ videri poterit qui leget A.Gel.lib.iij Noc.atti.Sane Pythagoras (teſte Laer.)dicebat intra ſeptē aut nouem aut.x.vt plurimū menſes cōſumatū atq; perfectū infantem gigni,et Saturnus Apollodorus ait(auctō.Macro.) allegari ꝑ ānū laneo vinculo et ſolui ad diē eius feſtuꝫ.i.mēſe Decēbri quo ſignificabat.x.mēſe ſemen in utero animatū in vitā grādeſcere,q́ donec erūpat in lucē mollibus naturę vinculis detinet. Maiores nr̄i ab hoc numero magna q̄dam decumana dixere,vt albēſia ſcuta ꝗ ampliſſima fuerunt, Decuma itē decumana oua,et decumanos fluctus.Ouū.n, na

decimū

Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidem menſes a funere coniugis vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Cum rudibus populis annua iura daret.

decimum malus naſcit̃, et decimus fluctus fieri
maximus dr̃,auctore Feſto. Per totidem menſes
a funere coniugis vxor Suſtinet in vidua triſtia ſi
gna domo,antiqui olim in luctibus queãdmodũ
Atra ve- et nos hodie atris veſtibus vtebant. Statius in Sil
ſtis in lu- uis, Ipſe etenim tectum nigrę ſolatia pompę, ſpe
ctu ctaculumq; vrbi ſce
lus et puerile feretrũ
produxi. Varro de vi
ta patrum. Amiculo
nigello,capillo dimis
ſo ſequerent̃ luctum.
Hinc Thetis apd Ho
mer̃ ad Iouem iturã
cum filium breui ad
Troiã perituꝝ deploraret velo nigerrimo ſe ope
ruit,et Craſſus ille prędiues Murnam in piſcina
domus mortuam atratus luxit. is n. color nocti
ſimilis eſt,quem amant lugentes,dicti (vt qbuſdã
Lugẽtes placet) quaſi lucis egentes. Statius in .vi. Thebai. No
viduę ctemq; diemq; Aſſimilant maculis intermigranti
bus albę. Viduę igit̃ a viroꝝ interitu per decẽ mẽ
ſes atratę ſigna triſtitię ſuſtinebant,nec licebat per
leges (vt ait Plutar.) cuiuſq̃ eaꝝ nuptias celebrari
ante decimum menſem a viri morte. Quare opus
fuit Senatus dcreto vt Antonij et Octauię nuptię
firmarent̃,qm̃ ea. C. Marcellum cui nupta fuerat
lugebat. Statuit aũt Numa Pompilius, vt quęcũq;
ante decem menſes a viri morte nupſiſſet vaccam
Veſtes in p̃gnantem imolaret. Legimus et apud Plutarchũ
luctu q̃ in q̃onibus,mulieres in luctu olim albis veſtibus
les vti ſolitas,quas Argiuę induerunt aqua lotas, vt
Purpurę Iſocrates ſcripſit. Vſi et ſunt aliquãdo maiores no
vſus Tra ſtri pellibus diebus luctus,auctore Feſto. Hoc igi
bea tur vidit trabeati cura Quirini, purpurę vſus (au
ctore Pli.) Romę ſemper fuit,ſed Romulo in Tra
bea,quam togę ſpẽm fuiſſe dubium non eſt,teſti
bus Seruio et Plutar. Non aũt concedebat̃ vti pur
pura,niſi ſummis viris, quam ob cãm Senatum
Catoni Vticenſi decreuiſſe accepimus ludos inſpi
Trabeaꝝ cere veſte purpurea. Tria aũt ſunt genera trabeaꝝ,
gñã tria vt Seruio placet Suetonium ſequenti. Vnũ Dijs cõ
ſecratum qd eſt tm̃ e purpura. Aliud regnum, qd
eſt purpureũ,hẽt tñ album mixtum purpurę,fuitq;
(teſte Virgi.) Romanoꝝ regnum inſigne,vt, Et ſel
lam regni trabeamq; inſignia noſtri. Tertiũ Au
gurale quod eſt e purpura et Croco. Et ſciendũ q
q̃uis Pli. ſentiat togę vſum, regnante Romulo nõ
fuiſſe,ac Tullum Hoſtiliũ tradat toga p̃texta et la
tiore clauo primum vſum eſſe. Trabea tñ qua Ro
mulus,et alij reges vſi ſunt a pleriſq; ſcriptoribus
toga dr̃,ab ea trabeatus deducitur nomen nõ par
ticipium. Caret.n.tpe,vt tunicatus,paludatus.
QVOD eſt ſatis vte.ma. aluo ſeu ventri materno
PAV. Dum .i. vſq; quo,id.n. dum ſignificat. Prodeat
MAR. infans de matris vtero. Prodeat dixit,q2 p̃deũt in
fantes ex vtero capite. Qui vero pedibus exirent
Agrippę vocant̃. Pli. teſte,quaſi ęgre parti. Hi infeli
ces p̃ter paucos a Pli. relatos. Et vt de partu aliqd
dicamus,variam eſſe humani partus ſnĩam Gelli
us ingt. Vbi mulieris vterus ſemen ꝯceperit hoies.
vij. menſe gigni. nõnunq̃. viij. sępe. ix. sępius. x cũq;
dixerunt ſummum finem gignendi. M. Var. (qd
etiam teſtat̃ Gel.) nonnunq̃. viij. naſci hoiem, et in
terdum. xi. Ariſtotelem laudat auctorẽ. Romę cum
fœmina bonis honeſtiſq; moribus, nec ambigua
pudicitia menſe. xi. poſt mariti obitũ peperiſſet, De
cretum Diuus Adria
nus fecit. xi. mẽſe edi
poſſe pp hr̃ditates re
fert Pli. li. vij. Veſtiliaꝝ
C. Herditij, Põponij, et
Orphici clariſſimoꝝ
ciuium ꝯiugẽ ex his
quatuor partus eni
xam. vij. ſemp menſe
pepiſſe. Suillum Ruffum. vi. Corbulonem. vij. Cęſo
niani C. principis ꝯiugem. viij. in quo menſiũ nu
mero genitis intra. xl. diem maximus labor, gra
uidis aũt. iiij. et. viij. menſe letales in his abortus.
Maſſurius auctor eſt L. Papiriũ p̃torem ſcto co
herede lege agenti bonoꝝ poſſeſſionẽ ꝯ eũ dediſ
ſe,cum mater partum xvi. menſibus diceret tuliſ
ſe,qm̃ nullum certum tp̃s pariendi ſtatutum vr̃.
Per totidem ſcba ratio quod. x. menſibus vxor vi
dua domi lugubris ſe ꝯtineat, qd inde ſumptũ vo
lunt a tpe. s. quo latet infans in matris vtero.
Vxor,quę vxor erat,ſed q̃ iam eſſe deſijt. Per to
tidem men. per. x. menſes. A funere coniugis,ab
obitu viri,vel ab eo tpe,quo extincto viro exequię,
et iuſta ſunt ſoluta. Suſtinet in vi. do. q2 ipſa vi
dua,quę iaꝫ viro diuiſa. Triſtia ſigna, aut lugu
bres veſtes luctum indicantes,aut cup̃ſſos, q̃ mor
tuoꝝ domibus ponebant̃,vt Põpeius ait, q2 huius
generis arbor exciſa renaſcit̃, ſic vt ex mortuo ni
hil eſt ſperandũ,quaꝫ ob cãm in tutelam Ditis pa
tris putabat̃,et Pli. Subditis tutela eſſe oñdit. Sed il
lud aduertendum in luctu mulieres albis veſtibus
indui ſolitas, de quo pluribus rõnibus a Plutar.
diſſerit̃ p̃blemate. xxv. Hoc igit̃,his rõnibus mo
tum Romulum ingt cum rudi pp̃lo rõnem anni
traderet. Hoc igit̃ vidit,ꝯſiderauit. Cura Quiri
ni trabeati, Romuli trabea ornati, vt regem dece
bat id ille ſua cura et diligentia obſeruauit. Cum
daret iura annua, anni rõnem, aut Iura annua,
de anno in annum. Populis rudibus, nouis et
inexpertis. Trabeati,trabeę veſtes togatę dicunt̃
purpura circunductę ſub tegmine puniceo, q̃s au
reę fibulę annectebant, hę reges decedant. Trabea
primum Romę Romulus vſus eſt, qua poſt exa
ctos reges Romani vlterius non ſunt vſi,vt multi
aſſerunt. Verum Dionyſius ea idibus Quintilibus
equites vſos oſtendit. Ante Romulum et illa Lati
ni reges vtebantur. Vnde Virg. Ipſe Quirinali lituo
paruaq; ſedebat Succinctus trabea,cum de Pico lo
queretur. Plini. et ingt trabeis vſos accipio reges.
Quirini, Quirinus Romulus dictus eſt ab haſta
quę lingua Sabina Quiris dr̃. Vnde inferius, Siue
qd haſta Quiris priſcis eſt dicta Sabinis Bellicus a
telo venit in aſtra Deus, ſiue ſuo regi nomen po
ſuere Quirites, Seu q2 Romanis iunxerat ille Cu
res, Liuius a Curibus Sabinis Quirites dictos ait.

Martis erat primus menſis, Veneriſq; ſcđs,
Hęc generis princeps, ipſius ille pater.
Tertius a ſenibus, iuuenu3 de nomine q̃rtus,

ANT. FAN. Martius Aprilis — MARtis erat primus menſis, Veneriſq; ſcđs, Romulus primũ anni menſe3 a p̄re ſuo Marte Martium, ſcđm aprilem ab Ænee matre Venere noiauit, quaſi Aphriles a ſpuma, q̃ a grecis ἀφρος dr̃, vnde orta Venus credit̃, quę inde Aphrodita Venus vocat̃, vt hi menſes anni p̄ncipia ſeruarent, qui noiati eẽnt a Romanę gentis auctoribus, de qbus Martia. Iam p̄cor oblitus noſtrę Vulcane querelę Parce ſumus Martis turba, ſed et Veneris. Alijs placet Aprilem dictum ab apiendo, vt li.iiij. latius dicemus. Hęc generis princeps, ipſius ille pater recte hic ꝓpiori, ille r̃ndet ſummotiori, vt ſi dixeris. Odi Gręcos et Hiſpanos, hos auaros, illos vitioꝝ oium genitores. Tertius a ſenibus, Maius Iunius Maium, et Iuniũ qdam noiatos putant, illum a maioribus, hunc a iunioribus, licet alij aliter ſentiãt, vt infra docebimus. Romulus.n. vrbẽ ꝯditurus paſtores, inter quos adoleuerat, ꝯuocauit, cũq; eoꝝ numerus ꝯdẽdę vrbi ꝑaꝝ idoneus videret̃. Aſylu3 patefecit, quo ex finitimis locis peſſimus qſq; ꝯfugeret, atq; ita ppl'3 Ro. ꝯflauit, legitq; in ſenatum centum, q ętate anteibant, de qbus ait Proper. Buccina cogebat p̄ſcos ad verba Quirites, Centum in prato ſępe ſenatus erat. Cũq; hi ꝯſilio, Iuniores aũt armis remp. tuerent̃, placuit vt in honorem vtriuſq; partis tertius et q̃rtus menſis nomen acciperent. Quę ſequit̃ numero turba vocata fuit, reliq menſes a numero nomẽ adepti ſunt, vt Quintilis, Sextilis, September, October, Nouẽber, ac Decẽber, quoꝝ vltimus Saturno a Romanis cõſecratus eſt, quẽ in inferoꝝ Deoꝝ numero habuerunt, ſed qui a Romulo Quintilis dictus ẽ, poſtea in honorẽ Iulij Cęſaris Iulius appellatus eſt, ꝙ h̃ menſe Iulius Cęſar natus dr̃. Deĩde qui Sextilis antea vocabat̃ ex ſenatuſconſulto a Cęſare Augu. Auguſti nomen accepit. Hi duo menſes ſunt, de qbus ait Virg. in Buc. Et incipient magni ꝓcedere menſes. Tentatũ eſt aũt, vt ex alijs qdã a nonnullis imperatoribus denoiarent̃, qbus is honor adẽptus eſt poſtq̃ humanis rebus exceſſere. Aſt Numa nec Iani, nec auitas p̄terit vmbras, Numa Pompilius Ianuarius Februarius anno Romuli Ianuariũ ac Februariũ adiecit, atq; (vti auctor eſt Liuius) ad curſum Lunę in.xij. menſes annum deſcripſit, quẽ ꝙ tricenos dies ſingulis menſibus luna nõ explet, deſuntq; dies ſolido anno, qui ſolſtitiani circũagit̃ orbe intercalares mẽſibus interponendo ita diſpenſauit, vt anno.xx. ad metã eandẽ Solis vnde orſi eſſent plenis oium annoꝝ ſpacijs dies ꝯgruerent. Et Ianuariũ qdẽ p̄mu3 anni menſem eſſe voluit, q̃ in oibus placeret res vrbanam bellicę in honore p̄ferri, vt Plutar. ſcribit in Numa. Quinis nonnulli (vt qdem in q̃onibus Ianuarius a Iano refert) dixerint ideo Ianuarium coeptum primus omnius numerari, quod exactis regibus Calendis Ianuarijs p̄mi ꝯſules creati fuerint. Is a Iano dici Februarius vñ inclinatus pite nomen habuit, q ſiue genius, ſiue rex fuerit, dr̃ ferum et ſilueſtrem cultum in vrbanum ciuilemq; mutaſſe, hic eſt cui oẽ principium faciant antiquitas. Februarius vero dicatus eſt Februo ditis patri, q luſtrationum potens credit̃. Luſtrabat enim hoc menſe ciuitas, quo ſtatuit vt iuſta Dijs manibus ſoluerent̃. Deputatus quoq; hic mẽſis eſt Deis iferis ꝑpter dies pares, ſicut Ianuarius et Martius propter dies impares Dijs ſuperis dicati ſunt, quos delectat impar numerus, vt, Numero deus ipare gaudet. Nec nos lateat Februariũ olim fuiſſe vltimũ anni mẽſe3 vt alibi latius dicemus, vñ oĩ itercalatiõi deputatus teſte Macro. Placet ãt Ser. Ianuariũ aliqñ fuiſſe penultimũ, q̃ tetigiſſe putat Virg. in.iij. Geor. vt, Extremoq; irrorat agnus anno. Menſibus antiqs, ꝑpoſuitq; duos, q̃o ꝑpoſuit ſi Februarius vltimũ anni tenuit locum? ꝙ q̃ per aliũ facimus per noſipſos facere videmur. Decẽ viri.n. poſtea Ianuarium et Februarium a Numa additos coniunxere.

PAV. MAR. MARtis, annum Romulus a Martio menſe inchoauit. Marti primum anni menſem conſecrauit. Scđm Veneri, tanq̃ Romani gñis p̄ncipi ẽ parenti, ꝙ Ænee mr̃. Vnde eſt illud Macro. Primum menſem a patre ſuo Marte, ſm ab Ænee mr̃e Venere nolauit, vt p̄ncipia anni ſeruarent, a qbus eſſet Romani nominis origo. Alij (eodẽ teſte) putãt Romulum altiore prudentia ita primos ordinaſſe menſes, vt cum p̄cedens Marti eſſet dicatus, Deo plerunq; hoiu3 necatori, ſcđs Veneri dicaretur, quę vim eius q̃ſi beneficia leniret. In.xij. zodiaci ſignis cum primum aries Marti aſſignatus ſit, ſequens mox Venerem Taurus accepit, et rurſus e regione Scorpius ita diuiſus eſt, vt Deo eſſet vtriq; cõis. Sed latius de his ſuis menſibus, et de ortu Romuli ſuo loco dicemus. Primus menſis, anni.s. a Romulo ꝯſtituti. Erat Martis, nam Marti ꝯſecratus inde Martius dicebat. Mars (Varrone teſte) dr̃ quod in bello maribus p̄eſt, vel ꝙ lingua Sabina Mamers dictus eſt detractione syllabę. Põpeius tamen inquit Mamers mamertis idẽ lingua Oſca Mars, dr̃ et Manors quod magna vortat, vt Cic. placet.

Et ſcđs, menſis.s. Erat Veneris, Veneri conſecratus. Nam Aprilis dictus quaſi aphrilis ab ἀφρος, quod eſt ſpuma, cu3 ex maris ſpuma nata ſit Venus, et inde dicta Aphroditis. Venus aũt dicta (vt Cice. placet) quod ad res oẽs veniat, ſed de Venere, et de his qui nolunt Aprilem ab ea dici ſuo menſe, et libro dicemus, et quot fuerint Veneres. Tertius, refert Vectius p̄textatus in Theodoſij Saturnalibus, Fuluiũ nobiliorem in faſtis quos in ęde Herculis et Muſaꝝ poſuit, Romulum poſtq̃ populum in maiores, iunioreſq; diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis remp. tueretur in honorem vtriuſq; partis. Tertium menſem Maium, ſequentẽ Iunium vocaſſe. Sed de diuiſione populi alijs locis dicemus, et de his.v. et ſexto libro diſſeremus.

Tertius menſis.s. anni Romulei. A ſenibus dictus eſt, nam Maius vocatus a maioribus, hoc eſt a ſenioribus. Quartus mẽſis. De noĩe iuuenũ, nam Iunius a iunioribus dictus, ſed latius ſuo loco diſſeret̃.

eo differet. Turba, mensium. Que ſequit̄ hoc eſt cęteri mēſes, qui ſubſequunt̄. Fuit notata numero, q̄ſi vocata ab ordie numeri, nā quintus mēſis Quintilis dictus, ſextus. Sextilis. Inde September, October, Nouēber, December. Verū poſtea Quintilis Iulius a Iulio Cęſare dictus eſt, et Sextilis ab Octauio Auguſto. Auguſtus inde Domitianus voluit a cognomine et noīe ſuo Ssptēbrem Germanicum, et Octobrem Domitianū appellare. Sed eo mortuo mēſes ſuis noībus vocati ſunt. At Numa, duos mēſes priori anno Ianuarium, et Februariū a Numa Pōpilio additos multi aſſerunt. Fuluius tñ nobilior negare videtur, et Tarquiniū Priſcum addidiſſe refert.

Quę ſequitur, numero turba notata fuit.
At Numa nec Ianū, nec auitas p̄terit ūbras,
Menſibus antiquis addidit ille duos.
Ne tamen ignores variorum iura dierum,
Non habet officium Lucifer omnis idē.
Ille nefaſtus erit, per quē tria verba ſilētur,
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto pręſtare die ſua iura putaris,
Qui iam faſtus erit, mane nefaſtus erit.
Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet oīa fari,
Verbaq; honoratus libera pretor habet.

Verum Vectius in Saturnalibus Mac. de Numa referens hęc inqt. L. et. vi. dies in duos mēſes pari rōne diuiſit, ac de duobus primum Ianuariū nūcupauit, primumq; anni eſſe voluit, tanq̄ bicipitis dei mēſem reſpicientem ac proſpiciētem tranſacti anni finē, futuriq; principia. Secūdum dicauit Februo Deo, q lustrationū potens credit̄. Luſtrari aūt eo mēſe ciuitatem neceſſe erat. Statuit vt iuxta Dijs manibus ſoluerent̄. At Numa, qui poſt Romulum regnauit. de quo poſtea latius. Nec p̄terit, quaſi nō p̄termiſit. Ianū, q: mēſium numero addiſit. nam ab eo Ianuariū vocauit, ſed de Iano, et eius myſterijs paulo poſt. Nec auitas vm. parētū, ſiue auorū aīas, q: mēſem inſtituit, quo illis parētaretur, hoc eſt quo fierent̄ ſacrificia pro mortuis, et Feb. mēſem dixit a Februo, et februare purgare ē, ſed de hoc. ij. lib. dicetur. Ille, Numa. Addidit duos mēſes. s. Ianuarium et Feb. Menſibus antiquis. x. mēſibus a Romulo inſtitutis. aliqui legunt prępoſuitq; duos, ſed vr̄ abſurdu3, q: non p̄poſuit, nam Februariū vltimū anni fecit, niſi dicas, ſi nō prępoſuit per ſe, p̄poſuit per ſucceſſores. Nā a. x. viris Februarius poſt Ianuarium numeratus eſt.

ANT. FAM. ILLE [illegible] e. p q. t. u. ſilent̄, Numa (vt Mac. tradit) dies oēs aut feſtos, aut p̄feſtos, aut intercisos vocauit. Feſti Dijs dicati ſunt. Profeſti hoībus ob adminiſtrandā remp. priuatāue conceſſi, quorū illo Cor. Taci. ſacros hos negocios vocat. Interciſi Deorum, hoīumq; cōes ſunt. Feſtis inſunt ſacrificia, epulę, ludi, ferię. Profeſtis faſti, comitiales, cōperendini, ſtati, p̄liares, quorū ſignationem apud eūdem Macro. q̄re. Sunt aūt faſti (teſte Var.) per quos p̄toribus verba q̄dam legitima ſine piaculo fari licet, ſiue in quibus ipſum ius fatur. i. dr̄, vt ſcribit Pris. Contrarij horū vocant̄ nefaſti, qui (teſte Feſto) N. līa notabant̄. per quos dies ea verba fari ius nō eſt, et ſi p̄tores ea fati ſunt, piaculu3 faciūt. Ea verba erāt. Do, dico, addico. Do q̄dem dicebāt, cum dabāt poteſtatē citādi aliquem. Dico cū pronunciabāt ſniā; in cauſa quam cognouerāt. Addico vero cū q̄s in iure cedebat. Fiebat aūt ceſſio hoc mō apud p̄toiē, is cui res in iure cedit rem tenēs ita vendicat, hūc ego hoīem ſiue hanc rē ex iure quiritiū meā3 eſſe dico. Deinde p̄tor interrogat eū, qui cedit an cōtra vendicet, quo negante aut tacente tunc ei q vendicauerit eā rem addicit. Sane (auctore Feſto) addicere eſt idē dicere et approbare dicēdo, inde addicti apud veteres dicebant̄ qui p̄toris pronūciatione ac iuſſu cū ſoluendo nō eſſent creditoribus vendebant̄, quos et annexos vocabant. A. Gel. auctor eſt ex manifeſtis furibus liberos verberari olim atq; addici ſolitos ei cui factum furtu3 eſſet, ſi modo id luci feciſſent, neq; telo ſe defendiſſent. Eſt etiam addicere damnare. Vnde addictos dicimus morti deſtinatos. Faſtus erit per que3 lege licebit agi. Faſtis diebus lege agi poteſt, cū populo non poteſt. Vnde ait Li. Numam dies faſtos, ac nefaſtos feciſſe, q̄a aliquando nihil cum populo agi vtile futuru3 erat. Illud quoq; ſciēdum ad rem militarem nihil attinere vtrum faſtus vel nefaſtus dies ſit, ſed ad ſolas id actiones priuatas reſpicere. Quare apud Macrobiu3 legimus, Adiectosq; omnes a ſe dies faſtos nominauit, vt maiorem daret actionibus libertatem. Nec toto pręſtare die ſua iura putaris, de interciſis diebus loquitur, qui ſunt (vt diximus) Deorum hominumq; cōmunes. Vnde ait Feſtus, Quando herus comitauit fas in faſtis notari ſolet, et hoc videtur ſignificare quando rex Sacrificulus diuinis rebus perfectis in comitium venit. Eorum dierum quibusdam horis fas eſt, quibusdam fas non eſt ius dicere, nam cum hoſtia cęditur fari nefas eſt, inter cęſa exta et proiecta (teſte Macrob.) fari licet. Rurſus cum adoletur non licet. Quod Varro. confirmat his verbis, interciſi dies ſunt per quos mane et veſperi eſt nefas, medio tempore inter hoſtiam cęſam et exta proiecta fas. Eam ob cauſam Romę Flamen dialis qui vindemiam auſpicabatur, cum Ioni agnam feciſſet, vt idem Varro. meminit, inter e[illegible] exta cęſa et proiecta vinum legebat. Na3 ſimul exta Deo data ſunt licet omnia fari, exta (vt Feſto placet) ab extando dicta ſunt, non quia Dijs maxime extantibus proſecentur, ſed q̄ eam Dijs proſecari ſoleant quę maxime extāt, eminētq;. Extorū quę elixa et in olijs cocta fuiſſent auli cocia dicebant̄, quonia3 aulas antiq dicebāt quas nūc ollas dicimus cū nullam līam geminarēt, in ijs vbi cor nō fuiſſet peſtifera auſpicia dicebantur, ſimiliter et cui caput nō erat in iecore. nam mu-

Ceſſio apud p̄to[illegible]. rē q̄uo Addicere vnde Addicti vel ānex[illegible]

Faſti dies. Profeſti. Interciſi. Faſti. Nefaſti.

Exta [illegible] licocia. Aula p̄ olla. Auſpicia peſtifera. Exta muta.

Egalia xta re

ta exta tunc vocabãt cum nihil ex ijs diuinatiõis animaduertebãt. Regalia q̃ petentibus inſperatũ honorẽ pollicebant. Ea Velitris Marti ſemicruda reddi cõſueuerunt, qm̃ ibi (vt ſcri. Sueto.) cũ Octauius Marti rẽ diuinã faceret, nũciata repente hoſtis incurſione ſemicruda exta ꝓſecuit, ac p̃lium ingreſſus victor rediit. Quãobrẽ publico decreto Velitris cautum eſt, vt in poſterũ ſimili modo Marti exta redderent. Plutar. in queſtionibus auctor eſt ſacerdotibus olim vetitum crudã carnẽ tangere, qm̃ ea neq; animal eſt, neq; obſoniũ, et qđ recens et crudũ eſt aſpectum neq̃q̃ purũ et impollutũ hẽt ſed vlceroſum et moleſtũ.

Ius honorariũ

Verbaq; ho. i. p̃tor habet, pretoris auctoritas tãta olim fuit, vt quod ipſe edixiſſet ob eius honorẽ ius honorariũ diceret. Quare p̃tor (vt qbuſdam vr̃) a preeſſendo, vt Nonio placet,

Pretor vñ indicatur

a p̃eundo nomẽ accepit, qđ populo p̃iret, cui regia inſignia, ꝯſulareſq; ferme apparatus traditi ſunt. De hoc Cic. in epiſtola ad Plancũ. Placuit nobis vt ſtatim ad Cornutũ p̃torem vrbis lr̃as deferremus, qui, ꝙ cõſules aberant, cõſulare munus ſuſtinebat more maiorũ.

Pretoriũ Pretoria porta Pretores duo Pretores plures

Sane pretor nõ ſemper pro eo accipitur q iura dicit, ſed ẽt pro omni magiſtratu cui paret exercitus. Vnde p̃toriũ dr̃ eius tabernaculũ et cohors p̃toria, que a p̃torio non diſcẽdebat, et porta Pretoria qua educebat exercitus, Romani aliqñ vnum tm̃ p̃torem habuerunt, qui vrbanus vocabat. Deinde peregrinorũ multitudine vndiq; in vrbẽ confluẽte alterum creari placuit, qui q inter peregrinos ius diceret peregrinus appellatus ẽ. Creſcẽte vero imperio tot p̃tores adiecti ſunt quot ſibi populus Romanus prouincias ſubegiſſet.

PAV. MAR.

NE Tamen, gñalia quedã relaturus eſt q̃ in oĩbus ꝯtingunt mẽſibus, p̃ſertim nõ eſſe eiuſdẽ officij dies oẽs, ſed aliud alij cõuenire. Tñ ne ignores, ergo ſcias. Iura, p̃tãtes, ſeu officia. Variorũ dierum, nã vt varij noĩe, varij tp̃e, ita varijs officijs attributi. Nõ oĩs Luci. p̃tem pro toto poſuit, nam principiũ diei p toto die, vel erit denoĩatio, cum ab eo qđ facit, id quod fit intelligit, vt hic cũ Luciferũ pro die poſuit, aut ꝓ diei principio. Lucifer a grecis φωσφορος dr̃, ſtella eſt Veneris, que cũ Sole antecedit, vt Ci. inq̃t, lucifer cũ ſequit veſper vocatur, de ea multa refert Pli. lib. ij. Ille nefaſtus, Mac. cum de diuiſione dierũ agat, Numã inquit, vt in mẽſem annũ, ita in dies mẽſem diuiſiſſe, dieſq; oẽs aut feſtos, aut ꝓfeſtos, aut interciſos vocaſſe. Feſtos Dijs dicatos eſſe, qbus inſunt ſacrificia, epule, ludi, ferie. Profeſtos hoibus ob adminiſtrandam rẽ priuatã, aut publicã ꝯceſſos, his inſunt faſti, comitiales, cõperẽdini, ſtati, p̃lia res. Interciſos Deorũ, hoiumq; cões eſſe, ſed in ſe nõ alia diuidi. Sunt tñ interciſi dies, vt Var. et etiã ipſi Mac. placet, p quos mane et veſpere nefas ius dicere, medio ãt tp̃e inter hoſtiã ceſam, et exta ꝓiecta fas, a quo qđ factũ intercidit interciſi, aut qđ interciſum nefas, ſed de ceteris paulo poſt. Faſti (Var. auc.) dies ſunt p quos p̃toribus oĩa verba ſine piaculo licet fari. Nefaſti p quos nefas fari p̃torẽ, do, dico, addico, et ſi prudẽtia vel imprudẽtia hec tria verba emittuntur, piaculari hoſtia purgatur, qui emiſerit p̃tor. Si ſeruus fuerit manumiſſus, quia vrbs libera erat, liber eſto. Mutius ambigebat eum expiari vt impiũ nõ poſſe. Ille dies erit nefaſtus, cum fari nõ poterit p̃tor. Per quẽ, idem. Silent, a p̃tore. s.

Tria ve ba p̃tori

Tria verba, hec ſunt illa tria verba que e p̃torio proferebat pretorius dicturus, Do, dico, addico. hoc eſt do leges, dico ius, addico dãno, naꝫ addicere (Põpeio teſte) dãnare eſt. Faſtus erit ille. s. dies per quem licebit, fas erit. Agi lege, hoc eſt cum poterit pretor ius dicere ſecũdum leges et inſtituta. Nefaſti dies hac nota ſignant Nefaſti ſic. NP. Nec toto, erãt dies in qbus mane cum fieret ſacrificiũ ius non dicebat, ſic ea parte Nefaſti. perfecto autem ſacrificio, cuꝫ p̃tor ius diceret, faſti. Sic dies nefaſtus mane, poſtea faſtus. Nec tu putaris, quaſi nõ arbitreris. Toto die, die integro. Perſtare, perſeuerare, ſeu firma eſſe. Sua iura, iura ipſi diei attributa. Qui, ille dies, qui iam abſoluto. s. ſacrificio. Erit faſtus, cum fari poterit p̃tor.

Vñ dici mane

Mane, cũ fieret ſacrificium. Erat nefaſtus, qꝛ non licebat fare p̃torem. Mane (Var. teſte) diei principium, ꝙ tum manet dies ab oriente, niſi potius qđ bonum antiq dicebant manuũ ad cuiuſmodi religionẽ, greci quoq; cum lumẽ afferũt ſolent dicere φωσαγτον, ideꝫ fere Põpeius. ſic etiã Macro. mane dictum qđ ab inferioribus locis. i. a manibus exordiũ lucis emergat, aut mane ab omine boni ominis. Nam ſimul, ratio cur idem dies faſtus et nefaſtus ſit. Nam ſimul. i. poſtquã. Exta ſunt data Deo, abſolutuꝫ eſt ſacrificium. Exta ſunt ea interiora vitalia vt cor, iecur, pulmo, et que ꝓpe hec dicta (Põpeio teſte) quod ea Dijs proſecantur, que maxime extãt, eminentq;. Licet omnia fari, qꝛ poteſt fari p̃tor, et pretor honoratus habet verba libera, quaſi libere ſine vllo piaculo poteſt fari. Pretor dictus qđ preiret in iure et in exercitu.

Honoratus, nã (vt Põponius iuriſcon.) ius p̃toriũ appellat honorarium. et Paulus de iuſtitia et iure, Ius etiam p̃toris honorariũ dixit, ſeu honoratuꝫ, qꝛ habet lictores et faſces more conſulari. De p̃tore autem Põponius de origine iuris ſic inquit, Pretor creatus eſt cum cõſules auocarent bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet. Hic primo vrbanus appellatus eſt, eo qđ in vrbe ius redderet, poſt aliquot deinde annos nõ ſufficiente p̃tore, eo ꝙ multa turba etiam peregrinoruꝫ in ciuitatem veniret, creatus eſt et alius pretor, qui peregrinus appellatus eſt, ab eo quod plerunq; inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, et mox Sicilia, et Hiſpania, ac Narbonẽſi prouincia. Totidem pretores quot prouincie in ditionem venerant creati ſunt partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus preeſſent.

ANT. FAN.

EST QVOQ; quo populum ius eſt includere ſeptis, diem dicit Comitialeꝫ, quo (teſte Macrobio) cuꝫ populo agi licet. Nam cum faſtis diebus diximus lege agi poſſet, cũ populo non poſſet, Comitiali die vtrunq; poterat, quo (vt inquit Feſtus) in comitio conueniebãt, qui locus a coeũdo. i. ſimul veniendo dictus, poſtquã per trãſlationem ſeptoruꝫ nomine appellari. vt hoc loco. Sunt autem ſepta

Comitial

Septa

> Eſt quoq;, quo populũ ius eſt includere ſeptis,
> Eſt quoq; q nono ſemper ab orbe redit.
> Vendicat Auſonias Iunonis cura calendas,

propriè (vt ait Seruius) loca in campo Martio incluſa tabulatis, in quibus populus Romanus ſuffragia ferre cõſueuerat, quę quoniam ſimilia ſunt ouibus, aliquãdo et ſepta ꝑ ouilibus, et ouilia pro ſeptis poni ſolent. Scire autẽ debemus ꝙ ait Varro licere quidem cũ populo Romano diebus comitialibus ferre ſuffragia, niſi ſi quę ferię conceptę eſſent, propter quas non liceret, vt compitalia latinę. Eſt quoq; qui nono ſemper ab orbe redit, ſunt et dies qui nundinales dicuntur a nundinis, quę a Romanis inſtitutę ſunt, vt octo quidẽ diebus in agris ruſtici opus facerent. Nono autem die ad mercatus, legesq; accipiendas Romã venirent. Columella, Nundinarũ etiam conuentus manifeſtum eſt propterea vſurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanę res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticę. Itaq; Macro. appellat nundinas ferias ruſticorũ Et Feſtus, Nũdinas inquit feriarũ diem eſſe voluerunt, quo mercandi gratia in vrbes ruſtici conuenirẽt. De his Plin. lib. xviij. Naturalis hiſtorię. Nundinis vrbem reuiſitabant, et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. Nundinas a nono die dictas eſſe nemini dubiũ videri poteſt. Quare ait Plau. in Aulularia, Coquus ille nundinalis eſt, in nonum diẽ ſolet ire coctuꝫ. ſimiliter et Nundinam Deam, quaꝫ ait Macro. a nono die naſcentium nuncupataꝫ, qui luſtricus dicitur, quo infantes luſtrantur et nomen accipiunt. Vendicat Auſonias Iunonis cura calendas, maiores noſtri (vt inquit Plutarchus in quęſtionibus) annũ Iouis, menſes Iunonis eſſe exiſtimarunt, itaq; omnium menſium calendę Iunoni ſacrę ſunt, quę inde a nonnullis dicitur Calendaris. Eam enim eſſe Dianam, quę Luna eſt, a cuius curſu menſis colligitur, illud oſtẽdit quod modo Dianam, modo Iunonem Lucinam dicimus, cum in pleniluunio mulieres facile partu leuari videantur. Virgil. in Buco. Caſta faue Lucina. Teren. in And. Iuno Lucina fer opem. Dictę autem ſunt calendę a gręco verbo καλεω ideſt voco, pro quo nos calare dicimus. Varro, Primi dies menſium nominati calendę ab eo, ꝙ ijs diebus calẽtur eius menſis nonę a pontificibus. Olim enim (vt Macro. docet) pontifex minor nonę Lunę primum obſeruabat aſpectuꝫ, qua viſa regi ſacrificãdum eſſe nunciabat, poſteaq; ſacrificio celebrato idem pontifex calata ideſt vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabriam, ꝙ dies a Calendis ad nonas ſupereſſe pronunciabat. Vnde ipſa curia Calabrię nomen accepit, ẽ quintanas quidem dicto quinquies verbo, ſeptimanas vero repetito ſepties prędicabat. Itaq; eum diem, qui ex ijs, qui calarentur primus eſſet calendas vocari placuit. Ideo autem minor pontifex numerum dierum, qui ad nonos ſupereſſent calando prodebat, quia poſt nouam Lunam oportebat nonarum die populos, qui in agris eſſent confluere in vrbem ac-

*Nũdinę* · *Nundina Dea* · *Calendę Iunonis* · *Calendę vñ dictę calar…* · *Calabra curia*

cepturos cauſas feriarum a rege ſacrorum, ſcituroſq; quid eſſet eo menſe faciendum, vnde quidã hinc nonas exiſtimant dictas, quaſi nonę initium obſeruationis. Licet alij ſic eas nominari cenſeant, ꝙ ab eo die ab idus nouem dies computentur. Adeo autem verum eſt omnium menſiũ calendas ſacras eſſe Iunoni, vt conſtet Ianum dictum eſſe Iunonium, quaſi non ſolum menſis Ianuarij, ſed menſium omnium tenentem ingreſſus, qui ſunt in ditionem Iunonis. Calendę apud Gręcos nullę fuerunt. Vnde et Auguſtus (teſte Suetonio) cum aliquos nunq̃ ſoluturos, ſignificare vellet, ad calẽdas Gręcas ſoluturos dicebat. Sunt qui calendas quaſi cęlandas dici exiſtiment propter Lunę occultationem, quę vna eſt e tribus eius planetę mutationibus, quę ſingulis menſibus fiunt, vt Plutarchus in quęſtionibus tradit. Calendaria ſacra (vt ait Seruius) ſi qua ratione dilata fuiſſent repeti poterant, cum anniuerſaria differri atque iterari non poſſent. Lege Macrobium vbi et alia quę ad hanc rem attinent, pertractantur. Auſonias autem calendas latinas dicit, ꝙ Gręci eas non habeant, vt diximus ſupra.

EST QVOq;, de comitiali et nundinali die agit. Comitialis dies erat, cuꝫ habebantur comitia, hoc eſt cum conueniebat populus ad creandos magiſtratus, vnde Varro comitiales inquit dies dicti, quod tum eſſet populus conſtitutus ad ſuffragium ferẽdum. Eſt quoq;, eſt etiam dies. Quo eſt ius, in quo die eſt poteſtas. Includere populum ſeptis, vocare populum in campum Martium vbi ſeptum erat, quo populus includebatur, cum creandi eſſent magiſtratus, et ſepta etiam dicuntur per metaphoram ab ouili, nam et populum pecudes, et gubernatorem paſtorem vocamus, vt Fabi. meminit. Eſt quoque, eſt etiam dies. Qui ſemper redit ab orbe nono, a nono Solis circuitu, hoc eſt a nono die, et de nundinali intelligit. Nundinę tamen inter ſolennes ferias a Tito Quintio poſitę non ſunt. Inſtitutas vero fuiſſe nundinas Rutilius Gallus ait, vt ruſtici octo diebus in agris eſſent, et nono die repeterent vrbem pro ſacris. Plini. tamen inquit, Ruſticę tribus nundinis vrbem reuiſitabant, et ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. hęc ille. A nono autꝫ die nundinę dictę ſunt. Nono etiam die qui dicebatur luſtricus antiqui nomina infantibus dabant, et de ea quę in veneratione erat nundinę ab ipſo die dicebantur. Vendicat, calendę Iunoni, idus Ioui ſacrę ſunt. Primi dies menſium (vt Varro inquit) nominati ab eo calendę, quod his diebus calentur menſes. Calendę etiam (vt idem meminit) Iunoni ſunt attributę. Vnde Laurentes Iunonem appellabant calendarem, eiq; ſacrificabant a Martio ad Decembrem, ſed Romę calendis omnibus regis vxor ſacrificuli porcum vel agnam

*Nonę* · *Ad calendas gręcas* · *PAV. MAR.* · *Comitia nũdinis nõ hẽri* · *Vñ dicãt calendę*

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.
Nonarꝫ tutela Deo caret, omnibus iſtis
(Ne fallare caue) proximus ater erit.

Iunoni immolabat, et minor pontifex in curia Calabria rem diuinam faciebat Iunoni. Dicunturq; calendę a calo ideſt voco. Vnde (Macrobio teſte) ipſi curię ad quas vocabatur Calabrię nomen datū eſt, nam curia Calabria dicebatur. Sed attributas Iunoni calendas et Varronis, et pontificalis cófirmat auctoritas. Ratio eſt quę in Saturnalibus a ꝑtextato refertur. Cum initium menſium maiores noſtri ab exortu Lunę ſeruauerint iure Iunoni calendas addixerunt Lunam ac Iunonem eādem putantes, vel quia Luna per aerem meat. Vnde Gręci Lunam αρτεμιν nuncuparūt ἀεροτομην quod aera ſecat. Iuno autem aeris arbitra eſt. merito initia menſium. i. calendas huic Deę cóſecrarunt, inquit ergo poeta. Cura Iunonis vendicat, attribuit ſibi.

Calendas Auſonias, Latinas ſeu Romanas, et hoc ideo dixit, quoniam gręci calendas nō habēt. Ideo Auguſtus cum aliquos nunꝗ ſoluturos ſignificare vellet ad calendas Gręcas ſoluturos dicebat, νουμηνιας Gręci principia mēſium appellant.

Auſonias, ab Auſonia, quę pars erat Italię, in qua ſunt vrbes, Beneuentū, Cales, Terracina, ita dicta ab Auſone Calypſus ex Vlyſſis filio. Nunc vero pro tota Italia accipitur.

IDIBus alba Ioui grauior agna cadit, idus quidem Ioui, nonę vero nulli Deo dicatę ſunt, quas tamen. Populus Ro. exactis regibus maxime celebrauit nonarū diem Seruij Tullij natalem exiſtimans. Dicitur autē idus ab iduando, ꝙ is dies diuidat menſem. Iduare. n. lingua Hetruſca eſt diuidere. Hor. in. iiij. carminū, Idus tibi ſunt agendę, Qui dies menſem Veneris marinę Findit Aprilē. Alij putāt idus dictas quaſi vidus a videndo, ꝙ tunc plena Luna videatur. Alij hoc eſt a ſpecie quam tunc Iuno pleniſſime oſtendit. Alij a Thuſcis hoc nomen tranſlatum volūt, qui item dicunt Iouis fiduciam. Nam cū Iuppiter ſit lucis auctor, vnde vocatur Lucetius, ac Dieſpiter, recte is dies itis vocatur, cuius lux non finitur cū Solis occaſu, propter plenilunium, quod in medio mēſis fieri ſolet. Sane idibus Ioui ouis alba mactabatur, dicebaturq; idulis auctore Feſto, vnde quidam idibus nomen inditū voluerunt. Ex hac hoſtia ferunt albo galerū fieri ſolitum, quo diales flamines. i. Iouis ſacerdotes vtebantur, cui affigebatur apex virgula oleagina. Sciendū calendas, nonas, et idus copulādis nuptijs religioſas, hoc eſt deuitādas fuiſſe auctore Macro. ꝙ ij dies pręter nonas feriati eſſent, et ferijs vim cuiquam fieri piacula foret. Nonarū aliam rationē apud eundem Macrobium lege.

ANT. FAN.

Idus vñ dicunt

Lucetius Dieſpiter

Omnibus iſtis (Ne fallare caue) proximus ater erit, dies qui ſunt poſtridie calendas, nonas, idus quos quidā praue ac perperā Nefaſtos appellant, atri. innominales, ſiue impediti ac religioſi ſunt, hoc eſt triſti omine infames, in quibus nec quoꝗ exire, nec peregre proficiſci cóſueuerunt, et rem diuinā facere, ac rem quāpiam nouā exordiri temperabant, quibusq; nec Iouem, nec Ianū, nec quempiam ſuperum ꝑfari fas putabant. Dictiq; ſunt alienſes ac poſtridiani, quoniam Sulpi. tribunus militum ad Aliam diuerſus in Gallos pugnaturus, qđ flumen ab Vrbe. xv. millibus paſſuū diſtat rē diuinā dimicandi gratia poſtridie idus feciſſe dr̄, poſteaq; ad Aliā cum exitio vrbis foede pugnatū eſt. Qua de re cū in ſenatu verba fierent cóplures ſenatores recordari ſeſe dixerūt quoties belli gerendi gr̄a res diuina poſtridie calendas, nonas, idus a magiſtratu populi Ro. facta eſſet eius belli proximo deinceps ꝑlio rem p. male geſtā. Senatus eā rem ad pontifices reiecit, vt ipſi quod videretur, ſtatuerent. Pontifices decreuerūt nullū his diebus ſacrificiū recte futurꝫ, eosq; dies neq; ꝓliares, neq; puros, neq; comitiales eē. Alij poſtridianos dies atros, atq; infauſtos eſſe dicūt, quoniam inferis dicati ſunt, cū nonarꝫ, calendarꝫ, atq; iduū dies, q principes appellant faſti ac ſacri habeant, ſintq; imparibus numeris terminati, cōtraq; atri paribus terminent. Lege Plutarchū in ꝗōnibus. Dies atros nonnulli cóes velut ad emendationē nominis vocauerūt (teſte Macrobio) in qbus etiam parētare non licebat, cū in parētationibus ꝑfari Ianum ac Iouem neceſſe ſit, quos noiari atro die non oportebat.

Poſtridiani

ALba agna grā. pinguis. Cadit, imolatr̄. Ioui, ad honorē Iouis. Idibus, die iduū. Quilibet. n. mēſis calendas, idus, et nonas hēt, vt primi dies mēſiū ſunt Iunonis, ita idus ſunt Iouis, et idus dictę, vt inqt Var. ab eo ꝙ Hetruſci itis, vel potius ꝙ Sabini idus dñt, aut dn̄r idus ꝗſi vidus detracto. u. qđ eo die plena Luna videatr̄, aut qꝛ iduare apud Thuſcos diuidere eſt. Diuidūt. n. mēſes ꝓcipue nonas a calēdis, vel ab hoſtia eo die Ioui imolata, quā idulū appellabant, et Mac. refert nomen hoc a Thuſcis eſſe, apud quos is dies itis vocatr̄. Itē illi interpretabant Iouis fiduciā. nā cū Iouē accipiamus lucis auctorē, vñ et Lucetiū Salij in carminibus canūt, et Cretēſes την ημέραν vocāt, Romāi Dieſpitrē vt diei prēꝫ, iure dies hic Iouis fiducia vocatr̄, cuius lux cū Solis occaſu nō finitr̄, ſplendorē diei, et noctis ↄtinuat illuſtrāte Luna, qđ ſemꝑ plenilunio. i. in medio mēſe fieri ſolet. Diē vero q nocturnis caret tenebris, Iouis fiduciā Thuſco noie vocauerūt, vñ et oēs iam Iouis ferias. obſeruādas ſanxit antiqtas. Nonarꝫ, nonis nulli Deo ſacrificatr̄, iō ſub nullius numinis tutela eē dn̄r. Nonę (vt Var. ait) a pōtificibus quintanę, et ſeptimanę dictę, et ab eo qđ añ diem nonū ſunt, dn̄r, aut a nona Luna, cū pōtifex eo die nonā Lunā obſeruaret, et viſam regi ſacrificulorꝫ indicabat. Vñ nonę ꝗſi nonę Lunę initiū, aut qđ ab eo die ad idus nouē ſunt dies. Verꝫ, vt diximus, ſub tutela ſunt nullius numinis, qm̄ Iunoni et Ioui cóes relinquunt. Tutela no. ca. Deo, ꝑ hypallagē, hoc eſt nonę carēt tutela Dei. Proximus oibus iſtis, hoc eſt dies q ſeqt̄ calendas, nonas, idus. Erit ater, erit infaſtus. Caue ne fal. ne decipiaris, nam poſtridianos dies calēdarꝫ, nonarꝫ, iduū ifelices habendos

PAV. MAR.

Atri dies

Quare dicant dies atri ex diuerſis auctoribus

bendos cẽſuit antiq̃tas, vt mox dicã. Dicere rõnem calẽdarum, iduũ, et nonarum niſi vel pueris notã q̃ ſcirem. Omen ab, qḋ atri dies ſint ab eo qḋ in his euenit, obſeruatũ ẽ, vti refert Aurelianus ille Vectius cũ infeliciter dimicatũ eſſet, vt apud Gelliũ ẽ annalũ. xv. et Caſſum Heminã libro hiſtoriarum ſcḋo. ccclxiij. vrbis anno a Manlio ẽ An. Poſthumo tri. ple. actũ in ſenatu qd eſſet qḋ itra paucos annos toties erat afflicta. R. P. perqueſiuit Licinius haruſpex ex ſenatus pce pto, retulitq;. Q. Sulpitium tri. pl. poſtridie idus Quintiles ꝯ Senones dimicaturum ſacrificaſſe. Item ad Cremeram, multisq; aliis in locis infeliciter dimicatũ. Tunc põtifex iubẽte ſenatu ſtatuit poſtridie calẽ. idus et nonas dies atros hñdos. Plutarchus aliam rõnẽ affert, inq̃t. n. Cum pmi mẽſium dies ſint Dijs ſupis ꝯſecrati, ita ſeq̃ẽtes infeꝛis, q̃bus maiores purgationibus q̃buſdã vtebanẽ, et mortuis parentabant, ſic et dies illos tris in mẽſibus pncipes feſtos, et ſtatos poſuerunt. Eos aũt q ſequunẽ tris Dijs manibus attributos religioſos, et infauſtos hñdos exiſtimarunt. Ita Plutar. inquit. Ego tñ miror, nã Fabi. Seruilius minime parentãdum his diebus cẽſet, q: Iouẽ, et Ianũ neceſſe eẽt inuocare, q̊s non licebat atris diebus noiare. Idem a Theodoſio Aurelio refert, q ẽt teſtaẽ oẽs poſtridianos dies fuiſſe nuptijs ĩhabiles, et ad oĩa maiores cauendos putaſſe. Omen, horum. s. dierum atrorum, qui ſunt infauſti et ominis, et augurij. Omen qḋ ab ore hoĩs, vel a quocũq; eius geſtu, auguriũ vero qḋ ab auibus captaẽ. Eſt ab euentu, ab eo qḋ is diebus accidit. Euentus. n. pro caſu poniẽ. Cic. in libris de Diuinatione. Quid eſt inq̃t aliud ſors, qd fortuna, qd caſus, qd euentus, niſi cum ſic aliqd cecidit, ſic euenit, vt vel non cadere atq; euenire, aut alr cadere atq; euenire potuerit. Nã Roma illis diebus poſtridianis. s. calendarum, iduum, et nonarum. Tulit damna triſtia, ab effectu triſtia, q: tot Romani piere. Sub aduerſo Marte, ſub aduerſis hoſtiũ armis, cum Mars aduerſus Romanis et fauens hoſti.

Hęc mi. hanc dierum rõnẽ quę oĩbus ineſt menſibus, nunc in pncipio retulit, ne poſtea eſſet dicturus, et ob id rerum ordinẽ interrupturus. Hęc, q̃ de diebus dixi. Hęrentia totis Faſtis, quę inhęrent omnibus menſibus, ſic et faſtorum libris.

ANT. FAN. NE Seriem rerum ſcindere cogar, hęc inq̃t ſemel dixiſſe volui, ne per omnes menſes repetita interſecẽt rerum dicendarum ordinem, et confundant.

PAV. MAR. NE Cogar ſcindere, interrumpere. Seriem, ordinem. Rerum, erunt mihi ſemel dicta, quaſi dixeris ſemel non dicam poſtea, et vr hoc in loco erunt

Series verũ

hẽre aliquã pteriti tpis ſignificationem, cum dicat erunt dicta, q: iam dixit et dicturus non eſt, et Lucanus inq̃t, Nec tantis cladibus auctor Poenus erit. Iam longe antefuerant clades illę et Poenus Hannibal. Vox quidem futuri eſt, ſed ſignificatu videtur pręteritum reſpicere. Quod non ſolum nos dicimus, q: ſunt qui in nos ita dicentes inuehanẽ Sed Pompo. iuriſcon. de verborum ſignificatione ita admonet. Erit verbum interdũ etiam pręteritũ, non ſolum futurum tempus demonſtrat, cum codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, quod in codicillis ſcriptum erit, vtrũne futuri temporis demonſtratio fiat, an ẽ pręteriti, ſi ante ſcriptos codicillos q̃s relinquat. Ecce, de Ianuario menſe acturus, qui Iano dicatus eſt, eum adeſſe inquit bono omine, Ecce o Germanice Ianus nunciat tibi fauſtum annum, ſolebant Ianuarij calendis bona omina et auguria captare, ideo inquit Ianũ nunclare felicem annum Germanico. Et adeſt primus in meo carmine, nam hoc primo lib. de eo agendum eſt.

Omen ab euentu eſt, illis nam Roma diebus
Damna ſub aduerſo triſtia Marte tulit.
Hęc mihi dicta ſemel, totis hęrentia faſtis,
Ne ſeriem rerum reſcindere cogar erunt.
Ecce tibi fauſtum Germanice nunciat annũ,
Inq; meo primus carmine Ianus adeſt.
IAne biceps anni tacite labentis origo,
Solus de ſuperis, qui tua terga vides,
Dexter adeſt ducibus, quorum ſecura labore
Otia terra ferax, otia pontus habet.

ANT. FAN.

IAne biceps anni tacite labentis origo. Alloquitur Ianum totius anni Deum, a quo Ianuarius primus anni menſis nomen accepit. Vnde huic Deo Calendis Ianuarijs ſacra publica celebrabant, quem conſtat nihil aliud eſſe q̃ chaos confuſum, vt ait Heſiodus ab initio vnitatem biantem, patentemq; in profundum. Ideoq; (vt inquit Feſtus) Iano primo ſupplicabant velut parenti, et a quo rerum omnium factum putabant initium. Eum nonnulli quadrifrontem eſſe volunt propter annum in quatuor tempora diuiſum, ſiue q: is annorum mundiq; ſator, vt ait Marti. complexus ſit quatuor mundi climata. Alij bifrontem dicunt quaſi ſuperum et inferum ianitorem, vel quaſi diei dominum, in quo ortus eſt et occaſus. Vnde illud eſt Horatij, Matutine pater ſeu Iane libentius audis. Licet matutinus dici potuerit q: a rebus incipiendis pręeſſe dicitur, quas frequentius matutino incipimus tempore, ſiue quia eo tempore commendaturi nos Dijs immortalibus primum Ianum inuocare debemus, vt precibus noſtris ad Deos aditum pręſtet et ianuam. Sunt et qui bifrontem Ianum fictum volunt, quia Gręcus fuit, vt in monumentis proditum eſſe Plutarchus ſcribit in queſtionibus, cunq; in Italia timuiſſet linguam ſimul et victum mutauit. Vel q: cum Ianus in Italia regnaret, et Saturnum a Ioue pulſum excepiſſet hoſpitio, ab eo edoctus vſum vinearum et falcis, ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum redegit in melius, factusq; prudentior geminam faciem pertuliſſe dicitur.

Ianus q̃drifrons
Ianus bifrons

vt quę ante, queq; poſt tergum eſſent intueretur.
Alij dicunt poſtq̃ Romulus et Tatius i foedera cō-
uenerunt Iano ſimulachrum duplicis frontis eſſe
factum, quaſi ad duoꝝ imaginē populoꝝ. Vñ De-
us pēſſe dr̃ foederibus faciendis. Nonnulli Ianū Dia
nam eſſe volunt, quę putatur viaꝝ Dea. Alij Apol
linem, et ideo geminum q: exoriens apiat diē, occi
Iano pri dens claudat. Illud dubiū non eſt huic Deo antiq
cipia oīa tatem oē ſacraſſe pncipium. Quare Varro ait. Ia-
ſacrata no q̃ſi oīum menſium ingreſſus tenenti. xij. aras
Ianus pro totidē menſibus dedicatas. Anni aūt Deū eſſe
anni De illud pbat q: Pli. ſcribit Ianū geminū a Numa re-
us ge dicatum eſſe digitis ita figuratis, vt trecentoꝝ
gnquagintaq; dieꝝ notā p ſigationē anni tpis
et eui ſe Deū indicaret. Nec nos moueant vba Pli-
nij, q anno tribuit dies. ccclv. tot. n. dieꝝ ānus ali-
quando fuit, vt ſcribit Soli. regnante Numa, a quo
Ianum eiuſmodi dicatum accepimus. Sunt et qui
Ianum ab eundo dictum tradiderunt q: mūdus
i. cęlum ſemp eat dū in orbē voluit, ⁊ ex ſe initium
faciens in ſe refertur, ideoq; et Eanus dictus eſt, et
apud Romanos ſpectabat in q̃tuor partes, vt eius
ſimulachrum aduectum phaleris oſtendebat. De
hoc Deo infra ſuis locis alia referentur. Dexter
ades ducibus, Cęſaribus qui auctores ſunt tranqlli
tatis, et pacis, qua (teſte Suetonio) terra mariq; par
ta Ianus clauſus eſt, vt alibi dicimus.

PAV. MAR. IAne, Ianum inuocat, cuius myſteria et menſes
relaturus eſt, de quo nos quoq; multa acturi
auctore vtemur pextato Macrobiano, q in Sa-
turnalibus de his diſſerit. Regionē iſtam, quę nūc
vocat Italia regno Ianus obtinuit. Qui (vt Higini
us tradit) cū Cameſe indigena terrā hanc eq; poſſi
debant, ita vt regio Cameſena oppidū Ianiculum
vocaret, poſt ad Ianū ſolum regnū redactū ē. Cre-
dit geminā faciē pculiſſe vt quę ān queq; poſt ter-
Vñ dr̃ gum eſſent, intueret, qđ ad prudentiā regis ſolerti
Ianus amq; referendū eſt. Mythici regnante Iano referūt
oīum domos religione, ac ſanctitate fuiſſe muni
tas, eiq; diuinos honores eſſe decretos ob merita
introitus et exitus ędium eidem ꝯſecratos Xenophō
Italicum tradidit Ianum in Italia Dijs primum
templa feciſſe, ⁊ ritus ſacroꝝ inſtituiſſe, ideo in ſa-
cris pfationem meruiſſe ppetuam. Phyſici eum ma
gnis ꝯſecrāt argumentis diuinitatis. Sunt q Ianum
eundem Apollinē eſſe, et Dianam dicant, ⁊ in hoc
vtrūq; exprimi numen affirment. Et. n. ſicut Nigi-
us refert, apud grecos Apollo colit q θυραιοσ voca
tur, eiuſq; aras ān fores ſuas celebrant, ipm exitus
et introitus demonſtrantes potentē, idem apud il
los αγιευσ dr̃, quaſi vijs pp̄oſitus vrbanis, illi vias
quę intra pomeria ſunt αγιασ appellant. Dianę
vero vt triuię, viaꝝ oīum idem tribuunt ptātem.
Apud nos Ianum oībus pēſſe Ianua nomen oſtē-
dit, qđ eſt ſile θυραιον cum claui et virga figurat,
quaſi oīum et portaꝝ cuſtos et rector viaꝝ. Pronū
ciauit Nigidius Apollinem Ianum eſſe, Dianamq;
Lunam appoſita d lr̃a, q̃ ſępe i lr̃ę decoris cā ap-
ponit, vt redit, redintegrat. Ianū qdam Solem de-
mōſtrari volunt et iō geminū, q̃ſi vtriuſq; ianuę
cęleſtis potentē, q exoriens apiat diē, occidens clau-
dat. Inuocariq; primū cum alicui res diuina cele-
bratē, vt p eum, pateat ad illum cui imolatē acceſ-
ſus, q̃ q̃pcas ſupplicum per portas ſuas ad Deos ipſe
transmittat. Simulachꝝ eius plerunq; fingit ma-
nu dextra. ccc. ſiniſtra. lxv. numeꝝ tenens ad dmō-
ſtrandā anni dimenſionē, q̃ pcipue eſt Solis ptās.
alij mundū. i. cęlū eſſe voluerunt. Ianūq; ab eūdo
dcm̄, qđ mundus ſemp eat, dū in orbē voluit, ⁊ ex
ſe initiū faciens in ſe refert. Cornyficius Etymo. lib. Cornyfi
iij. Ci. inqt non Ianū ſed Eanū noiat, et ab eundo. cius i li.
Apud nos in q̃tuor partes ſpectat, vt demonſtrat Etymo-
ſimulachꝝ eius Phaleris aduectū. C. Baſſus in lib. d logiaꝝ
Dijs Ianū bifrontē fingi ait q̃ſi ſupeꝝ, atq; infeꝝ
ianitorē, eundē q̃driformē, q̃ſi vniuerſa clymata
maieſtate cōplexū. Salioꝝ carminibus antiqſſimis
Deus Deoꝝ canit. M. Meſſala Gn. Domitij in ꝯſula
tu collega, idēq; per annos. xv. augur ita de Iano
incipit, Qui cuncta fingit eadēq; regit aq̃, terręq;
vim ac nām grauē, atq; pnam in pfundum dila
bentē ignis atq; aię leuē immenſum ſublime fugiētē
copulauit, circūdato cęloq; vis cęli maxia duas di
ſpares colligauit. In ſacriſq; inuocamus Ianū gemi
num, Ianum patrē, Ianū Iunoniū, Ianū ꝯſiuium,
Ianū Quirinū, Ianū Patutiū, Ianū Cluſiū geminū,
q: vtriuſq; ianuę cęleſtis potentē ⁊c. Patrem q̃ſi Deo
rum Deū. Iunoniū q̃ſi nō ſolū menſis Ianuarij, ſed
oīum menſiū ingreſſus tenentē, in ditione aūt Iu-
nonis ſunt oīs calendę. Varro lib. v. reꝝ diuinaꝝ
ſcribit Iano xij. aras p totidē menſibus dedicatas.
Conſiuium a ꝯſerendo. i. ppagine gñis humani, q̃
a Iano auctore ꝯſerit. Quirinū q̃ſi belloꝝ potentē Quiri-
ab haſta, quā Sabini Quirim vocāt. Patutiū ⁊ Clu nus vn
ſium, q: bello cāę eius patent, pace clauduntur, cām de dr̃
inferius ſubijciemus, ⁊c. quę de Iano dicenda ſunt
Plu. de Iano ſic loqtur, Apud Antiquos Ianus ſiue
geminus, ſiue rex fuerit dr̃ cultū ſilueſtrē in ciuilē
redigiſſe, ⁊ iō bifrontē pingūt, q: alterā fecit ex alte
ra viuendi forma, eius tēplū cū duabus portis eſt,
apitur in bello Ianus. Sed hęc hactenus. Iane bi
ceps, q gemino capite figuraris. Origo anni, q̃ſi q
das pncipiū anno tuis a calendis incipienti. Ta-
cite la. q annus tacite labitur, et ad ipm tps reſpe-
xit, qđ eſt (vt ſupius diximus) menſura motus cęli
qđ tacite mouetur, iuxta illud Tacito labētia cęlo,
ſic et tpa tacite labuntur. Qui ſolus de ſupius, ſo
lus ex cęli cęleſtiū numero. Vides tua ter. q: cum
biceps ſis reſpicis et anteriora ⁊ poſteriora. Ade
dexter ppitius. Ducibus, ⁊ Tiberio et Germanico,
qui militię pſunt. Quorum, ducum. Labore, in Pacē c
duſtria ⁊ vigilantia. Terra ferax, fertilis. Ha- ſa. Au
bet otia ſecura, habet quietem et pacem ſeorſum ſti p vn
ab omni bellorum cura. Pontus, mare. Ha- iuerſum
bet otia, pacem quia non modo in terris, ſed ne in orbem
mari quidem bella geruntur, ⁊ hoc ob pacem, quę
Auguſti ⁊ Tiberij tempore vndiq; per orbem terra
rum fuit. Auguſtus enim poſt ciuilia bella repreſſa
poſt Actiacam pugnam Antonio Cleopatra naua-
li plio victis Aegyptum in prouinciam redegit, iu
ſtoque bello domuit Dalmatiam, Cantabriam,
Aquitaniam, Pannoniam, Illyricum Rhetos, Vin-
delicos, Sallaſſos, gentes Alpinas, Dacos, Ger-
manos

Dexter ades, pr̄ibusq; tuis, populoq; Quirini,
Et reſera nutu candida templa tuo.
Proſpera lux orit̄, linguisq;, animisq; fauete,
Nunc dicēda bona ſunt bona verba die,

manos vltra Albim fluuium ſūmouit, ex quibus Sue vos, ē Sycābros in Galliam traduxit. Indos, ē ſcythas magnitudine numinis ſui ad amicitiam pellexit. Parthos ſub Phaarte rege cōpeſcuit, ē filios dare obſides coegit. Repoſcentisq; ſigna Craſſi clade erepta, et M. Antonij fuga ablata ſupplices Parthi reſtituerūt. Armeniā et ſuperiores Tauricos oīs in amicitia retinuit, Arabas p̄ Aelium Gallus ſubegit, Æthiopas p̄ M. Petronium cōmdit. Deniq; (vt trāquillus ait) Pace terra, mariq; parta Ianum Quirinū cluſit. et Florus in fine fere operis ſui, Seres ēt inquit, habitātesq; ſub ipſo Sole Indi Romā ad Auguſtum miſere legatos cū gēmis et margaritis, elephātos inter munera trahētes, itidem et legatos miſere Scythę. Itaq; Auguſti temporibus cōtinua totius humani generis aut pax fuit, aut pactio, hęc ille. Hęc qdem eſt illa pax Auguſti tēporuȝ quę in ſacris lr̄is ſignificat̄. Orietur in diebus ſuis iuſtitia et abūdantia pacis cum eo. Significat n. illud tempus, quo cęleſtis ipſe rex vere pacificus humanam carnem aſſumpſit.

ANT. FAN. PATribusq; tuis, populoq; Quirini, Senatui Populoq; Roma. qui Iani ac cęli benignitate ſubdiderunt pedibus ſuis, vt amicus noſter inquit, Garamantas et Indos, Aurorā et Zephyrū, necnon Boream, Notūq;. Et reſera nutu candida tēpla tuo, non vt aperte belluȝ ſignificent, ſed vt calendis Ianuarij ad rē diuinam populus admittatur.

PAV. MAR. ADES dexter, propitius. Patribus et popu. Quirini, ſenatui et po Ro. Quirini, Romuli vt diximus. Erat. n. et ſenatus et populus ab initio vrbis a Romulo inſtitutus, de multitudinis diuiſione ita Plut. ait, Cōdita vrbe Romulus, ex qbus erat ad militandū vigor, legiones fecit, cęteros vocauit, populum. C. creauit ſenatores, quos appellauit patres, et ordinem ſenatū, qd̄ nomen a ſenectute eſt. Patres dicti aut qd̄ patroni multitudinis erāt, aut quod patres cęteroꝝ videbant̄. Patroni dn̄r a p̄rone quodam, q cum Euādro ea loca tenuit ſtudioſus inopię plebis ſubueniēdi. Aut a virtute, aut pręſtantia nobilitatis (qd̄ verius eſt) patres appellauit, [illegible] manſuetudine arrogantia, et inuidia procul eſſet. Qui deinde ſenatui aſcripti ſunt, pr̄es conſcripti appellant̄. Liuius vero ab vrbe condita cum inquit, Virium haud poeniteret. Conſilium deinde viribus parat. Centuȝ creat ſenatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia. C. erant qui creari patres poſſent. Patres certe ab honore, patricijq; progenies eorum appellati. Diony. autem Alicarnaſeus ita inqt, Romulus vrbanis negocijs vnū pręfecit. Tribubus pręcepit, vt ſingulę tres eligerēt, et curijs quę triginta erant, vt totidem addito p̄fecto vrbis. Ex hoc centenario numero cōſilium facit, ſenatuȝ appellauit aut ab ętate, aut virtute. Senatus participes, patres cōſcripti. Hoc igitur nunc poeta innuit. Patribus et populo tuis, quaſi q ſunt ſub tutela tui numinis. Et reſera, aperi.

Tuo nutu, quaſi tuo numine et auſpicio. Candida templa, marmorea templa et tua et alioruȝ. Deorum, qꝛ tibi cęterisq; Deis eſt immolādum, nec abſurda eſſet ſentētia ſi diceremus de templo Iani non intelligi, nam apertū bellum ſignificat, et tūc non bellum ſed pax (vt erat) optabatur. Numa (vt auctor eſt Liuius) Ianum ad infimū argiletuȝ indicē pacis, belliq; fecit apertus, vt in armis eſſe ciuitatem, clauſus pacatos circa ſe populos ſignificaret, bis deinde poſt Numę regnuȝ clauſus fuit. Semel Tito Manilio cōſule poſt Punicum primum perfectū bellum iterꝝ, quod noſtrę ętati Dij dederūt vt videremus poſt bellum Actiacū ab imperatore Cęſare Auguſto pace terra, mariq; p̄ta, ergo ſi clauſus pacem ſignificabat, et ea tunc maxima erat, arbitrarer de aliorum Deoꝝ templis intelligēdum. Quibus pariter et Iano Calendis Ianuarijs ſacrificatur. p̄ſertim cum Ianus pręſit omnibus templis, et ianuaruȝ potens ſit, quin etiā quod primū Dijs templa fecerit in Italia vt tradit Xenophon.

Quare tē plū Iani erat clauſum tpe pacis, in bello vero aptū

ANT. FAN. LINguisq;, animisq; fauete, intēti eſtote, ſilete, nā in ſacris taciturnitas neceſſaria eſt, teſte Ser. Vnde ait Pli. Certis p̄cationibus pręire aliquem, rurſusq; aliuȝ cuſtodē dari, qui attendat alium p̄poni qui faueri linguis iubeat. Pontifices vero (auctore Donato) dicere ſolebant. Fauete linguis, fauete verbis. Vnde illud eſt Virg. Ore fauete omnes, et feſtus ait in ſacrificijs dici. Paſcito linguā. i. coerceto, contineto, taceto. Decet. n. ciues (vt apud Plut. legimus) neq; audire quicquā reruȝ diuinarū, neq; aſpicere per negligentiam, ſed vacare a cęteris, mentemq; adhibere, et ab omni crepitu, ſtrepitu, ac gemitu abſtinere. Ea de re quid Diuus Hiero. p̄cipiat ſuperſedeo recenſere. Nec cōtrarium eſt quod ſeqtur.

Fauete linguis animisq;

Et Heſperias, regiones occidentis, ab Heſpero rege, ſiue ab Heſpero ſtella. Ora vides, arguit ab exemplo Dianę, quę quia in triuijs colebatur et triuia dicta, et tricipitem eẽ finxerunt. Nam (vt ſuperius diximus) Dianę ipſi vt triuię viarum omnium tribuunt poteſtatem. Prętcrea et triplex eſt illi cum triplici poteſtate nomen, nam Diana i nemoribus. Luna in cęlo. Proſerpina in Erebo dicta, inde eſt illud Virgilij. Cęloque, Ereboq; potentem. Rurſusq; illi triplicem poteſtatem aſſignant in terra, aere, et igni. Inde tricipitem quoq; fingunt. Quinetiam et Hecatẽ vocarunt non modo a triplici, ſed a multiplici poteſtate, nam Hecato centum ſignificat, ſiue ita appellata eſt, ꝙ centum victimis placetur, vt conſtituiſſe dicitur Menelaus. Inde hecatombẽ dicimus ſacrificium centum victimarum, aut ꝙ centum annos faciat errare inſepultos. Sed vt varia poteſtas, ita et ſimulachra ſunt ipſius Hecates ex varia materia, quę refert Porphyrius in libro reſponſorum per verba ipſius, Quale mihi facias ſimulachrum aduerte docebo, Silueſtri rape nata loco, atq; abſynthia circum. Ponito, tum totum cęlato, et pingito mures, Qui ſoleant habitare domos, pulcherrime ſunto. Hęc ornamenta, atq; animo gratiſſima noſtro. Tu myrrham, thus, ſtyracem, ipſorũq; cruorem Contrito pariter murum, ſacra deſuper inde Verba cane, tot vero adhibe, mureſq; repone, Quot mihi tu eſſe vides formas, tum fumito laurum, Exq; eius trunco vaginam aptato, piaſque Tunc effunde preces ſimulachro, et debita ſolue Vota, hęc ſi facias per ſomnum meq; videbis. Tu vides ora Hecates, vultus Dianę. Vergentia, quaſi ſeſe vertentia. In tres partes, nam cũ triceps ſit, in tres partes ſeſe vertit. Vt ſeruet, ipſa Hecate, ſeu Diana triuia. Compita ſecta, diuiſa. In ternas vias, in ipſa triuia, compita dicta a pluribus ſimul vijs competentibus, vt ſunt triuia, et quadriuia, et ſimilia. Et mihi licet cernere bina, aſpectare in duas partes, ſicut triuię licet in ternas. Nõ moto corpore, ſine motu et inclinatione corporis. Ne perdam tempora flexu ceruicis, ne conuerſione et inclinatione ceruicis fruſtra tempus conterã. Etenim apud veteres nulla grauior habebatur iactura, ꝙ̃ temporis perditio. Dixerat, iam Ianus cauſam formę bicipitis. Et erat pactus vultu, quaſi annuerat, et nutu mihi promiſerat. Se non fore, non futurũ. Mihi difficilem, ſed facilem. Si vellem plura requirere, ſiquid aliud vellem ab eo ſciſcitari in quo dubitarem. Sumpſi animum, quaſi iam euanuit metus et audiẽtior factus ſum. Et non territus, ſicut ab initio cum venit numen, ſed iam audens. Egi grates Deo, egi Iano gratias. Agere grates poeticum eſt potius, ꝙ̃ oratorium. Et ſpectans humum ſum locutus pauca verba, hęc pauca locutus ſum habens oculos humi defixos, et id cum fixos in Ianum oculos habere nõ poſſet. Non enim humana acies tantam ferre diuinitatem poteſt, aut exprimit dubitantis et cogitantis ſimul geſtum, de quo primum quęreret.

Dic age, quęrit nunc poeta, quę ratio eſt ꝙ annus potius incipiat ab hyemali tempore, ꝙ̃ a verno. Videtur enim magis anni principio vernum tempus, ꝙ̃ hyemale conuenire, pręſertim cum verno tempore omnia renouari videantur, et ipſa tempora, et ipſa tellus, quę nouam veſtem reſumit amplificatq; poeta hanc verni temporis deſcriptionem. Dic age, o Iane. Quare, qua ratione.

Annus nouus incipit a frigoribus, nouitas, hoc eſt ipſa renouatio et anni principium, a brumali et frigido tempore incipiat. Frigus a frigendo, frigere a φριγω verbo gręco deducitur, quod eſt horreo. Qui annus melius erat incipiendus per ver, melius a verno tempore habuiſſet initium. Ver, a gręco eſt dicitur enim ἐαρ, et ἐαρινοσ vernus, additq; huic rationem poeta. Tunc, verno tempore. Omnia florent, et herbę, et frutices, et arbores reſumpto naturali humore florent. Tunc, eo tempore. Eſt noua ętas temporis, quaſi tunc et tempus ipſum renouatur et renouare cętera facit.

ET Noua de grauido palmite gemma tumet, Plini. auctor eſt dici in vite gemmam, cum ibi ceſpitem facit antequam faciat in concauo oculos et cacumine ipſo germẽ. De hac Cice. Exiſtit tanquã ad articulos ſarmentorum ea quę gemma dicitur. Hoc vocabulo in vitibus vtimur per metaphoram. Quinti. Neceſſitate ruſtici dicunt gemmã in vitibus. Quid enim dicerent aliud? Sane palmites proprie de vitibus dicimus, vt, Stratus humi palmus

De nominibus et ſacris Dianę

ANT. FAN. Gẽma i vite

Vñ dij gus

palmes viduas deſiderat vlmos. Id nomen (teſte Feſto) a palma deducitur, quod in modum palmarum humanarum virgulas quaſi digitos edunt. Et luteum celſa ſub trabe figit opus, ipſe alibi de hirundine. Sub trabibus cunas, tectaque parua facit. Hanc autem ignotam dicit ꝙ vnde veniat dubitetur.

Et noua de grauido palmite gēma tumet.
Et modo formatis operitur frōdibus arbor,
Prodit et in sūmum ſeminis herba ſolū.
Et tepidū volucres cōcentibus aera mulcēt,
Ludit & in pratis, luxuriatq; pecus.
Tunc blādi Soles, ignotaq; prodit hirundo,
Et luteum celſa ſub trabe fingit opus.
Tūc patitur cultus ager, & renouatur aratro.
Hęc anni nouitas iure vocanda fuit.
Quęſierā multis, non multis ille moratus,
Contulit in verſus ſic ſua verba duos.

Bruma noui prima eſt, veterisq; nouiſſima ſolis, tempus a bruma ad brumaʒ dum Sol redit vocatur annus, vt ait Varro. Placuit autem annum a bruma incipere, quę a dierum breuitate nomen accepit, auctore Feſto, quia Sol veluti ſenio confectus et ad capricornum atque inferiores delapſus circulos ad altiores incipit remeare et quaſi enaſci. Vnde Sol nouus proprie dicitur (auctore Seruio) octauo calendas Ianuarij. Plutar. in quęſtionibus, Numam inquit Ianuario inter menſes principatum dediſſe, ac principiuʒ anni ſumpſiſſe naturę quantum ad nos attinet conſentaneum. Quamuis enim eorum quę in circulo circunferuntur, nihil ſit vel primum natura vel extremum. Optime tamen lege factum inquit vt poſt hybernuʒ tropicum annus inchoetur, cum naturale quodammodo huiuſmodi principium fiat, quo lucis tempus nobis augetur, et tenebrarum ac noctis minuitur, et princeps ipſe ac totius ſubſtantię fluxę auctor propius accedit. Eſt autem bruma ea pars hyemis, quam Sol conficit ad hybernum tropicum, quamuis interdum vocabulo abutamur. Fuit olim nonnullis religio ante brumam aliquod negocium aggredi decreſcentibus videlicet diebus, cum exiſtimarent nō poſſe fieri, vt id recte procederet, qui a Terentio irridentur. Nos tibi lector candide conſilium damus, vt ſi forte idibus Decembris ad te quiſpias venerit debituʒ ſoluturus nō expectes vt Sol ad nos redire incipiat ſed confeſtim accipiens quicquid datur nomen exuas creditoris.

Nota varias opiniones

Bruma

PAV. MAR. ET Noua gemma, nouus vitis oculus, ita hic accipitur, vt apud Virgil. Turgent in palmite gemmę. Tumet de palmite grauido, qui iam plenus eſt naturali humore, vel per tranſlationem a grauidis parientibus, ex eo ꝙ turgentes gemmas palmes pariat, et inferius in. iiij. lib. Nunc timido gemmas cortice palmes agit. Palmites enim aliqui eſſe volunt vitium capita. Pompeius tamen inquit, Palmites vitium ſarmenta appellantur ꝙ in modum palmaruʒ humanarum virgulas quaſi digitos edunt. Et modo, verno quoque tempore. Arbor operitur, tegitur ſeu cooperitur. Frondibus formatis, quaſi ſuam formam reſumentibus, ſeu natis ſub forma naturali. Aliqui legunt formatis vitibus quę formantur ipſa ſupputatione ab initio veris. De quo Plini. Hę vites tonſura annua coercentur. Arbor, dixit quia vlmis adiungūt. Virgi. Vlmiſq; adiungere vites, et populis alijs in locis, de quo Plini. In Campano agro populis nubunt. Et herba ſeminis, quę a ſemine procedit. Prodit in ſummum ſolum, exit in telluris ſummitatem quia tunc ſegetes et cęterę herbę emergunt. ſic etiam in. iiij. Nunc herbę rupta tellure cacumina tollunt. Et volucres, lętę iam verno tempore, et adnidificandum paratę.

Mulcent, demulcere et delinire videntur, velut humanas aures. Aera tepidum, aera vernuʒ hyemali tepidiorem et temperatiorem. Concentibus, varia cantuū ſuauitate. Et pecus, ipſa animalia effigie humana carentia. Ludit, iocatur. In pratis et luxuriat, laſciuit, vel ad amoris ſtimulos refertas. Tunc, verno tempore. Blandi Soles, lenes et temperati, et nos ad ſuos radios allicientes. Et hirundo ignota prodit, in apertum exit, quia tunc redit. Ignota qꝛ non ſcitur vnde veniat, aut quo receſſerit. Pli. tamen inquit abire hirundines in montana Africę ſecutas montiuʒ receſſus, inuentasq; ibi nudas et deplumes. Ariſt. aūt lib. vij. de animalibus ait, Hirūdines in hyeme vel latere in arborum cōcauitatibus, vel ſe ad loca calida transferre. Et fingit, componit. Opus luteum, nidum ex luto. Sub celſa trabe, ſub altis domorum trabibus in ipſis laquearibus. Vnde et Gellio Toxius Cęli filius lutei ędificij inuentor placet exemplo ſumpto ab hirundinum nidis. Tunc ager patitur cultus, quia congruum illud tempus ad excolendum agrum. Et renouatur aratro, nam aratro proſcinditur, et Plini. inquit tepidioribus locis a bruma proſcindi arua oportet, frigidioribus ab ęquinoctio verno. idem a moderato et alijs aſſeritur. Ager (vt Varro. inquit) dicitur quod in eo aliquid agatur. Quintil. a gręco detorquet. Grece enim αγροσ dicitur. Iure hęc vocanda fuit anni nouitas, merito ab ea quę dicta ſunt appellari debuit illud anni principium.

Toxius l, uētor lutei ędificij.

Quęſieram multis, longa amplificatione verborum vſus a Iano quęſieram cur non eſſet ea anni renouatio. Ille, Ianus. Non multis moratus, nō me multis verbis in mora detinēs. Contulit ſua verba in duos verſus, ſuā ſentētiam et rei

rationem duobus tm̃ verſibus explicuit. Bruma, rõnem affert Ianus in bruma Solarem curſuꝫ ter minari,et renouari, ſic ab ipſa Solaris curſus re/ nouatione renouari ãnũ,qui ad ipſius Solis cursũ inſtitutus eſt.Et ſiqs quęreret,cur nõ idẽ in ęſtiuo ſolſtitio,cũ etiam curſus Solis terminari videatur, et Sol ab vltimo gra/ du cãcri in capricor num redire incipiat. Reſpondet. Annus ex diebus cõſtat.Dies ni/ hil aliud eſt niſi Solis lumen,ad cuius cur/ ſuꝫ creſcit et decreſcit. Quod deficere icipit, inchoare nõ dicitur. Quod aũt creſcit prin cipiuꝫ hẽt incremẽti. vt cũ decreſcit dtrimẽ ti.Dies poſt hyemale ſolſtitiũ,cũ ſol cursũ ꝓtrahere incipit maiores eſſe icipiũt.Ergo ab ipſo icremẽti prĩcipio iure ꝑncipiũ ãnus capit,nõ ab ipſo ſolſti tio ęſtiuo,cũ dies decreſcere incipiunt.Plut.de hoc diſſerit problemate.xviij.et poſt aliquas opiniones inquit.Sed vide,ne Numa Pompilius magis cõſen taneum naturę,quãtum ad nos attinet principiũ anni ſumpſerit.Omnino.n.eoꝝ q̃ in circulo circũ ferunt,nihil eſt quod natura aut extremũ ſit aut primũ,ſed lege factum,vt alij aliud ſtatuant anni principium.Optime vero qui poſt hybernũ tropi/ cum ãnũ inchoant,cuꝫ Sol finem vlterius progre diendi faciat,rurſus ad nos ſe recipit,fit.n.natura le quodãmodo hmõi principium,quo et lucis tp̃s augetur,tenebraꝝ vero et noctis diminuitur.Prin ceps deniq; et totius ſubſtãtię fluxę auctor propius accedit. Bruma eſt prima noui Solis, hyemale tempus eſt primũ Solis, quaſi hyemali tp̃e exacto curſu Sol nouus redire incipit.Nouus q꜡ renoua/ re curſuꝫ incipit,rediens a Capricorno in cãcruꝫ. Bruma a breuitate dieꝝ dicta tempus illud eſt,cũ breuiores dies ſunt.Et(vt Florẽtinus princeps oſtẽ dit) ab octauo calendaꝝ Decembriũ,vsq; ad nonũ calen . Ianuariaꝝ celebrant feſta brumalia. Et veteris Solis nouiſſima,vltima Solis cũ curſuꝫ per ficit,hoc dicit in bruma Sol curſum ꝑficit et reno uat. Phoebus et an.ca.idem prin.Solis curſus et anni idem eſt principium.

De ſolſti/ tio

Brũa noui prĩa ẽ,veteriſq; nouiſſima Solis,
  Principiũ capiunt Phoebus,et annus ideꝫ.
Poſt ea mirabar,cur non ſine litibus eſſet
  Prima dies,cauſam percipe Ianus ait.
Tempora cõmiſi naſcentia rebus agendis,
  Totus ab auſpicio ne foret annus iners.
Quiſq; ſuas artes ob idẽ delibat agendo,
  Nec pluſquã ſolitum teſtificatur opus.

POST ea mirabar,cur nõ ſine litibus cẽt Prima dies,delibabat vnusquisq; artẽ ſuaꝫ calẽdis Ianua/ rij non lucri gr̃a,ſed auſpicij.Columella, Ita tamẽ vt agricolę ipſis calendis Ianuarijs auſpicãdi cau/ ſa oẽ genus operis inſtauraret.Agitabãt ergo cau/ ſidici particulã aliquam ſuaꝝ lituꝫ vt ſolitũ opus teſtificarent,et aperirent ſuę artis profeſſionem,ne cum oia principijs ineſſe ſoleant,ſi prima ãni die ocioſi eſſent, viderentur ſibi totius anni inertiam auſpicari.sciẽdum litis noie omneꝫ actionẽ ſigni/ ficari,ſiue in rem ſiue in perſonã. Eſt autem poſt ea hoc loco nõ vna dictio ſed ꝑpoſitio,et ꝓnomẽ, ne claudicet verſus. Cur,q̃uis aliorum numina placẽ,Iane tibi primum thura,meruq; fero,maio

ANT. FAN. Calẽdis Ianuarij delibabat vnusqsq; artẽ ſuã

res noſtri Dijs immortalibus rem diuinã facturi Ianũ,et Iouẽ pręfari ſolebant.Ioui.n.(vt diximus) omne debet initium. Ianus aũt inuocari ſolebat, qui ianuis p̃eſt humanis p̃cibus,vt ad cęteros Deos aditum p̃ſtaret et ianuam.Hũc quidẽ ſcripſerunt primũ in Italia dijs tẽpla feciſſe,et ritus inſtituiſſe ſacroruꝫ,ideoq; in ſa/ crificijs pręfationem meruiſſe ꝑpetuã.Mar tia.Te primũ pia thu/ ra rogent, te voce ſa/ lutent, Purpura te fe/ lix,te colat ois honos. Inuocari etiam Veſtã omnibus ſacrificijs q/ dam tradiderunt , q꜡ nullum ſacrificiũ ſine igne eſt. At cur lęta tuis dicũtur verba ca/ lendis.Pli.Cur.n.primum anni incipiẽtis diem lę/ tis precationibus inuicem fauſtũ ominamur?Cau/ tum erat apud Romanos,ne qđ mali ominis ver/ bum calendis Ianuarijs efferretur . Siqd.n.ſiniſtro omine auditũ eſſet,infelicẽ annum portendere pu tabat,quod idẽ et priuatim diebus natalibus ob/ ſeruabant.Hinc eſt quod Meuius quidã(vt ſcribit Porphyrio)poſt abſorptũ patrimonium calendis Ianuarijs in Capitolio clara voce optauit vt.L.mil lia numorum ęris alieni haberet. Cũq; admiratus quidam q̃ſiuiſſet,quid ſibi vellet,qui tã ſolẽni die optaret incõmodum?Meuius,non eſt inquit cur mireris,octingẽta.n.millia debeo.Diuus Hierony/ mus auctor eſt,nullum eſſe toto anno p̃ter calen/ das Ianuarias diem,quo nõ afflicti ſupplicio e no ſtris quingentis martyres numerentur.

Sacrifica/ turi Ia/ nũ et Io/ ueꝫ p̃fari ſolebant

Cur lęta verba di/ cebãt ca/ lẽdis Ia/ nuarij

Veteres aliqd ag/ greſſuri q; fauſtũ felixq; ſit dicebant

POSTea,quęrit cur prima dies nõ vacaret con tentione,et certamine,et ſuperius contrariũ dixiſ/ ſe videt,Lite vacent aures,inſanaq; ꝓtinus ab ſint Iurgia.Sed illud refert ad contentiones forenſes,et amicorum iurgia,et maledicẽtiam inuidoꝝ. hoc autem ad artis demõſtrationem,et deliberationeꝫ, quãtum ex Iani verbis colligi põt.De more.n.erat calẽdis Ianuarijs certare demõſtratione artis, quã quiſq; ꝓfiteri potuiſſet,vt bono omine ab ãni ini/ tio captato, idẽ toto anno ꝓfeſſuri eſſent. Poſt ea,poſt ea verba Iani.diuidẽdum.n.poſt ea , vt ſit prępoſitio et pronomẽ, nam ſi aduerbium facis, non ſtaret verſus. Mirabar,quaſi cũ admiratio/ ne quęrebã. Cur prima dies,anni.s. Non eſſet ſine litibus,ſine vlla cõtentione. Ianus ait perci/ pe cãm intelligas et percipias rõnem quare id fiat. Tempora,rationẽ nunc affert Ianus,quã iam explicauimus. Ego cõmiſi tempora naſcẽtia, hoc eſt ipſoꝝ temporum principia. Rebus agendis, demonſtrationi,et deliberationi rerum agendaꝝ. Deus qui agẽdis rebus pręeſt Agonius dicitur . vn/ de Agoniũ et Agonalia.Sed de his paulo inferius. Ne totus annus foret iners , ne inertia conſu/ meret annus,ſed arte,ſolertia,et induſtria. Au ſpicio,ob auſpicium, hoc eſt augurium a primo die captatum. Sed auſpiciũ ad auium aſpectum,

PAV. MAR.

Agoni[us] Deus q[ui] pręeſt [re]bus ag[en]dis

augurium

Annum ſucceſſurę ſequantur ſaporem illum rerum dulcium, vt illę dulces, ſic omnia ſint per totum annum dulcia. Et vt annus, qui dulce principium habuit. Sequatur iter coeptuꝫ, quod incipit a dulcibus. Dulcia, intellecta dulcium cauſa. quęrit nunc ſtipis rationem. Video cur dentur dulcia, intelligo cur cariotides, carice, mella dentur. Adijce cauſam ſtipis, adde his rationem, cur ſtipem eo quoq; die offerant. Ne vlla pars de feſto tuo, ne quid eorum, quę tuis calendis aguntur. Labet mihi, excidat a me. Labet a labo labas et breuis eſt prima. Hoc dicit, ne qd me lateat eorum quę ad tuum diem pertinent. Et.n. apud veteres calendis Ianuarijs ſtrena dari, accipiq; ſolebat, id etiā et alijs diebus menſis factitatum. Tiberius tamen Cęſar (Tranquillo teſte) inhibuit ſtrenarum commertium, ne vltra calendas Ianuarias exerceretur. Strena munus ipſuꝫ appellatum eſt, dabantur tamen nummi. ideo hic ſtipis dixit, Stipē Pompe. inquit eſſe nummum ſignatum, teſtimonio eſt, et de eo quod datur ſtipendium militi, et cum ſpondetur pecunia quod ſtipulari dicitur. Qui autem primus ſtipem fecerit, ſeu nummum ſignauerit inferius dicemus.

De ſtrēna et ſtipe

Dulcia cur dent̄ video, ſtipis adijce cauſam,
Pars mihi de feſto ne labet vlla tuo.
Riſit, & o q̄ te fallunt tua ſęcula dixit,
Qui ſtipe mel ſumptā dulcius eſſe putas.
Vix ego Saturno quemq̄ regnāte videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tēpore creuit amor, q nūc eſt ſūmus, hn̄di,
Vix vltra, quo iam progrediatur, habet.
Pluris opes nūc ſunt, q̄ priſci temporis ānis,
Dū populus pauper, dū noua Roma fuit,
Dū caſa Martigenā capiebat parua Quirinū,
Et dabat exiguū fluminis vlua torum.
Iuppiter anguſta vix totus ſtabat in ęde,
Inq; Iouis dextra fictile fulmen erat.

Riſit et, id arguit Ianus dulciora eſſe ſtipis munera, q̄ mellis. Verum eius nunc ſermo deſcendit vſq; ad ſextum et.xxx. verſum, inquit ab regno vſq; Saturni fuiſſe homines lucri cupidos, et auiditatem tempore creuiſſe. Laudat tamen antiquam paupertate, damnatq; et opulentiam et luxurias, ſed poſtquam auctum eſſet imperium, et facti ditiores homines aurea fiunt et pretioſa, quę prius erant vilia templa etiam Deorum. Et vti ab antiquis ęra in omen dabantur, ita nunc aurum datur, in quo certe melius eſt omen. Riſit, Ianus cuꝫ ita rogaretur. Et dixit o q̄ fallunt te tua ſecula, quātum decipiunt te tua tempora. Qui putas mel eſſe dulcius ſumpta ſtipe, magis eſſe mel dulce q̄ ſit nummus. Vix ego Saturno, Saturnus cum Iano pariter regnauit, de quo paulo inferius dicemus, et (vt auctor eſt Macro.) Romani ędem Saturni ęrarium eſſe voluerunt, quod tempore quo incoluit Italiam fertur in eius finibus nullum furtum eſſe cōmiſſum, aut quia ſub ipſo nihil erat cuiuſquā priuatum, vt apud eum locaretur pecunia communis, ſub quo fuiſſent cunctis vniuerſa cōmunia. Hoc igitur in loco Ianus vult dicere, Licet ſub Saturno omnia eſſent communia, et nihil priuati tamen. Vix ego videbam quiſquam, aliquem. Regnante Saturno, cum in terris Saturnus regnaret. Cuius animo non forent, non eſſent. Dulcia lucra, quaſi qui voluptatem ex lucro non conciperet, ſic etiam et eſſet lucri ſtudioſus, et hoc quo ad priuata. Tempore, nunc in cupiditatem mortalium inuehitur, quod eo ventum eſt, vt nullus ſit auaritię modus. Amor habendi, immoderata lucri cupido, et in Meta. Et amor ſceleratus habendi. Creuit tempore, paulatim per ipſa tempora. Qui, amor. Nunc eſt ſummus, quaſi qui ita creuit, vt maior fieri non poſſit. Vix habet iam quo vltra progrediatur, adeo conualuit ipſa auiditas, vt vlterius progredi, aut aliquid vlterius addi minime poſſit. Pluris opes, pluris quidem hoc tempore ęſtimantur diuitię, q̄ ab initio vrbis cum ipſe conditor, et cęteri modice, et in paupertate viuerent. Nunc, hoc tempore. Opes, diuitię. Sunt pluris, quaſi pluris ęſtimantur, et in maiore ptio habentur. Quaꝫ annis priſci temporis, q̄ exiſtimarētur priſcis temporibus ab antiquis. Dum fuit populus pauper, qui non inhiarunt diuitijs. Duꝫ noua Roma fuit, duꝫ illi viuebant qui Romaꝫ condidere, nam a pauperibus condita, et qui luxurię reruꝫ et auaritię hoſtes eſſent. Pauper a pauca pecunia dicitur. Dum parua caſa, exiguum tuguriolum. Capiebat, recipiebat. Quirinum, Romulum. Martigenam, Marte genitum. hoc dicit dum Romulus paruum tugurium incolebat, etiam vrbe condita. Modico.n. cōtentus fuit, nam vbi populum in curias diuiſit, agruꝫ (vt Diony. refert) in triginta partes diuidens ęquales ſuam cuiq; ſortem curię tribuit, tantum ipſe excipiens, quantum ad ſacrificia, templaq; ſatis eſſet, nihil ſibi relinquens. Et herba fluminis, fluuialis ſeu paluſtris vlua aut alga. Dabat exiguum torum, et recte torum a tortis herbis, non enim in puluinaribus, et in mollibus, ſed in toris aſperioribus, et durinſculis recumbebat. Iuppiter, non modo in humanis rebus, ſed in diuinis vigebat ipſa paupertas, cum Dij quoque modico contenti eſſent. Iuppiter, Iouis effigies. Vix ſtabat, ſtare erectus poterat. Totus in anguſta ęde, in arcto et anguſto templo. Parua enim erat ędes, vt recte collocari vix poſſet ſimulachrum. Et in dextra Iouis erat fulmen fictile, cretum a figulis effictum. Et vt fictile fulmen, ita fictilis

*De rebus iſtitutis a Romulo et ſacris*

eſſe credatur imago. Quin etiam et parui ꝑtij oia ad ſacrificia peragēda, de quo Diony. etiam de Romulo ſermonē habens, Erat inquit ſacroꝝ cōmunium particeps vir nō modo huiuſmodi ſapiētię gratia laudari dignus, ſed victimarum etiā quibus Deos coli ſtatuit vtilitate. Quaꝝ plurimę permanſerūt vſq; ad ętatem noſtram, ſed nō omnes quidē vetuſto peractę ritu.

*Quod ſtaura fuit Ca tolíũ eius ma gnific tia*

pauperes, aut ꝑtioſi cultus, et luxurię hoſtes, Capitolia frōdibus ornabāt, et vt aliquid de eo dicamus, Tarquinius priſcus (vt a Tacito refert) ędem Ioui bello Sabino vouerat, iecitq; fundamēta, addidere aliquid et Tullus, et Superbus, ſed operis gloria libertati reſeruata. Horatius Puluillus iterū conſul dedicauit, ea magnificentia, vt ab immēſis poſtea opibus Populi Romani potius ornari, q̄ augeri poſſent. Poſt vero quadringētos et .xvi. ānos C. Norbano, et L. Scipione cō ſulibus, Capitolium tā magnifice extructum

Frōdibus ornabāt, q̄ nūc Capitolia gemmis,
Paſcebatq; ſuas ipſe ſenator oues.
Nec pudor in ſtipula placidā cepiſſe quietē,
Et foenum capiti ſuppoſuiſſe, fuit.
Iura dabat populis poſito modo ꝑtor aratro,
Et leuis argenti lamina crimen erat.

ANT. FAN.

FRONdibus ornabant, quę nūc capitolia gemmis, de capitolij origine venuſtate, ac maieſtate ſuo loco dicemus. Nunc illud conſtet tm̄ auti, tātum lapillorum a Cęſaribus in ornatum Capitolij fuiſſe collatum, vt iure diceres mundi arcē ac totius orbis terrarum caput. Paſcebatq; ſuas ipſe ſenator oues, nō erat probro ſenatoribus oues paſcere et arare, ſed laudi, quod bene paſcere ſecūdum Catonē eſſet certiſſimus. Vidi in ſacris laribus coenas Dijs appoſitas ſuper menſis ligneis in vetuſtis caniſtris, et fictilibus hordeaceas pultes, et liba, et farra, et fructuū quorundam primitias, aliaq; multa ſumptu facili, et ab inſolentia omni libera. queſtus, et agrum male colere ꝓbrum cēſorium duceret. In agris ergo nunc erant ſenatores, vt ait Cicero, et ipſorum manibus imperatorum (teſte Pli.) colebant agri gaudēte terra vomere laureato, et triumphali aratore. Itaq; ruſticę tribus laudatiſſimę in ciuitate habebant. Vrbanę vero in quas trāsferri ignominia eſſet deſidię probro. Nec pudor in ſtipula placidam cepiſſe quietē, quies maiorum ac ſomnus in ſtramentis erat. Iuuenalis, Silueſtrem montana torū cū ſterneret vxor Frondibus et culmo, vicinarūq; ferrarum Pellibus. Foenum capiti ſuppoſuiſſe, foeno

*Foeni vſus apud veteres ꝓ lecto et vexillo*

veteres pro toro vtebant, et milites pro vexillo. Idē et cornupetarum boū cornibus apponi cōſueuit, vt occurrentes cauerent, qm̄ ex repletione, et ſacietate boues inſoleſcunt, item equi, aſini, et homines, vt Sophocles ſcripſit, Ex quo M. Craſſum foenū in cornu habere dixerūt, quem tanq̄ iniuriarū perſequentiſſimū fugiebant, cui Cęſar, qui ei reſtitit, foenum dicitur detraxiſſe. Et leuis argenti lamina crimē erat, Valerius Maxi. ſcribit Fabricium

*Fabricij lex i eius cenſura*

Cenſorem ſenatu moniſſe Corneliū Rufinum, perinde ac malo exemplo luxurioſum, ꝙ decē pondo vaſa argētea cōparaſſet. Vnde illud eſt Iuuenalis, Argenti vaſcula puri, ſed quę Fabritius Cenſor notet. Idem etiā ſtatuit, vt ne bellici quidē imperatores plus q̄ pateram, et ſalinum argēteum haberēt. quin et Spartacus (auctore Plin.) interdixit caſtris ſuis, ne quis aurū aut argentum haberet. Sciēdum laminā differre a bractea, quoniam bractea eſt tenuis, et vt plurimum ex auro argentoue. Lamina vero craſſiore quouis genere metallorum.

PAV. MAR.

FRONdibus, ordinabāt Capitolia frondibus. Quę nunc gēmis, quę hoc tēpore margaritis, et quibuſcūq; lapillis ꝑtioſis ornantur. Illi veteres aut

flagrauit, reſtitutū a Luctatio Catullo ad Vitellium vſq; māſit. Rurſus incenſum Domitianus princeps inſtaurauit. De Capitolij vero ornatu Pli. inquit, Laquearia, quę nūc et in priuatis domibus auro tegunt, poſt euerſam Carthaginē primo inaurata ſunt in capitolio cēſura Mumij, qui Achaiā vicit. Inde tranſiere in cameras, in parietes quoq;, qui iam et ipſi tanq̄ vaſa inaurantur, cum ſua ętas varia de Luctatio Catullo exiſtimauerit, quod tegulas ęreas inauraſſet primus. At Cęſares eo ſumptu capitolium ornauerūt, vt fere quicquid in eo conſpiciebat gemmeū et aureum eſſet. Ideo nunc dixit, Quę nūc capitolia gemmis, et de hoc etiam Ammianus hiſtoricus inqt, Huius totius artis ornamenta quibuſcunque Ægyptiorum miraculis ſunt anteponenda. Et ipſe ſenator paſcebat ſuas oues, diximus diuiſum populū a Romulo, et ſenatum ab eo conſtitutū. Credendum eſt aliquos e ſenatoribus ipſius paſtores fuiſſe, nā collegerat ille paſtorū multitudinem, et qui prius paſtor fuerat etiam vrbe condita paſtoralem interdum vitam agebat. Sic et poſtea, ſicut illi qui rei ruſticę, hoc eſt agrorum culturę operam exhibebant, ideo pauiſſe ſuas oues ſenatores dicit. Nec pudor, nec erat illis rubori aut dedecori. Cepiſſe placidā quietem in ſtipula, placide requieuiſſe, aut quiete dormiuiſſe in ſtipula, non in puluinaribus, non in tapetibus, non ſub aureis culcitris ſed in nudis paleis. Et ſuppoſuiſſe foenum ſuo capiti, nō etiam erat rubori habuiſſe foenum ſub capite loco puluinaris. Foenum a foenore deducitur, cum nil aliud ſine aliqua cura tantum foenoris prębeat.

Iura, poſt exactos reges, cum conſules creari coepiſſent ab ipſo aratro interdum ſunt accerſiti, qui rempub. adminiſtrarent, et populo iura dicerent, et exacto magiſtratus tempore arua repetebant, et ipſorum (vt inquit Plinius) imperatorum manibus colebantur agri. Serentem inuenerunt dari honores, Seranum vnde cognomen, aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quę prata Quintia appellantur, Cincinato viator attulit dictaturam. Quid quod poſt magiſtratum eburneo Scipione depoſito agreſtem ſtiuam aratri repetere rubor non fuit. Multa etiam referuntur exempla illorum, qui diuitias velut ſcelus fugere, et

qui in

Mox ego,cur,ꝗuis aliorum numina placeꝫ?
Iane tibi primum thura,merumq́; fero?
Vt poſſis aditum per me, qui limina ſeruo,
Ad quoſcunq́; voles(inquit) habere Deos.
At cur lęta tuis dicuntur verba calendis?
Et damus alternas,accipimusq; preces?
Tūc Deus icūbēs baculo, quē dextra tenebat,
Omina principijs inquit ineſſe ſolent.
Ad primam vocē timidas aduertitis aures,
Et primum viſam conſulit augur auem.
Tēpla patēt,aureſq; Deū,nec lingua caducas
Concipit vlla preces,dictaq́; pōdus habent.

augurium ad auium garitum refertur. ,Quisq́ vnusquisq;. Ob idem, hoc eſt vt fauſtum, felixq; omen.et auſpicium ab initio captet. Prelibat ſuas artes, pregustat et certatim premonſtrat artes, quas profiteri poteſt.Agendo,aliquuid faciendo & certando. Nec teſtificatur plusꝗ opus ſolutum,nec eius indicat, aut pollicetur, ꝗ quod ſolitus eſt. Mox ego, nunc alind queris,cur cum alicui Deo res diuina fiat primum Iano ſacrificat. Mox, ſtatim poſt Iani verba. Ego,dico. Cur fero tibi Iane primū thura,et merum?cur ego primus tibi ſacrifico thura et merum offerens. Quamuis placem aliorum numina,quamuis alios Deos placaturus ſuꝫ, et illis ſacrificaturus.

Vt per,hoc erat,quod ſuperius(auctore pretextato; Macrobiano) diximus Ianum inuocari primum,cum alicui Deo res diuina celebratur, vt p eum pateat ad illum cui imolatur acceſſus quaſi preces ſupplicum per portas ſuas ad Deos ipſe trāſmittat,inquit Ianus. Vt poſſis habere aditum,iō mihi thura et merum offers,vt precibus tuis accedere poſſis. Ad quoſcunq; voles Deos per me, opera mea. Qui ſeruo limina, qui ſum ianitor celi et ſeruo Deorum limina. At cur leta, querit aliud nunc poeta,cur Iani calendis letis vtamur verbis,et vti et ſuperius.Nunc dicenda bona ſunt bona verba die. At cur dicuntur verba leta tuis calendis, cur primo die tui menſis dicamus viciſſiꝫ bona et leta verba. Et damus et accipimus alternas preces, cum alternatim precamur, et optamus,vt nobis bene ſit,et alteralterum ſalutamus, oramusq́; Deos,vt fauſtum et felicem annum tribuant,et duo ſunt que petijt,cur leta verba dicantur,et cur dentur alterne preces. Tunc Deus,reſpondet Ianus cauſam eſſe captationem ominis, et augurij,preterea de alternis precibus inquit, qꝛ aperte Deorum edes faciunt vt Dij quoq; apertis auribus eas audiant. Tunc Deus,Ianus. Incūbens baculo,inixus baculo,quo ſuperius diximus figurari. Inquit,dixit. Omnia ſolent eſſe principijs, initio rerum agendarum ſolent omnia, et auguria captari,ſic etiam ab anni principio, que ſi bona ſunt ſequatur fauſtus annus,et Vale.Max. inquit in principio de inſtitutis antiquis, Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam priuatim nihil gerebatur,niſi auſpicio prius ſumpto,quo ex more nuptijs etiam nunc haruſpices interponuntur,qui quamuis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis vſurpantur.

Cur leta dicant & alterne ſint pces

Aduertitis aures timidas, dubias de augurio et omine,bonum ni an malum futurum ſit.

AD Primam vocem,timidas aduertitis aures,veteres (teſte Donato) aliquid aggreſſuri quod fauſtum,felixq; ſit dicebant,vt omen ita dicendo ſuſciperent.Eſt autem omen (vt eidem auctori placet)quicquid ore dicitur. Quod nomen et Varro, et Feſtus ab ore deductum oſtendunt,quorum Feſtus,Omen inquit ꝗſi oremen dictum, qđ ſit ore augurium nō auibus alioue modo. Quamuis non, ſolus oris ſed mentis etiam ſit omen,auctore Nonio.Vnde a ſacrificātibus dicebatur,Bona habete omnia. Scire autem debemus augures e quorum ritu auctor probat hoc loco omina ineſſe principijs vt plurimum, vel ex auium cantu, vel ex volatu augurari ſolitos.Cicero ad.A. Cecinam,Non enim ex alitis volatu,nec e cantu ſiniſtro Oſcinis(vt in noſtra diſciplina eſt)tibi augur.Ii diuerſa ſignorum genera obſeruabant ex celo, ex auibus, ex tripudijs, ex quadrupedibus, ex diris. Sed dum per aues futura ſcrutari vellent ad primum auis cantum aures auertebant,vel ex aue,que prima templi fines ingreſſa fuiſſet augurium captabant.Templum appello deſignatas lituo ethereas regiones.Timidas aūt aures dicit, qđ vereantur augures ne malum offeratur augurīū.

ANT. FAN.

Omen

Augurꝫ ſigna diuerſa

Templa patent,aureſq; Deum,non cadunt in irritum preces noſtre ad Deos immortales,cum fiant calendis Ianuarijs, et inſit tunc verbis omen et pondus. Quid vult palma ſibi, rugoſaq; carica,'mos fuit apud Romanos calendis Ianuarijs largiri amicis caricas, mella et palmulas in omē ſuauitatis totius anni.Vnde illud eſt Martia. Aurea porrigitur Iani cariota calendis, Sed tamen hoc munus pauperis eſſe] ſolet. Sunt autem palmarum multa genera (vt inquit Plinius) quibus cariote, quas et cariotides dicimus,'cibo et ſucco vberrime ſunt, quare ex ijs precipua vina fiebant iniqua capiti,vnde cariotis nomen inditum, καρα enim eſt caput, vnde et Gargara dicta ſunt capita ſiue cacumina montis Ide,et aries a grecis .Nec nos lateat palmam modo fructum, modo arborem dici. Var. Nucem inglandem et palmulam,et ficum ſabinam quanto citius promas iucundiore vtare,qꝛ vetuſtate ficus ſit palladior,palmula carioſior,et nux aridior.Plini. Dependent alia pediculis vt pyra,alia racemis,vt vue,palme.Idem,Harum arborum generi folia non decidunt,olee,lauro, palme. Hanc arborem placuit maioribus noſtris ſignum eſſe victorie, quod (vt inquit Plutar.)ingenium eius ligni eſt vt vrgentibus,prementibusq; non cedat. Si enim maximus pondus palme ligno imponas ita,vt pene ſuſtine,

Donādi mos apͣ Rōanos calendis Ianuariis

Palmarūꝫ gnā

Palma p fructu & arbore

Palma ſignum victorie

ri nequeat, non deorſum palmam cedit, ſed ſurſu*s*
nitit, et aduerſus pondus reſurgit. Huius fructibus
qui dactyli appellantur nomen impoſitum eſt a
Dactyli forma oblonga, et in medio dorſi quendam qua
ſi nodum aſſumente, ꝙ digito ſimiles videantur.
Carica autem fici genus eſt, quod quidam dictum

Deſierat Ianus, nec longa ſilentia feci,
Sed tetigi verbis vltima verba meis.
Quid vult palma ſibi, rugoſaq; carica dixi,
Et data ſub niueo condita mella cado.
Omen ait cā eſt, vt res ſapor ille ſequatur,
Et peragat coeptum dulcis vt annus iter.

Carica a Caria ſuſpicantur, cui prouincię Caras auguriorum inuentor nomen dedit. Nā (vt ait Strabo) Antiochia ad Meandrum ſitu, quę ad Cariā pertinet regionem multam habet ex vtraq; fluminis parte totam fertilem, et Caricam multam ferentem, quam Antiochiam et Triphylon vocant. Cauendum autem ne (quod me puero quoſdam memini docuiſſe) putemus Caricam eſſe aridam ficum. Quāuis eni*m* non negemus arere Caricam, atq; vt cętera ficoru*m* genera rugoſam fieri, et ſeruari, tamen proprie caricam eſſe dicimus fici genus. Pli. Syria in ficoru*m* genere habet caricas, et minores eius generis, quę cottana vocant. Idē, Iuuentum. M. Apitij fico carica ſaginatis ac ſacietate necatis repente mulſi potu dato. Accipimus autē hoc loco a ſpecie genus, hoc eſt per caricam omnia ficuum genera, quę cū
Error Bononiēſis menſe Ianuario non niſi aridę ac rugoſę habeātur, factum eſt, vt quidam exiſtimauerint caricas eſſe aridas ficus. Quid ꝙ nonnulli Bononię tradiderunt caricam etiā eſſe palmę fructum propter illud Ouidij Hic nux, hic mixta eſt rugoſis carica palmis. Credentes ſignificari dactylos e palmę arboris ramo pendentes, cum palma eo loco ꝓ fructu accipi debeat.

PAV. MAR. AD Primam vocem, et ad prima hominu*m* verba, vel vocē quācunq;, et ad id quod per aues oſcinas accipitur referre potes. Et augur, ſacerdos, q*ui* auguribus pręeſt. Erat enim collegium augurum Romę, ſed vnde inſtitutum, dicemus in ſecundo.

Conſulit auem primum viſam, obſeruat aues, et conſulit quamprimu*m* videt, in ea enim eſt auſpicij pondus, et hoc ad aues prępetes referendum. Aues enim oſcines cantu, prępetes volatu futura prenunciant. Patent templa, Deorum ędes calē dis Ianuarijs apertę ſunt, et Iano duce, qui aperit et claudit. Et aures deum patent, q*uia* paratę ſunt ad audiendas preces, et vota ſuſcipienda, et hoc refertur ad illud ſecundum, Damus alternas preces.

Nec lingua concipit caducas preces, quaſi non effunduntur preces fruſtra, cum irritę ſint nūquā, nec vanę nam a Dijs audiuntur. Concipit dixit, cum mente concipiantur et lingua pronuncientur preces. Et verba, ipsę preces. Habēt pondus, ſortiuntur effectum, nam a Dijs audiuntur et exaudiuntur. Deſierat, quęrit qua ratione ijſdem calendis tam ſuaues fructus offerantur. Mittebantur enim amicis palmarum poma, quę cariotę, ſeu cariotides appellantur, Caricę, et mella in omē futurę ſuauitatis ineuntis anni, Martia, in diſticis. Aurea porrigitur Iani cariota calendis. Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet, et alibi, hoc linitur luto Iani cariota calendis, Quam fert cum paruo ſordibus aſſe cliens, et in Siluis Papinius. Et latente palma pręgrandes cariotides cadebant, et Ouidius in. ix. Metamor. Hic nux, hic mixta eſt rugoſis Carica palmis pro palmarum fructibus, hoc eſt cariotis ipſis. Ianus deſierat, loqui ſcilicet quia iam tacebat. Nec feci longa ſilentia, quia ſtatim locutus ſum.

Sed tetigi vltima verba, Iani ſcilicet. Verbis meis, nam ſtatim cum ille deſijt ego ſubſequutus ſum, dixi. Quid vult ſibi palma, quaſi quid ſibi volunt palmarum fructus, qui tuis calē dis offeruntur. De palmis et fructibus earum agit Pli. lib. xiij. Palma etiam victoribus dicata eſt. De De palma et eius fructu quo diximus i Odis Horatij, auctore Gellio, et Ariſtotele, et Plutarcho. Et rugoſa Carica, Caricas inter ficus Plinius refert, et Iulius Polux genus eſſe ficuum dicit, ſed multi pro ficubus ſiccis accipiūt, et ideo rugoſa carica dicitur.

ANT. FAN. ET Data ſub niueo condita mella cado, cadus proprie eſt vas vinarium, hic pro vaſculo accipitur, quo mella conduntur. Erat autem cādidum, vt feſto congrueret, quemadmodum et veſtes Romanorum, de quibus ait ſupra. Et populus feſto Concolor ipſe ſuo eſt. Stipis adijce cauſam, ſtipē quoq; qua multi nihil dulcius arbitrantur p*ri*mo anni die donare mos fuit. Sueto. in Caligula, Stetitq; in veſtibulo ędium Calendis Ianuarijs ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus, ac ſinum omnis generis turba fundebat. Stipes donabant calendis Ianuarijs Eſt autem Stips (auctore Feſto) nummus ſignatum, vnde ſtipendium nomen accepit, quoniam (vt ait Var.) ęs ſtipē dicebant. Inde quoq; ortum eſt verbum Stips vnde ſtipendium ſtipulari cum ſpondetur pecunię, et ſtipator nomen. Stipulari Sunt autem ſtipatores cuſtodes corporis, qui Stipatores bus a ſtipe quam accipiebant nomen inditum putant, ijdem et latrones a maioribus dicebantur.

Pluris opes nunc ſunt ꝙ priſci temporis annis, repellitur paupertas Deorum munus, qua nihil eſt tutius, et nihil in pretio eſt, niſi pretium, ac tanti eſt opulentia, vt recte dictum illud videatur. O ciues ciues, quęrenda pecunia primum eſt, virtus poſt nummos. Dum caſa Martigenam capiebat parua Quirinum, bene addit Martigenam, cur enim Cęſaribus edes latericię non ſufficiant, cum paruo tugurio Romulus Marte genitus tegeretur. Fictile fulmen, non aureum ſed e creta fictum.

PAV. MAR. ET Mella data, oblata. Condita ſub niueo cado, quę condita erunt ſub quocunq; vaſe candido, ſiue nouo, nam cadus vas vinarium eſt.

Omen, fauſtum hęc in omen mitti Ianus inquit. Ait cauſa eſt omen, ominis ratio. Vt ille ſapor ſequatur res, per hypallagem, vt res in totū

annum

qui in paupertate ad ſummum magiſtratus prouecti ſunt, et maximo reipub. et vſui ornamento fuere. De quibus cu3 Valerio Maximo loquamur, Per Romuli cauſam, perq; veteris Capitolij humilia tecta, et per ęternos Veſte focos, fictilibus etiam nunc vaſis contentos iuro nullas diuitias talium virorum paupertati poſſe pręferri. Conſul dabat iura, dicebat iura. Populo, Romano ſcilicet. Poſito aratro, a q̄ paulo ante fuerat accerſitus conſules Pompo. iuriſconſul. de origine iuris, dictos inquit quod plurimum reipub. conſulerent. Et leuis lamina, leue fruſtum. Argenti erat crimen, pro ſcelere habebatur argentum habere. Etenim ex cenſoria nota damnabantur, qui quinq; pondi argento poſſiderent. Lamna et lamina pro rudi et infabricata materia metalli, quod in Odis Hora. quoq; diximus. Nullus argento color eſt auaris Abdito terris inimice lamnę Criſpe Saluſti &c. At poſtquam, aucto imperio, auctę etiam ſunt opes, et cum ipſis aucta eſt habēdi cupido, vt expleri nunquam poſſit, et appetitur et profunditur aurum, et qui prius pauperes fuerant, tum primum e parſimonia in luxum immutati cum acceſſerę Attalicę opes, et Corinthiacę, et Cyprię, etenim Corinthos et Cyprus faciūt vt aliqua notentur ignominia Mumilis et Cato, q̄d propter opes ea loca depopulaſſe exiſtimantur.

De ꝯſulibus antiquis nominanda

Attalicę opes Cyprię &c Corynthię

At poſtq̄ fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit ſummo vertice Roma Deos,
Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido,
Et cum poſſideāt plurima, plura petunt.
Quęrere vt abſumāt, abſumpta reqrēr certāt,
Atq; ipſę vitijs ſunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,
Quo plus ſunt potę, plus ſitiuntur aquę.
In pretio ꝑtium nūc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.

At poſtquam fortuna loci, huius fatum vrbis Romę et ipſius reip. ſtatus. Extulit caput, eleuauit caput, quaſi poſtq̄ auctis viribus imperium ꝓpagauit, et Virgil. Verū hęc tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Et Roma tetigit Deos ſummo vertice, quaſi extulit caput vſq; ad ſidera per hyperbolem. Et creuerunt opes, q2 Romani facti ſunt opulentiores. Et furioſa cupido opum, et creuit inſana, et inexplebilis diuitiarum auiditas. Et cū poſſideant plura, cum ſint iam rerum domini, et multa ſub ſua poteſtate teneant. Plura petunt, appetunt etiam plura, neq; pluribus q̄ habēt ſunt ꝯtenti. Certāt, certatim ꝯtendunt. Quęrere, opes ſcilicet. Vt abſumant, vt quid abſumere, et profundere poſſint, vt ē illud Criſpi, Diuitias ſuas vincere nequeunt, quas profundant in extruēdo mari, et in montibus coęquandis. Certant, conantur. Requirere abſumpta, ea quę iam abſumpſerint, et profuderint.

ANT. FAN.

ATq; ipsę vitijs ſunt alimenta vices, alterna cupiditas nunc quęrendi, nunc quęſita perdendi gignit inexplebilem auaritiam, et cętera vitiorum genera, quę auaritiam comitantur. Sic.q.in.ſu.u.ab vn. qui laborant morbo aquę intercutis, quo plus bibunt eo ſitiunt magis. Hora. In.ij. carminū Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi Fugerit venis, et aquoſus albo Corpore langor. Eos Cato veternoſos appellat, vt Veternoſus q̄ plurimum bibit, tam maxime ſitit. Quāuis proprie veternoſus ſit, qui graui ꝓmitur ſōno, his auari et inſatiabiles aptiſſime cōparant, quoniam (vt ait Cice. in Paradoxis) ęrea nunq̄ expletur nec ſatiatur cupiditas ſitis.

Hydropici q̄ plus bibūt eo ſitiūt magis

Veternoſus

Aera da. o.m.n.o. in au. priſca moneta fuit ęrea, vnde (teſte Var.) ab ęre ęrarium appellatum eſt, quod po. Ro. in ęde Saturni habuit, inde milites ęrarij, inde quoq; obęrati dicti, qui cu3 ſoluendo nō eſſent permittente iure manucapiebantur, ſimiliter et auari ſecundum Nigidium quaſi ęris auidi, inde et ęruſcare. ideſt ęra vndiq; pecuniaſque colligere. Hinc etiam ęra militum, et tribuni ęrarij dicti, auctoribus Feſto, et Plinio. Aeris primam inuentionem nonnulli Cariſto, alij Cypro tribuunt, quam antiqui ęroſam appellarunt, ꝙ in ea plurimum ęris naſceretur, cuius materia magis in vſu apud veteres fuit (teſte Seruio) quod religioni apta putabatur. Quare Thuſci (vt Macro. refert) ęneo vomere vtebantur cum vrbes conderent, et in Sabinis ex ęre cultri erant, quibus ſacerdotes tondebantur. Primus autem omnium ęra ſignauit Ianus, ſi Macro. credimus, ſi Plini. Seruius rex. Hic dicitur ęra ſignaſſe nota pecudum, vnde pecunia creditur appellata. Ille vero ex vna quidem parte capitis ſui effigiem, ex altera nauim expreſſit. Sed ante nummum percuſſum rudi ęre Romę vtebantur, vt Timęus tradidit, teſte Plini. eoq; penſo non numerato debitum ſoluebant, a quo penſiones dictę, et poenas pendere. Argento autem ſignato Popu. Ro. vti coepit. v. annis ante primum bellum Punicum, antea libralis aſſis ac dipondius appendebatur. Notę argenti fuerunt bigę & quadrigę, nec non et victoria, vnde nummi bigati, quadrigati, et victoriati dicti. Aureus vero nummus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt q̄ argenteus. Cęterum externorum Lydi primi nummum aureum, et argenteum percuſſerunt ſecundum Herodotum, a quo Lucanus diſſentire videtur in ſexto Pharſalię. Theſeus autem Athenis (vt ſcribit Plutarchus) nummum percuſſit, et in eo bouem incidit, vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducem, vel vt ciues ad agriculturam prouocare videretur.

Aerarius

Aerarij milites

Obęrati

Auari

Aeruſcare

Aeris inuentum

Quis primū ęra ſignauit

Pecunia

Penſio

Notę argenti

Bigati

Aureus nūmus qn̄ pcuſſus fuit

PAV. MAR.

ATque ipsę vices, alternationes, ſeu viciſſitudines quęrendi et abſumendi. Sunt alimenta vitijs alunt cupiditatem ipſam inſatiabilem. Sic quibus, comparat auaritiam hydropiſi, ſic et Ho-

rati.in Odis, Creſcit indulgēs ſibi dirꝰs Hydrops
Quo in loco nos multa diximus, et tria genera
hydropiſeos eſſe oſtendimus, timpanitē, aſchitē, et
Hippoſarcham. Hic vero de aſchite intelligendum
cenſeo, quę eſt cum ex aliqua mala digeſtione de
bilitatur epar, aquoſitas in ip̄o epate gignitur, quę
quidē pulmonē ipſius
reſpirare non ſinit, cū
per ipſam diaphra-
gma eleuet, calor gi-
gnit, īde creber anheli
tus, et iō ſititur, nec vl
lo potu ſitis extingui
poteſt. Vnde apud Ho
ra. Nec ſitim pellit ni-
ſi cauſa morbi. Fuge-
rit venis et aquoſus
albo corpore langor.
Sic, eodem modo.
Quibus, ab illis qui
bus. Venter intumu
it ab vnda ſuffuſa, ab
aquoſitate ipſa ſuffuſa p epar. Quo plus ſunt po
tę aquę plus ſitiūt, q̄to magis bibit eo morbo cor-
reptus, tanto magis ſitit. In pre. nihil iā eſt qd
poſſit niſi pecunia cōparari. Pretiū eſt in pretio,
quaſi quicquid pretioſum eſt, et alicuius ęſtimatio
Quō ptiū dr̄ eē in ptio
nis venale eſt, quoniam non datur vltro cuiquā
ſine pretio. Cenſus dat honores, pretium ſine pe
cunia dat publica munera, hoc eſt ipſos magiſtra
tus, vt eſt illud Horatij, Certet tergeminis tollere ho
noribus. Cenſus dat amicitias, et amicitię etiam
pretio parantur, et alio loco dictum eſt. Illud ami
citię quondam venerabile nomen Proſtat, et i quę
ſtu pro meretrice ſedet. Pauper, qui pretium ſol-
uere non poteſt. Iacet vbiq;, q2 pro abiecto, et vi
li habetur, hęc olim dicebantur, ſed nos noſtrorū
temporum pudet. Sed venias optata dies, et cō-
ſule rebus, Impia ne ſerpat pectora acerba lues. Cē-
ſus pro pretio, et cenſus pro reditu, et annuo fru-
ctu, et cenſus quod viritim ęrario ſoluebatur. Cen-
ſum Romę primum Tullus rex inſtituit, ſed de
hoc alias. Tu tamen, cum a propoſito digreſ-
ſus videatur ad ipſum redit, ptinuerat enim cauſā
ſtipis poeta, eam nunc explicat. Tu tamen quę-
ris ſi ſit vtile auſpicium ſtipis hoc eſt ſi omen vtile
ac felix ab oblatione ſtipis ipſius digne captabi-
tur. Et cur ęra vetuſta, antiqua. Iuuent, dele-
ctent. Noſtras manus, cum calendis noſtris of-
feruntur. Aera vetuſta dixit, q2 ęs prius ſignari
coeptum eſt. Ser. enim Tullus (vt auctor eſt Plini.)
primus ſignauit ęs. Ante rudis laminę ęreę vſus
erat. Signatum eſt nota pecudum, inde pecunia
dicta. Verum Pli. xix. li. inquit, Seruius rex ouium,
boumq; effigie primum ęra ſignauit. Argentum
ſignatum fuit anno ab vrbe condita. D lxxxv. Fa-
bio conſule. v. annis ante primum bellum Puni-
cum, notę argenti fuere ex vno latere bigę quadri
gę, ex altero caput conſulis, Inde argentei nummi
bigati, et quadrigati. Signatum quoq; fuit nota vi
ctorię, vnde victoriatus nummus. Aureus vero nū

Argenti moneta, cuꝫ bigis aut quadrigis in altera pte erat caput ꝯſulis

*Tu tamen auſpicium ſi ſit ſtipis vtile quęris,*
*Curq; iuuent noſtras ęra vetuſta manus.*
*Aera dabāt olī, melius nūc omē in auro eſt,*
*Victaq; conceſſit priſca moneta nouę.*
*Nos q̄q; tēpla iuuant, q̄uis antiqua pbemus,*
*Aurea, maieſtas conuenit ipſa Deo.*
*Laudamus veteres, ſed noſtris vtimur annis,*
*Mos tamen eſt ęque dignus vterq; coli.*
*Finierat monitus, placidis ita rurſus vt ante*
*Clauigerum verbis alloquor ipſe Deum.*

mus percuſſus fuit anno vrbis. D. xlvij. auctore in-
certo. Veteres, ipſi antiqui. Dabant olim ęra,
ęreos nummos. Nunc eſt me. omen in auro, bo
num erat prius omen in ęre, ſed longe melius in
auro, in ipſis aureis nummis, et in pretioſiore me
tallo. Et pri. moneta ęrea. Victa, ab auro qd
poſterius ſignatum.
Conceſſit nouę, ceſ-
ſit aureo nummo.
Nos quoq;, ē in diui
nis quoque quamuis
vetera laudentur, no
ua tamē ditiora ma
gis oblectant. Nos
quoq;, nos etiam Dij.
Quāuis probemus,
commendemus. An
tiqua templa, quę a
pauperibus antiquis
fuere condita, et ęre
tantum ornata. Iu
uant tamen templa
aurea, auro exornata a poſteris magnificentiore
ſumptu poſita. Ipſa maieſtas, auri et ditioris tē-
pli. Conuenit Deo, quaſi magis conueniunt Di
is pretioſa, q̄ vilia, de maieſtate dicemus in. v. lib.
SED Noſtris vtimur annis, et moribus noſtri ANT. FAN.
temporis. Loquitur autem Ianus quaſi vnus Ro-
manorum. Tale illud eſt apud Virgi. Nos tua pro
genies cęli quibus annuis arcem. Mos tamen
eſt ęque dignus vterq; coli, priſca parſimonia et tē
plorum maieſtas. Sed cur nauалis in ęre Altera
ſignata eſt, altera forma biceps, Ianus cum Satur-
num claſſe peruectum excepiſſet hoſpitio, et ab eo
edoctus peritiam ruris ferum et rudem ante fru-
ges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eū
ſocietate munerauit, et cum primus ęra ſignaret
(vt inquit Macro.) ſeruauit et in hoc Saturni re-
uerentiam, vt quoniam ille naui fuerat aduectus
ex vna quidem partem ſui capitis effigies, ex altera
vero nauis exprimeret, quo Saturni memoriam
etiam in poſteros propagaret. Vnde olim pueri
denarios in ſublime iactantes capita aut nauim
exclamabant. Alijs autem placet nummum ita
fuiſſe ſignatum, vt ras duas prę ſe ferret, quarum
altera in ciuitate pulcherrima eſt, altera maxime
neceſſaria, legum videlicet bonitatem, et affluenti-
am rerum, quarum illam oſtendit frons Iani du-
plex, qui feros homines optimis legibus redegit ad
vitę commutationem, hanc nauis expreſſa. No-
uimus enim nauigabilem fluuium ſuppedita
re ciuitati rerum omnium vbertatem. Lege Plu.
in quęſtionibus. Sciendum (vt Seruio placet) Satur
num Italis primum vitem oſtendiſſe. Vnde illud
eſt. Vitiſator curua ſeruans ſub imagine falcem.
Sed is vitem oſtendiſſe dicitur, non quod fuerit
vitis inuentor, ſed quod vitis genus Italis populis
demonſtrarit. Eius ędes (vt diximus) ęrarium fuit,
vbi et tabulę publicę ſeruabantur, a quibus tabu-
larium dicebatur, aucto. Plu. q2 ferunt Saturni tē-
pore nec auaritiam nec improbitatem in homini
bus

Cur in [al]tera p[arte] ęris Ia[ni] effigies altera n[a]uis erat

ęrariū [in] tēplo S[a]turni

*Multa quidē didici, ſed cur naualis in ęre*
*Altera ſignata eſt, altera forma biceps?*
*Noſcere me duplici poſſes vt imagine dixit,*
*Ni vetus ipſa dies extenuaſſet opus.*
*Cā ratis ſupereſt, Thuſcū rate venit ī amnē*
*Ante pererrato Falcifer orbe Deus.*
*Hac ego Saturnū meminit tellure receptum*
*Cęlitibus regnis a Ioue pulſus erat.*

bus fuiſſe ſed fidem. Id templum primus omniuȝ vale. Publicola exactis regibus ęrarium declarauit, vbi a pfectis ęrarij legatorum omnium vndecunq; Romani veniſſent nomina ſcribebantur. Primus auteȝ omnium Saturno aram, erexit Cecrops, vt Macro. refert. Ni vetus ipſa dies exte.o. dies hic tempus ſignificat, vt diem adimere ęgritudinem hominibus. et, Longa dies homini docuit parere leones. Ante. p.f. o.d. Saturnus falcem habet in tutela, quia dicit patri cęlo virilia amputaſſe, quę cū in mare cecidiſſent Venerem creauerunt. Quod ideo fingitur (aucto. Ser.) quia niſi humor de cęlo in terras deſcenderet nihil crearet. Alij Saturnum Deum eſſe temporū dicunt, quę ſicut falx, in ſe recurrunt, alij eum in pgreſſu nihil nocere, cum autē retrogradus eſt afferre pericula. Ideoq; eum habere falcem in tutela, quod falx ptenta nullam vim habet, retro vero acta quicqd ei occurrit ſecat. Sunt et qui falcem Saturno tributaȝ putent, quod tempus (vt inquit Mac.) omnia metat, exercet, et incidat. Alijs placet dari Saturno falcem veluti meſſis inſigne, quod melioris vitę auctor fuerit. Pererrato autem orbe dicit, ꝙ is Deus multum errauerit iram fugiens Iouis.

Saturnus falce cęli pri virilia amputauit

PAV. MAR. LAVDAmus veteres, veterum mores. Sed vtimur noſtris annis, quaſi moribus noſtri temporis, Deus eſt qui loquit, ſed interdum hominis perſonam accipit. Tamen vterq; mos, vtraq; cōſuetudo et vetus et noua. Eſt dignus coli eq; , pari modo dignus eſt vterq; qui celebret et ſeruetur.

Finierat, quęrit nunc poeta cur in antiquis nūmiſmatibus ex altera parte ſit Ianus biceps, ex altera ſit nauis, cuius rei rationē mox ſubnectam.

Finierat, Ianus. Monitus, ſuos. Ipſe, ego.

Placidis verbis vt ante, vt prius fecerā. Rurſus, iterum. Alloquor Deū clauigerum, Ianum qui cum claui et virga figurat. Multa quideȝ didici, iam ex tuis verbis multa percepi, ſed Cur in ęre, in ęreo nūmo. Altera for. eſt ſigna. naua. quaſi cur ex altero latere eſt nauis. Altera eſt biceps, ex altero latere habet formā bicipitem. Noſcere, bicipitem formam ſibi aſcribit Ianus, naualem Saturno in Italiam rate aduecto. et Pli. meminit, in ęreo nūmo ex altera parte Ianus geminus erat, ex altera roſtruȝ nauis, et nobis domi plura ſunt nūmiſmata antiquiſſima huius notę, et aliquod eſt ponderis vnius aſſis. De hoc Mac. ita inquit, Ianus cum Saturnū claſſe peruectum hoſpitio cepiſſet, et ab eo edoctus peritiam ruris ferum et rudem illū ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate munerauit. Cū primus ęra ſignaret, quoniaȝ ille naui fuerat aduectus, ſeruauit in hoc Saturni reuerentiam, vt ex vna parte ſui capitis effigies, ex altera nauis exprimeretur. Æs ita fuiſſe ſignatum intelligit hodie in aleę luſu, cū pueri denarios in ſublime iactantes capita aut nauim luſu teſte vetuſtatis exclamāt. hęc ille. Sed aliunde rationem aucupat Plutar. xl. Problemate, vbi cū ſuperiorem et ipſe rationē attigit, et tacite refelli ſubdit. Sed illud potius quiſpiam conijciat, alia eſſe in ciuitatibus quę pulchra, alia quę neceſſaria, maximuȝ vero atq; omnium pulcherrimus iudicari bonitatem legum. Longe vero ex omnibus neceſſariuȝ eſſe copiam et vbertatem. Quoniam vero Ianus feros homines ad manſuetudinem traducens optimis legibus informauit, neceſſariam vero rerū affluentiam fluuius nauigabilis ſuppeditat, et partim ex agro ac vicinis locis, partim et longinquis, ac mari deuehens, nihil quod ad vſus pertineat deſiderari patitur. ideo nummus ita ſignatus eſt, et vt legis latoris duplicem fronteȝ propter vitę cōmutationem, vt dictum eſt, et imaginem nauium propter fluuij cōmoditatem pręſeferat. Dixit, Ianus. Vt poſſes me noſcere duplici imagine, ideo in ęreo nummo ex altera parte eſt forma biceps, vt in bicipiti forma meam imaginem duplicē cognoſceres. Ni ipſa vetus dies, niſi ipſa vetuſtas. Extenuaſſet opus, excidiſſet et attriuiſſet imaginis notam, ſeu nummum ipſuȝ.

Caput Iani et nauis cum Saturno in ęre ſignabatur

Supereſt cauſa ratis, reſtat vt abſoluam cur nauis eſt in ęreo nummo. Deus falcifer, Saturnus.

Venit in amnem Thuſcum, in Tybrim Hetrurię fluuiuȝ. Ante, hoc eſt prius q̄ ſignaretur nūmus. Pererrato orbe, cum diu per orbem erraſſet fugiens Iouis filij vires, et iracundiam. Falcifer Saturnus dicitur et cum falce figuratur vel ob meſſis peritiam, vel q: Italis primus vitem putare oñdit. Vñ Vir. Vitiſator curuā ſeruās ſub imagine falcē, vel (vt Mac. aſſerit) cuȝ Saturnum, q grę ce dr̄ cronos ipſuȝ tp̄s interpretet, falcē qdam attributā putant qđ tp̄s oīa metat, exercet, et incidat. Pēdet adhuc Iani oratio, et deſcēdit ad plures verſus.

Hac ego, mortuo Camęſe Iani ſocio aduectū in Italiaȝ Saturnū Ianus ſuſcepit, et cū eo pariter regnauit, vñ poſteri (vt Aurelianus ille Vectius refert) duos eis mēſes cōtinuos dicarunt, vt Decēber ſacruȝ Saturni, Ianuarius alterius vocabulū poſſideret. Cum aūt Saturnus inter regnādū nō comparuiſſet, excogitauit Ianus honoꝝ eius argumētum, ac terrā oēm ditioni ſuę parentē Saturniam nūcupauit, arā cū ſacris ꝯdidit, q̄ Saturnalia noīauit regni eius tp̄a feliciſſima, tū ob rerū copiā, tuȝ qđ nondū quis ſeruitio, vel libertate diſcriminabatur. Diony. ēt inqt Saturniā a Saturno noīatā Italiā, et Saturniū collem, q nūc Capitolinus dr̄, et Saturniā vrbeȝ. Idē vbi ſūmis laudibus Italiā extulit,

Inde diu genti manſit Saturnia nomen,
Dicta quoq; eſt Latium terra latẽte Deo.
At bona poſteritas puppim formauit ī ęre,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.
Ipſe ſolum colui, cuius placidiſſima lęuum
Radit arenoſi Tybridis vnda latus.
Hic, vbi nũc Roma ē, tũc ardua ſilua virebat

De laudibus Italię

ſubdidit ita𝔮; Minime mirũ eſt priſcos hanc terram opinatos eſſe Saturno ſacram, cũ exiſtimarent hunc Deum eſſe hominibus felicitatis omnis largitorem et perfectorem. Laudes Italię a Diony. Pli. Stra. Theodo. et alijs fere innumeris referũtur cumulatius Ego memini Saturnum receptum hac tellure, qua ſi memini me recepiſſe Saturnũ hoſpitio in hac terra latina. Erat pul. a Io. cę. re. pepulerat illum Iuppiter filius a regno cęleſti, verum, nõ a cęleſti, ſed a Cretenſi regno. Euememerus. n. in hiſto. ſacra refert Saturnũ ſorte admonitum, vt a Ioue filio caueret, ne eum regno pelleret, effugiẽdi periculi gratia Ioui inſidias intendiſſe. Quod vbi Iuppiter reſciuit patrem fugaſſe, armatosq; inſequentes miſiſſe, qui eũ necarent, Saturnus cum diu erraſſet vix in Italia locum quo lateret inueniſſe. Mac. vero cũ tempus Saturnũ dicat, eundem inquit a filio pulſum, qd aliud eſt ꝙ tempora ſeneſcẽtia ab his quę poſtea nata ſunt depelli. Facit ad hoc illud Hora. Truditur dies die, nouęq; pergunt interire Lunę. Verũ quia Italia inferior eſt ꝙ Gręcia, in qua mõs eſt Olympus, finxere poetę illũ ab ęthereo Olympo ad Italiam adueniſſe. Vnde apud Virgilium, Primus ab ęthereo venit Saturnus Olympo Arma Iouis fugiens, et regnis exul ademptis, vel dicas. Cęleſtibus regnis pulſus, a regno paterno, cum ipſe Saturnus Cęli filius dicatur.

ANT. FAN.

INDE Diu genti manſit Saturnia nomen, Saturnia et regionis et vrbis nomen eſt. Regionis vt hoc loco. Ianus enim (teſte Mac.) excogitauit bonorum Saturni argumẽtum, et terram omnẽ ditioni ſuę parentem Saturniã nominauit. (Saturnia) Vrbis vt in. viij. Ęnei. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cõdidit vrbem, Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. Cęterum Ianiculũ oppidum et Saturnia a Saturno. Ianoq; cõmuni opera cõdita ſunt mortuo iam Cameſe cum quo Ianus participata potẽtia regnaſſe dicitur, quam ob cauſam duo menſes cõtinui eis dicati ſunt, Decẽber Saturno, Ianuarius Iano. Dicta quoq; eſt la. ter. la. Deo, Varroni placet Latiũ dici Italiam quod lateat inter pręcipitia Alpiũ et Appennini, (Latium) ſed eſt et pars Italię pene omnibus nota, et ſic dicta, ꝙ Saturnus ibi latuerit, quam ideo poetę finxerunt e cęlo pulſũ ꝙ Italiam conſtet eſſe inferiorem Grecia vbi Olympus eſt, quo nomine et cęlũ accipimus. (Cur Saturnus e cęlo pulſus fingitur) Eſt autẽ mons tanta altitudine, vt excedat nubes, vt Nubes excedit olympus Lege Deum. Re autem vera Iuppiter Saturnum e Creta dicitur pepuliſſe. Sed placet et illud Macro. Saturnum eſſe tẽpus, ꝙ ſeneſcens ab his pellitur quę poſtea naſcuntur. Arx mea col. e. quem vulgus nomine noſtro Nũcupat. hęc ętas Ianiculumq; vocat. (Ianiculũ prius dicebaẗ antipolis) Ianiculum olim Antipolis dicebatur, atq; (vt Liuius tradit) vrbi adiectum eſt nõ inopia loci, ſed ne quãdo ea arx hoſtiũ eſſet. Sciẽdum Ianiculum eſſe nõ ſolum collem, qui eſt in regione tranſtyberina, ſed oppidum, quod a Iano denominatũ Saturnus, Ianusq; concordes cõmuni opera (vt diximus) cõdiderunt, ſicuti et Saturniã in colle Saturnio, qui nũc Capitolinus dicitur. Feſtus vero Ianiculum dictum exiſtimat, qḋ per ipſum Po. Ro. primitus in agrum Hetruſcũ tranſierit. Quare Porſena rex Hetruſcorũ cũ Tarquinios in vrbe reſtituere vellet primo impetu Ianiculum cepit, quẽ rẽgem quoniã Mutius ſua cõſtantia ab vrbe dimouit, Mutia porta tranſtyberina ex eo tradiẗ nominata. Sunt qui legant Ara mea eſt colli, quod nõ diſplicet. oſtenſum. n. mihi eſt in Ianiculo huius Dei ſacellum, cum ad vrbem me cõtuliſſem orator miſſus a ſenatu Fanenſi ad Sixtũ quartum Pon. Max. vbi diligentiſſime perſcrutatus ſum quęcunq; antiquitatis monumenta cernunẗ. Tunc. e. v. p. c. t. d. cũ ſcelera hoīum nõdum e terris Deos excedere cõpuliſſet.

PAV. MAR.

INDE, hoc eſt quod modo dicebamus a Saturno regionẽ et vrbem, et gẽtem Saturniã denominatam. Inde, ex eo. Diu mãſit genti nomẽ Saturnia, diu et gens Latia et regio Saturnia dicta.

Et terra quoq; eſt dicta Latiũ latẽte Deo, et qḋ in ea terra latuerit Latiũ eſt appellatũ, qḋ Var. probare non videtur cum dicat Latiũ vocari, ꝙ inter montes lateat. (Varię opiniones de Latio vt vocatur) At bona, nõ ſumus adeo et ingenij, et iudicij pauperis, vt errores veterũ non aduertamus Mac. n. aſſerere velle videẗ (vt paulo ante diximus) primũ Ianum ęra ſignaſſe ſub imagine ſua bicipiti et naui. Pli. primũ ꝙ ęra ſignaret Tullum fuiſſe oſtẽdit, et nunc poeta Ianũ introducẽs poſteritati aſcribit. Vt ergo Ianus primus nõ fuiſſe, et nos cũ Pli. et poeta ſentiamus. At bona poſteritas, ipſi poſteri pij et memores meritorum.

Formauit ī ęre puppim, in ęreo nũmo naui formauere, ꝙ naui fuerat Saturnus in Italiam aduectus. Teſtificata, ipſa poſteritas. Aduentũ hoſpitis Dei, ea nota teſtimonium pħibens de Saturno, quem ego hoſpitio ſuſcepi, aliqui legũt puppim ſeruauit in ęre, nã ab initio impreſſã poſteritas ſeruauit, melius erit formauit, vt eſt in vetuſtiſſimis codicibus, nã e poſteris fuit Tullus rex, qui primus ęra ſignauit. Ipſe ſolũ Saturnus cis Tybriũ, et Ianus trans Tybrim habitauere. Ipſe, ego. Colui ſolũ, tellurẽ. Cuius lęuũ latus, quaſi partẽ ſiniſtram. Radit placidiſſima vnda Tybridis arenoſi, a qua Tyberina alluit, nã qui in ea regione eſt, et vertat ſe ad mare ad ſcẽm curſum fluminis a ſiniſtra Tybrim hẽt, ſic lęuũ latus recte dixit. Hic vbi, et in libris de Arte, Quę nũc ſub Phoebo ducibusq; palatia fulgent, Quid niſi aratris paſcua bobus erant. Ardua ſil. alta et difficilis acceſſu ſilua. Virebat tunc, eo tempore. Hic, vbi nunc eſt

Tantaq́; res, paucis paſcua bobus erat.
Ara mea eſt colli, quẽ vulgus nomine nr̃o
Nuncupat, hęc ętas Ianiculumq; vocat.
Tunc ego regnabã, patiens cum terra Deorꝫ
Eſſet, et humanis numina mixta locis.
Nondũ iuſtitiam facinus mortale fugarat,
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.
Proq́; metu populũ ſine vi pudor ipſe regebat
Nullus erat iuſtis reddere iura labor.
Nil mihi cũ bello, pacem, poſteſq́; tuebar,
Et clauem oſtendens, hęc ait arma gero.

nunc eſt Ro. vbi nunc eſt ea vrbs, quę toti orbi imperitat et. Tanta res, q̃ta eſt ipſa Roma, aut locus in quo cõdita eſt. Erant paſ. paucis bobus, qꝛ vix pauci ſatis erant, aut qꝛ paupes coloni paucos habebant boues. Ara mea, aliqui legũt Arx mea collis erat, melius Ara mea eſt colli, nã fidem facit verbis ſuis ꝙ ſacelluꝫ ſuo numini dedicatum adhuc extet in eo colle, quem incoluit, et qꝛ ab eo Ianiculus nuncupatur. Ara mea ẽ col. quaſi habeo aram in eo colle. Quẽ, collem. Vulgus nũcu. no. noſtro, appellat a meo nomine. Et hęc ętas vocat Ianiculũ, qꝛ nõ modo veteres ſed qui nunc viuũt Ianiculũ dicunt, et nr̃o quoq; tempore mons Ianiculus dr̃, vbi eſt tẽplum Diui Onophrij, clarum tũ ipſa religione et hominum frequẽtia, tum etiã Antonij Cãpanij iunioris fratris mei ſepulchro, queꝫ ſi in maturiorem ętatẽ fata prouexiſſent, ſuo carmine antiquorꝫ poetarum famaꝫ adęquaſſet, ſed fortuna bonis inuidens eũ nobis in ipſa adoleſcẽtia ſurripuit. Tũc, eo ergo tempore in terris regnabam, cũ inter hoĩes Dij erant. Tunc, eo tempore. Ego regnabam cum terra eſſet patiẽs Deorum, eo tempore quo terra poterat ſuſtinere Deos, hoc eſt antq̃ ab hoĩum ſceleribus pellerentur. Et numina mixta, eſſent. ſ. Humanis locis, metonymię ſpecies eſt, nam qđ tenet pro eo quod tenet, hoc eſt locum pro locato. et. d. cum Dij eſſent hominibus immixti. Nõdum iuſtitiam, regnabat tunc Ianus, cum nõdum mortalium ſcelera iuſtitiam ex orbe fugaſſent, cũ omnes iuſti ſuapte natura eſſent, neq; arma vſquam fabricarentur.

Mõs Ianiculus vbi nũc ẽ tẽplum ſancti Onophrij

Facinus meſſuꝫ ẽ nomen

Nondũ, non adhuc. Facinus mortale. ſcelera mortalium. interduꝫ facinus in bonã partem accipitur. vt Egregium facinus, et clarum facinus et ſimilia. Fugarat iuſtitiam, pepulerat ex orbe aſtream ipſam, quę iuſtitia dicitur.

ANT. FAN.

VLTIma de ſuperis illa reliquit humũ, ipſe alibi, Et virgo cęde madentes Vltima cęleſtum terras aſtrea reliquit. Virgilius primo Georgicorum, Extrema per illos iuſtitia excedens terris veſtigia fecit. Et clauem oſtẽdens, hęc ait arma gero, quia eſt portaruꝫ cuſtos, vt diximus. Vnde et Portunus clauem tenere manu fingebatur, ꝙ Deus putaretur eſſe portarum. Cũ tot ſint Iani cur ſtas ſacratus in vno? quęrit cur Iano vno tantũ in templo Romani rem diuinam faciant, cum multa eius Dei templa in vrbe ſint. Hic vbi iuncta foris templa duobus habes, ędes Iani celeberrima, quam ſcribit Liuius, Numa fecit ad infimum Argiletum vt aperta bellum clauſa pacem ſignificaret. Fuit inter duo fora, Boariũ videlicet et Piſcarium apud Tyberim, vnde ait Varro, Ad Ianum forum Piſcarium vocant. Fuit in hac ęde ſimulachrum Iani vetuſtum quidẽ, ſed quod artificio placere poſſet. Pli. Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italię quoq; et vetuſtam indicãt Hercules ab Euandro ſacratus, vt produnt in foro Boario, qui triumphalis vocatur, atq; ꝑ triumphos veſtiẽ habitu triumphali. Pręterea Ianus geminus a Numa rege dicatus qui pacis, belliq; argumento colitur. Hęc imago (vt inquit Seruius) tranſlata eſt ad tranſitorium forum poſteaq̃ captis Phaleris ciuitate Thuſcię, inuentum eſt ſimulachruꝫ Iani cũ frontibus quatuor, et vnũ templũ quatuor portarum eſt conſtitutum, vt diximus ſupra. Multa hoc loco pręterire libet, quorum partem explicamus, partem dicturi ſumus, partem omittimus faſtidio parcentes.

Cur Iano vno tãtũ i tẽplo cum plura ſint ſacrificant

Iani ędes vbi fuit

PAV. MAR.

VLTIma illa, aſtrea ſeu iuſtitia. De ſuperis, vltima ex omni Deorũ cęleſtium numero. Reliquit humuꝫ, hoc eſt Deſeruit terras, cęlumq; aſtrea petiuit, et in Metamor. Vltima cęleſtum terras aſtrea reliquit. Tamdiu enim in orbe fuit, quamdiu ſine ſcelere vixit mortale genus. Iuſtitiam, quę et virgo dicitur, Hyginus Iouis et Themidis filiam dicit. Aratus Aſtrei et Aurorę, quę eodeꝫ tempore fuerit cum aurea ſęcula, et eorum principeꝫ fuiſſe demonſtrat, quam propter diligentiam et ęquitatem, iuſtitiam appellatam, neq; illo tempore ab hoĩbus exteras nationes bello laceſſitas eſſe, neq; nauigio quemq̃ vſum, ſed agris colendis vitam agere cõſueuiſſe, ſed poſt eorum obitum, qui ſunt nati, eos minus officioſos magis auaros coepiſſe fieri. Quare minus iuſtitiam inter hoĩes eſſe verſatam. Deniq; cauſam perueniſſe vſq; cordum diceretur ęneum genus hominum natum eſſe. Itaq; iam non potuiſſe pati amplius, et ad ſydera volaſſe. Vnde apud Aratum a Germanico traductum, Deſeruit propere terras iuſtiſſima virgo, Et cęli ſortita locuꝫ, qua proximus illi Tardus in occaſum ſequitur ſupra plauſtra Bootes. Chriſippus autem (vt teſtatur Gellius) iuſtitię imaginem effingens os, et oculos, vultumq; ſeueris, atq; venerandis coloribus depinxit. Virginali aſpectu vehemẽti, et formidabili, luminibus oculorum acerbis, neq; humilis, neq; atrocis, ſed reuerendę cuiuſdaꝫ triſtitię dignitate. Ex huius imaginis ſignificatione, intelligi voluit iudicem iuſtitię oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem. Contraq; improbos, nocentesq; immiſericordem, atq; inexorabilem, erectumq;, et arduum ac potentem vi et maieſtate ęquitatis,

De forma iuſtitię ſcđm Chriſippum

Preſſerat ora Deus, tũc ſic ego noſtra reſoluo,
Voce mea voces eliciente Dei.
Cum tot ſint Iani, cur ſtas ſacratus in vno,
Hic, vbi iuncta foris templa duobus habes?
Ille manu mulcẽs ꝓpexã ad pectora barbã,

veritatiſq; terrificumq; &c. Ipſe pudor, quaſi cum vnuſquiſq; turpe ſibi duceret peccare. Ipſe pudor, qui ſemper rationem habet honeſti. Regebat populum, in ſumma.ſ. laude honeſtatis. Pro metu, loco metus ſupplicij. Multi enim metu ſupplicij non delinquunt, at illi non vllo metu, ſed pudore tantum queq; turpia vitabant. Sine quaſi cum nullis viribus cogerentur, pudore tantum non delinquebant. Nil mihi cum bello, eo tempore non eram ego bellis ꝓpoſitus, vt nunc qui in bello aperior. Tuebar pacem et poſtes, defendebam pacem cui pręeram, et ſeruabam ianuas, legitur etiam portas. Et oſtendens clauem, vt ſępe diximus, cum claui figurari, et ſunt hęc verba poetę. Ait, Ianus.ſ. Hęc arma gero, q̃ſi hanc ſolum clauem pro armis gero. Non enim mihi ſunt bellica inſtrumenta, quoniam Deo pacis armis non opus eſt. Preſſerat, vbi tacuit Ianus, poeta ſciſcitatur cum plura ſacella habeat, cur vno tantum in loco ſibi ſacra fiant. Deus, Ianus. Preſſerat ora, iam tacuerat, et ora clauſerat. Tũc ego ſic reſoluo noſtra, aperio mea ora, et ita loquor, legitur etiam reſolui. Voce mea eliciente, prouocante. Voces Dei, verba Iani. Nam ſciſcitanti mihi reſpondebat ille, ſic eliciebam eius voces. Cu ſint tot Iani, tot ſacella tibi Iano dedicata. Cur ſtas ſacratus in vno, cur vno in loco ſacrata eſt tua effigies, et ſacrificia tibi fiunt. Hic, vbi habes templa iuncta duobus foris? vbi eſt templum tuum, quo in loco terminantur duo fora; Romanum et Boarium, et enim, (vt ſuperius diximus) Iani templum ad infimum Argiletum Numa condiderat, eratq; ſub cliuo Capitolino ad Velabrum, vbi et nũc ſunt quatuor illi ingentes, et marmorei arcus, in quatuor mundi partes reſpicientes. Ibi quoq; et templum Diui Georgij ad Velabrum, ſic enim inſcribitur. Cũq; ſciamus ad Velabrum fuiſſe templum Iani illic eſſe affirmandum eſt, vbi ea fora terminabant̃. Eſt enim illic arcus Seueri pertinacis, cum boum ſimulachris, teſtaturq; illinc incipere forum Boarium, et quod vlterius in viam nouam protẽdebatur, erat forum Romanum, cui iunctum erat forum Cęſaris, ab Auguſto cum ęde Martis vltoris dedicatis. De quibus foris diximus in principio tertij libri Triſtium. Verum qua ad Tybrim vergebat erat forum Piſcarium. Nam (inquit Varro) ſecundum Tybrim ad Ianum forum Piſcarium vocant, recte ergo dixeris duobus foris, aut Romano, & Boario, aut Boario et Piſcario. Nam hęc duo erant iunctiora. Ille manu et ſequunt̃ verba Iani vſq; ad.xvi. verſum, refertq; cauſam huius rei de qua ſciſcitatus eſt poeta ad bellum Sabinum, cum hoſtes irrupturi fuiſſent ſua ope repulſi. De quo ita Macrobius, cum Ianum Patulcium, et Cluſium dicat, quod bello pateat, pace claudatur,

Cur Iãus ĩ vno loco ſit ſacratus ſolum cũ ei multa ſint tẽpla

De foro Boario & Piſcario

Cum bello, inquit, Sabino raptarum gratia commiſſo Romani portam ſub radicibus collis Viminalis, quę ex euentu Ianualis vocata eſt, claudere feſtinarent, q2 in ipſam hoſtes irruebant. Poſtquã clauſa eſt, mox ſponte patefacta eſt, cum iterũ ac tertium contigiſſet, armati plurimi pro limine, q2 claudere negbãt cuſtodes ſtetere. Cũ ex altera parte acerrimo ꝑlio certaretur, ſubito fama ꝑtulit fuſos a Tatio noſtros, q̃ ob cauſam Romani, q adituum tuebantur territi profugerunt. Cum Sabini per portam patentem irrupturi eſſent; fertur ex ęde Iani per hanc portam magnam vim torrentium vndis ſcatentibus erupiſſe, multaſque perduellium cateruas, aut exuſtas feruenti aqua, aut deuoratas rapida voragine deperiſſe. Ea re placitum vt belli tempore velut ad vrbis auxilium ꝓfecto Deo fores reſerarentur. Hęc Macrobi. At nos mirabamur olim quo pacto diceret portam ſub radicibus collis Viminalis, cum viminalem collẽ longe et ab ęde Iani, et a monte Tarpeio diſtare putaremus, in quo cum pręceptoribus noſtris errabamus, qui dum loca Vrbis perſcrutabant̃ ſeipſos et alios quoq; decipiebant. Is enim eſt collis Viminalis, quem putabamus partem exquiliarum eſſe, vbi ſunt equi marmorei, Phidię, et Praxitelis opera, et Termę Conſtãtinianę, in cuius radicibus extant ipſa excelſa Traiani palatia et eiuſdem fora. Quę quidẽ loca exiguo ſpatio a montibus Capitolino, et Palatino diſiunguntur, ibi eam portã fuiſſe conijcere debemus, et licet non illi iunctus, tamen ex ęde ſua vſq; ad illam Ianus aquas eiaculatus eſt, et vt conſtet illum eſſe viminalem inuenimus nuper plures tabulas & publicas ſcriptas quingentis iam antea annis cum inſcriptione in alta ſemita in colle viminali, et regione caballorum, eamq; eſſe altam ſemitam, quę per eum collem tendit compertum habemus, et ibi etiam ſunt ipſi caballi. Haberem et alia plura, quę ad huiuſce modi confirmatione afferre poſſem, ſed longius q̃ oportet oratio progrederetur. Quod ſi qui ita nõ ſentirent, ſatis ſit vnius Pomponij noſtri auctoritas, vetuſtatis diligentiſſimi indagatoris, et de hac re idem quod ego ſentientis, ſed hęc hactenus.

Miraculum ba... ſulfurea effuſa p... Iani ... Sabinos

De colle viminali in regiõ caballorum

Ille, Ianus. Mulcens manu barbam propexã, longam, ſeu longe pexam.

ANT. FAN. Oebalia

PROtinus Oebalij rettulit arma Tati, Oebalia ipſa eſt Laconia dicta a rege Oebalo Argolij filio; quem Lactantius grãmaticus Laconum regem fuiſſe teſtatur, vnde Lacones Oebalij, et Oebalidę dicunt̃ Statius de Caſtore et Polluce, Oebalidę fratres. Oui. de Helena, Et Paris Oenonẽ ſummos tenuiſſet in annos, Si non Oebalia pellice lęſa foret. Sed quia conſtat Sabinos velle Lacedemoniorum ſe fuiſſe coloniam, vt Plutarchus teſtatur in Numa. Sunt enim Sabini genus antiquiſſima Indigenę

Sabini

*Protinus Oebalij retulit arma Tati.*
*Vtq; leuis cuſtos armillis capta Sabinis*
*Ad ſummę Tatios duxerat arcis iter.*
*Inde, velut nũc eſt, ꝑ quẽ deſcẽditis, inquit,*
*Arduus in valles per fora cliuus erat.*

genę et Aborigenes, quos nuncupabant Gręci (vt ait Strabo) Samnitas, alij vero Laconas, ideo au⸗ ctor T. Tatium Oebalium dicit, qui e Curibus oppido Sabinorum Romam excitus eſt. Lege Dionyſium Halicarnaſeum, qui vbi loquitur de origine Sabinorum refert multa ei genti fuiſſe iura Laconica. Vtq; leuis cuſtos armillis capta Sabinis Ad ſummę Tatios duxerat arcis iter, Tarpeia Spurij Tarpeij filia, qui Romanę arci pręerat, cum Sabini ob raptas bellum aduerſus Romulũ ſumpſiſſent, et Romę ꝓpinquarent, aqua tum ꝑfecta extra moenia in hoſtes icidit, ei T. Tatius optionem muneris dedit, ſi exercitum ſuum in arcem produxiſſet, illa petijt quod in ſiniſtris illi manibus gerebant, videlicet annulos et armillas, quibus doloſe repromiſſis Sabinos in arcem produxit, vbi clypeis et annulis in eam coniectis virgo obruta eſt, vt Plutarcho placet quę ibi ſepulta Tarpeię ſedi nomen dedit. Additur fabula ꝙ exercitui Sabinorum vrbem inuaſuro Ianus ſubita feruidarum aquarum inundatione iter clauſerit, vnde meruit templum. Quamq̃ et quod de armillis dicitur pleriq; fabuloſum exiſtimant, et Tarpeiam auro corruptam armis necatam dicũt, vel prodendi exempli cauſa, vt inquit Liuius, ne quid vſq̃ fidum proditori eſſet. Legimus autem poſt arcem ab ea virgine proditam cautum fuiſſe, vt ęrei cardines fierent quorum ſtridor poſſet aperta hoſtia omnibus indicare. Sane armillę, quę gręce ψελλια dicuntur, ornamenta ſunt proprie humerorum, brachiorumq;, licet interdum alijs quoq; partibus corporis tribuantur. Feſtus, Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt dictas eſſe exiſtimant, ꝙ antiqui humeros cum brachijs armos vocabant. Vnde arma ab his dependentia ſunt vocata. Strabo, Aurea illis ſunt geſtamina, collo quidem torques, manibus autem et lacertis armillę. Propertius, Atq; armillatos colla moloſſa canes. Dicebantur et calbei armillę, quibus triumphantes vtebantur (teſte Feſto) quibuſcunq; ob virtutem milites donabantur. Armillarum vero genus quo mulieres vtebantur brachio ſummo ſpinter vocabatur. Armillum vero ſi dixeris ſignificabis vas vinarium in ſacris dictum, ꝙ armo .i. humero deportetur. Sunt qui ita legant hęc duo carmina, Vtq; leuis cuſtos armillis capta, Sabinos Ad ſummę tacitos duxerat arcis iter.

Tarpeia virgo

Armillę quę ſint

Spinter Armillũ

PAV. MAR.

PROTInus, continuo. Rettulit arma, bella et arma ipſa. Tati Oebalij, Tatij regis Sabinorum, Oebali enim vnde Oebalia dicti Cretenſi teſte rex Laconię, filius fuit Argulij filij Amydatis, et a ſe prouinciam illam Oebaliam dixit, ex qua ob duritiam legum Lycurgi; Dionyſius plures exceſſiſſe refert, deueniſſeq; in agros Pomentinos. Locum in quo primum conſtiterant, Feronia ab ęquora latione nominaſſe, Fanumq; conſtruxiſſe Feronię Deę, quam detractione litterę Feronam vocarunt. Inde profectos quoſdam eorũ eſſe cohabitatores Sabinis factos, ac ꝓpterea multa eſſe Sabinorũ iura Laconiaca. Maxime autẽ bellica ſtudia. Tenuitas victus, et in oĩbus vitę officijs durities. Hęc ille. Sed de Sabinis alias. Ergo Tati Oebalij Sabini, ab ipſis Lacõibus illuc ꝓfectis. Et Tatius ipſe poſt raptas a Romulo Sabinas, Romanis bellum intulit. Vtq; leuis, et retulit Ianus.

Sabinorũ iura Laconica

Vt leuis cuſtos, Tarpeia quę cuſtodię arcis pręerat. Capta armillis Sabinis, capta cupidine Sabinorum armillarum. Duxerat Tatios, Tatij milites, ipſos Sabinos, qui ſub eo militabant. Ad iter ſummę arcis, ad viam qua in arcem capitolinam aſcendebatur. Tarpeia, Tarpei filia, cuius ſupra meminimus, armillas, quę ornamenta ſunt Sabinorum brachiorum, habendi cupiditate Sabinis Romanam arcem prodidit. ideo leuis cuſtos dixit, quia preore vili magnam prodidit. Alij dicunt captam ornamentis aureis, et annulis quę in ſiniſtris brachijs Sabini geſtabant. alij aurum petijſſe Veſtalem, et non armillas. Armillę ſunt ornamenta virorum, quę in ſiniſtris brachijs ferebantur, ſic dicta ab armis, ideſt humeris, inde armillum (Pompeio teſte) vas vinarium in ſacris. Verum ipſa virgo cum promiſſa peteret Sabinis ſcutis ibidem eſt obruta, et ab ea Tarpeius mons dictus. Sed poeta Simulus (cuius Plutarchus meminit) prorſus inſanire creditur, exiſtimans non Sabinis, ſed Celtis Tarpiam Capitolium prodidiſſe, cum eorum regem deperiret, ſic ait, Dum Capitolinum colet Tarpeia collem Gallorum exardens regem, tunc hoſtibus vrbem Prodidit, et patrias euertit perfida ſedes. Nec multo poſt inquit, Aborei, Celtęq; ſimul populoſa iuuentus Hanc fluuio immerſa ſpectata cęde piarunt. Inſuper horrentes clypeo, atq; arma ruentes.

De Tarpeia filia Tarpei Capitolini

ANT. FAN.

INDE, VElut nunc eſt, per quem deſcenditis, inquit Arduus in valles per fora cliuus erat, cliuum publicum dicit per quem deſcendebatur a Capitolio in Boarium et Piſcarium forum. De hoc Varro, Cliuus publicus ab ędibus plebei publicis, qui eum publice ędificarit. Hinc cliuus et publicus, et publicius recte dicitur. Publicius autem quod publicij ędiles plebis eum cliuum faciendum ſternendumq; curauerint. Hi ſunt de quibus legimus in quinto huius operis libro, Plebis ad ędiles perducta licentia talis Publicios, ab his cliuus, de quo nunc agitur, Publicij nomẽ accepit, vt a Publio Publius, a Coſtonio Coſtonius. Vñ illud eſt, Parte locant cliuum, qui tunc erat ardua rupes, Vtile nunc iter

Cliuus publicus

Et iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempſerat oppoſitas inuidioſa feras.
Cũ tãto veritus cõmittere numine pugná,
Ipſe meę moui callidus artis opem.
Oraq;, qua pollens ope ſum, fontana recluſi,
Sumq; repentinas eiaculatus aquas.

eſt, Publiciumq; vocant. Mendoſus eſt igitur illud Varronis quod ſcripſimus ſupra, et ſic legendum, Cliuus Publicius ab ędilibus plebei Publicijs, qui eũ publice ędificarunt. Simili de cauſa Publius, et Coſtonius, ꝙ ab his viris dicuntur ędificati. Vbi notandum plebei genitiuum eſſe ab eo quod eſt plebes, cuius meminit Priſcianus, et Publicios propria eſſe duorum nomina, qui vti ſors tulit ſimiliter nominati eodem anno ędiles fuere, quo populo Romano viſus eſt, vt mulctaticię pecũię, quam hi pepẽdiſſent, qui pecora in publico ſaltu pauerant, altera pars in ludos florales conferretur, ex altera vero parte cliuus ſterneretur, qui Publicij nomen accepit. Ac ne quis forte dubitet Publicios propria ędiliũ fuiſſe nomina expendat diligẽter ea verba Varronis, quę ſubiecimus, vt rei veritas eluceſcat, vbi qui grãmaticẽ non ignorat, et demonſtratiui vim pronominis fateatur neceſſe eſt, vti Publium et Coſtonium, ſic et Publicios propria virorum eſſe nomina. Legimus ſane apud Macrobiũ in Primo Saturnaliorũ tribunum plebis Publiciũ noiatũ, vt illud quoq; in lr̃is inuenio, ꝙ cum multi occaſione Saturnaliorũ per auaritiam a clientibus ambitioſe munera exigerent, id quod onus tenuiores grauaret. Publicius tribunus plebis tulit, vt non niſi cerei ditioribus miſſitarent. Quin et Publiciam inuenio foemininum ꝑprium nomen. Pli. li. xxxiiij. Naturalis hiſtori. Honorem eius habuit e diuerſo amnius fecialis equeſtrẽ ſtatuã ꝯ Iouis ſtatoris ędẽ in veſtibulo ſuperiore domus Valerię fuiſſe Publicię conſulis filię, eãq; ſolam fuiſſe. Tyberimq; trãsnatauiſſe. Cliuum publicium nonnulli tradiderũt porrigi ad Sublicium pontem. Nos hi ſumus quibus diuinare non placet, ac tradere incerta ꝓ certis, vbi probati ſcriptoris deſideratᷣ auctoritas. Et iam contigerant portam, Saturnia cuius Dempſerat oppoſitas inuidioſa feras, ſub radicibus collis viminalis porta erat, quę poſtea ex euentu Ianualis vocata eſt, vt inquit Macro. Ea poſtquam a Romanis clauſa mox ſponte patefacta eſt. Cũq; iterũ, ac tertio idem contigiſſet armati plurimi pro limine, q2 claudere nequibãt, cuſtodes ſteterunt. Cũq; ex altera parte acerrimo ꝑlio certaretᷣ, ſubito fama pertulit fuſos a Tatio Romanos. Quã ob cauſam, qui aditum tuebantᷣ territi profugerunt. Cum igitur Sabini (vt idem Macro. ſcribit) per portam patentem irrupturi eſſent, ferunt ex ęde Iani per eas magnam vim torrentium vndis ſcatentibus erupiſſe, multaſq; per duellum cateruas, aut exuſtas feruenti aqua, aut deuoratas rapida voragine periiſſe. Ea re placitum eſt, vt belli tempore, velut ad vrbes auxilium profecto Deo fores reſerarentur. Eiuſdem portę meminit Varro his verbis, Tertia eſt ianualis dicta ab Iano, et ideo ibi poſitum ſignum et ius inſtitutum a Pompilio (vt ſcribit in annalibus Piſo (vt ſit aperta ſemper cum bellum ſit, Saturnia, Iuno, cum dicitur poſſeſſiuum eſt pro patronymico. Hęc Sabinis fauebat infenſa Romanę felicitati, quam audierat excidio fore Carthagini. Ipſe meę moui callidus artis opem, aperire et claudere ars Iani eſt. Vnde ora fontium a ſe recluſa ſubiungit.

Ante tamen madidis inieci ſulfura venis, Varro auctor eſt ad Ianum geminum aquas calidas fuiſſe, vnde Lautolę a lauãdo (vt eidez placet) nomen acceperunt. Eſt autem natura ſulfuris excalefaciens, et concoquens (teſte Pli.) ſentiturq; eius vis et in aquis feruentibus, neq; alia res facilius accenditur. Vnde apparet ignium magnam vim ſulfuri ineſſe.

INde, ex ea arce. Erat cliuus in valles arduus, erat deſcenſus difficilis, nam arduum dicimus altum et difficile. Vnde in Metamor. Ardua prima via eſt, ꝙ erat alta et difficilis aſcẽſu. Et cliuus magnus inflexus, κλινω, quod eſt inclino. Eratq; ẽ cliuus Capitolinus, et cliuus Publicus. Varro triuz cliuorum meminit, Publici, Publij, et Coſtonij, et inquit, Cliuus publicus ab ędibus plebei publicis, qui eum publice ędificauit. Simili de cauſa Publius, et Coſtonius, ꝙ ab his viris dicuntur ędificati, deinde Varro videtur addere quartum, cum ſubiungat, Cliuus proximus eſt ad florales vſus verſus Capitolium vetus, ꝙ ibi ſacellum Iouis, Iunonis, Mineruę. In valles, quę ſunt inter eos montes, Tarpeiũ, et Palatinum, et Auentinum. Per fora, Romanum, Boarium, Piſcarium. Velut nunc eſt, quia nunc quoq; eſt ipſe Cliuus. Per quẽ deſcenditis, e Capitolio. s. in valles, et in ipſa fora. Et iam contigerant portam, iaz venerant Sabini magno impetu ad portam ſub radicibus viminalis, vt inde ingredientes in arcem aſcenderent. Cuius, portę.

Saturnia inidioſa, Iuno quę ſummo odio Troianos inſectata eſt, ſic et Romanos ab illis progenitos. Dempſerat feras oppoſitas, remouerat vectes, et obices, quibus clauſa tenebatur porta. Illa ãt eam aperuit, verum ꝙ humana ratione caret ad numen refert, nam (vt diximus) ter ſua ſponte porta patefacta eſt. Cum tanto ego veritus, non hic ad timiditatem, ſed ad reuerentiam ſpectat. Cõmittere pugnam cum tanto numine, quaſi ꝑꝑ reuerentiam nolens ego manus conſerere cum Iunone, quę portam aperuerat. Ipſe callidus, prudens et aſtutus. Moui opem meę artis, ſuccurri Romanis ea arte qua poteraz. Oraq; recluſi. aperui. Ora fontana, ora fontiũ, hoc eſt ipſas aquarum ſcaturigines. Qua ope ſum pollens, quę potentia prę cęteris valeo. Pollere, ſplendere. Pollet ea ope Ianus, q2 exitus et introitus Deus eſt. Sum eiaculatus. longe ieci. Aquas repentinas, repente ſcaturientes, nam (vt diximus) magnam vis aquarum feruentium ſubito in aduerſos hoſtes

plebes plebei

De cliuo dubium

Lautolę igneę Sulfuris natura

PAV. MAR

Miraculũ Iani aqua ſulfurea

ignota mea, eſt videt hoſpita tellus In noſtra ſacrum Cęſaris eſſe domo, nec intelligas de C. Cęſare dictum, ſed de Auguſto nam ſubdit, Stant pariter natusq; pius, coniuxq; ſacerdos. Numina iam facto non leuiora Deo, et hęc de Tiberio et Liuia, facto deo Octauio Auguſto relato iam in Deos, deinde, Neu deſit pars vlla domus ſtat vterque nepotum. Hic auię lateri, proximus illi patris, et intelligit de Germanico Druſi, et Druſo Tiberij filijs, et paulopoſt, Tu certe ſcis hoc ſuperis aſtite, vidésque Cęſar, et eſt oculis ſubdita terra tuis. Tu noſtra audis inter conuexa locatus Sidera, ſollicito quas damus ore preces. Peruenient iſtuc et carmina forſitan illa. Quę de te miſi cęlite facta nouo, nouo cęlite dixit, non vetere, vt Auguſtum oſtenderet. Nam Cęſar. lx. antea annis in Deos relatus eſt, et poſtea ad Carum ſcripſiſſe ſe Getico ſermone laudes Auguſti Cęſaris inquit, Materiam quęris laudes de Ceſare, dixi, Adiuta eſt nouitas numine noſtra Dei. Nam patris Auguſti docui mortale fuiſſe Corpus in ęthereas numen abeſſe domos, iam negari non poteſt de Auguſto dictum. Sed quid ſequitur, Eſſe parem virtutem pari, qui frena rogatus Sępe recuſati ceperit imperij, et hoc de Tiberio. Nam imperij ſummam diu recuſaſſe Suetoni. docet, et poſtea, Eſſe duos iuuenes firma adiumenta parentis, Qui dederint animi pignora certa ſui, et de Germanico, et Druſo Iuniore intelligit. Sed aperiam qua ratione hęc dixerim, primum vt oſtendam poetam, cum Germanicum dicit nunquam Tiberium intelligere. Poſtea vt illud conſtare faciam quinto anno exilij poetę Auguſtum exceſſiſſe, nam ꝙ extremo loco adduxi vi. anno ſcripſit, addit enim, Sed me am Care niuali Sexta relegatum bruma ſub axe videt. Demum vt ex his illud colligam, et aſſeram ꝙ hoc in loco Faſtorum dicit de triumpho Germanici intelligendum eſſe. Arrigite nunc aures, nam id dixi quod minime expectabatis. Scitis enim auditores humaniſſimi, ꝙ a principio oſtẽdimus circa finem principatus Auguſti Germanicum cum exercitu in Germania miſſum, et exceſſu Auguſti nunciato compeſcuiſſe legiones Tiberium recuſantes, et ſibi ſummam imperij deferentes, et de eo poeta in eadem ad Carum Elegia, Sic capto latijs Germanicus hoſte cathenis Materiam noſtris afferat ingenijs, et Suetoni. inquit de eo, Atque hoſte mox deuicto triumphauit, cum ita dicat id, arguit eum non multo poſt exceſſus Auguſti viciſſe hoſtem et triumphaſſe. Sic viuente Ouidio triumphauit, nam quarto anno Tiberij poeta migrauit e vita. Adde ꝙ ab Auguſto miſſus in rebelles Germanos poſt cladem Varianam de hoſtibus vindictam ſumpſit, cuius meminit Strab. libro. vij. his verbis. Quibus fides adhibita fuerat, hi magnas clades intulerunt, ſicuti Cherusci, et eorum ditioni ſubiecti, in quibus tres Romanorum ordines militum cum imperatore Quintilio Varo foederibus fractis per inſidias obtruncati ſunt. Poenas vero luerunt vniuerſi, et Germanico Iuniori clariſſimum prębuere triumphum, in quo illuſtrium virorum ducta ſunt corpora ſimul et foeminarum. Multos pręterea Stra. commemorat, qui in triumpho ducti ſunt, et de hoc Germanico intelligit. Nam paulo ſuperius Druſi mentionem fecit, qui dum inter Sallã, et Rhenum fluuios belligeraret, domitis hoſtibus victor oppetijt. Ex his igitur quę diximus iam tandem conſtet Germanicum Ouidio adhuc viuente triumphaſſe, nam perijt quarto anno Tiberij, quod Euſebius teſtatur. Sic et hos duos verſus in illius triumphi laudem addidiſſe. Sed longius ꝗ fuerit noſtrum inſtitutum progreſſi ſumus, coacti quidem fecimus ad reprimendos eorum obſtinatos animos, qui dum hęc profitemur, male dictis aſſidue nos inceſſunt, quoniam ab eorum ſententijs abhorrere videar, cum a veritate abſtrahere me non poſſint. Sed ne reus maledicentię arguar, hęc ſatis ſint, et ſit iam mihi ad cętera tranſeundum. Iane face, perpetuam ac ęternam pacem optat. O Iane face, pro fac. Æternos pacem et pacis miniſtros, fac vt ęterna ſit pax, et ęternum imperitent Cęſares, qui pacem populis ſuggerunt, qui pacem orbi peperere.

NEVE ſuum pręſta deſerat auctor opus, elargire Cęſaribus longitudinem vite, ne pax quam mundo pepererunt, deſeratur ab eius auctoribus.

Sacrauere patres hęc duo templa die. Romani calendis Ianuarijs duo templa, alterum Iouis, alterum Aeſculapij ſacrauerunt in inſula Tyberina, quam hodie duo potens iungunt, hic Vrbi, ille Ianiculo. Ibi Aeſculapio templum ideo datum eſt ꝙ laborantibus peſtilentia Romanis compertum eſt eam ſedari poſſe, ſi Aeſculapius in vrbem ex Epidauro veheretur. Miſſi itaque ſunt legati decem principe Qu. Volumnio, qui cum eo ſe contuliſſent, et ſimulachrum ingens mirarentur anguis e ſedibus eius elapſus eſt, qui per mediam vrbem ad naues Romanorum perrexit, delatusque Romam verſus cum aduerſo Tyberi ſubueheretur, in proximam inſulam deſilijt, vbi tẽplũ ei ꝯſtitutum eſt peſtilẽtia mira celeritate ſedata. Huius inſulę, templorumq; eius Liuius meminit in prima Decade his verbis. Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem ac Tyberim fuit conſecratus Marti, Martius campus deinde fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi, quem campi fructum, quia irreligioſum erat conſumere. Deſectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſam cordibus fudere in Tyberim tenui fluentem aqua, vt medijs caloribus ſolet, ita in vadis hęſitantis frumenti aceruos ſediſſe illitos limo. Inſulam inde paulatim et alijs quę fert temere flumen eodem inuectis factam, poſteaq; credo additas moles, manuq; adiutum vt tam eminens area firma templis quoq; ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Scire autem debemus ꝙ ait Seruius nihil apud Romanos tam ſolẽne fuiſſe, ꝗ diem conſecrationis, vnde coniectare poſſumus quantum calendis Ianuarijs ac Iani feſto duorum

Multa diſputata acute ſunt de libris Faſtorum etiã de tpe exilij Ouidij et quo tẽpore qui eius ſcripſit

ANT. FAN.

Iouis te Æſculapij tẽpla ꝯdita calendis Ianuarijs Tyberia inſula Æſculapij templũ a Romanis ꝯditum

Tēpli ↄſe/cratio q̄/modo fie/bat

templorum dedicatione celebritatis acceſſerit. Fie/bat ſane templi conſecratio (vt idem Seruius do/cet) hoc modo. Qui templum dicabat poſtem tenēs dare ſe dicebat numini, quod ab illo neceſſe fuerat iam teneri, et ab humano iure diſcedere. Nec nos fugiāt ornamenta vt ſunt clypei, corone, cęteraq; id genus non dedicari eo tempore, quo delubra ſacrantur, menſas vero, arulasq; (auctore Macro.) eodem die quo ędes ipsę dedicari. Phoebo nymphaq; Coronide natū,

Neue ſuum pręſta deſerat auctor opus.
Quod tamē ex ipſis licuit mihi diſcere faſtis,
Sacrauere patres hęc duo templa die.
Accepit Phoebo, nymphaq; Coronide natuʒ

Quare cę/ſo ventre/mr̄is na/ti ſunt/Apollini/dicati

Æſculapium qui Apollinis filius fingitur, qꝛ ſecto ventre Coronidis matris procreatus eſt. Omnes. n. ſic in lucem editi Apollini conſecrati ſunt, qꝛ Deus eſt medicinę per quam lucem ſortiunt̄, attribuū/tur Æſculapio dracones, quod vigilantiſſimi gene/ris putātur, quę res medicinę maxime neceſſaria eſt, Huic Deo nonnulli dicunt ideo factam ędem in inſula, ꝙ ęgroti a medicis aqua maxime ſuſtē/tentur, et nodoſum bacillum ab eo teneri propter artis medicę difficultatem, eiusq; tēplo canes adhi/beri, quoniam is deus vberibus canis nutritus di/citur. Dicabantur in ęde huius Dei tabellę in qui/bus qui ſeruati erāt ex valetudine pinxerant mor/bi genus. Placet autem Pli. anguē ideo dicari Æſcu/lapio, ꝙ ei multa creduntur ineſſe remedia. Cętera/

Quare ex/tra Vrbeʒ/erat tem/plū Æſcu/lapij

huius templum Plutarchus ideo extra vrbem eſſe poſitum inquit, ꝙ maiores foris ſalubrius q̄ in vr/be habitari crediderunt, et ꝙ in Gręcia templum eius fuit, ſed procul ab Epidauro. Pli. vero lib. xxix. Natu. hiſto. vbi meminit artis medicę, Non rem in/quit antiqui damnabant, ſed artem, maxime ve/ro quęſtum eſſe immani pretio vitę recuſabant. Ideo templum Æſculapij etiam cum reciperetur is Deus extra vrbē feciſſe, iterumq; in inſula tradūt. Cętera ad hunc Deū p̄tinentia apud Macro. lege.

PAV. MAR.

PRÆſta neue auctor deſerat ſuum opus, quaſi concede ne ego qui ſum auctor Faſtorum deſeraʒ inſtitutum opus, ſed proſequar vsq; ad fineʒ, vt di/cas, pręſta ne domus Cęſarea, quę eſt auctor pacis deſerat eam, ſed ſemper ſuggerat. Quod tamen ha/ctenus cum Iano ſermonem habuit, et ab eo mul/ta didicit, nunc ea quę ex annalibus, et veteribus Faſtis, et pontificuʒ libris excerpſit aperiet. Primūq; inquit calendis Ianuarijs duo templa in iſula Ty/berina Iouis. s. et Æſculapij fuiſſe ↄſecrata, de quo mox agemus. Tamen quod licuit mihi diſcere ex ipſis Faſtis, quod potui percipere ex ipſis Faſtoruʒ libris, aliqui legūt, Licuit dicere, tunc intelligas qđ ex faſtis referre licet. Patres, quaſi maiores noſtri, ſeu veteres Romani. Sacrauere, conſecrauere.

Hac die, calendarum. s. Ianuariarum. Duo tē/pla, Iouis. s. et Æſculapij. Accepit, ex Phoebo et Co/ronide nympha filia Phlegię filij Martis natus eſt Æſculapius, qui in Epidauro vrbe colebatur, quę eſt in ſinu Saronico, cuius numen tam viuentis, q̄ vbi ex humanis exceſſit ob artis medicę glīaʒ sę/pe multis et maximis ciuitatibus fuit adiumēto.

Vnde cum Romani peſtilentia continuis tribus annis vexarentur, ex libris Sibyllinis compertum eſt, vt apud Vale. Maximum libro primo, et apud Liuium. xi. legitur, non poſſe recuperari priſtinaʒ ſalubritatem, niſi Æſculapius ab Epidauro eēt ac/cerſitus. Miſſis ergo illuc legatis. x. duce Quinto Vo/lumnio, Anguis queʒ Epidaurij raro, ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſu in moduʒ Æſcu/lapij venerati fuerūt, mitis labi coepit. Tri/duoq; religioſe cōſpe/ctus ad triremem Romaʒ perrexit, et cum eo pro/ſperam emenſi nauigationeʒ Romā aduecti ſunt in ripam Tybridis, egreſſis legatis in inſula vbi tē/plum dicatum eſt, Anguis transnatauit, aduētuq; ſuo tempeſtatem, cui remedio quęſitus fuerat, di/ſpulit. Sedata peſte cum optima temperies aeris re/diret, Ioui, qꝛ luci pręeſt, aliud templum eodem lo/co, eodem tempore poſuere. Verum ſerpentem pro Æſculapio Romam aduectum eſſe myſterio non caret. Simulachris enim Æſculapij et ſalutis (vt in Satur. legimus) Draco ſubiungit̄, ꝙ hi ad Solis na/turam, Lunęq; referuntur. Eſt Æſculapius vis ſalu/bris de ſubſtantia Solis ſubueniens animis, cor/poribusq; mortalium. Salus autem naturę luna/ris effectus eſt, quo aīantium corpora iuuant̄, ſa/lutifero firmata temperamento. Ideo ſimulachris eoꝝ iungunt figurę draconum, qꝛ p̄ſtant et hūa/na corpora, vel vt infirmitatis pelle depoſita, ad priſtinum reuireſcant vigorē, vt reuireſcunt dra/cones per annos ſingulos pelle ſenectutis exuta. Apollo. in lib. περὶ θεῶν, ſcripſit Æſculapium augu/rijs et diuinationibus p̄eſſe, nec mirum, nam opor/tet medicum (vt Hippocrates ait) dicere de ęgroto. Quę ſint, quę fuerint, quę mox ventura ſequant̄ &c. Inſula quā p̄mit amnis aqua diuidua, inſu/la Tyberina, quę fluuio cingit̄, cum aquam diui/dit. Accepit natum Phoebo, et nympha Coroni/de, accepit Æſculapium Apollinis et Coronidis fili/um, vt dictum eſt, qꝛ in ea inſula dedicatū eſt illi templum, et de ea inſula agit, quā fecit Tybris ex ↄgregatione primo paleaꝝ ſectaꝝ in campo Mar/tio poſt exactū Tarquinium, deinde ex ↄgeſtione ha/renaꝝ augurio monente iactis fundamentis, quę non ex arte, ſed a natura facta vr̄. De quo Liui. lib. ab vrbe condi. ij. De bonis inqt regis, quę reddenda ante cenſuerant res integra referē ad patres. Ibi vi/cti ira vetuere reddi, vetuere in publicū redigi. Diri/pienda plebi ſunt data, vt ↄtacta regia p̄da ſpē in p̄petuum cum his pacis amitteret. Ager Tarquinioꝝ qui inter vrbē ac Tyberim fuit ↄſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tū ſeges far/ris dr̄ fuiſſe matura meſſi. Quem campi fructum qꝛ irreligioſum erat conſumere. Deſectam cū ſtra/mento ſegetē magna vis hominum ſimul immiſ/ſa corbibus fudere in Tyberim tenui fluētez aqua, vt medijs ſolet caloribus, ita i vadis hęſitantis fru/menti aceruos conſediſſe illitos limo. Inſulam

Quar̄ Æ/ſculapiu[s]/aduectu[s]/eſt Roma[m]

Æſculap/ius augu/rijs et di/uinatio/bus p̄eſ[ſe]

inde

ſos hoſtes erupit. Ante tamen, ſcaturigini ipſarum aquarum ſuppoſuiſſe ſe ſulfura dicit, vt eſſet humor feruens, quo magis hoſtes obrueret. Tamen ante, q̃ ipſa aqua erumperet. Subieci ſulfura venis madidis, ipſis aquarum meatibus, et venis vndis, vnde ſcaturiunt ſuppoſui ſulfur, cuius natura (vt Plinius teſtatur) excalefacit, et coquit, eius vis in aq̃s feruentibus ſentitur.

*Ante tamen madidis inieci ſulfura venis,*
*Clauderet vt Tatio feruidus humor iter,*
*Cuius vt vtilitas pulſis percepta Sabinis,*
*Quę fuerat, tuto reddita forma loco eſt.*
*Ara mihi poſita eſt paruo cõiuncta ſacello,*
*Hęc adolet flãmis cum ſtrue farra ſuis.*

Vt humor feruidus, aqua feruens. Clauderet iter Tatio, includeret iter Sabinorum regi, ne ingredi poſſent. Aquę calidę ſcaturientes plerunq; ſulfureum odorem ſapiũt, quoniam per venas ſulfuris traanſeunt. vnde eſt illud Plinij, Aquę tales ſunt, qualis terra per quam fluunt, qualesue herbarum, quas lauant ſucci. Sulfu- (Quatuor ſulfuris gñ̃a) ris autem genera (eodem Plinio teſte) quatuor eſſe conſtat, viuũ quod Gręci ακηρον vocant. Alterum genus Glebam fullonum appellant, tantũ in officinis familiarem. Tertium Egula vocatur, cui tantum vſus eſt ad ſufficiendas lanas, quoniã candorem tantũ, mollitiemq; confert. Quartum Cantes ad lycnia maxime cõficienda, λυχνια candelabra.

Cuius vt vtilitas, cuius aquę. Vt poſtq̃. Vtilitas eſt pcepta pulſis Sabinis, poſteaq̃ Romani percepere ipſius aquę vtilitatẽ, quia ea Sabinos pepulerat. Forma, hoc eſt ipſius loci facies. Quę fuerat prius, ſcilicet q̃ id fieret. Eſt reddita loco tuto, reſumpſit priorem formã locus cedentibus aquis. Tuto, q: hoſtes erant fugati inde.

ANT. FAN. ARA Mihi poſita eſt paruo cõiuncta ſacello, (Sacella) ſacella (vt Feſto placet) ſũt loca Dijs ſacrata ſine tecto.

(Adolere) Hęc adolet flammis cũ ſtrue farra ſuis, adolere verbum eſt proprie ſacra reddentium, auctore Nonio, quod ſignificat votis vel ſupplicationibus numen auctius facere, hic autem eſt vrere. vt, Verbenasq; adole pingues. (Strues) Sane ſtruem in ſacris diuerſarum rerum congeriem vocant, vt farris, tritici, hordei, fabę, ſeminis rapicij, thure ac vino additis, qua ſtrue ante meſſem Iano, Ioui, et Iunoni rem diuinam faciebant. Sed eſt et ſtrues libi genus, au- (Strufertarij) ctore Feſto, vnde qui fertum et ſtruem ad ſacra ferebant Struferrarij dicebant. De ſtrue Iani Catonis hęc verba ſunt. Priuſq̃ porcam foeminam immolabis Iano, ſtruem cõmoueto ſic. Iane pater te hac (Farre Ianorẽ diuinã faciebant) ſtrue commouenda bonas preces, precor vti ſies volens propitius mihi, liberisq; meis, domo, familięq; meę. Item poſtea vinum Iano dato ſic. Iane pater vti te ſtrue cõmouẽda bonas preces bene precatus ſum, eius rei ergo macte vino inferiori eſto. Conſueuiſſe autẽ Iano farre rem diuinã fieri dubium non eſt. Iuuenalis, Quędam de numero Lamiarum, ac nominis alti Cum farre et vino, Ianum, Veſtamq; rogabat. Id Numa docuit nõ eſſe purum niſi torreret. Itaq; in ſacris bis toſtũ erat, quoniã et ante fuerat igne purgatum et tunc vrebatur. Vnde nihil afferunt, qui per farra et ſtrues accipiunt farra cum culmis. A farre farreum deducitur libi genus, vt Feſtus tradit, q̃ apud maio- (Farreum) res noſtros in maiore pretio habebãt. Item farraceę quo nomine legitima matrimonia vocabant, (Farraceę) et diffarreacio ſacrificij genus quod inter virũ et mulierem fiebat farreo libo adhibito.

At cur pace lates? motiſq; recluderis armis? cauſę a (Cur pace Iani templũ clauditur) nobis ſuperius explicatę ſunt. Cęſareoque diu numine clauſus ero, numine Cęſaris (Pax ſub Auguſto) Auguſti poſt bellum Actiacum pace terra, mariq; parta, de qua inquit Strabo, Nunq̃ igitur tanta pacis facultas, tantaq; bonorũ copia Romanis, et eis ſocietate foederatis affuit, quãtam Cęſar ſuppeditauit Auguſtus. Numine etiã Tiberij Germanici, et Druſi Cęſarũ pacem retentam accipere poſſumus, quã idem ſcribit Geographus temporibus ſuis ſucceſſorem Auguſti pręſtare Tiberiũ, nec minus eius filios Germanicum, Druſumq; ſuã genitori nauantes operam. Veſtri Germanice cauſa triumphi, Germanicus, (teſte Suetonio) miſſus ad exercitũ in Germaniam morte Auguſti nũ- (Germanicus) ciata legiones vniuerſas imperatorem Tiberium recuſantes, et ſibi ſummã reip. deferentes cõpeſcuit, atq; hoſte mox deuicto triumphauit. Cum.n. Cheruſci tres Romanorũ militum legiones cũ imperatore Quintilio Varro fractis foederibus p inſidias obtruncaſſent, a Germanico domiti poenas luerunt, eiq; triumphum clariſſimũ prębuerunt, in quo vna cũ alijs viris illuſtribus ductus eſt Semiguntus Cheruſcorũ ductor. Hanc Germanici victoriam, aliasq; glorioſiſſimas, quas nunc pręterimus, nõ puduit Tiberiũ ceu damnoſas rei increpare, pręclaraq; facta eius pro ſuperuacuis eluere, vſq; adeo Germanico obtrectauit. Tradiderat famulas iã tibi Rhenus aquas, poetice Germanos ait a Germanico in iugum redactos, Rhenus enim Galliam diuidit a Germania. legitur etiam Domitas. (Rhenus)

PAV. MAR. ARA Mihi, Romani hac ope iam ſeruati eo in loco vnde eruperant aquę, aram templo iunctã dedicauerunt. Ara eſt poſita, erecta. Mihi, numini meo. Coniuncta paruo ſacello, ędiculę meę, ex ęde iam eruperat aqua vt diximus.

Hęc, ara Adolet, vrit. Suis flammis farra, nam (vt diximus) farre, et ſale Iano ſacrificabatur. Cum ſtrue, farra et ſtrues Iano offerebantur, vt Cato aſſerit. Eſt enim ſtrues libi genus, quod addebatur in ſacris, et ſuperius, Imponit libum farraq; mixta ſale. At cur, quęrit nunc poeta cur pace cludatur, bello pateat. Quod ſuperius quoq; diximus. At cur pace lates? cur cluſus es, quaſi cur clauſum eſt templum tuum tempore pacis. Et recluderis, aperiris. Motis armis, cum arma mouentur ad inferenda bella. Nec mora, nulla facta eſt tardatio. Eſt reddita mihi cauſa quęſiti,

At cur pace lates? motiſq; recluderis armis?
Nec mora quęſiti reddita cauſa mihi eſt.
Vt populo pateant reditus ad bella profecto,
Tota patet dempta ianua noſtra ſera.
Pace fores obdo, ne qua diſcedere poſſit,
Cęſareoq; diu numine clauſus ero.
Dixit, & attollẽs oculos diuerſa videntes,
Aſpexit toto quicquid in orbe fuit.
Pax erat, & veſtri Germanice cauſa triũphi
Tradiderat famulas iã tibi Rhenus aqs.
Iane face ęternos pacem, pacisq; miniſtros,

ſtatim Ianus reſpondit, et propoſitę queſtionis rationem reddidit. Vt populo, bello inquit Ianus patere, vt pateat militię reditus, pace clauditur, ne pax ipſa diſcedat. quę ad hęc faciant ſuperius dictum eſt, et quo tempore clauſus fuiſſet, et regnante Numa, et poſt primum bellum Punicum, et poſt bellum Actiacum ſub Auguſto.

Tota ianua noſtra, ianua noſtri templi. Patet, aperta eſt tempore belli.

Dempta ſera, amoris vectibus et obicibus. Vt reditus pateat, ſit apertus.

Populo profecto ab bella, Romanę militię, quę in bellum ierit. Pace, cum eſt pax. Obdo fores, claudo vectibus, ſeu obicibus ianuas, et Terentius, Peſſulum hoſtio obdo, quaſi peſſuloloo hoſtium claudo.

Nequa, ne vlla ex arte. poſſit diſcedere ipſa pax. Et diu ero clauſus numine Cęſareo, ſub imperio Cęſarum, diu ſub eorum auſpicio clauſum erit templum meum. nam pace terra, marique parta Ianum Quirinum clauſerat Auguſtus. Dixit, Ianus. Attollens oculos, quaſi in altum reſpiciens. Videntes diuerſa, diuerſas partes et a pectore, et a tergo anteriora et poſteriora. legitur etiam Tuentes. Aſpexit quicquid fuit in toto orbe, totum orbem, et quę in orbe erant. Pax erat o Germanice erat pax cum hęc ſcribebam, aut cum ita mecum loqueretur Ianus. Et Rhenus, fluuius qui ex alpibus labens diuidit Galliam a Germanis, et in Oceanum Gallicum exit. Tradiderat iam tibi aquas famulas, ſeruire iam coeperat tuę domui, et hoc propter acolas Rheni, qui iam domiti fuerant. legitur in alijs codicibus, Domitas. Cauſa veſtri triumphi, quia de Germanis triumphaſtis. et hoc arguunt Germanico non conuenire, quod non viuente Ouidio triumpharit. Sed aduertant queſo, cum poeta dicat cauſa veſtri triumphi, poteſt intelligere triumphi veſtrę domus. adde quod facta parentum ſunt filijs quoq; communia. Vterq; Germanici pater, et pater et verus, et adoptiuus Germanos domuere. ſed plura geſſit Druſus, ſub quo Germanicus filius militabat. Liuius enim libro.cxxxvi. Rhetiam a Tiberio Nerone, et Druſo domitam refert. et libro.cxxxvij. narrat ciuitates Germanię cis Rhenum, et trans Rhenum poſitas a Druſo oppugnatas. et libro. cxxxviij Cheruſcos, Cenchreos, Caucos, aliaſq; Germanorum gentes a Druſo ſubactas. Item et libro. cxxxix. bellum contra transrhenas gentes a Druſo geſtum refert. Idem proſequitur libro.cxl.

Nota de triũpho Germanico

et de eius obitu agit, particeps tot victoriarum paternarum eſſe debebat filius. Ideo poeta hic veſtri triumphi dixit, et Rhenus tradiderat famulas manus tibi, vt alluderet victorię paternę, quod ſi mihi id non conceditur, concedatur et aliud quod mox ſubnectam. Aſſerunt hos Faſtorum libros ſub Auguſto principe ſcriptos, et id ego fateor. Primo enim anno exilij ad Auguſtum ſcribens dicit ſe. xij. libros Faſtorum ſcripſiſſe. Verum non conſtat eo tempore editos, ergo hoc credendum et aſſerendum eſt ſcriptos fuiſſe Romę magna ex parte, ſed in Ponto emendatos, ſed priores libros tantum editos. Dumque emendaret, multa ſuſtuliſſe, multaque addidiſſe, quę de Auguſto viuente ſcripſerat non immutauit; Nam poſt obitum eius editum putandum eſt, addebat quę ad laudem Germanici pertinere videbantur. Quinto enim anno eius exilij Auguſtum e vita migraſſe ſcimus. Conſulibus duobus Sextis, Pompeio, et Apuleio. In libro de Ponto extant ad hunc Pompeium conſulem Elegię, et ſubſequenter ad Brutum ſcribens ait, In Scythia nobis quinquennis olympias acta eſt, quintum annum indicat, eo anno Auguſtus deceſſit, nam poſtea in iiſdem libris ad Suillum cum multa polliceatur ſe ſcripturum de Germanico, primum inquit, Dij tibi ſunt Cęſar iuuenis, id de Germanico, non de Tiberio dicit, et ſequitur, Tua numina placa. Hac certe nulla eſt notior ara tibi. et paulopoſt, Nec tibi de pario ſtatuam Germanice templum Marmore. carpſit opes illa ruina meas. Templa domus facient vobis, vrbeſq; beatę, Naſo ſuis opibus carmine gratus erit. multaq; de eodem agit. Deinde, Et modo Cęſar auum, quem virtus addidit aſtris ſacrarunt aliqua carmina parte tuum. et de Auguſto intelligit, quem relatum in Deos alijs carminibus approbat. et ad illud ſequitur, Si quid adhuc igitur viui Germanice noſtro Reſtat in ingenio, ſeruiet omne tibi. Non potes officium vatis contemnere vates, Iudicio pretium res habet iſta tuo. Sed quorſum hęc vt oſtendam de Germanico, et non de Tiberio dicta. nam alterum ab altero ſeparat, vt de Pompeio conſule, Aut feret Auguſto ſolitam natoq; ſalutem, Deq; parum noto conſulet officio. Hęc aperte dicta ſunt de Auguſto et Tiberio. et ſequitur, Tempus ab his vacuum Cęſar Germanicus omne Auferet, a magnis hunc colit ille Deis. Sed de relato in cęlum Auguſto ad Grecinum, Nec pietas

ignota

inde paulatim et alijs quę fert temere flumen eodem inuectis factam. Poſtea additas, credo moles, manuq; adiutum, vt tam eminens area, firmaq; templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Idem fere Dionyſius.

Inſula, diuidua quaʒ premit amnis aqua.
Iuppiter in parte ē, cepit locus vnus vtrūq;,
Iunctaq; ſunt magno tēpla nepotis auo.
Quis vetat et ſtellas, vt q̄q; oriturq;, caditq;,
Dicere? propoſiti pars fuit illa mei.
Felices animę, q̄bus hęc cognoſcere primis,
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitijsq;, iocisq;,
Altius humanis exeruiſſe caput.

ANT. FAN. QVIS vetat et ſtellas, vt quęq; oriturq;, caditq; Dicere, q̄ occurrebat in libris annalibus q̄ dierū hn̄t computationem, hoc eſt in faſtis ortus, occaſusq̄; ſiderū non cōtineri, quod ſine dubio res hēt. ij. n. faſtorum q̄dem ordinem et rōnem poetę ſuggerere potuerunt, ortus vero, occaſusq; ſignorū minime. Vn̄ auctor ait ſupra, Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. Hic vero ſubiūgit, Nos quoq; ſub ducibus cęlū metabimur illis. Felices animę quibus hęc cognoſcere p̄mis, Inq; domos ſuperas ſcādere cura fuit, laudat inuētores aſtrologię, de quibus ita varia legunt, vt nihil certū tradi poſſe videat. Pli. aſtrologiā inquit inueniſſe Atlantem Libyę filium, vt alijs placet, Ægyptios, vt alij volunt, Aſſyrios, q̄bus eaʒ primus Prometheus indicauit, auctore Seruio. Laertius refert putare nonnullos Thaletum Mileſium aſtrologię ſecreta rimatum Solis defectus conuerſionesq; dixiſſe. Si Porphyrionem audimus Babylonij eam inueniſſe dicentur. Si Iuſtinū Zoroaſtres rex Bactrianorū. Si Plutarchum Anaxagoras primus Lunaris luminis, atq; vmbrę cām deprehēdiſſe, ac literis mādaſſe putabatur, q̄ rogatus (teſte Laertio) cuius rei cauſa natus eſſet, inſpiciendi inq̄t cęli, et Solis, et Lunę. Sunt et alij qui alia tradiderunt, quorū opiniones non imprudens p̄tereo. Illud dubium nō eſt iure appellari hoc in loco felices, quorū ingenia cōſecuta ſunt, q̄d aliq̄n Mantuanus noſter Homerus optauit. vt, Me vero primū dulces ante oia muſę, Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore Accipiāt, celiq; vias et ſidera monſtrent. Sane ratio ſiderum adeo nobis neceſſaria eſt, vt qui eā ignorat (vt inquit Quīt.) poetas itelligere nequeat, q̄ (vt alia omittantur) toties ortu, occaſuq; ſignorū in declarādis temporibus vtunt. Eſt aūt notandum p̄ter eos ortus, occaſusq; ſignorum, q̄ cosmij, cronici, et heliaci nuncupant, meridianū, hoc eſt circulum q̄ medius eſt inter ortū et occaſum, fines eſſe ortus ſiderum, et occaſus initiū. Non Venus et vinū ſublimia pectora fregit, vinū quidē modice ſumptū firmat, et roborat, feſſisq; corporibus celerrime ſubuenit, immodice vero eneruat et ſtatū mentis euertit. Vn̄ in prouerbium ceſſit, Vino ſapientiā obumbrari. Propertius, Vino forma perit, vino corrumpitur ętas, Vino ſępe ſuū neſcit amica virum. Quā ob cām ſolebant cenſores vinoſos ſenatu amouere, et apud Homerū Hector nō vult ſibi vinū afferri ne eneruet, neue animus ac robur elangueſcat.

*Margin:* Aſtrologię laus — [Si]derū cō[g]nitio neceſſaria — [Term]ini na[tur]a

Corrumpūt. n. blandę voluptates (vt ait Plutar.) et robur animi, indoleq; virtutis, ingenium labefactant, cōſilium eripiunt. Vn̄ Plato merito eſcam malorum appellat voluptatē. Viteʒ Anacharſis dixiſſe fertur tres ferre vuas. Primā voluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiā moeroris. Eius vſus mulieribus olim interdictus fuit, q̄ ideo cognatos ore oſculabāt, vt multi exiſtimarunt, ne bibentes laterēt, ſed domeſticorū congreſſu redarguerentur.

PAV. MAR. IVPPIter eſt in parte ipſius inſulę, q̄ et ibi templū eſt illi conſecratum. Vnus locus, vna inſula. cepit, recepit. Vtrunq;, et Iouem, et Æſculapium, q̄ in eadē inſula et ſimul iuncta habēt templa. Templa nepotis, Æſculapij, qui nepos eſt Iouis, q̄m hic Phoebi pater, cuius ille filius. Sūt iuncta magno auo, templo magni Iouis. Et Plutarchus Problemate. xciiij. ait cur extra vrbem ędes Æſculapij poſita eſt, An quod foris ſalubrius, q̄ in vrbe habitare crediderūt. Nam Gręci quoq; in excelſis, ac puris locis Æſculapij tēpla plane collocant. An quod Deū ex Epidauro acceꝛſitum in vrbem cōmigraſſe opinatur. In Gręcia. n. nō in vrbe, ſed procul ab Epidauro Æſculapij templū eſt. An q̄ dum Draco ex naui in inſulaʒ deſcendiſſet, et ex oculis euanuiſſet, ipſum eo in loco ędis ponendę auctorē ac pręmonſtratorem fuiſſe opinātur.

Quis vetat, pars prępoſitionis fuit ortus et occaſus ſignorum, eā aggredietur, et ſuo dierū ordine proſequet. Quis vetat dicere et ſtellas, quis prohibet me de ortu, et occaſu ſtellarum agere. legitur etiam Quid. Vt quęq; orit et cadit, vt vnaquęq; ſtella ſurgit ab oriente mane, et veſperi occidit, ſiue etiaʒ heliace ſeu cosmice. Illa fuit pars mei propoſiti, quaſi fuit illa vna pars męę magnę propoſitionis, nam in principio dixit, Lapſaq; ſub terras ortaq; ſigna canam. Felices animę, magna illorū philoſophoruʒ cōmendatio, qui cęleſtia primum indagarūt, et alijs quoq; percipienda tradiderunt, et pre ceteris a ſumma vitiorū, et laſciuię continentia ac ſobrietate cōmendat, qui nec ſtrepitui forenſi obnoxij, nec rei militari nulla ambitione, aut inani gloria, aut habendi cupiditate tangebant. Qua quidem ratione cęlum dimenſi ſunt, et mortalibus aperuere. Sed videtur locus hic exigere, vt de his primis pauca referamus. Cęlum primi obſeruarunt Aſſyrij, Caldei, et Ægyptij. Ab Ægyptijs (vt Euſtachius inquit) aſtrologiam, et arithmeticam mercatorum et nautarū commercio Sidonij Phoenices accepere, et ab his (vt alij referunt) in Gręciam penetraſſe conſtat. Signiferi tamen circuli obliquitatem (vt Plini. refert) primus intellexiſſe, hoc eſt rerum fores aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur olympiade. lviij. ſi-

*Margin:* Vini vſus olī mulieribus iter dictus — Quare i loco excelſo tēplū fuit conditū Æſculapio — De inuētoribus Aſtrologię di[gn]a

Non Venus, & vinũ ſublimia pectora fregit,
Officiumq; fori, militieq; labor.
Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria fuco,
Magnarumue fames ſollicitauit opum,
Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris,
Aetheraq; ingenio ſuppoſuere ſuo.

gna deinde in eo cloſtratus. Et primaʒ Arietis ac Sagittarij feram ipſam ante multo Atlas. Veneris ſtelle naturam Pythagoras Samius primus depre/hendit, Lune vero ſingula mortalium primus de prehẽdit Endymion. Defectus Solis, et Lune rõnem Romanorum primus in vulgus extulit Sulpitius Gallus. Apud Grecos Thales Mileſius pri/mus ineſtigauit. Poſt eos vtriuſque ſideris curſum in. DC. annos prętinuit Hipparchus menſes gentiũ, diesq; et horas, ac ſitus loco rum, et vicos populo rum cõplexus, quo te/ſte Democritum ferunt primuʒ cum terris cęli ſo/cietatem intellexiſſe, oſtendiſſeq;. Ariſteus ſolſtitij rationem inuenit. Pythagoras etiã ſiderum inter/ualla dimenſus. Hęc ex Plin. Sed illud addẽdũ, q͂ poetę Atlantem in monteʒ conuerſum referunt, cęlum humeris ſuſtinentem, myſterio non vacat. Nam primus Atlas ſua indagatione cęlum mor/talibus aperuit, et cum ſideruʒ peritia polleret, cre/ditum eſt a poſteris illũ manibus ſidera tractaſſe. Prometheum caucaſo affixum dicunt, qđ ignem e cęlo furatus ſit, nõ aliud in nobis oſtẽdit, q͂ igni/tum elementum primum a Prometheo intellectũ fuiſſe. licet ſint, qui eum figulum arbitrentur. Eu/doxus Gnydius Æſchinis filius aſtrologiam mul/tis philoſophorum cõdimentis ornauit. Eandem carmine ſcripſiſſe Aratus Cilix, et Empedocles Agrigentinus. ſed hęc hactenus. Felices animę, il lorum. s. philoſophorum. Quibus primis fuit cura cognoſcere hęc, quaſi qui curam omnem ac diligentiam adhibuere haruʒ rerum indagatio/ni. Et ſcandere domos ſuperas. i. aſcendere cęlũ, hoc eſt ſummo ſtudio indagare cęleſtia, pro cęle/ſtium ipſorum cognitione. Felices animas appel/lat et Virgilius, Felix qui potuit rerum cognoſce/re cauſas. Eſt credibile, credi par eſt. quaſi id credere poſſumus. Illos, cęleſtium. s. indagato/res. Exeruiſſe, eleuaſſe. Caput altius, ſublimi/us. Humanis pariter vitijs et locis, hoc eſt ele/uaſſe mentem ad altiora cõtemplanda, magis q͂ liceat vitioſis, et laſciuię deditis hominibus, ſeu quia potius cõtemplationi, et rerum indagationi ſeſe tradidere, q͂ vitijs humanis. Non Venus et vinum, non res Venerea, non crapula, quaſi non laſciui, non vlla ſympoſii voluptas. Fregit, cõ/tudit. Pectora ſublimia, mentes ad ſublimia ten dentes, quaſi reruʒ cęleſtium indagationi deditas. Tanta erat eorum cõtinentia, vt nulla voluptate ab ea contẽplatione ſe diducerentur. Et fori offi/cium, munus ſeu ratio agendarum in foro cau/ſarum. Et labor militie, militaris induſtria non fregit ea pectora, quia nihil harum rerum, quę vel ad quęſtum, vel ad inanem gloriam perti/nent, ab incepto reuocauit.

ANT. FAN.

PERFVſa gloria fuco, inanis gloria, non ve/ra, non parta virtute. Fucus enim, quãuis et alia ſignificet, eſt herbę genus (auctore Seruio) vnde tin/guntur veſtes. Sic petitur cęlum, non vt ſtrat oſſan olympus, ingenio, ſtudio, virtute cęlum pe/titur, non cõgeſtione montiũ, vt oſſę, Pelij, olym/pi, quod a gigantibus tentatum eſt. Nos quoq; ſub ducibus cęlum metabimur illis, dimetiemur cęlum ducibus aſtro logis tractantes de or tu, occaſuq; ſignoruʒ. cum libri annales ta lia non ſuppeditent. Ponemusq; ſuos ad ſtata ſigna dies, ſtata ſigna dicit, vel quę ſuo et fixo tẽpore ori/untur et occidũt, vel (quod magis placet) quę cęlo affixa ſunt. neq; er/rant vt planetę. Pli. cũ omnia hęc ſtatis ſideribus, cęloq; affixis cõſtent. Dicuntur et ſtata ſacra, q͂ ſiet neq; mutent, ſed certis diebus fiãt. De qbus Statius in primo Thebaidos, vnde hęc ſtata ſacra quotã/nis ſolẽnes recolunt epulę. Cato, Sacra ſtata ſolẽ/nia ſancta deſerui ſti. Forma vero ſtata dicit, quę neq; pulchra eſt, quã modicam et modeſtam Pha uorinus vxoriam appellabat. Stati autem dies vo/cantur iudicij cauſa cum peregrino cõſtituti. Sciẽ/dum q͂ cũ ſtaturus primã ſyllabam pducat, ſtatus eam corripit, vt recte Pris. docet. vt, Cõſtatura fides ſuperũ. et, Zephyros quoq; vana vetuſtas His aſcri/pſit aquis, quorum ſtata tempora ſtatus.

P AV. M AR.

NEC SOLlicitauit, ſollicitos reddidit eos. Leuis, inutilis. Ambitio, idigna honoris appetitio. Am/bitus (Pompeio teſte) proprie eſt ędificiorum circui tus. Sed eodem vocabulo crimen auaritię, ſeu affe ctati honoris appellatur a circuendo, ſupplican doq;, inde ambitio ipſa actio ambientis. Et glo/ria perfuſa fuco, nec ſollicitauit eos inanis et falſa gloria. Perfuſa fuco dixit, quaſi nõ vero ſed ficto colore, et eſt tranſlatio a mulieribus, quę herbaruʒ fucco, vt colorem accipiãt, faciem ſibi illiniunt. Ve rum fucus interduʒ veſpam ſignificat, vnde eſt il lud Virg. Ignauum fucos pecus a pſepibus arcent, in terdum (vt pleriq; volunt) accipitur pro cõcharum ſanie, qua tingitur pãnus, et herbaʒ alij eſſe dicũt, cuius ſuccus tingendis etiam pãnis adhibetur. Ve/rum grece φυρον alga maris dicitur, et φυκιον ille mulieruʒ ornatus, ex quo multi putant ex herbis marinis ſuccum illum confici. Ve, pro vel. Fa mes magnarum opũ, nec eos ſollicitauit immẽſa cupiditas habẽdi magnas opes, hoc eſt auaritię cri men. Cupiditatẽ famem appellauit. ſic et Vir. Auri ſacra fames. Admouere, illi qdem philoſophi p/pinqua fecere. Oculis no ſ. di. longe a nobis re/mota. iõ admouere, q: ſua iquiſitione patefacere. Et ſuppoſuere, etiã aſpectui noſtro. Æthera, ſu periorem aera, vel potius cęluʒ ipſum. Suo inge nio, acumine ingenij et diligẽti indagatione, Sup/poſuere dixit, q: cęli, qđ ſuperius eſt, rationem ita aparuere, vt illud inferius et in manibus habere videamur. Aut ſuppoſuere ingenio ſuo, q: totum illud perſcrutati ſunt, et omnem eius rationem intelligere.

Fucus herbe genus

Stata ſigna

Stata ſacra

Stata dies

Statum primã ducit

Status primam corripit

Interpretatio ambitum ambitionem

intelligere. Sic petitur, hac via in cęlum itur, nõ quę gigantum inſolentia tentauit. Qui (vt eſt in fabulis) ad oppugnandum cęlum montes conſtruxere, Olympum, Oſſam, Pelion. Sic petitur cęlum, hac ratione, et inſtitutione vitę ab omnibus vitijs abhorrenti referuntur homines in Deos.

Sic petit̃ cęlũ, non vt ferat Oſſan Olympus,
Summaq; Peliacus ſidera tangat apex.
Nos quoq; ſub ducibus cęlũ metabimur illis,
Ponemusq; ſuos ad ſtata ſigna dies.
Ergo vbi nox aderit venturis tertia nonis,
Sparſaq; cęleſti rore madebit humus.

De fabula gigãtum

Non vt Olympus ferat, ſuſtineat. Oſſan, pro Oſſam, nam aliter non ſtaret verſus. Etenim gigantes, qui ex terra geniti cęleſte regnum affectaſſe feruntur, iccirco altiſſimos theſſalię mõtes conſtruxere, ꝑmo loco Olympum ſtatuere, deinde Oſſam, poſtea ſuperiore parte locauere Pelion. Olympus quidem altiſſimus eſt, et non modo in Theſſalia, verum etiã in Creta, et Myſia Aſiatica, et Cypro, et in Æthiopia eiuſdem nominis montes eſſe conſtat, Theſſalicum, Creticum, Cyprium, noſipſi vidimus et aſcẽdimus. Oſſam volunt ab Olympo auulſam fuiſſe, et inde patuiſſe Peneio amni viam. Pelion Centaurico bello Pirithous vi occupauit, et ex eo Centauros eiecit, et (vt refert Pli.) Dicearcus regũ cura ꝑmẽſus montes, ex oĩbus altiſſimum prodit Pelion.

Peliõ oĩum mõtium altiſſimus

Et apex Peliacus, ſummitas Pelij montis. Tangat ſumma ſidera, quaſi tendat in cęlum ꝓpter ingentem eius altitudinẽ dictum. Sed vnde hęc gigãtomachię fabula emanarit, dicemus in quarto libro. Apex ſacerdotum erat inſigne, quod capite ferebatur vinculis alligatum, vnde pro ſummitate ponitur, dictus quod comprehendere antiqui vinculo apere dixebant. Nos quoq;, nos etiam in rerꝫ deſcriptione, p̃ſertim occaſus et ortus ſequemur illos ſanctiſſimos philoſophos. Nos quoq; metabimur, metis dirigemus, hoc eſt ſuo ordine deſcribemus. Cęlum illis ducibus, quaſi ea ratione, quam primi illi indagatores tradidere, in multis codicibus eſt. Meditabimur. i. meditãdo ſcribemus. Et ponemus, deſignabimus. Suos, proprios. Dies ad ſtata ſigna, ad ea quę ſunt ſuis circulis fixa, vt ſunt duodecim illa ſigna fixa zodiaco circulo, cuius vertigine vertuntur et ipſa. Sunt quoq; et erraticę ſtellę ſeptem, quę contra cęli vertiginem innitũtur. Inde dicti ſunt Solis et Lunę labores, legitur ẽt vaga. Ergo vbi, cum paulo ſuperius dixerit partem propoſiti fuiſſe, velle ortum et occaſum ſignorum ſcribere, nunc illud aggreſſurus. Ergo inqt, vbi aderit nox tertia venturis nonis, cum venerit nox quę diem tertium calendariaꝝ Ianuariaꝝ p̃cedit. Et humus, terra. Madebit ſparſa rore cęleſti, fiet vda ſeu madida propter rorem matutinũ e cęlo decidẽtem. Sic diluculum ipſius diei ſignificat. Fruſtra quęruntur brachia Cancri octipedis, incaſſum tolles in cęlum oculos vt Cancꝝ videas, quoniam tertio die a nonis, ſic et tertia die Ianuarij occiderit. Ille, Cancer. Pręceps, quaſi pronus occidens. Subibit aquas occiduas, immergetur Oceano, et ſic occidet.

ANT. FAN.

Cãcer occidit tertio nonas Ianuarias

OCTIpedis fruſtra quęruntur brachia cãcri, Pręceps occiduas ille ſubibit aq̃s, tertio nonas Ianuarias cancer occidit, auctore Columel. Accipiendus ãt hoc loco eſt occaſus coſmicus qui fit pene oriente iam Sole. Cum enim hoc tempore Sol Capricornũ tenens magnam eius partem emenſus fuerit, Cancer oppoſitus Capcorno coſmice occidat neceſſe eſt. Hoc zodiaci ſignum dr̃ porta cęli, teſte Macro. ſicut et Capricornus. In eo Sol obliquum incipit agere retrogreſſum, quemadmodũ et Cãcer aĩal retro atq; oblique cedit, qui octoni ſunt pedes in obliquum fixi, pręterea et bina brachia forcipibus denticulatis. Ferunt Cancrum inter ſidera collocatum Iunonis beneficio cum momordiſſet e Lernęa palude Herculis pedem cum hydra pugnantis, ab eoq; interfectus eſſet. Lege Iginium ne tibi omnia recitem. Occidit hic et exoritur poſteriore corporis parte, conſtatq; ſtellis decem et octo, vt quibuſdã placet, quarum duę aſelli appellantur, inter quas (vt ſcribit Plinius) exiguũ ſpacium obtinente nubecula quã pręſepia appellant, cum cęlo ſereno apparere deſierit atrox hyems ſequitur, ſi alteram earum aquilo niam caligo abſtulerit Auſter ſęuit, ſi auſtrinam aquilo, ſunt autem aſelli in Cancri texta. Stellarũ ſitum in hoc et cęteris ſignis (ne te obtundam) pete ab Iginio, et Baſinio noſtro Parmenſi, quẽ Franciſcus Philelphus iure appellat ingenioſum bonũ, atq; a muſis nutritum. Is eſt qui moriens Arimini hoc ſibi epitaphiũ reliquit Parma mihi patria eſt ſunt ſidera, carmen, et arma. Obſtiterintq; imbres miſſi, niſi nubibus atris Nonę ſigna dabunt exoriente Lyra, ortus Lyrę, qui erit nonis Ianuarijs, cuius meminerunt Pli. et Columel. indicabit Cãcrum occidiſſe, niſi forte imbres, nubeſue obſtiterint. Quod ideo dicitur quia nonis quibus Fidicula oritur (quam gręci γντην, ideſt vocum varietatem, Lyram noſtri Fidem ſiue Fidiculam vocant) varia tempeſtas eſt, vt idem ait Columel. Loquimur autem hoc in loco de ortu Lyrę heliaco. Eaꝫ enim cum Sagittario in ortum ferri cernimus. Quare Sole ad Capricorni ima tendente Lyra ſe profert, emergitq; Solis abſceſſu. Hęc qua Orpheus quondam manes ſibi conciliaſſe narratur. Silius, ſed quos pulſabat Riphęum ad ſtrymona nerui Auditus ſuperis, auditus manibus Orpheus Emerito fulgent clara inter ſidera ſęclo. Id ſidus nouem ſtellis conſtare dicitur. Sunt qui legant, Inſtiterint imbres miſſi de nubibus atris, q verſus cũ me adoleſcente Ferrarię inter diſcipulos celeberrimi viri Guarini Veronenſis varie iactaret, memini nõ diſplicuiſſe multis iudicium meum, qui ſentiebam eum verſum legendum, vt de tempeſtate ambigi videretur, quod (auctore Columella) idibus varia fit non certa tempeſtas. Sunt et alij qui legant, Inſtiterint imbres miſſi tibi nubibus atris.

Cosmicus occaſus

Porta cęli

Cãcer inter ſidera

Baſinius Parmenſis

Lyrę ortus nonis Ianuarijs

Lyrę ortus heliacus

Lyra inter ſidera

An obſtiterit an inſtiterit legendũ ſit

> Octipedis frustra quęrũtur brachia Cancri,
> Pręceps occiduas ille subibit aquas.
> Obstiterint imbres missi, nisi nubibus atris
> Nonę signa dabunt exoriente Lyra.
> Quattuor adde dies, ductis ex ordine nonis,
> Ianus Agonali luce piandus erit.

PAV. MAR. De ortu cosmico et heliaco

OCTIpedis, quoniã octo pedes habet. Et aduerte occasum hunc Cancri esse cosmicum, sic et totus cosmice etiã ortus erit Capricornus. Ita n. in circulo zodiaco, q ex obliquo cingit zonas, locata sunt ipsa signa, vt cuz aliquod eorũ occidere incipit aliud quod illi est oppositum oriri incipiat, vt occidente cosmice Ariete, oritur Libra, occidente Tauro, orit Scorpius, ita et Geminorũ occasu, ortus est Sagittarij, et occidente Cancro, oritur Capricornus, q illi est e regione locatus, et vt fabulaz quoq; referamus. Cancer Herculis cum Hydra pugnantis in Lernęa palude pedem momordit, sed ab Hercule pede cõtritus a Iunone inter sidera positus est, vt esset ex duodecim signis, quę maxime Solis cursu cõtinentur. Hũc mediuz (vt Iginius inquit) diuidit circulus ęstiuus ad Leonem exortus spectantẽ, paulum supra caput hydrę collocatum occidentẽ, et orientem posteriorez corporis partez, hẽt in texta stellas duas, quę asini vocantur, in dextris pedibus singulas obscuras, in sinistro primo et secũdo binas obscuras, in tertio et quarto singulas obscuras, in ore vnam, in dexteriore chela tres similes non grandes, in sinistra duas. Asini in texta Cancri a Libero collocati dicuntur. Nam fugientẽ Liberum p Thesprotiaz ira Iunonis, et properantẽ ad oraculum Iouis Dodonęi, alter e duobus asellis obuiã factis per magnã paludem in tuta traiecit. Nonnulli dicũt Liberuz illi asino, quo fuerat vectus humanaz vocẽ dedisse, qui cũ voluisset cum Priapo de rerum natura contendere, victus, interẽptusq; est, misertus Liber asinũ inter sidera collocauit. Eratosthenes aũt inquit, Tẽpore quo Iuppiter ad opprimendos gigãtes oẽs deos conuocasset, venisse Liberum p̃rem, et Satyros, Silenos asellis vectos. Qui cum nõ longe ab hostibus essent, dicũtur aselli pertimuisse, et ita magnum clamorẽ, et inauditum gigantibus fecisse, vt omnes hostes pterriti in fugaz se cõuerterint, et ita superati fuere, et asini sideribus annumerati. Hęc ex Iginio accepimus. Et qm̃ Capricorni occasum attigimus erat et de illo agendũ, sed dabitur postea locus. Institerint, circa exortuz Capricorni, vel paulopost, quoniã hoc signũ et frigidum et humidũ est, imminent plerunq; imbres. Id maxime erit nonis Ianuarijs cũ Lyra exoritur. Imbres, pluuię ab υω, qđ est pluo. Institerint, imminebunt. Missi de atris nubibus, qui mittunt ab obscuris nubibus. Nonę dabunt signa, pluuię. s. si erit dies pluuius, aut serenus. Exoriente Lyra, cum Lyra oritur. Nonas signa dare ideo dixit, cum eo die nona Luna a põtifice obseruetur, et visa regi sacrificuloz indicet, vt superius diximus.

Quare asinus ẽ inter sidera collocatus

Quo etiã die pronostica, aut serenitatis, aut tẽpestatis captabant ab ipsa Luna, nã pura et nitida serenitatez, obtusa et aliqua caligine obsessa pluuiũ tempus portẽdit Lyra aũt (vt Iginius inquit) posita est cõtra regionez loci, qui est inter genu et manum sinistrã eius, qui Engonasis vocat, cuius ipsa testudo spectat ad articũ circulum. Sũmum autem cacumen ad polum notũ contendere vi. Hęc Virgine exoriente occidere, cum Sagittario oriri perspicitur. Habet in testudinis lateribus singulas stellas, in singulis cacuminibus eorũ, quę in testudine, vt brachia sunt collocata. Singulas in medijs ijsdem, quos humeros Eratosthenes fingit, singulas in scapulis ipsius testudinis, vnam in vna Lyra, quę, vt basis totius videat vna. Lyra inter astra musę constituerunt. Causam Eratosthenes ait, quod a Mercurio initio facta de testudine Orpheo est tradita Calliopes, et Oeagri filio, et eius rei maxime studioso. Alij dicunt vbi Mercurius Lyrã fecisset, et Phoebi boues abegisset, vt facilius sibi ignosceretur, petẽti Apollini vt dicere liceret se inuenisse, lyram concessit, qua accepta dicitur Orphea docuisse, et postq̃ citharam inuenit, illi Lyram concessisse. Lyrã alij fidiculam vocãt. Plinius inquit Cęsari oriri nonis Ianuarijs. et Iginius cũ Sagittario exoriri ostẽdit. Ne erres accipias alterũ ortuz cosmicum, qđ ab ipso oriente surgat, alterũ ortum heliacum, vt cũ Sol remotior erit, illa in cęlo videat. Sic nonis heliacus erit ortus, occasus vero eius erit ab initio equinoctij, de quo postea.

Pronosticũ tempestatis

De lyra variç opini

QVATtuor adde dies ductis ex ordine nonis, Ianus agonali luce piandus erit, Agonalia Iani sacra quinto idus Ianuarias celebrant, quorũ inuentorum Antias Numã Põpiliuz refert, auctore Macro. Sunt aũt Agonalia quemadmodũ et Carmentalia, Lupercaliaq; ferię statiuę certis et constitutis diebus, ac mẽsibus celebrari solitę, et in fastis statis obseruationibus annotatę, atq; ab agendo nominatę, qm̃ minister sacrorum cultruz manu tenẽs atq; hostiam feriturus rogare solebat an ageret, nec nisi iussus hostiã feriebat. Moris. n. fuit, vt aut sacerdotes ipsi pcuterent victimas, et agones appellabant, aut in tenentis cultrum alter victimã impingeret, vnde victimatores dicti. Alijs placet Agonalia dicta esse, q pecudes nõ veniant, sed agant. Vnde putant hostias ab agendo Agonias dictas, a quibus Agoniũ diem vocarunt, quo rex hostiaz immolabat. Alij volunt ab agnis Agonalia dici, quasi agnalia q̃uis rex sacrorum arietẽ immolaret. Sunt et qui Agonalibus nomen inditũ existimant a metu hostiarum, quę viso cultro, quo erãt feriendę in aqua siue in mola vbi tingebantur, trepidabant. Nã αγωνια trepidationem significat, quamuis reuera nõ semper eueniret, vt trepidarẽt. Potuerunt etiã hę ferię αποτου αγωνων sumpsisse vocabulum ob ludos a maioribus fieri solitos. nã αγωνεσ ludi sunt, quod nomẽ est generis nõ speciei, siquidẽ et gladiatorios et musicos αγωνασ dicimus. Festus auctor est agnum dictũ, q: locus in

ANNI FAN

Agonalia quinto idus Ianuar

Agon Victi toris

Agon Agon dicta

Agon ludi

quo ludi

Nominis eſſe pōt ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia cęlitibus quo feriente cadit.
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguie cultros,
Semper agat ne rogat, nec niſi iuſſus agit.
Pars, qꝛ nō veniant pecudes, ſed agant, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc feſtum priſcis agnalia dictuʒ,
Vna ſit vt proprio littera dempta loco.
Aut, qꝛ ꝑuiſos in aqua timet hoſtia cultros,
A pecoris lux eſt ipſa notata metu.
Fas etiam, fieri ſolitis ętate priorum

quo ludi initio facti ſunt, ſiue angulo fuerit, cuius feſta Agonalia dicebant, quo nomine etiam Agonij Dei feſta vocari conſueuerunt, quem putabāt agendis rebus ꝑſidere, ſiue qꝛ Agonos montes vocabant. Vnde Agonia ſacrificia dicta exiſtimant, quę in monte fiebant, ex quo Romę mons Quirinalis Egonius appellatus eſt, et Colonia porta Egonenſis. Vna ſit vt proprio littera dempta loco, ſi priſci agnalia dixerūt quomodo dempta inde litera fiet quod nunc dicimus agonalia, at qui ſummota o litera ex eo ꝙ nunc agonalia dicimus relinquetur nomen agonalia, quo veteres vtebantur.

Agōij dei feſta
Agoni vnde Agonia
Egonius mons
Egonēſis porta
Agnalia

PAV. MAR.

QVATtuor, quarto die poſt nonas, hoc eſt nono die menſis quod erit quinto ab idibus, mactatur aries Iano, vocaturq; dies Agonalis, et Agonalia ipſa feſta. Sed quare ſint ita dicta, qnq; opiniones refert vſq; ad.xviij.verſum, nam aut ab interrogando, aut ab agendo, aut ab agonalibus, aut a metuendo, aut a gręca nominatione, quę omnia per ſingulos locos explicabimus. Adde quattuor dies nonis ductis ex ordine, adiūgas nonis hos quattuor dies nec retrograde numerato, ſed ex ordine poſt nonas. Erit piandus, quaſi hoſtias placandus. Ianus lu. Agonali, die quo Agonalia celebrantur arietis immolatione. Nominis, prima opinio causę nominis, a rogando, cuʒ rex ſacrificulus mactaturus arietem rogat populum, ſeu principem ciuitatis agone, ab ea voce rogantis putat Agonialia dici. et Varro inquit, Agonali die rex ſacrorum in regia arietem immolat, nomen ab eo quod interrogatur a principe ciuitatis, et princeps gregis immolatur. i. aries. Succinctus miniſter, ipſe ſacerdos, ſeu rex ſacrificulus, qui ſe ſuccingit vt expeditior ſit ad opus, vt eſt illđ Lucani, Turba timor ſequitur ritu ſuccincta gabino. Poteſt eſſe cauſa nominis, qꝛ poteſt huic rei nomen dediſſe. Qui, rex ſacrificulus. Tincturus cultros, infecturus gladios. Sanguine calido, cruore immolatę hoſtię. Semper rogat, interrogat. Agat ne, an agat, an victimam imolet. Nec agit niſi iuſſus, niſi cum iubetur a principe, ſeu a populo. Sacrificulum auteʒ regem poſt exactos reges conſule Bruto creauere, de quo apđ Liuium libro ſecundo ab vrbe condita in ipſo ꝑncipio, Rerum inde diuinarum cura habita, et quędaʒ publica ſacra per ipſos reges factitata erāt, nec vbi deſiderium regum eſſet. Regem ſacrificulum creant, id ſacerdotium pontifici ſubiecere, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cuius tūc prima erat cura, officeret. Hęc Liuius, et inde Plut. Illud accedit regi ſacrificulo, qui eſt rex ſacroruʒ,

Quinq; opiones vñ dicantur agonalia feſta

Quare dicat ſacrificulus rex ſacrorum

ac religionum, nec magiſtratum gerere, nec concionem habere licere, rationemq; reddit. lxiij. Proble. An quid antiquis temporibus reges plurima, et maxima ſacra facere conſueuerunt, et ſacerdotibus rem diuinam facientibus aderant; poſt vbi graues, et inſolentes coeperunt eſſe, Gręci quidem pleriq; licentiam regibus ademerunt, ius ꝛ poteſtatem ſacrificandi tantummodo reliquerunt. Roma autē regibus penitus exactis alium rebus diuinis prefecerūt, cui nec magiſtratum habere nec cum populo agere permiſerunt, vt in templis ſolus conſultare videantur, et regnum propter Deos ſuſtinere. Eſt igitur et in comitio quodam ſacrificij genus, quo vbi rex peregit ex foro ſe proripit. Pars qꝛ, altera opinio, quod pecudes ad ſacrificium ſponte nō veniant, ſed aguntur ſeu abiguntur, et inde Agonalia dici, quod Pompeius approbat primo de ſignificatu verborum, cum dicat Agonias hoſtias ab agendo dici. Pars, quia pecudes non veniant, nō vltro ad aram accedant. Sed aguntur, a miniſtro ſacrorum. Credit agonalem diem habere nomen ab actu, quod ab agendis pecudibus agonalis dicatur. Dicimus etiam abigere, ꝙ eoruʒ eſt, qui pecudes pellunt, ſeu ante ſe agunt, inde Abigei ipſi actores, hoc eſt ductores ea ratione. Pars putat antiquos vocaſſe hoc feſtum Agnalia per detractionem vnius literę ab Agonalia. Pars, quaſi multi. Putat hoc feſtum, hęc agonalia. Priſcis, ab antiquis dictum agnalia. Vt vna littera, vna vocalis o. Sit dempta, ſit remota. Proprio loco, nam remoto o ab Agonalia, remanet Agnalia, non deſunt qui deducant ab ignis, verum non agnus, ſed aries mactatur. An quia, quarta opinio, quod immolandus aries ad aram, cum videt peluim aqua pura plenam cum gladijs, quę quidem huiuſmodi ſacris adhibebantur, extimeſcere videtur, inde ab illo metu dies Agonalis dictus. Nam αγωνιω, vel αγωνιουμαι idem ꝙ metuo, aut angor. Aut iſta lux, agonalis dies. Eſt nota. ſignata, et ita appellata. A metu pecoris, arietis imolandi. Quia hoſtia, illud ipſum animal quod mactatur. Timet cultros, gladio.

Pręuiſos in aq̄, quos ſi aq̄ viderit. Fas etiā vltima opinio, quam veriorem aſſerit, quod traxerit appellationem gręcam a ludis veteribus certaminum. Nam αγων gręce certamen eſt, αγωνιζω, vel αγωνιζομαι contendo, ſeu certo, inde αγων cer αγωνοθετης pręfectus ludorum, et ordinator, tamē vſi αγωνιστηριον locus certaminis, αγωνισμα pręagonum minum. Fas etiam eſt, licet, et credi par eſt.

ANT. FAN.

VTque ea non certa eſt, ita rex placare ſacroruʒ

Nomina de ludis gręca tuliſſe diem.
Et prius antiquus dicebat agonia ſermo.
Veraq; indicio eſt vltima cauſa meo.
Vtq; ea non certa eſt,ita rex placare ſacrorꝫ
Numina lanigerę coniuge debet ouis.

Rex ſacrificulus

Numina lanigerę coniuge debet ouis, periphraſis eſt arietis,quem agonalibus rex ſacrorum macta/bat,vt diximus.Is et rex ſacrificulus dicebatur,q ea ſacra faceret,quę reges facere aſſueuerunt.Hic Ro/mani nec magiſtratum gerere, nec cum populo agere,ſeu concionem habere permiſerunt auctore Plutarcho, vt in tem/plis ſolum conſulta/re videret,ac regnum propter Deos ſuſtine/re.Itaque in comitio fuit quoddam genus ſacrificij, quo vbi rex peregerat ex foro ſe proripiebat. Idem in conuiuio ſuper Flaminem dialem accumbere cō/ſueuit,vt.A.Gel.tradit. Victima quę dex.ce.ui.vo/catur,Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet,di/greſſio eſt,in qua de ritu ſacrificiorum loquit in

Phoroneus rex Arginorū ritus ſacrificiorū pmus inſtituit

quod faſtorꝫ materia exigebat,quorū ſolēnia pri/mus inſtituiſſe dr Phoroneus rex Arginorꝫ,quem primum etiam ferūt Iunoni templa dicaſſe. Mul/ti ſane hoc loco exiſtimant ſentire Ouidium victi/mam ab hoſtia non differre,q victima victis ho/ſtibus,hoſtia iiſdem domitis immolet. Sed errant non intelligentes cur auctor dixerat dextra victri/ce.Nam(vt apud.A.Gel.legimus) hoſtia poſt cęſos

Victima Hoſtia Victima vnde dr

hoſtes a quouis ſacerdote.Victima vero eius qui vi/cerit manibus imolat. Puerile igitur eſt q quidā dicunt legendum hoc loco domitis pro doman/dis,licet Seruius cenſeat hoſtias dici ſacrificia, quę ab his fiūt,qui in hoſtem pergunt. Victimas vero quę poſt victoriam.ſed ſolere hęc licenter auctori/tate confundi. Sunt qui victimas dici arbitrent q ictę vi cadant,vel q vinctę ad aras ducantur. Vnde ait Iuue.Sed procul extentum petulans qua/tit hoſtia funem.Solebant enim victimę duci fu/nibus,quę ſi geſtarent humeris non litabant. Fe/ſto placet hoſtiam ab eo dictam quod eſt hoſtire. i.ferire,vel ab hoſtibus(vt quibuſdam videtur)quia laribus immolabatur,q ab eis hoſtes arceri puta/rent.Sed hi Feſti Pompei locum deprauauerunt pro hoſtilijs laribus,hoſtiam laribus legentes. Ho/ſtię(vt Veratius in pontificalibus queſtionibus ſcri/pſit teſte Macro.)eximię dicebantur,quę ad ſacrifi/cium deſtinatę eximebant e grege, vel q eximia

Hoſtię eximię

Si hoſtia ab ara pfugiſſet quid

ſpecie quaſi offerendę numinibus eligerent. Hę cū aut ab ara perfugiſſent,aut percuſſę mugitum de/diſſent,aut in aliam partem corporis q̄ oporteret cecidiſſent,piacularia faciebant auſpicia,quę(vt in/quit Feſtus)ſacrificantibus triſtia portendebāt. Ma/iores(teſte Donato)hoſtias harugas dicebant ab ha/ra in qua concludi conſueuerunt.Ex ijs quę con/ſumebant prodigę dictę ſunt, vnde luxurioſos p/digos vocamus, et animales ī quibus ſola anima

Harugę Prodigę vñ pdigi

Deo ſacrabatur,cum alię eſſent(auctore Trebatio) quibus voluntatem Dei per exta diſquirebant. Ho/ſtiarum alię Amburbiales dictę, q circum termi/nos vrbis Romę ducerētur.Alię Ambaruales, quę circum aruarei diuinę cauſa duci conſueuerunt ab ijs qui p frugibus faciebant,Alię Ambegnibos

Amburbiales Ambaruales Ambegnibos

videlicet et veruex, cum ad eorum vtraq; latera agni in ſacrificium agebant. Alij Pręcidaneę. Alię Succidaneę.Lege Feſtum et Seruium. Sciendū au/tem eas quas diximus animales tantum immola/ri ſolitas,cum aliarum ſanguis ſolum Dijs offerre/tur,vnde illud eſt,Sanguinis et ſacri pateras. Alia/rum corporis pars, vt,Extaq; ſalſos Porri/ciam in fluctus. alię integrę,vt, Et ſolida i/ponit laurorum vi/ſcera flāmis. Detractis enim extis arę ſuper/imponebantur, quę exta nonnunq̄ abla/ta elixa etiam ipſa reddebantur.

Pręcidaneę Succidaneę Hoſtię partes plices

DIEM,Agonalem. Tuliſſe gręca nomina,gre/cam appellationem. De ludis ſolitis fieri ętate po/rum,a ludis,quos veteres exercebant,dicebant eni ludi Agonales.Primus eos inſtituit Hercules i Eli/de apud Iouem Olympium.Non tamen arbitre/ris in Olympo monte. Longe enim diſtat Elis ab Olympo,ſed vbi erat ędes Iouis Olympij, de quo cū diſſererem, audebant multi negare, et oīno apud Olympum montem ludos fieri volebant. Nec ad/uertebant alia cauſa Iouem cognominatū Olym/pium,legant Diodorꝫ, inuenient Dionyſium con/ſtituiſſe regem Ægypti Iouem puerum addito ei pręfecto Olympo,a quo eruditus,ꝫ ad virtutem in/ſtitutus Olympius eſt cognominatus. Et anti/quus ſermo dicebat prius agonia,antiqui vocabāt ipſa feſta agonia, de quo Pompeius primo de ſi/gnificatione verborꝫ,Agonium diem appellabant quo rex hoſtiam immolabat.Hoſtiam enim anti/qui Agoniam vocabant. Agonum putabant dici Deum pręſidem rebus agendis. Agonalia eius feſti/uitatem,ſiue q Agonos dicebant montes,Agona ſacrificia quę fiebant in monte. Hinc Romę mōs Quirinalis Egonus, et Collina porta Egonenſis. Agonum.i.ludum ob hoc dictum, q locus i quo ludi initio facti ſunt, fuerit ſine angulo, cuius fe/ſta Agonalia dicebant. Vltima cauſa, nominis ſcilicet. Eſt vera meo iudicio,q ita arbitror gre/cam habuiſſe appellationem,vt incerta eſt nominis cauſa,ita certum eſt regem ſacrificulum arietem, mactare debere. Vt ea cauſa.ſ. nominis. Non eſt certa,ſed ambigua,cum varię ſint opiniones.

PAV. MAR

Quan dr Olympius

Ita rex ſacrorꝫ,ſacrificulus. Debet placare nu/mina coniuge ouis,placare Ianum immolatione arietis,qui eſt velut coniux,hoc eſt vir ouium,quā/do quidem illi ſuccumbunt. Victima, vnde victi/ma,et vnde hoſtia dicatur,illa a manu victrice, et hęc a victis hoſtibus, vtrunq; autem accipit pro eo quod Dijs immolatur. Victima vocat,quę ce/cidit dextra victrice,illa immolanda beſtia appel/latur victima,quę a victoribus immolatur. Ho/ſtia fuit dicta a victis hoſtibus, cum quis viciſſet hoſtes ſacrificabat,et hoſtiam ab hoſtibus appella/bat,ſed aliter ſentire videtur Pompe.inquit enī ho/ſtiam dictam eſſe ab eo, quod eſt hoſtire.i. ferire, ſed duo genera hoſtiarum eſſe Trebatius docet li/

bro

Victima, quę dextra cecidit victrice, vocatˢ.
Hoſtibus a victis hoſtia nomen habet.
Ante, Deos homini qđ conciliare valeret,
Far erat, et puri lucida mica ſalis.
Nōdū ꝑtulerat lachrymatas cortice mirrhas

bro primo de religionibus. Vnū in quo voluntas
Dei per exta diſquirit. Alteꝝ in quo ſola anima
Deo ſacrat, vnde et haruſpices animales has hoſti-
as vocant. Vtrunq; Virg. oſtendit, et primo quidē
illud, quo voluntas numinū per exta monſtrat.
Mactat lectas de more bidentes. et mox, Pecudūq;
recluſis Pectoribus in-
hians ſpirantia con-
ſulit exta. Alterum il-
lud in quo hoſtia ani
malis dicitur, qđ eius
tantum anima ſacra
tur, oſtendit cū facit
Entellum victorē Eri-
ci mactare taurum.
Hanc tibi Erix meliorem animā pro morte Dare-
tis Perſoluo in his hoſtijs. Sunt quę Iniuges vocā-
tur. i. quę nunquā domitę ac iugo ſubditę ſunt. De
quo Virg. Nunc grege de intacto ſeptem mactare
iuuencos Pręſtiterit totidem lectas de more bidē-
tes, et vt Iniuges euidētius exprimeret, adiecit, Et in
tacta totidem ceruice iuuēcas. Eximij quoq; in ſa-
Eximię crificijs vocabulum nō poeticum epitheton, ſed ſa-
hoſtię vn̄ cerdotale nomen eſt. Veratius. n. in Pontificalibus
quęſtionibus docet eximias dictas hoſtias, quę ad
ſacrificiū deſtinatę eximantur e grege, vel qđ exi
mia ſpecie quaſi offerēdę numinibus eligātur. hinc
Virg. Quattuor eximios pręſtāti corpore tauros,
vbi quod eximuntur eximios, ꝙ eliguntur ꝑſtanti
corpore, mōſtrauit. Deinde, Ambarualis hoſtia eſt
(vt ait Pompeius Fe.) quę rei diuinę cauſa circum
arua ducit ab his, qui pro frugibus faciunt. Inde
eſt illud. Et cum luſtrabimus agros. Nomen. n. ho-
ſtię acquiſitum eſt ab ambiendis aruis, et in Geor-
gicis, Terq; nouas circum felix eat hoſtia cultros.
Sed hęc de hoſtijs hactenus.
ANT. ANTE Deos homini quod cōciliare valeret, Far
FAN. erat et puri lucida mica ſalis, Molā dicit vt oſten-
Mola dimus ſupra, de qua Tibul. Oia noctis farre pio
Salis placent et ſaliente ſale. Salis granū (vt inqt Porphy.
granum et quotidie videmus) in ignē miſſum ſalit, vnde a
Far Tibullo ſaliens dicitur. De farre Pli. Nihil religioſi-
us cōfarreationis vinculo erat, nouęq; nuptę farrū
pręferebāt. Adeo autem verū eſt conſueuiſſe maio
res noſtros farre ſibi Deos conciliare, qđ (vt inquit
Adorare Nonius) epulis et immolationibus ſacris pium pu
Adoreū tabatur, vt adorare verbū dictum putetur a farre,
Adorea quod adoreum veteres appellarunt, q libis quoq;
liba adoreis ſacra Dijs exhibebant. Varro de re ruſtica,
Adorea In loco humido far adoreū potius ſerunt q̄ triti-
gloria cum. Inde, maiores noſtri gloriā adoreā dixere,
Edor ꝙ is glorioſus putaretur, qui farris copia abunda
ret, tantus fuit honor farris, vt Pli. tradit. Dicebatˢ
autem farris genus Edor, quod poſtea, qm̄ arduire-
tur, ador appellatus eſt. Id vrebatur auctore Feſto,
vt toſtū fieret, ex quo in ſacrificio mola ſalſa effi-
ciebatur. Aliqui (vt Nonius refert) adoreum far di
ctum putarūt, ꝙ cibi ora. i. principiū ſit. Lachry
Euphra- matas cortice myrrhas, ipſe alibi. Stillataq; cortice
tes myrrha Nomen herile tenet. Thura nec Euphra
tes, Pli. libro. v. Nat. hiſto. huius fluminis originem

variam tradit. Stra. aūt ſcribit Euphratem a Borea
li Tauri latere exoriētem ꝑ Armeniam fluere occi-
dentem verſus, deinde ad Auſtꝝ flexum inter Ar-
menios, et Cappadocas, et cōmagenos Taurum re
cidere. Egreſſum vero cū prope Syriā peruenerit
ad hyemales ortus reuerti vſq; Babylonem, et ad
Tigrim Meſopotami
am efficere, et ambos
emittere in Perſicum
ſinum, quorum Eu-
phrates maior eſt, et
plus regionis flexuo-
ſo alueo percurrit. Ex
hoc ſinu per Euphra-
tē ad nos thura trāſ-
ferri poſſe nemo dubitauerit, quem fluuiū ſunt
qui putent Arabiam attingere. Itaq; Pomponius
geographus eū ſcribit in meridiem auerſum Sy-
ros atq; Arabas ingredi. Cęterum nō omnis Ara- Thus
bia thus habet, ſuo Sabei tantum gloriantˢ. vt So- Antiqs
lis eſt thurea virga Sabeis. Iliacis tꝑibus thure non tꝑibus
ſupplicabant, auctore Pli. ſed cedri tātum et citri cō thure nō
uolutū fumo nidorem verius q̄ odorem nouerāt. ſupplica-
Poſtea vero thure dij cōciliati ſunt. Vnde illud eſt bant
Lucretij. Thuricremas propter mactans concidit
aras. et illud Macrobij, Nunquā fas fuit Ægyptijs
pecudibus aut ſanguine, ſed precibus et thure ſolo
placare Deos. Non libet hic intactum relinquere,
quod de Alexandro magno Plini. refert, Cui in
pueritia ſine parſimonia thura aris ingerenti cuꝫ
pędagogus dixiſſet, vt eo modo cum deuiciſſet
thuriferas gentes ſupplicaret. Ille Arabia potitus
thure onuſtam nauim ei miſit, large exortatus vt
Deos adoraret. De thure ac thuriferis arboribus le-
ge, quę idem auctor ſcribit lib. xij. Natu. hiſto.
Nec miſerat India coſtum, coſti radix guſtu fer-
uens odore eximio ac frutice inutili foditur in Pa-
tale Indi amnis īſula. Inueniṫ tamē et apud alios, Coſti ra-
vnde illud eſt Hora. Achameniūq; coſtū. Duo eius dix
ſunt genera, nigrū et (qđ melius eſt) cādicans. Qui-
dam e recentioribus medicis coſti duas ſpecies po
nunt, Indicā et Arabicam, ꝓferuntq; Arabicę Indi
cam, q̄ diuerſis medeṫ doloribus, et ſumpta cum
mulſo Venerē excitat. Conſueuiſſe aūt maiores no
ſtros hac radice in ſacris vti oſtendit Pli. his verbis,
Odorum cauſa, vnguentorumq;, et delitiarum ſi
placet, etiā ſuperſtitionis gratia emantur, quoniaꝫ
thure ſupplicamus et coſto.
ANTE Deos, ab initio vilia erant, quę Dijs offe- PAV.
rebantur. huic propoſitioni rationem addit poe- MAR.
ta, quia in Italiam pretioſa nōdum erant adue- De ſacris
cta, et velut pro connexione ſubiungit, cum exter iuentis et
na pretioſa, et odoratiſſima non eſſent, ea offere- thure q̄-
bant et adolebant quę haberi poterant, et odora re fit ſa-
videbantur, illudq; addit, Nec vllius gladij in ſa- crificiū
cris erat vſus. Far et lucida mica ſalis, ipſa mo-
la quę ex farre et ſale mollito fit, vt ſuperius
diximus. Lucida mica, quod purum ſal
lucere videatur. Erat ante, ab initio.
Quod valeret conciliare Deos homini, ꝙ poſ-
ſet numina placare mortalibus, nam aliud

Acta per ęquoreas hoſpita nauis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miſerat India coſtũ,
Nec fuerãt rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis cõtenta Sabinis,
Et non exiguo laurus aduſta ſono.
Siqs erat,factis prati de flore coronis,
Qui poſſet violas addere,diues erat.

Dijs non offerebant,q̃ far cum ſale mollito, diximus ſuperius de farre,ſed de torrẽdi farris ferijs inferius dicemus. Item et de vilitate eorum,quę Dijs offerebantur a Romulo. Nondum hoſpita nauis,peregrina nauis. Acta per ęquoreas aquas, impulſa maritimo curſu, non adhuc. Pertulerat myrrhas lachrymatas cortice, myrrhas, quę ex ſuorũ arborum cortice tanq̃ ex oculis lachrymę emanant, et ad illud alludit,quod in decimo lib. Metamor. dixit Myrrham amore Cynarę patris correptam,et dolo grauidam effectam, ac irã paternam fugientem in Sabea tandem terra quieuiſſe,in arborem ſui nominis verſam, fletu pretioſas guttas effundere. vnde, Flet tamen et tepidę manant ex arbore guttę, Eſt honor et lachrymis, ſtillataq; cortice myrrha Nomẽ herile tenet,nulloque tacebitur ęuo. Hanc autem arborem (Plinio auctore) in ijsdem ſiluis cum thure permixtam naſci tradidere nonnulli. Plures ſeparatim,et multis in locis Arabię gignitur. Strabo cum felicem Arabiam, a quatuor maximis nationibus inhabitari dicat,hoc eſt Amineis,Sameis, Catthabanẽſibus, Catramotitis,Catthabania inq̃t thus gignit, Catramotitica myrrha. Additq; Plinius Sabeos nõ dare ex myrrha Deo portiones, quoniam et apud alios naſcatur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes eius pendere. Euphrates nec miſerat thura, nõdum ex ſinu Perſico, qui ab oriente felicem Arabiam claudit,et in quem exit Euphrates accepta inde thura ad nos miſerat,quia nõdum in Italiam aduecta fuerant, vt Dijs cremarentur. Thura pręter Arabiam nullis (inquit Plinius) ac ne Arabię quidẽ vniuerſę. Strabo (vt diximus) Catthabaniam thus gignere aſſerit. At Plinius, Regio inquit eorum thurifera Sabea appellatur. et paulo poſt Nec pręterea Arabij alij thuris arborem vident,ac ne horum quidẽ omnes,feruntq;.ccc. non amplius eſſe familiarum, quę ius per ſucceſſiones id ſibi vendicent. Sacros vocari ob id, nec vllo congreſſu foeminarum, funerumq; cum incidãt eas arbores, aut metant pollui, atq; ita religione meſſes augeri. Quidam promiſcuum ius his eſſe populis tradunt in ſiluis, alij per vices annorum diuidi. Nec arboris ipſius quę ſit facies cõſtat. Multa pręterea ſubdit Plin. quodq; arbor ſit incertum habeatur, et thuris inſuper genera ab eodem late referuntur. Verum Diodo. ita inquit, Thus percipitur hoc pacto. Arbor eſt magnitudine parua, aſpectu ſpinę Ægyptię albę, folia arboris quę circa dicitur ſimilia, flos colore croceo. Thus ab arbore quemadmodum lachryma emanat, myrrhę arbor lentiſco ęqualis eſt, foliis frequentius, tenuiſq; fluit ab, effoſſa radicibus terra in ſolo vbere, bis in anno fructum reddit, Vere atq; ęſtate,ſed rubrum vere propter rorem ęſtate albũ. De Euphrate fluuio multa apud Plin. et Stra. habes. De quo Euſtathius, Ad orientem inquit Cappadocię Euphrates fluuius immenſus Armeno monte fluit porrectus in auſtrum primũ, deinde incuruans valles ad eos et mediã Babylonẽ tranſiens in Perſicum mare euomit iuxta Teredonẽ Perſarum ciuitatem. Hęc ille. Sed nemo poetas κακησ τεοτραφιατ arguat, quod longe ab Euphrate ſit regio thurifera,et q̃ per Euphratẽ thura minime vectabantur. Errant qui ita arguunt, nã cum in Perſicum mare exeat,qđ ab oriente felicẽ Arabiam claudit, Merces,et Sabea aromata per Perſicũ ſinũ in Euphratem,inde in Babylona,deinde in Cõmagena, et in Tapſum vectabant,deinde pedeſtri itinere,quo mercatores voluiſſent,et põs Euphratis in Cõmagena diſtat a ſinu Iſſico.L.millibus paſſuũ,qui eſt ſinus noſtri maris,vbi etiam nũc mercatores noſtri aromata per Euphratẽ in cõmagenam,et inde in ſinũ ipſum vecta accipiunt. Sic etiã olim accipere potuere. Habes p̃terea apud Aſtribolũ (Strabone referente) Gerręos Arabes frequentius in Babylonẽ ratibus mercatũ ire, atq; inde per Euphratem cũ mercibus Tapſum enauigare, poſtea quo libeat pedeſtri itinere referri. Pręterea (vt idem Strabo refert) Alexãder cum expeditionẽ in Arabas pararet. Nauigia partim in Phoenicia,Cyproq; conſtruxerit tũ plicatilia,tum cõpacta, quę Tapſacũ portata flumine in Babylo deferrent. Si igit̃ nauigia per cõtinentẽ in Euphratẽ traijciebant, ſi Gerręi Arabes ꝑ Euphratẽ merciũ gratia deferebant, eo magis delata ꝑ Euphratem aromata in nr̃m mare traijci potuere. Errarũt ergo vehemẽter, qui poetã erraſſe retulerũt. Nec India miſerat coſtũ, quaſi nõdum ex India delata fuerat coſti fruticis radix. Quę qdẽ ex India et Patale inſula Indi fluminis transferũt. De quo Pli. Indis maxime p̃tio radix coſti,guſtu feruens, odore eximio,frutice alias inutilis,primo ſtatim introitu amnis Indi in Patale inſula. Duo ſunt eius genera,nigrum, et cãdicans,qđ melius eſt. Oui. tñ in Panchaia,quę eſt felicis Arabię regiũcula naſci putat,cũ dicat in.x.Meta. Sit diues amomo,Cynamaq;,coſtũq; ſuũ, ſudataq; ligno Thura ferat,floresq; alios Panchaia tellus. Nec fuerãt cognita fila rubri croci,nõdum erat vſus croci in Italia,nec vlla eius notitia,q2 e Cilicia nõdum aduehebat̃ in Italiã,vbi nũc tãta eſt eius vbertas,p̃ſertim in regione Marſorũ, Veſtinorum,et Pelignorũ,vt Cilices oẽs ſuperemus. Qui qdẽ laudatiſſimũ habuiſſe crocum referunt, et aliq a Coryco dictum putant crocũ Cilicię oppido, ſiue Corycio antro,cũ Iunius Moderatus dicat, Accepimus Tinolon et Coryciõ florere croco. Aliq dictũ volunt a Croco iuuene in florẽ ſui nõis conuerſo.

De fluuio Euphrate

De coſti generibus etiã natura croci

Cuius

Cuius amore cum Camecyſſos deperiret,et Ipſa in ſui nominis fruticē conuerſa eſt. Huius etiam rei meminit Pli.cum agit de camecyſſo, quam ſmilacem vocant,et ſimilem hederę affirmat, et inquit infauſta oibus ſacris, et coronis, qm̄ ſit lugubris virgine eius nominis propter amores iuuenis Croci mutata in hūc fruticem.Corycii Crocus Solinus ſumme pere laudat, et Dioſcorides in vſum medicinę cęteris melius eſſe comperit.

Hic, qui nunc aperit percuſſi viſcera tauri,
 In ſacris nullum culter habebat opus.
Prima Ceres auidę gauiſa eſt ſangine porcę
 Vlta ſuas merita cęde nocentis opes.
Nam ſata vere nouo teneris lactentia ſuccis
 Eruta ſetigerę comperit ore ſuis.
Sus dederat poenas, exemplo territus huius

ANT. FAN.

Herba Sabina

ARA Dabat fumos herbis contenta Sabinis,herba Sabina vtilis in ſuffitus pro thure aſſumebaẗ,duplicato enim pondere eosdem effectus habere quos cynamum tradiẗ. De hac Propertius.Flore ſacella tego verbenis compita velo.Et crepat ad veteres herba Sabina focos. Eius herbę duo genera ſunt,altera eſt amaraco ſimilis,altera cupreſſo. Et non exi.lau.adu.ſo.laurus manifeſto crepitu et quadam deteſtationi ignes abdicat.

Laurus

Verbena

Ea inter verbenas eſt (auctore Seruio) vt myrtus.olea, omnes enim frondes ſacratas abuſiue verbenas vocamus,quarum faſciculi(vt ait Feſtus) Deorum capita dicebanẗ. Prima Ceres auidę gauiſa eſt ſanguine porcę,imolandi initium a ſuillo genere ſumptum exiſtimanẗ.Oui.alibi. Prima putatur Hoſtia ſus meruiſſe mori, q2 ſemina pando Eruerit roſtro,ſpemq; interceperit anni.Ea victima(vt auctor eſt Varro) initijs Cereris imolabatur, cędebantq; porcum initium pacis in coniunctiōe foederis,vt idem inquit.Et nuptiaꝝ initio noua nupta,et nouus maritus in Hetruria porcum imolabant.Priſci quoq; latini et Gręci in Italia idem feciſſe videnẗ,nam et noſtrę mulieres,maximeq; nutrices naturam qua foeminę ſunt in virginibus appellabant porcum,et gręci χοῖρον. Mactabatur autem porcus Cereri, q2 hoc animal frugibus nocet.Solebant enim victimę pro qualitate numinū imolari,et vel cędebanẗ quę obſunt eoꝝ muneribus,vt caper Libero,q2 viribus nocet,capra Minerue, q2 lambendo quoq; oliuam ſterilem facit, vel aliqua ſimilitudine credebanẗ numinibus placiturę,vt inferis nigrę pecudes,albę ſuperis. Scire autem debemus q Cereri et porcus et porca imolari conſueuit,ſed Oui.hoc loco iō foemininū genus eligit q2 elocutiones quędā per foemininum genus elocutiores ſunt Virgi. Cęſa iungebant foedera porca. Vel quia in omnibus ſacris(vt ait Seruius)foeminini generis victimę potiores ſunt. Vnde ſi per marem litari non poterat, ſuccidanea non poterat adhiberi.Meminiſſe pręterea conuenit porcas, quę Cereri mactabaẗ ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet.i.glebam non obieciſſet, p̄cidaneam vocari, q2 mos erat ea facere prius q̄ nouas fruges guſtarent,auctore Feſto,qui pręcidaneam porcam a p̄cidendo dictam oſtendit,q immolaretur anteq̄ nouam frugem p̄ciderent.Eligebantur autem ad ſacrificia porci maiores et dicebantur eximij, teſte Donato.Nam boues ad id electos egregios,oues lectas dicebant.

caper Baccho ſacrificabatur

Porcus et porca mactabanẗ Cereri

Pręcidanea porca

Porci eximij

Boues

egregij Oues lectę

PAV. MAR.

ARA contenta herbis Sabinis dabat fumos, q̄ſi fumabat tantum ara,cum ſolę Sabinę herbę cremarentur, hoc eſt ſacerdotes erant contenti ſolis herbis Sabinis, et lauro, nec intelligas herbis, quas Sabini aduexiſſent, ſed de ea herba, quę Sabina vocatur,et in temploꝝ dedicatiōe adhibebatur ſemper a veteribus,q̄ mos ad poſteros ē noſtros quoque tranſiuit,et Sabina dicitur a σέβομαι,quod eſt color ſeu veneror, q2 pertinet ad cultum Deorum, ſed malę mulierculę ea abutuntur.Taceo vim ne alios quoq; doceas. Et laurus aduſta non exiguo,non paruo. Sono,nam ſemper cum aduritur, magnum facit crepitum, vt refugere ab ipſo igne velle videatur. Dabat,etiā Fumos,quoniam in ſacris adurebaẗ.Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus ianitrix.Cęſarum, Pontificumq; ſola et domos exornat,et ante limina excubat,de ea multa referuntur a Pli.lib.xv.ca.xxix.facitq; genera. xiij. Siquis erat qui poſſet addere violas coronis factis de flore prati, ſi quis inſertis floribus in coronam Dijs offerendam habuiſſet, quas adderet violas. Erat diues,habebatur opulentus, quando quidem p̄tioſiora minime haberent.Pli.poſt laudata lilia, violis inquit honor proximus , earūq; plura genera, purpureę,luteę, albę, purpureę gręco nomine diſcernuntur appellatę Hiacynthi, et ab his hiacynthina veſtis. Hic culter, qui nunc aperit viſcera.

Sabina herba

De lauro digna

Mactati tauri,gladius quo et taurum,ſeu bouē mactamus,et interiora aperimus, ſeu nudamus. Vt eſt illud Virgi.et Viſcera nudant. Nullum opus habebat in ſacris,quaſi non erat eo opus in re diuina,cum nullum adhuc pecus immolareẗ, non enim omnibus Dijs gratus eſt vſus gladij,vt libātes vina lelātiaca muſis,in ſummo Parnaſo diximus quo pauci vnquam e noſtris aſcenderunt. Non tibi ſanguis ait,non ſęui munera cultri. Non opulenta manus grata eſt regina ſoroꝝ.Mens humilis,mens caſta placet,caſtam accipe mentem,Et tenues dignare dapes, non thura crementur Vltima,at Euboici libantur munera Bacchi. Prima, vnde pecorum mactatio habuerit originem, ab illis quidem,qui adinuenerunt aliquid ad vſum humani generis,nam cum aliquod pecus ſuis inuentis noxium eſſet,illud mactabaẗ.Ceres prima porcam imolauit,quoniam fruges eruerat. Ea.n.(vt Pli.teſtis eſt)inuenit frumenta, cum antea glande veſcerenẗ,eadem molere,et conficere in Attica,Italia,Sicilia,ob id Dea indicata, ea prima leges cōdit, vt alij putauere.Corcynus Tragicus frumentum a Cerere monſtratum,vnde et Dea ſit habita,in ſuo poemate affirmat,et Diodo.addit, Pręter frumen,

Ceres prima porcam imolauit et leges inuenit

num repertum leges dediſſe, quibus iuſte, pieq; homines viuere aſſueſcerent. Sed de ea plura in quarto libro dicemus. Aliqui putant ideo mactari porcam pro foecunditate, q2 nullum animal eſt ea foecundius. Parit.n. vicenos. Superior ratio Pythagorę verbis affirmať, quę in Meta. a poeta referť,

ctans, videns. Aliquis ꝑmentem dentes in vite, quaſi dentes vitibus infigentem, et eas abrodentẽ.

Refert talia dicta, verba. Dolore non tacito, non occultato, ſed aperto. Dolebat.n. ita ſeuitum eſſe in ſacras vites. Caper rode vitem, rodas nũc cũ nemo ꝓhibet. Plecteris tñ, et eſt ironia, q2 non diu rodet. Tamen hic, ex hac vite. Erit quod ſpargi poſſit in tua cornua, erit vinũ qđ tibi mactando in cornua ſpargeť. Erat enim vſus vini in ſacris, et eo victimarũ cornua infundebantur, ꝓter q̃ in ſacris Cereris. Cum ſtabis ad aram, vbi eris imolãdus. Fides ſe. verba,

Et prima putať Hoſtia ſus meruiſſe mori, quę ſemina pãdo Eruerit roſtro, ſpemq; interceperit anni.

Ceres prima eſt gauiſa ſanguine auidę porcę, quaſi Cereri primum placuit mactare porcam. Vlta ſuas opes, q̃ſi vindictã ſumẽs pro erutis frugibus, quę erant ſuę opes.

Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quẽ ſpectans aliqs dentes in vite ꝑmentem,
Talia non tacito dicta dolore refert.
Rode caper vitem, tñ, hinc cũ ſtabis ad araʒ,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.
Verba fides ſequitur, noxa tibi deditus hoſtis
Spargitur affuſo cornua Bacche mero.
Culpa ſui nocuit, nocuit quoq; culpa capellę,

Merita cę. no. cęde ſuis, quę mactari meruerat, q2 nocuerat frugibus. Nam cõperit, ipſa Ceres inuenit. Sata lactentia teneris ſuccis, ſegetẽ tenellam et virentem, quę lactere videbať per trãſlationem ab aĩalibus lactentibus. Eruta vere nouo, verno tempore. Ore ſuis, rictu porcę. Ceres dicta (vt Cice. aſſerit) quaſi gerens, quod fruges gerat. Naʒ ita literaꝝ affinitas patiť. Sus dederat, poſt mactatã Cereri porcam, mactatus eſt Baccho caper, qm̃ vites abroſerat, quę Bacchi ſunt, et in Meta. Pythagoras ad illud ſuperius ſequiť. Vite caper morſa Bacchi mactatur ad aras Vltoris ductus, nocuit ſua pęna duobus. Plinius tñ inquit capras imolari Palladi, q2 oliuam lambendo ſterilem faciant. Sus, porca. Dederat poenas, mactatus fuerat pro frugibus erutis. Dare poenas tractum eſt a poena pecuniaria, quę ſoluebatur, ſic contra recipere poenas dicitur. Virgi. Vlta virum poenas inimico a fratre recepi, o.

ANT. FAN. PALmite debueras abſtinuiſſe caper, apoſtrophe eſt ad caprum, qui cędebatur Baccho, q2 hoſtis eſt vineaꝝ ſicut et capra. Virgi. Non aliam ob cauſam Baccho caper oĩbus aris cędiť. Mar. Vite nocens roſa ſtabat moriturus ad aras Hircus Bacche tuis victima grata ſacris. Fuit in ſacris Liberi hęc cõſuetudo (vt ait Lactã. grãmaticus) vt occiſo capro ſacrati oẽs ſanguinẽ eius biberent. Eſt aũt caper (auctore Varro.) qui latine dr̃ ex caſtratis, hic pro hirco accipiť. Hinc cum ſtabis ad aram, In tua qđ ſpargi cornua poſſit, erit, aptum et placituꝝ ſignificat ſacrificiũ, vt, Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram. Hoc autem dicit, Rode nunc vitẽ, cũ nemo te abigit, non deerit tñ vinuʒ, qđ in tua cornua ſpargať, cũ ad arã ſtabis Baccho mactandus.

PAV. MAR. CAper, et eſt apoſtrophe, hoc eſt ſermonis auerſio. Tu territus exẽplo huius debueras abſtinuiſſe palmite, monitus et exterritus poena ſuis debueras dentem a vitibus ꝯtinere. De palmite ſuperius dictum. Exẽplum eſt (vt Põpeius inqt) quod ſequamur, aut vitemus. Caper et caprę dictę, quod oẽ virgultum carpant, ſiue a crepitu crurum, vnde ẽ crepas eas antiqui dicebant. Quem, caprum. Spe

Capra dr̃ a crepitu cruꝝ vñ crepę dicte

ṽba illius ſortita ſunt fidem, naʒ vera fuere, quoniam caper mactatus eſt. O Bacche, apoſtrophe ad Bacchum vini repertorem. De quo alias dicemus.

Hoſtis, ipſe caper. Deditus tibi noxa, traditus tibi pro peccato, aut ꝑ peccati poena. Nam vtrunq; noxa ſignificat. Spargiť cornua, per synecdochẽ quaſi ſparſa habet cornua effuſo mero, vt moris erat. Culpa ſui, ſus, ẽ caper meruere mactari, qm̃ deliquerunt, ſed quid deliquit inocens ouis, et bos, quem capitale erat mactari, vt diximus ſuperius, et Pythagoras eodem in loco.

Nota hos verſus in ſacris

Quid meruiſtis oues placidum pecus, inq; tuẽdos
Natum homines, pleno q̃ fertis in vbere nectar,
Mollia quę nobis veſtris velamina lanis
Prębetis, vitaq; magis, q̃ morte iuuatis.
Quid meruere boues, animal ſine fraude, doliſq;
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores.
Immemor eſt demum, nec frugũ munere dignuʒ,
Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum, qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt, q tale nefas committitur, ipſos
Inſcripſere deos ſceleri, numenq; ſupernum
Cęde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens, et pręſtantiſſima forma
(Nam placuiſſe nocet) vittis inſignis et auro
Siſtitur ante aras, auditq; ignara precantem,
Imponiq; ſuę videt inter cornua frontis,
Quas coluit fruges, percuſſaq; ſanguine cultros
Inficit, in liquida pręuiſos forſitan vnda.
Protinus ereptas viuenti pectore fibras
Inſpiciunt, menteſq; Deum ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum
Audetis veſci. genus o mortale, quod oro
Ne facite, et monitis animos aduertite noſtris.
Cumq; boum dabitis cęſorum membra palato,
Mandere vos ipſos ſcite, et ſentite colonos. Hęc ille.

Quę quidem, quia aurea verba videntur his commentariolis addidi. Culpã, crimẽ. Nocuit ſui, porcę, q2 fruges eruerat. Nocuit quoq;, ẽt. Culpa ca., capro et capellis ob vites abroſas.

Quid

Q uid bos? quid placidę cõmeruiſtis oues?
Flebat Ariſtęus, ꝙ apes cum ſtirpe necatas
Viderat inceptos deſtituiſſe fauos.
Cęrula quem genitrix ęgre ſolata dolentem,
Addidit hęc dictis vltima verba ſuis.
Siſte puer lachrymas, Proteus tua dãna leua
Q uoq; mõ repares q̃ periere, dabit. (bit,

ANT. FAN.

Bonis vſus

Boue͂ occidere capitale erat

Bonis cędendi mos

Ariſtęus

QVID Bos quid placidę commeruiſtis oues, magno vſui mortalibus bos eſt a ratione, vectura, lacte, caſeo, corio. Vnde apud veteres tam capitalis habebatur, qui bouem ſine cauſa, q̃ qui hoiem occidiſſet. Non me uit ergo ſocius hoium in opere ruſtico ac cęteris miniſter ob eius vſum, innocẽtiamq; mactari, quez Solon immolari nõ permiſit, teſte Plutarcho. Sed cędendi bouis mos hic tractus eſt. Ariſtęus Apollinis ac Cyrenes filius cũ Eurydicem vxorem Orphei viciare voluiſſet, et illa fugiens a ſerpente fuit occiſa, amiſſis apibus nympharum iracundia matris auxilium petijt, vnde edoctus qua ratione apes reparari poſſent (vt in fine Geor. plene a Virg. tractatur) mactandi bouis initium dedit. Proteus tua damna leuabit, hic vates clariſſimus Oceani et Tethyos filius fuit, qui tenuit inſulam Carpathũ, quę eſt inter Rhodum, et Ægyptuz. Alij regem Ægypti eſſe volũt in varias formas verti ſolitum. Lege Diodoruз a quo de hoc, et Ariſtęo multa referuntur. Mox domitus vinclis in ſua membra redit. Virgi. In ſeſe redit atque hominis tandem ore locutus.

PAV. MAR.

Virg. in quarto Georgicorum

De Ariſtęo q ex Autonoe habuit Actęonẽ verſum in ceruũ

QVID Bos, meruit s. et tamẽ mactatur. Quid cõmeruiſtis oues placidę? quaſi dicat nihil, et tamen neq; oui, neq; boui parcit. Flebat Ariſtęus, mactatio bouis initiũ ſumpſit ab Ariſtęo. Primus. n. ille pro reparandis apibus bouẽ immolaſſe fertur. Oui. paucis verſibus hiſtoriã, ſeu fabulam perſtringit, nam in fine Georgicorum Virg. pluribus refert. vbi inquit, Ariſtęum paſtorẽ amiſſis apibus querulum ad Cyrenẽ matrem veniſſe, et monituз ab ea ad Protea, a quo didicit calamitatem illi illatam, nõ ira Deorum, ſed ab Orpheo in vindictaз amiſſę coniuges, quam cũ ille amans inſequeretur fugientẽ anguis morſu peremit. Deinde cõſilio matris taurorum, et iuuencarum immolatione, placatis Orphei et Eurydices manibus, apium examina reſtituta ſunt Oui. tamen inqt a Proteo mactandi iuuenci cõſilium accepiſſe, et ſic amiſſas apes reparaſſe. Diodorus inqt Ariſtęum ex Apolline et Cyrene Ipſei filia natum. nã cum mater apud Pellium educaretur ab Apolline rapta, et in Libyam delata eſt ad loca vbi poſtea vrbs a ſuo nomine cõdita. Suſceptus ex ea filius Ariſtęus, a nymphis enutritus eſt, a quibus lac coagulare, mel atq; oleum conficere didicit. Quę cũ primus in hoium vſum traduxiſſet, a poſteris vt Deus cultus eſt. Profectus in Boeotiam Autonoen Cadmi filiam vxorez duxit. genuitq; Actęona, quem ira Dianę fabulę ferũt a canibus diſcerptum. Poſt eius obituз ab oraculo patris habuit, vt Ceaз adiret, in qua ei honores impenderent. Quo cum veniſſet orta pro omnẽ Grę ciã peſte, pro Gręcis omnibus ſacra fecit, morbumq; ceſſanit. Relictis in Cea nepotibus, in Libyã ad matrem redijt. Deinde in Sardorum inſulam profectus eſt, quam cõſitis arboribus cultiorem reddidit. ibi duos filios genuit, Charmũ et Calicarpuз. Ad alias inſulas cum acceſſiſſet in Sicilia aliquãdiu manſit, quę cũ fructibus armentisq; referta eſſet, ſingulorum vſum edocuit, quo beneficio Siculi, et hi pręcipue apud quos olea naſcuntur, pro Deo ſummo honore coluerunt, transgreſſus in Thraciam perceptis a Dionyſio orgijs in Æmo habitãs, cuз poſtmodum nõ comparuiſſet honores nõ ſolum a barbaris, ſed a Gręcis aſſecutus eſt. Flebat Ariſtęus, Apollinis et Cyrenes filius. Quod viderat apes necatas cum ſtirpe, apes extinctas cum omni ſpe ſobolis. nam ad vnũ omnes interierant. Deſtituiſſe inceptos fauos, mella cum toto opere, quod inceperant, nec pfecerant. verum fauus eſt vbi ceram fingunt, et mella diſponunt, nam tria hęc ſimul Var. retulit apium opera. Plin. vero inquit, Primũ fauos cõſtituunt, ceram fingunt, hoc eſt domos, cellasq; faciunt, deinde ſobolem, poſtea mella. Sed de his latius in Georgicis diſſeremus. Quẽ, ariſtęum. Ægre dolentẽ, quaſi cum verſaretur in magna perturbatione, et animi ęgritudine. Genitrix, Cyrene, vt Dio. ait Ipſei, vt alij Penei amnis filia, et ideo cęrula dixit, q2 aquarum nympha, ſic et cęrula maria dicimus. ſolata, conſolata.

Addidit hęc vltima verba dictis ſuis, nam, pluribus verbis vſa in leniendo dolore, deinde hęc addidit. Puer. fili, naз appellatione puerorum, vt Paulus iuriſconſul. docet veniunt et ſerui et filij, et qui ſunt ętate puerili. Siſte lachrymas, noli magis lachrymari. Proteus leuabit tua damna, alleuiabit et rependet extinctarum apium iacturam. Et dabit, docebit te. Quo modo repares quę periere, quo pacto reparare poſſis examina extincta. Proteus a multis Oceani et Tethyos filius creditus eſt, et marinorum piſcium paſtor, vt in Odis Home. diximus, Omne cum Proteus Pecus egit altos Viſere montes. pręterea habitaſſe in Carpatho inſula. Multi Ægyptium dixere regem. et Hero. Proteum vatem, et Ægypti regem dicit. ad quem appulſo tempeſtatibus Paridi cum Helena rapta, ſublatis quę Gręcorum erant, et Gręcię reſtitutis multa prędixiſſe. Dio. autem hęc ait, Cum Ægyptus rege careret ex dignioribus quidam in regem aſſumptus eſt, Iliaci belli tempore. Quem Ægyptij Cetem, Gręci Proteum appellant. Hunc artium peritum, et in varias ſe formas ſolitum vertere tradiderunt, vt animal, arbor, ignis videretur. Quorum cognitionem ex continuo aſtrologorum, ac ſacerdotum vſu aſſecutus eſt. Conſuetudo autem Gręcis transmutationes fingendi cauſam prębuit, nam mos

Proteus paſtor in varias formas ſe vertebat

erat Ægyptijs regibus leonos, aut tauri, aut dra conis priorem partem in capite ferre inſignia principatus, quādoq; arborem, ignem, et redolentia ſupra caput vnguenta, hęc tū ad decorem, atq; ornatum ſpectabant, tum ſtuporem ac ſupſtitionē quā dā aſpicientibus inijciebant, hęc ille. Mater igitur

Decipiat ne te varijs tamen ille figuris,
Impediát geminas vícula firma manus
Peruenit ad vatem iuuenis, reſolutaq́; sōno
Alligat ęquorei brachia capta ſenis.
Ille ſuam faciem transmutat, et alterat arte,
Mox domitus vinclis in ſua mēbra redit.
Oraq́; cęrulea tollens rorantia barba,
Qua dixit repares arte requiris apes?
Obrue mactati corpus tellure iuuenci,
Quod petis a nobis obrutus ille dabit.
Iuſſa facit paſtor, feruent examina putri
De boue, mille animas vna necata dedit.
Pauit ouis pratū, verbenaſq́; īproba carpſit,

nunc inſtruit filium ne mutatione formę decipiatur, ſed cum primum inuenerit alliget. de quo latius apud Virgi. Tamen firma vincula, firmi laquei. Impediant geminas manus, quasi alligato vtrāq; Protei manū firmis nexibus. Ne ille, Proteus. Decipiat te verſis figuris, varijs formis in quas ſolet ſe vertere. Peruenit ad vatem, paruit Ariſtęus matri, dormienti Proteo laqueos inijcit, apprehenſumq; tenuit. et cū ille in varias ſe formas transmutaſſet, nihilq; proficeret, reſumpta vera forma, docuit obruendū eſſe iuuencum, et eo pacto examina reparari. Et Pli. etiam docet ventribus bubulis in totum poſſe reparari fimo obrutis. Iuuenis, Ariſtęus. — Quō apes naſcant ex carne boum

Peruenit ad vatē, accedit ad Proteum, et. Alligat, laqueis nectit. Brachia capta ſenis ęquorei, brachia Protei marinorum piſcium paſtoris, quę iam ipſe apprehēderat. Reſoluta ſomno, cum altius dormiret, et eſſet ſomno reſolutus. Ille, Proteus.

Transmutat ſuam faciē, vertit ſe in varias facies. Et alterat arte, dolo et induſtria, vt iuuenem exterreret modo illā modo alterā aſſumebat, aut Arte intelligas venefica et magica, qua forte plurimum poterat. Mox, ſtatim. Domitus vinclis, vinctus laqueis, quibus erat alligatus. Redit in ſua membra, in propriā formam. Et tollens ora rorantia, eleuās vultum aquis madētem. Barba cęrulea, marina. Dixit tu requiris qua arte repares apes, tu petis a me ſcire qua rōne poſſis apes reparare. Obrue corpus, defodias. Tellure, putri .ſ. aut fimo corpus. Iuuenci mactati, quē tu mactaueris. Ille, iuuencus. Obrutus fimo, defoſſus. Dabit, tibi .ſ. Quod petis a nobis, hoc eſt apes quas petis a me tibi reparari. Iuuenco .n. obruto renaſcentur. Paſtor, Ariſtęus. alluſit ad illud Virg. Paſtor Ariſtęus fugiens Peneia tempe. et illud, Cui pinguaceę Tercētum niuei tondent dumeta iuuenci. Facit iuſſa, obruit iuuēcum vt Proteus iuſſerat. Examina, ipſa apiū agmina.

Feruent, feruere et emicare pullulantes videtur. De boue putri, de iuuēco putrefacto. Vna animas. Necata, vnus bos mactatus. Dedit mille animas, mille viuentes apes, nā examē inde emerſit apium. eo .n. pacto reparatę ſunt apes, qua rō-

ne multi apium et mellis inuentionē Ariſtęo tribuerunt, multi Theſſalis, Multi Meliſſo Creſſorum antiquiſſimo regi. Qui quidē (vt Dydimus in lib. narrationis Tyndaricę refert) primus Dijs ſacrificauit, habuitq; filias duas Amaltheam, et Meliſſam, quę Iouem puerum caprino lacte, ac melle pauerunt, vnde Meliſſa apes dicta fuit, alij Palladi aſcribunt, alij alijs. Verum apiū reparatio Ariſtęi fuit, ſed mellis inuētio fuerat aliorum. Examen (vt Pompe. Feſtus ait) eſt et ęquamentū et iudicij inueſtigatio et examinatio et apū cōgregatio, vel locuſtarū. — Ex Ariſtei muneris alij Meliſſo creſſorum regi hoc tribuūt

PAVIT Ouis pratū, verbenaſq; improba carpſit, oues agno, vel ouium nece, lana, pelle, lacte, caſeo, ſtercore hoibus vtiles sūt, ſed ideo immolari coeperunt, quod oues verbenas carpant, quibus maiores rem diuinā faciebant. Eſt aūt verbena herba, quę nulla Romanę nobilitatis plus habet, auctore Pli. ea quod ſacra exiſtimetur, a Gręcis hierabotone dicitur. Alij eam periſtereon vocant, noſtri verbenam, cuius genera duo ſunt. Lege eūdem auctorem li. xxv. Naturalis hiſtorię. Seruio autem placet proprie verbenā eſſe ſacram herbā ſumptam de loco ſacro Capitolij, quę pater patratus et feciales facturi foedera, vel bellum inducturi coronabantur, quo vocabulo ſępe abutimur, vt diximus ſupra. Appellabantur verbenę ſagmina, vt ait Feſtus, vel a ſanciēdo .i. confirmando, vel quod ex loco ſancto arcerentur legatis proficiſcentibus ad foedus faciendum, bellūq; indicendum. De ſagminis Plin. hęc verba ſunt, Sagmina gramē ſignificat, ex arce cum ſua terra euulſum, quo ſemper legati cum ad hoſtes clarigatum mitterentur vſi .i. res raptas clare repetitum, vnus vtiq; verbenarius vocabatur. Placat equo Perſis radijs Hyperiona cinctum, Hyperionē alij Solem eſſe volunt, ſic dictum, quod eat ſuper terras auctore Feſto. Vnde illud eſt Statij, Ictusq; Hyperione multo Acer anhelantes incedit Sirius agros. Alij Solis patrem Titani, ac terrę filium, ſed vt plurimum pro Sole accipitur, vt hoc loco, quem Deum Titanem vocamus, vt quibuſdam placet a matre Tithea. Eum Persę colunt, vt inquit Strabo, et Mithram vocant. Quare Xerſes (teſte Herodoto) Solem veneratus eſt, antequam per pontes ſuper Helleſpontum fabricatos tranſitus fieret, ijdem Persę Soli equum immolant, vt Deorum perniciſſimo e pecoribus omnibus perniciſſimum tradant. Quod eandem ob cauſam feciſſe Meſſagetas Herodotus ſcribit. Et quoniam Sol aliquando eclyſim patitur, ideo apud Perſas in antro colitur, vbi ipſe

eſt leonis

ANT. FAN. — Ouium vſus — Cur immolabant oues — Verbena — Sagmia — Verbenarius — Hypion — Titan — Equus soli immolatur

eſt leonis vultu, et Perſico habito cū Thyara, vtriſq; manibus bouis cornua comprimens reluctātis, quarum rerū ſignificationem apud Lactantium grammaticum lector inueniet, immolabat etiā equum Marti auctore Feſto, vel ꝙ per eius effigiem Troia capta ſit, vel ꝙ eo genere animalis Mars delectari putaretur.

Quas pia Dijs ruris ferre ſolebat anus.
Quid tuti ſupeſt? animam cū ponat in aris
Lanigerumq; pecus, ruricolę boues?
Placat equo Perſis radijs Hyperiona cinctū,
Ne detur celeri victima tarda Deo.
Quod ſemel eſt triplici ꝓ virgīe cęſa Dianę,

PAV. MAR. PAnit ouis, tū primum immolata eſt, cum paſcēs verbena, e prato carpſit ſacra viſa violare, nam quę verbena a noſtris, a grecis ιεροβοτανη.i. ſacra herba dicit, qua (Plinio teſte lib. xxij.) legati cum ad hoſtes clarigatum, ideſt res clare repetitum, mitterent vſi vnus, vtiq; verbenarius vocabatur, et libro. xxv. Nulla inquit Romanę nobilitatis plus habet, ꝙ̄ hierobotanę, quam aliqui ariſtereon, noſtri verbenam vocant, hęc eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus, hac Io. menſa verritur, domus purgātur, luſtranturq́; et paulo poſt cum duo eius genera eſſe oſtenderit, Vtraq; ſortiū tur galli, et pręcinunt reſponſa, ſed magi vtiq; circa hanc inſaniunt, hac perunctos impetrare, qđ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi et reliqua. Ipſa igitur verbena arę decorabant, vnde apud Terentiū, Ex ara hinc ſume verbenas. Quinetiam vtebantur et ea Romani in patre patrato creando, vnde apud Liuiū ab vrbe condita. Fecialis erat. M. Vale. patrem patratū
De patre patrato in foederibus cū verbena
Sp. Fuſium fecit verbena caput, capilloſq; tangens. Pater patratus ad iuſiurandum. i. ſanciēdum eſt. et Plu. de eo. lxij. problemate, ipſum ſe nomen exponit. Vult enim patratum, quaſi finitum ac determinatum quiddam ſignificare, illud perfectus ſit, cui ꝯtingit ſimul, vt et pater eſſet et patrem haberet. Ouis pauit pratum, paſcens abroſit prati gramina. Improba, temeraria, aut imprudēs. Carpſit verbenas, ipſas ſacras herbas. Quas anus pia religioſa. Ferre ſolebat Dijs ruris, offerebat illis numinibus, quę ruris tutelam ſimul et agrorum habent, vt Cereri, Baccho. Quid tuti? cum igitur et boui, qui noſter eſt colonus, et oui cuius lana veſtimur, non parcatur, et quod erit illud e brutis animal cui parci poſſit, nullum quidem. Paulatiꝫ enim licentia ad omnia mactāda tranſiit. Quid ſupereſt tuti? quaſi quod animal erit iam tutum a ſacris cultris. Cum et pecus lanigerum, ouis lanata, cuius vellera nos veſtiunt. Ponat animaꝫ in aris, mactetur ad aram. Et boues ruricolę q noſtra rura colunt, et coloni noſtri ſunt boues, iō capitale erat eos interimere, At nunc heu miſeri tetricam mactātur ad aram. Placat, Persę equuꝫ Soli mactant, ea ratione quod celerrimo numini celeris ſit offerenda victima. Perſis, ipſa Perſaruꝫ regio, vel ipſi Persę. Placat Hy. cin. ra. placat Soleꝫ ipſuꝫ radiantem, qui lucem (vt Pli. īquit) rebus miniſtrat, aufertq; tenebras, hic reliq̄ ſidera occultat, illuſtrat hic vices tēpoꝝ, annuūq; ſemper renaſcētē temperat ex vſu naturę, hic cęli triſtitiam diſcutit, atq; etiam nubila humani animi ſerenat et reliqua. Equo, immolatione equi. Ne tarda victima detur cęleri Deo, hoc eſt ne tardius et pigrius animal, celeri Soli immoletur. Perſis oriētalis prouincia Carmania ſinu Perſico media, et Caſpijs terminatur. Perſaruꝫ gētem Euſtathius dictā īquit (vt alij putant) a Perſe filio Medi, vt alij a Perſe Perſei et Andromades filio. Et vt de Perſaruꝫ religione aliquid dicamus. Nec ſtatuas, nec aras erigunt, in loco ſacrificant excelſo. Cęlum Iouem putant, colunt Soleꝫ, quem Mithram vocant. Item Lunaꝫ, et Venerem, et ignem, et tellurem, et ventos, et aquam. Sacrificant in loco mundo cum imprecationibus et coronatam hoſtiam ſtatuunt. Cum vero Magus, q ſacrificio pręeſt, membratim carnes in quēq; diuiſerit, abeunt nulla parte Dijs relicta. Dicunt. n. Deū nihil velle. Persę in flumen non micturiunt, nec lauantur, nec abluuntur, nec mortuum inijciunt, nec alia quę immunda eſſe videantur. A quinto vſq; ad. xxiiij. annum diſcunt ſagittare, iaculari, equitare, et in primis vera dicere. Diſciplinarꝫ magiſtris continentiſſimis vtuntur. Qui fabulas ad vtilitatem reductas inſerunt, cum cātu et ſine cātu Deorum, et clarorum virorum facta referentes, et alia multa laudabilia de his referuntur. Nos libentiſſime hic īſerimus, quę memoratu digna ſunt.

Quare Hyperiōi imolat equus

Hyperiona, Gręci (teſte Lactantio grammatico ſuper Thebaida Pacyni) dicunt Titani et terrę filium, Soliſq; et Lunę, ac, Aurorę patrem, quoniam et in hoc errare dicor, non equidem erro. Scio enim quid dicturus ſim. Ego Lactantium adduco. Si error eſt, ille errauit nō Marſus Diodorus docet Hyperiona Saturni fuiſſe fratrem, celi et Tithee filiū. Qui Solis, ac Lunę, aliorumq; aſtrorum motus, horaſq; primum ſumma cura, obſeruationeq; ab ſe percepta cęteris noſcenda tradidit, ideoq; horum parens nominatur veluti ipſorum naturę cōtemplator. At Pompeius inquit, Hyperionem alij patrem Solis, alij ipſuꝫ, ꝙ eat ſuper terras ita appellatum putant. Poetę fere omnes Hyperiona pro Sole ponunt, vti et in pronoſticis Cice. Vt cum Luna micans Hyperionis officit orbi, Stringuntur radij cęca caligine tecti, ita hoc in loco pro Sole ponit.

Varę opiniones de Hipione

ANT. FAN. QVOD Semel eſt triplici pro virgine cęſa Dianę, Nunc quoque pro nulla virgine cerua datur, Iphigeniam, ſiue Iphianaſſam dicit Agamemnonis filiam, quam cum Gręci in Aulide immolare vellent, Diana miſerata ſuſtulit, cerua ſuppoſita, vnde tractus mos eſt, vt ei Deę cerua immoletur. Cum enim Gręci ad Aulidē veniſſent, Agamemnō Dianę ceruum occidit ignarus, vnde illa irata ventorum flatus remouit. Quare cum Gręci nauigare non poſſent, et peſtilentiam ſuſtinerent, oracula conſulta dixerunt Agamemnonio ſanguine

Iphigēia ſeu Iphianaſſa

Nunc quoq; pro nulla virgine cerua datꝰ
Exta canum vidi Triuię libare Saphęos,
Et quicunq; tuas accolit Aeme niues.
Cęditur ⁊ rigido cuſtodi ruris aſellus.
Cauſa pudēda qdem, ſed tñ apta Deo eſt.

placandam eſſe Dianam. Quo circa cum Vlyſſes per nuptiarum ſimulationem Iphigeniam adduxiſſet vt immolaretur. Illa miſeratione numinis, cerua (vt diximus) ſuppoſita tranſlata eſt a ventis in Tauricam regionem, vbi Dianę ſacris pręfecta eſt, et poſtea diuinos honores conſecuta. Vnde ait Herodotus, Dęmonem cui imolant ipſi tauri aiunt eſſe Iphigeniam Agamemnonis filiam. Hanc Lucreti. et Home. Iphianaſſam dicūt, quorū Homerus fuiſſe Agamemnoni tres filias docet, Chryſothemin, Laodicē, et Iphianaſſam. Lucretius autem inquit, Aulide quo pacto Triuię ad virginis aram Iphianaſſęo turparunt ſanguine foede Ductores Danaum. Exta canum vidi Triuię libare Saphęos, q̄ venatrix Dea canibus delectatur. Romę autem id viſum accipe, cum omne hominum genus vndiq; in vrbem conflueret, vt iam pridem in Tyberim Syrus defluxit Orontes. Et hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta. Hic Andro, ille Samo hic trallibus aut alabandis Exquilias, dictumq; petunt a vimine collem. Gręci quoq; (vt Plutarchus auctor eſt) Proſerpinę canem immolabant, ſicut Romani Gynecię, pro his qui domi naſcebantur. Quod animal etiam in purgationibus cędebant, vt idem in quęſtionibus tradit, quoddam piaculi genus circumcatulationem appellantes, Et quicunq; tuas accolit Aeme niues, perite ait, quicunq;, licet enim Aemus a multis dicatur mons Thracię, eius tamen pars in Pharſaliam porrigitur. Lucanus, Conſpexere procul pręrupta in caute ſedentem Qua iuga deuexus Pharſalia porrigit Æmus. Cęditur et rigido cuſtodi ruris aſellus, mactatur aſinus Priapo, qui poſtea q̄ e Lampſaco vrbe Helleſponti pulſus eſt ob virilis mēbri magnitudinem, vt quidam dicunt, et in Deorum numerum receptum meruit eſſe numē hortorum, quibus ob eorum foecunditatem pręeſſe dicitur. Horti.n.nunquam ſine fructu ſunt. De hoc Deo plura alias, nunc illud non ſupprimendum, aſinum qui Priapo cędi conſueuit. Quoniam (vt poeta fabulatur) clamore ſuo eius Dei obſtitit voluptati, Baccho aſſignari, quoniam ferulę (vt auctor eſt Pli.) aſinis in pabulo gratiſſimę ſunt, cęteris vero iumentis pręſentaneo veneno. Conſtat autem et Libero ferulam aſſignari.

Canis Triuię īmolatꝰ
circūcatulatio
Æmus
Aſinus mactatꝰ Priapo
Cur aſinus Priapo cęditꝰ

PAV. MAR. QVOD Semel, Dianę cerua immolatur, id inde ſumpſit initium Cum Agamēnon in Aulide Dianę ceruam ignarus occidiſſet, et ob id Diana ventos ſuſtuliſſet, habitum eſt a reſponſo, vt Agamemnonio ſanguine hoc eſt virgine filia, Dea placaret. Iphigeniā igitꝰ ex Clytemneſtra Agamemnonis filiam Vlyſſes dolo a matre tradendam Achilli matrimonio fingens extorſit, quę cum imolanda eēt miſeratione Deorum oblata eſt cerua, quę p̄ ipſa virgine immolata, Iphigenia in Tauricam delata. De quo latius in Triſtibus diximus. Ex illo igitꝰ Dianę cerua coepit im̄olari, ſed non ſolum Dianę pro virgine cerua immolabatur, verum etiam alijs. Immolabatur enim prius (vt teſtis eſt Euſebius) in Laudicia Syrię Palladi virgo, poſtea cerua imolata eſt. Quod cerua eſt cęſa ſemel Dianę triplici, quod Dianę tricipiti ceruam ſemel immolauerunt, cui pro Iphigenia ſuppoſita eſt, legitur etiā Quę. Pro virgine, loco Iphigenię virginis. Nunc quoq;, etiam hoc tempore. Datur, offertꝰ, et immolatur. Pro nulla virgine, quemadmodum tunc pro Iphigenia. Dianę triplici, q̄ Triuia, et triceps, vt ſuperius diximus. Nam eādem eſſe volunt, quę et Proſerpina. Verum Diana dicta quaſi deuiana, q̄ venantes per ſiluas errāt. Proſerpina, q̄ proſerpit ſub terras. Exta, Thraces aliqui Triuiam cane immolant, nec ab re, cū Triuię canes aſſignentur, vnde et Cerberus triceps additur, ſicut illa triceps, ſed ad hoc plura ab Aurelio referuntur. Vidi Sabeos, ita omnes legerunt, nec aduerterunt errores, cum voluerint de Sabeis Arabibus intelligi, quos nunquā poeta vidit, quo nūquam penetrauit. At cum dicat vidi, de populis quos viderit loquutum conſtare debet, nam videre eſt oculorum ſenſu percipere, de quo Ariſtoteles, Senſus, viſus multas rerum differentias nobis demonſtrat. Poeta cum accolas Æmi montis his ſimul iungat, de propinquis Æmo populis loquitur, quos prius viderit, preſertim cum in locum exilij per continentem Thracię profectus eſt, de quo in Triſtibus diximus. Emendemus ergo locum, et Saphęos dicamus, quoniam Saphęi inter Thracię populos a Plinio memorantur. Vidi ergo Saphęos Thracię populos. Et o Æme quicunq; accolit tuas niues, quaſi omnes tuos accolas, et tua niuoſa ſaxa colentes. Æmus enim mons Thracię vaſto (vt Pli. inquit) iugo in pontum procumbens, oppidum habuit in vertice Mariſteum. Libare Triuię, litare Proſerpinę. Exta canum, mactare canes ipſos, et exta libare, de extis ſuperius diximus.

Senſus e[...] viſus m[...]ta oſtendi[t]
Saphęos nō Sabeos eſſe l[e]gendum

Cęditur aſinus Priapo immolatur, hoc a poetis refertur, ſed nos compertum habemus Carmanitas Perſis finitimos propter equorum inopiam aſinis in bello vti, et aſinum Marti ſacrificare, cuius rei etiam Stra. meminit. Aſellus cęditur, feritꝰ, hoc eſt immolatur. Rigido cuſtodi ruris, hoc eſt Priapo, qui hortorum et vinearum cuſtos dicitur, de quo alij aliter ſentiunt. Nam multi fuiſſe ciuem Lampſacenum afferunt, qui ob virium membri magnitudinem ciuitate eiectus ſit, ſed demum meruiſſe ibi diuinos honores. Diodo. autem inquit antiquos fabulari Dionyſii, ac Veneris filium Priapum fuiſſe hac coniectura ductos, q̄ qui vino indulgent ſint ad Venerem promptiores. Nonnullos etiam aſſerere priſcos cum vellent pudenda occultius nominare, Priapum dixiſſe. Alij genitalia cauſam eſſe hominum generationis, Ægyptij Titanas

nas aiunt Oſiridē volis interfecto corpus in ęquās diuiſiſſe partes, hisq; domo clam elatis, partē pudendam cum ſinguli eā reſpuerēt, abieciſſe in flumen. Iſide poſtmodum vlta viri mortē Titanibus occiſis viri corpus inquiſiſſe, parteſq; repertas cū in formā hominis compoſuiſſet, ſacerdotibus tradidiſſe ſepeliendas, vt Oſiridem velut Deū colerent imperaſſe, ſola pudenda nō reperta p̄ Deo coli iuſſit, ē in templo ſuſpendi. Hunc Deum quidā Typhalū, alij Typhonem nominant, nō ſolum in vrbium tēplis. ſed in agreſtibus quoq; locis, tanq̄ vinearum atq; hortorum cuſtos colitur, fructuū fures caſtigans. Huic Deo ſacra cum riſu et ludo fiūt, hęc ex Diodo. Cauſa pudenda quidē, origo huius ſacrificij non ſine pudore eſſet referenda. Sed tamen apta Deo, quaſi cōueniens Priapi numini, et refert fabulam, vnde habuerit initium mos mactandi aſini, deſcenditq; vsq; ad. L. verſum.

ANT. FAN.

FEſta corymbiferi celebrabat Gręcia Bacchi, hęc feſta tertio quoq; anno innouari cōſueuerunt, dicunturq; trieterica. nam τριετεσ triēnium ſignificat. Quamuis cōſtet trieteridem eſſe magni anni ſpeciem, qui cōiunctis duobus vertentibus implebatur. Referebant autē Greci ea celebritate, quę apud eos fuit maxime id tēpus q̄ Bacchus dū ex India victor rediret in patriā in peregrinatione dicitur cōſumpſiſſe. Is corymbifer dr̄ q̄ hedera coronetur, cuius fructus corymbus appellatur. Dij quoq; cultores in idē venere Lycęi, Et quicunq; loci non alienus erat. Panes, et in Venerem Satyrorū prona iuuentus, bene Lycęo Panes ſubiūgit, a quo monte Pan Deus Arcadię cognomen accepit, vt alibi dicituri ſumus. Ea p̄uincia montes inſignio res habet Cyllenem, Pholoē, Lycęum, Parthenū, Męnalum, et in Lycęo Iouis Lycęi fanū. Satyros aūt Bacchi comites eſſe in libidinē pronos eorū nomē oſtendit. Putantur. n. a nonnullis dicti (vt ait Macro.) ϖαρατην σαθην, quod nomē membrum virile ſignificat. Vnde et Saturni p̄pter abſciſorū pudendorum fabulam nomē creditur accepiſſe. Et reuera nihil aliud habent hoīs q̄ figuram, teſtibus Plin. ac Diuo Hiero. Finguūturq; Bacchi comites ludi, ioci, ac riſus gratia, et q̄ vini comes libido eſt, quę ſine Cerere et libero friget, vt ait Teren. Eos Porphyrio eſſe inquit acutis auribus et oblongis, quorū qui ad Nymphęū captus traditur, ad Syllamq; perductus (vt Plutar. meminit) aſperam vocem edidit equi hinnitu, et hirci balatu permixtam.

Corymbifer Bacchus

Corymbus

Lycęus Arcadię mōtes inſignes

Satyri vn̄ dicti

Saturnus

Cur Satyri ſunt Bacchi comites

PAV. MAR.

FEſta, fabulam aggreditur, vnde ſacrū hoc habuerit originē, refertq; cauſam ad Priapi amores, nam cū multi in trietericis Dii cōueniſſent, et Deę ſimul, et cum quiſq; ſua flamma et voluptate traheretur, Priapus etiā, q̄ illuc venerat, Lotida nympham ardere coepit. noctu cum dormiētem eſſet adortus, eam aſellus rudens excitauit. indignatus

Feſta corymbiferi celebrabat Gręcia Bacchi,
Tertia quę ſolito tempore bruma refert.
Dii quoq; cultores in idem venere Lycęi,
Et quicunq; loci non alienus erat.
Panes, et ī Venerē Satyrorū prona iuuētus,
Quęq; colunt amnes, ſolaq; rura Deę.

illum Priapus imolat, et inde poſteri eiuſdem numini aſinos imolarunt. aſſignatur tamen altera cauſa imolandi aſini, quam paulo ſuperius tetigimus, cū de Cancro cęlo appoſito ageremus, nā alteri ex duobus aſinis, quos in eo loco retulimus, cū Liber humanam vocē dediſſe, auſuſq; eſſet ille cū Priapo de natura rerū certare victus, mactatuſq; eſt. Inde volunt aliq apud Lampſacū initiū ſumpſiſſe aſinorum mactationem. Tertia cā eſt quam in ſexto referemus, cū adoriens Veſtam interruptus eſt ab opere itidem aſini ruditu, quē etiam imolauit, et ea cā Lampſacenos quoq; imolare. Gręcia, Gręci ipſi ita appellati a gręco quodā rege Atticę, vt tradit Ariſto. in Meteoris. Celebrabat feſta Bacchi corymbiferi, feſta ipſius liberi patris hedera coronati, nā corymbus hederę fructus eſt, et hedera ipſe Liber coronatus eſt. Aliqui legūt racemiferi, et hoc p̄p vuas et vinū, cuius repertorem dn̄t. Qui etiam (Pli. teſte) emere ac vendere inſtituit. idē diadema regiū inſigne et triumphū inuenit. Quę, feſta. Tertia br. tertius ānus a bruma ſumēs initiū. Refert ſolito tpe, tertio quoq; āno, et brumali tpe, idē feſta ipſa dicta ſunt Trieterica, ſic dicta, q̄ triēnalia. Quę tertio quoq; āno ſumptuoſiora quotidianis orgijs agitabātur, inde trieterides a Gręcis inſtitutę, a triēnio quo peregrinatus eſt Bacchus, cū in patriam victor rediret. De quo Dio. In Indiā cū exercitu trāſcendēs, triēnio poſt multis cū ſpolijs in Boeotiā rediit. Primus oīm triūphauit elephāto Indico vectus. Boeotij, cęteriq; Gręci, Thraces quoq; in memoriā Indice expeditionis ſacra trieterica ſibi īſtituerūt. V n̄ et in multis Gręcis vrbibus quoq; triēnio Bacchides mulieres cōueniūt, apud quas de more virgines Thyrſū ferūt in honorē Dei Bacchantes, eiq; p̄ coetus ſacrificātes. Poſtremo memoriam Menadū, quę ferunt illi Deo aſtitiſſe hymnis, et cātu renouant. ſed latius alias de eo. Dij quoq;, cū in Gręcia feſta ea celebrarent, Gręca numina cōmemorat, quę eo cōuenerunt. Nā Dij Arcadū, et fluuiorū nymphę, et numina quoq; ruſtica. Dij quoq; cultores Lycęi, Dij Lycęū qui Arcadię montē īcolūt, vbi ē ſedes Panos Lycęi, a quo Lycęa ludicra, quę nos lupercalia dicimus. Nā Lycos gręce lupus eſt, de q̄bus latius dicemus in ſecūdo. Venere in idē, quaſi in eundē locū, et ad eadem feſta, aut ſimul illuc cōuenere Et q̄cunq; nō erat loci alienus, cęteri Dij qui ab eo loco nō erāt alieni, aliqui legūt, Et quicūq; meri, tūc ītelligas oēs Dij, quibus merū erat gratū. Panes, ēt venere, hoc eſt Fauni ipſi. Nā Pan et Faunus idē eſt. Hora. n. Pana Faunū dicit in Odis, Velox amoenū ſępe lucretilem Mutat Lycęo Faunus, et igneā Defendit ęſtatem capellis vsq; meis. Hūc Porphyrius in li. de reſpōſis Dionyſii famulum enarrat fuiſſe, quem cum in numero bonorum Dęmonum collocet,

De ſacris aſini varia ſunt notata

Quare dicta sūt trieterica

Quare Thyrſus datur Baccho

agricolis quibuſdam apparuiſſe cōfirmat, quos et repēte poſtea mortuos aſſerit ſic dicens, Pana Dionyſii famulum fuiſſe Apollo iſto reſpōſo ſignificauit. Nam cū nouē hoies ſimul in quodā Branchidarum agro mortui eſſent, interrogātibus quęnā necis eorū cā fuerat, ſic Apollo rńdit, Tortus Dionyſii famulus Pan, auriq; cornus. Per nemora obſcura gradiens monteſq; p altos Pinum vna atq; alia reſonans syringa terebat. Geſtabat manu multos is corpore vaſto. Proſtrauit, mortiq; viros dedit horridus ille. et Plutar. in eo libello qui inſcribitur περιτωνε κλελιπωωοτων χρηστηριων. Quem nūc diuini ingenij iuuenis, tam Gręcis q̄ Latinis lr̄is ornatiſſimus, atq; vtroq; dicēdi genere p̄ſtantiſſimus, ſimul et omni ſtudiorū laude cumulatiſſimus Hermolaus barbarus magnificentiſſimi equitis Zacharię F. me hortante latinum facit, Pana extinctū aſſerit. Quę qdem hiſtoria, q̄ memoratu digna eſt, et aliqua ex parte ad religionē noſtram pertinere videtur, nō erit a nobis ſilentio p̄tereunda, quę q̄uis ab Euſebio referat, a gręco tn̄ codice ipſius auctoris accipienus, ita. n. inquit. De morte aūt talium Dęmonū hęc accepimus ab homine, neq; imprudēte, neq; vano, Æmiliani rhetoris, quem et ex vobis ipſis aliqui diſſerentē audiſtis pater fuit Epitherſes nomine, p̄ceptor grāmatices. hic in Italiā q̄nq; nauigaturus, nauim traiectitias pecunias, mercatoreſq; multos ferētem cōſcendit. Ad veſperā vero circa Echinadas inſulas cecidiſſe ventus, nauimq; ꝓpe, Paxas delatam conſtitiſſe. Porro vigilantibus plurimis, multis vero etiam a coena bibētibus, repente voce3 auditam ex Paxis, Thamū quēdam nominatim inclamātem, vſq; adeo vt mirarent omnes. Erat aūt Thamus vir Ægyptius, et ipſius nauis gubernatorq;, neq; multis ex his qui aderāt nomine cognitus, ſemel igit̄ atq; iterum vocatū ſiluiſſe, tertio reſpondiſſe. At illum qſquis erat exteriore voce dixiſſe, cum perueneris ad paludes, nūciabis verba hęc. Pan magnus interijt. Hęc cū audiſſent narrabat Epitherſes obſtupuiſſe omnes, conſultaſſeq; inter ſe an obtēperandum, an contra negligēdum quod imperaretur. ita cōſtituiſſe Thamū. ſi ſecundi flarēt venti, p̄ter nauigādum ſilētio, ſin tranquillitas eſſet, cum ad locū deueniſſent, prodēdum eſſe quod audiuiſſent. Cum igit̄ ad paludes ventū eſt, et nauis nec aura vehi, nec fluctibus poſſet, proſpicientem in terram Thamū, e prora pronunciaſſe quę accepiſſet, hoc eſt Pan magnus interijt. Quę verba vix edita, vlulatu ingenti non vniuſmodi, ſed multorū miraculo quodam excepta gementiū, ſimulq; admirantium. Quę res, vtpote multis pręſentibus geſta celeriter Romam allata, diſſeminataq; eſt. Thamum vero ipſum a Tiberio Cęſare acerſitum, adeoq; adhibuiſſe fidem facto Tiberiū, vt ſciſcitaretur et quęreret de Pane, quēnam Deum intelligi oporteret. Coniectaſſe autem conſultos ab eo frequentes philoſophos eum eſſe, qui ex Mercurio et Penelope natus eſſet. hęc ille. Verum Euſebius et hęc ſimilia accidiſſe refert ad illud Tiberij tēpus, quo quidem tempore Saluator et dominus noſter cum hoībus conuerſatus, omne Dęmonū genus ab humana vita depulit. At alij religionis noſtrę viri ſanctiſſimi aſſerunt eam vocem auditam e Paxis ea nocte, quę ſecuta eſt paſſionis Dominice diem xix. anni Tiberij, quo quidē Chriſtus paſſus eſt. Qua voce miraculo quodam ex ſolitudine deſertorū ſcopulorum edita nunciabat illud Dominum. ſ. et Deum noſtrū paſſum. Quid. n. Pan ſignificat, niſi totum. Sic totius et vniuerſę naturę Dominus paſſus erat. An de Dionyſii famulo, q tot ſęculis Troiana tempora p̄ceſſerat, vox illa eſſet elata. Nec me terret Cice. dicēs ſępe in p̄lijs auditos eſſe Faunos, et in rebus turbidis veridicas ex oculto voces emiſſas, quoniam et poſt aduētum Domini legimus in ſacris lr̄is monſtra quędā partim humanam effigiem, partim ferinam referentia in remotiſſimis nemoribus reperta, hos illi Faunos putauerunt, nos vero de Pane agimus, de quo multus apud Theodoſium, cū dicat hunc Deum Arcades colūt appellantes τον τησυλησηριον, nō ſiluarum dominum, ſed vniuerſę ſubſtantię materialis dominatorē ſignificari volentes. Cuius naturę vis vniuerſorum corporum, ſiue illa diuina, ſiue terrena ſint, componit eſſentiam, et pluribus ille proſequitur. De vi huius numinis, quam licet ad Solem referat. tamen ſiquis diligenter aduertat altius myſteria tendunt. Sed iam ſatis ſit, ad rem noſtram redeamus.

> Venerat et ſenior pando Silenus aſello,
> Quiq; rubro pauidas inguine terret aues.
> Dulcia qui dignum nemus in cōuiuia nacti
> Gramine veſtitis accubuere toris.

Et iuuentus Satyrorum prona in Venerem, Satyri, qui a natura ſunt libidinoſi, ipſaq; verbi vis libidinoſos indicat, et a Satyris Satyrion herba, quę cōcitatricem vim hēt libidinis. Satyri Bacchi comites ſunt, duxiſſeq; eos ſemper traditur, qđ eorum opera in ſaltatione plurimum oblectaret, et quorū riſu ac ioco vitā omnē felicē traducebant. Hi ſunt (vt Pli. inquit) ſobſolanis in montibus Indorū animal perniciſſimū tanq̄ quadrupedes, recte tn̄ currentes humana eius effigie, ꝓpter velocitatem niſi ſenes aut ęgri nō capiūtur. Et Deę quę colunt amnes et ſola rura, venere aūt ad ſacra Trieterica nymphę fluuiorū, et fontium, et Deę ruſticę, quę et agris et nemoribus pręſunt. hoc oñdit veniſſe Naiadas, et Napeas. Venerat et, venit etiā Silenus, itidem et Priapus, de quo diximus. Silenū autem nutritiū fuiſſe Bacchi dn̄t, et eū ſemper ſecutū, de quo Dio. inquit. Secutus eſt ipſum Silenus quoq; pędagogus, ac nutritor, optimorūq; inſtitutor ſtudiorū, qui plurimū Diony. ad virtutem, ac gloriā, reſq; bellicas profuit, et alia loco dixerat Silenū regē, ſed alterū ab hoc oñdit his verbis. Dn̄t inſuper ſubſidium ei tuliſſe Niſeorū nobiliores, quos a primo eorū rege Sileno, eius autē propter vetuſtatē ignotū eſt genus, Silenos vocant.

Pana Dionyſii famulus fuit ex reſponſo Apollinis

Opus Plutarchi tráſlatū ab Hermolao barbaro

Faunos cognouiſſe paſſioné domini nr̄i Ieſu Xp̄i

De Dijs ſilueſtribus

VENErat

ANT. FAN.

VENErat et ſenior pando Silenus aſello, ipſe alibi. Ebrius ecce ſenex pādo Silenus aſello vix ſedet, et p̄ſſas continet arte iubas. Hic ſenio cōfectus, et Bacchi (vt aiūt) nutritor eū ſequitur, q2 vinū eſt lac ſenis. Sane pādum curuū dicimus, vn̄ pandas naues vocamus. Quiq; ru. pa. in. ter. au. periphraſis eſt Priapi Hortoꝝ Dei, qui aues abigit. Vina dabat Liber, tulerat ſibi quiſq; coronam, omnia ſunt irritaméta libidinis, improbat tamen vſus coronaꝝ a Pli. q̄ capiti noceant.

Vina dabat Liber, tulerat ſibi quiſq; coronā.
Miſcendas large riuus agebat aquas.
Naiades effuſis alię ſine pectinis vſu,
Pars aderat poſitis arte manuq; comis.
Illa ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat,
Altera diſſuto pectus aperta ſinu.
Exerit hęc humeꝝ, veſtes trahit illa ꝑ herbas.
Impediūt teneros vincula nulla pedes.
Hinc alię Satyris incédia mitia prębent,
Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
Te quoq; inextinctę Silene libidinis vrunt,
Nequitia eſt, quę te nō ſinit eſſe ſenem.

PAV. MAR.

VENErat Silenus ſenior, q2 iaȝ grādęuus. Pando, hoc eſt curuo. Aſello, aſellus. n. erat eius vector. Et qui terret aues pauidas, et priapus quoq; venerat vineaꝝ, ē hortorum cuſtos, vn̄ exterritas aues pellit.

Rubro inguine, mente parua, ſed in turpibus nō eſt imorandū. Dulcia, Dij quos retulimus nacti et loci, et t̄pis oportunitatē ad celebre cōuiuiuȝ conuenire, gramineiſq; toris accubuere. Et ſiqs aduertat quę a Gellio ex ſnīa Var. in cōuiuio requirennda referunt, omnia hic inueniet. Quatuor. n. ſunt, locus idoneus, cōgruum tēpus, res ſplendidę, belli homunculi. Hic vero nemus dignuȝ, Trietericorum tempus, Deoꝝ dapes, et nymphę miniſtrę. Qui Dij nacti, inueniētes, ſeu habentes per occaſionē.

De ſordie ꝯuiuioꝝ

In dulcia cōuiuia, et ob id magis dulcia, q2 Dij cum Deabus. Nemus dignū, accomodum et cōueniens his numinibus. Accubuere, coſcendentes coenauere. Toris veſtitis gramine, toris gramineis, nō. n. erat humus tapetibus ſtrata, nō villoſa mantilia parata, ſed mēſę graminibus ornatę, nam in humo graminea coenitabant. Vina, Bacchus vinum ſuggerebat, et lymphā riuulus, coronaq; ſedebant. Liber, Diony, ſeu Bacchus Liber pater appellatus, q̄ Boeotię vrbes liberas fecit, vt multi volunt. Vnde Diod. inquit, In Boeotia iuſſit in gratiam patrię omnes vrbes liberas eſſe ciuitate ſui nominis cōdita, quam et liberā pronunciauit. Plutar. vero. ciiij. proble. ita inquit, Cur Dionyſium Liberū patrem vocant. An q̄ bibentibus libertatis cauſa ſit, fiunt. n. pleriq; petulantiores. An q̄ liberationem p̄buit. An ſicut Alex Liber dicitur, q̄ pro Boeotię libertate pugnauit, Diony. Liberuȝ dictum fuiſſe putandum eſt. Liber dabat vina, ſuggerebat vinum accūbentibus. Quiſq; tulerat ſibi coronam, vnuſquiſq; ex illis Dijs tulerat ſibi cratera coronatū, vt vina hauriret. De poculo enim ego potius intelligendum putarē q̄ de corona capitis. Nam inepta eſſet cōtinuatio a vinis ad coronam. Sed ſi illud magis p̄bas intellige eos coronatos bibere. Riuus agebat large miſcēdas aq̄s, quaſi ſuggerebat riuulus aquas, quę vino immiſcerentur ad euitādam ebrietatē. Primus autem, qui vinum aqua miſceri docuerit, Staphilus Sitheni filius traditur auctore Plin. Sed de huiuſmodi potu ſic Diod. inquit. Aiūt cum puruȝ in coenis vinum datur, oēs Deum ſoſpitem optare bibēti. Cuȝ vero poſt coenā aqua mixtum ſumitur, Ionē vocari ſaluatorem. Naȝ puri vini potus ad inſaniam redigit. Aqua Ionis mixtus voluptatem, letitiamq; affert, et prohibet inſaniaȝ.

Staphilus Stheni filius primus docuit miſcere aquā cuȝ vino

Naiades, aderant (vt diximus) nymphę Dijs accumbētibus miniſtrantes. Sed cū alię paſſis, alię compoſitis crinibus eſſent, alię aliqua parte corporis detecta, cū membra illa candentia, et omni ex parte pulchra libidinis furor Dijs incutiebatur, et alius alia forma pungebatur. Aderant Naiades, Deę fluuiorum a ναω fluo. Alię effuſis comis ſine vſu pectinis, alię crinibus paſſis et impexis, nō enim pectine crines diſpoſuerant. Pars, ipſarum Naiadum, quaſi alię nymphę. Aderant comis poſitis, pro compoſitis. Arte et manu, per endyadin hoc eſt artificio manus, aut manu artificioſa. Coma (vt aliqui volunt) mulierum eſt, et detorquent a κωμευω, quod eſt orno. alij deducunt a κοπτω, quod eſt incido, et tunc eſſet virilis, q2 viri incidunt ſibi capillos. Illa, alia nympha.

Coma vnde

Collecta tunica, habens veſtem collectā. Super ſuras, ſuper crura. Miniſtrat, dapes et vina coenantibus. Tunica (Marcello teſte) eſt veſtis longa ſine manicis. Surę autem ſunt poſteriores tibiaruȝ partes, ſed interdum pro cruribus ipſis accipiunt. Hora. in Odis, Brachia, et vultuȝ, teretesq; ſuras Integer laudo. et Virg. Suras vincire cothurno.

Surę q̄d

ANT. FAN.

DISSVto pectus aperta ſinu, diſſuta et ſoluta veſte qua pectus tegit, q̄uis ſinus et alia ſignificet. Incendia mitia, libidinis ſtimulos, quā Vale. Ma. blādum malum vocat. Pars tibi q̄ pinus tempora nexa geris, Faunum dicit. vt, Corniger umque caput pinu pręcinctus acuta Faunus. Propertius. Fagus et Arcadio pinus amata Deo. Idem et Pan dicitur. Nequitia eſt quę te non ſinit eſſe ſenem, Donatus nequitiam proprie ait eſſe libidinoſam inertiam, ſic dictam, q̄ nihil queat, nulliq; rei apta ſit. Sic et nequam hominem dicimus (auctore Capro) nō malum, ſed inutilem, eumq; vt A. Gel. ſcribit, qui nihil eſt, et neq; rei, neq; frugis bonę. Cicero, Temperantię inquit proprium eſſe motus animi appetentis regere et ſedare, ſemperq; aduerſantem libidini moderatam in omni re ſeruare conſtantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur. Eam Q. Claudius in primo annalium appellauit luxum vitę prodigum, et effu/

Incēdia mitia
Malum blādum
Faunus
Pan
Neq̄tia
Nequaȝ

At ruber hortorum Deus,& tutela Priapus
Omnibus ex illis Lotide captus erat.
Hanc cupit,hãc optat,ſolam ſuſpirat in illã,
Signaq; dat nutu,ſollicitatq; notis.
Faſtus ieſt pulchris,ſequiturq; ſupbia formã.
Irriſum vultu deſpicit illa ſuo.
Nox erat,et vino ſomnum faciẽte,iacebant
Corpora diuerſis victa ſopore locis.
Lotis in herboſa ſub acernis vltima ramis,
Sicut erat luſu feſſa,quieuit humo.
Surgit amãs,animãq; tenẽs veſtigia furtim
Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niueę ſecreta cubilia nymphę,
Ipſe ſui flatus ne ſonet aura,canet.

ſum. Omnibus ex illis Lotide captus erat, hęc
Lotis nympha pulchrę foeminę ſunt ſuperbę
nympha eſt de qua Ouidius alibi. Lotis ni hanc nymphę fugiens obſcoena Priapi, Contulerat verſos ſeruato nomine vultus. Hęc cum amataȝ Priapus perſequeretur miſeratione Deorum cõuerſa eſt in arborem Loton, ex qua optime fiunt tibię vt infra dicemus. Faſtus ieſt pulchris,ſnia color rhetoricus.

PAV. MAR.

ALTEra, nympha miniſtrat. Aperta pectus, habens nudatum pectus. Diſſuto ſinu,ob diſſutam veſtem. Nam hic ſinus pro veſte ponitur, vti apud Virgi. Sinus collecta nitentes. Interdũ pro velis, vt eſt illud Iuue. Totos pandeſinus, et pro curuato littore,et mari,quem Gręci κολπον vocãt, etiam et pro oculorum curuaturis, vt eſt illud, Hęc affata ſinuȝ lachrymis impleuit obortis. Exerit hęc humerum,denudat alia candentes humeros. Et erãt hęc omnia libidinis incitamenta. Illa trahit veſtes per herbas,alia ad ſplendidorem cultum, maioremq; luxuriam trahebat incendens longam veſtem. Nulla vincula,nulli calceorum laquei.

Impediunt,alligant. Teneros pedes,omnes.n. ſine calceis incedebant. Hinc,ex hac ratione,quia ita miniſtrabant. Alię pbent incendia mitia Satyris,incutiunt dulces amoris ac libidinis ſtimulos ipſis libidinoſis a natura Satyris. Pars, quaſi alię nymphę pbent.s.incendia. Tibi,o Pan.

Qui geris tempora nexa,ligata. Pinu, qui geris caput pinu coronatũ,et periphraſi Pana oſtẽdit,nam pinu coronatur. Te quoq;,tc. Vrunt, illę nymphę. O Silene libidinis inextinctę,libidinis inſatiabilis,et quę nullo tempore extingui poſſit. Nequitia,ipſa laſciuia eſt. Quę non ſinit, non permittt. Te eſſe,te videri. Senem,nequitia.n.eſt et laſciuia,et ſunt ipsę blanditię,et blandi geſtus,quibus ad libidineȝ homines magis incenduntur. At ruber,ex his qui aderant alius alia forma tangebatur. Priapus tamen ſola ardebat Lotida. Nota eſt fabula,et in Metamorphoſi delibata,Lotõ.s.nymphaȝ Priapi obſcoena fugiẽtem,

Lotis nympha Lotophagi ppli in Africa

in arborem ſui nominis conuerſaȝ fuiſſe, de qua multa a Plinio referuntur,et de eius ſuauiſſimis fructibus, a quibus in Africa Lotophagi dicti, et vnde auelli nõ poterant Vlyſſis ſocij. Hic vero poeta non Loton, ſed Lotida appellat. At Priapus ruber,a rubris inguinibus rubrum dicit. Deus et tutela hortorum,qui hortos tuetur. Ex omnibus illis,ex omni illarum numero. Erat captus Lotide,Lotidos amore. Hanc, Lotida. Cupit hanc,optat et diligit eam ſibi ſolam amandam, et ſolam cupit. In illam ſolam ſuſpirat,ſuſpiria trahebat, ita vt aperte fateretur amorem. Et dat ſigna nutu,nutibus amorem indicat. Et ſollicitat notis, ſtimulat et angit illam omnibus ſignis. Faſtus,loquitur poeta ex ſententia, pſtantes forma inſolentes eſſe. Sic et Lotis erat, quę miſerrimum illũ deridebat. Faſtus, ſuperbia. Ineſt pulchris,eſt in formoſis.

Et ſuperbia ſequitur formam, nam omnis forma ſuperba. Faſtus proprie eſt indigna ſuijpſius per ſuperbiam exiſtimatio.

Illa,Lotis. Deſpicit,contemnit illum.

Irriſum, quem irridet. Suo vultu, ocu Nox vinilis et ore. Nox erat, et amor iam erat nox,et quiete non hĩti ſeſe omnes tradidere, moderare,pręſertim cum epo bile tum quoq; vinum vrgeret. At vltimo loco requieuit Lotis, non mero victa, ſed luſu feſſa, et ex hoc duplex Priapo datur explendę voluptatis occaſio,et nocturnę tenebrę, et corpora dormientia. Erat nox quę tenebris cęlatura facinus audacem iuuabat, vnde et i li. ad Corinnam. Nox et amor, vinumq; nihil moderabile ſuadent, Illa pudore vacat, Liber,amorq; metu. Corpora victa ſopore,quaſi ſomno correpta. Vino faciente ſõnum, ipſo epoto mero propter fumoſitatem ex immo ad cerebrum aſcendentem ſomnum concitante.

Iacebant diuerſis locis,per diuerſa loca.

SVB Acernis vltima ramis, acer cum arborem ANT. FAN.
ſignificat primam corripit, vt ab eo deriuatum acernus, cum eſt adiectiuum eam producit. vt, Acer
Acer et indomitus libertatiſq; magiſter. Corpus li. in her. vi propria ſuſtinebat ne dormiens nympha expergiſceretur. Helleſpontiaco victima grata Deo, ad Helleſpontum vrbs eſt Priapus Lãpſacus
dicta a Priapo, qui ibi colebatur,item Lampſacum,ſiue Lampſacus (vtrunq;.n.dicitur) Priapi patria vnde pulſus eſt,quę vrbs quondaȝ inſignis fuit,et auctoribus Plinio, et Strabone Pytiuſa vocabatur. Intactę fueratis aues ſo.ru. non videbantur aues mereri vt mactarentur,cum ſoleant Cur aues mactãt
aures hominum dulciſſimis cantibus oblectare, et maxima earum pars ſit innocua, ſed ideo cęſę ſunt ꝙ in auſpicijs ſiue augurijs Deoruȝ mentes, et ſecreta detegunt.

LOTIS Vltima,quia poſt omnes alios. Feſſa, PAV. MAR.
defatigata. Sicut erat feſſa luſu,ita vt erat feſſa, quia per diem choreis et luſibus incubuerat, nam Bacchi feſta luſu, riſuq; abſcluuntur. legitur etiam ludo. Quieuit, quieti ſe dedit.

In

Et iam finitima corpus librabat in herba,
Illa tamen multi plena ſoporis erat.
Gaudet, & a pedibus tracto velamine, vota
Ad ſua felici coeperat ire via.
Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus
Intempeſtinos edidit ore ſonos.
Territa cõſurgit nymphe, manibusq; Priapũ
Reijcit, & fugiens concitat omne nemus.
At Deus obſcoena nimiũ quoq; ꝑte paratus
Omnibus ad Lunę lumina, riſus erat.
Morte dedit poenas auctor clamoris, & hęc ẽ
Helleſpontiaco victima grata Deo.
Intactę fueratis aues ſolatia ruris,
Aſſuetum ſiluis, innocuumq; genus,
Quę facitis nidos, & plumis oua fouetis,

In herboſa humo, in tellure graminea. Sub ramis acernis, ſub arce arbore, et in hoc pudicitia, et continentia illius oſtenditur, nam non ante, ſed poſt alios requieuit, non epoto vino ſicut cęteri, ſed feſſa luſu correpta ſomno. Surgit amans, nactus hanc noctis et ſoporis occaſionem Priapus ſurrexit, et ne anhelaret ſpiritus comprimens ſine vllo ſtrepitu ad eam delatus, ſe quoque humi ſternens, eleuata veſte dormientem adortus eſt, remq; agere coepit. Surgit amans, Priapus. Et tenens animã, comprimens ſpiritus, nẽ flatus aut ipſa ſpiratio ſentiretur, naȝ ανεμωσ euẽtus eſt. Fert furtim, clam. Veſtigia tacita, quaſi ſine vllo ſtrepitu ne ſentiretur. Gradu, ipſo inceſſu. Suſpenſo, retento. Digitis, quaſi ſuſtinens ſe erectum digitis tacitus incedebat. Vt tetigit, poſtquam attigit. Cubilia ſecreta, ab alijs ſemota. Nymphę niueę, candentis et pulchrę. Cauet ipſe Priapus.

*Amãtis audacia*

Ne ſonet aura ſui flatus, cauet ne ſpirando et reſpirando ſpiritus eius ſentiatur, et dormientem excitet. Et iam librabat corpus in herba finitima, propinqua et iuncta Lotidi. Librabat dixit, quia leuiter ſua ui ſuipſum ſuſtinens, et apud illam ſeſe collocabat. Inde apud Luca. Librati pondera cęli, quaſi ſua vi ſe ſuſtinentis. Tamen illa, Lotis.

Erat plena multi ſoporis, nam altius et vehementius dormiebat, nec aliquid ſentiebat. Gaudet amans, ꝙ illa ita dormiat. Et tra. velamine a pedibus, eleuata tunica illius ab imis pedibus, vsq; ad optatum amoris ſacellum. Coeperat ire ad ſua vota, ad ea quę potiſſimum cupiebat, hoc eſt adoptatos ex arbore legendos fructus. Felici via, nam iam femur femori, et clauem ferę admouerat. Felici dixit, nam dulcia et felicia ſunt quę furtim ſurripiuntur. Sed nimium hic poeta laſciuit. Ecce, erat iam voti compos Priapus, ſed inopinato caſu ab incepto reuocatur. Rudens enim aſellus Sileni nympham excitauit. Ecce, particula hęc plerunq; aliquid noui indicat. Ecce aſellus uector Sileni, qui Silenum vehere ſueuit, vector autem vehenta, et interdum qui vehitur ſignificat, vt alias et ſępe diximus, et in Æneide Honoratus ipſe teſtatur. Rudens, ruditum emittens. Rudere enim aſinorum eſt, vt rugire leonum vlulare luporum. Edidit, emiſit. Ore ſonos intempeſtinos, non temporaneos, non ſuo in tempore, et cum non eſſet ille perturbandus. Nymphe, Lotis, nam nympha et nymphe dicitur. Territa, duplici quidem cauſa, et aſello rudente, et prouinciam occupante Priapo. Conſurgit et reijcit Priapum manibus, nam e manibus, e femore femur excuſſit, et illum longe ab ſe impulit. Et fugiens concitat omne nemus, commouet et excitat clamore omnes, qui in nemore erant. At Deus, diximus Bacchi feſta luſibus, et riſibus abſolui. Seruauit et hoc poeta, vt riſu et ioco feſta hęc abſolueret, et magno quidem artificio, cuȝ cauſam Dijs ridendi dederit, paratum videntibus ad oppugnanda oppida Priapum. At Deus, Priapus. Nimium quoque, nimium etiam nũc cũ reiectus. Paratus obſcoena parte, hoc eſt ipſo erecto inguine. Erat riſus omnibus Dijs ſcilicet qui aderant nam omnibus riſum mouit. Ad lumina lunę, cum per lucem Lunę videre omnes poſſent.

*Rudere ẽ ꝓprie aſinorum*

Morte, ob illud facinus, qꝛ nympham excitarat, aſellus mactatus eſt, et inde Lampſaceni accepere morem aſini Priapo mactandi. Auctor clamoris, aſellus Sileni rudens, et qui cauſa fuit, vt illa quoq; territa clamaret. Dedit poenas morte, ſupplicio affectus eſt. Et hęc vi. aſini immolatio eſt. Grata Deo Hel. Priapo Lampſaceno, a Lampſaco vrbe, quę eſt in littore Helleſpõti, in ora Aſiatica Priapi patria. Helleſpontus dictus ab occaſu Helles ſororis Phrixi, fretum illud eſt anguſtuȝ ab Ægęo in Propontidaȝ, et vbi ſunt illę anguſtię ſeptem tm̃modo ſtadijs Aſiam ab Europa diuidentes, et illic a nobis feliciore tꝑe ſępe cũ turcis pugnatum eſt. Intactę, ſęuitũ iã fuerat in q̃drupedes, ſed adhuc humanũ genus ab auibus manũ cõtinuerat, qđ et ruricolis magno eſſent ſolatio, et in ſiluis verſatę nocerent nemini, q̃ nidificãt, pariunt, ẽ enutriunt foetũ, replentq; oĩa cãtu ſuauiſſimo, in quo nõ mediocris eſt eaꝝ cõmendatio, et ab innocentia, et ab iduſtria, et a voluptate, quã oĩbus ꝯferunt, nihil tñ iſta ꝓfuere, qꝛ cũ altius datũ ſit illis euolare, putarunt Dij ſua de rebus humanis ꝯſilia ab auibus ẽ ꝑcipi et mortalibus q̃ȝ referri, qđ tũc deꝑhenſuȝ, cũ tã ab eaꝝ garritu, q̃ ab aſpectu mortalibus futura ꝓnunciarent. Tunc deniq; ea rõne coepere et ipſę dijs ſupis ĩmolari. O. a. fue. ita. q̃ſi a nemine Dijs ipſis imolatę. Solatia ru. ꝑ appõnẽ quę ruricolis ſolatia ꝓbetis. Genus aſ. ſil. et inno. vos aĩalium genus ſiluas ĩcolentiũ, et nulli noxiũ.

*Helleſpõtus*

Quę fa. ni. q̃ nõ alioꝝ ope, ſed domũculas vobis vos ipſe fabricatis. Et fo. oua plu. icubatis ouis, ẽ in his ꝯceptum ſouetis, et editũ pullum enutritis.

Et facili dulces editis ore ſonos.
Sed nihil iſta iuuant, q: linguę crimen hētis,
Dijq; putant mentes vos aperire ſuas.
Nec tñ hoc falſum, nā Dijs, vt pxīa queq; eſt,
Nunc penna veras, nunc datis ore notas.
Tuta diu volucrū proles, tum deniq; cęſa eſt,
Iuuerintq; Deos indicis exta ſui.

Et editis, emittitis aut effunditis. Ore facili, ore benigno. Dulces ſonos, cantus ſuaues. Sed iſta, a quibus cōmendationē, laudēq; meremini. Nihil iuuant, nulla ex parte pſunt. Quia hētis crimen lin. q: eſtis paulo loquaciores.

ANT. EAN. Dijs vt pxima queq; eſt, vel altius volans ac cęlo adhęrens, vel Dijs dicata, vt aquila Ioui, columba Veneri, coruus Apollini. Quę aues vident accipe ab ijs qdam quaſi ſcientiam futurorū. Nūc penna veras, nūc datis ore notas, pēna et volatu aues ppetes futura pnunciant, oſcines cātu. Auguria ex auibus primum cōperta dicuntur a Cara rege, teſte Pli. ex quo Caria regio nomen accepit. Vrit in calidis alba colūba focis, Deę candidę ac venuſtiſſimę alba columba mactatur ipſa ſilitudine placitura. Vnde illud eſt Propertij. Sed cape torquatę genus o regina columbę, Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos. Virgi. Maternas agnouit aues. Delectatur autem Venus huius auis holocauſto, vt Lactan. grāmaticus tradit, hac de cā. Cum Venus et Cupido laſciua contentione certarent vter plures ſibi flores colligeret, et Cupido alis adiutus Venerē ſuparet, Periſtera nympha accurrit, et adiuuando Venerem ſupiorē effecit, indignatus Cupido mutauit eam in auē, quā Gręci periſterā appellant. Venus aūt vt honore pęnam minueret columbā in tutelam ſuā eſſe mādauit, ſed (auctore Ser.) hęc auis pp̄ter frequentem foetum et coitū Veneri ꝯſecrata eſt, cui mactat vt diximus. Martia. Ne voles teneras pręduro dente columbas, Tradita ſed Gnidię ſint tibi ſacra Deę. Eadem auis et pauo amici ſunt teſte Pli. vt turtur et pſitacus, merula et turdus, cornix et ardeola. Oui. alibi, Et varijs albę iungunt ſępe columbę. Viui aūt annis octonis, cum palūbos inguina tardātes ad triceſimum annū pueniant, et eo amplius adeo fructuoſum eſt Venerem detractare. Vñ qdā non improbant noſtrum illud epigramma. Exhaurit venas et Leſbia vare crumenam, Demens cui gemino ſanguine conſtat amor.

Prepetes aues. Oſcines aues. Auguria ex auibus. Caras a quo Caria. Columba mactat Veneri. Periſterę mutatio in columbam. Cur columbę ſunt ꝯſecratę Veneri.

PAV. MAR. ET Dij putant vos aperire mentes ſuas, putāt Dij vos archana eorū ꝯ illa referre, quę diuina mēte pceperint. Nec tñ h eſt falſū, ſed verū, q: aperitis Deorū mentem. Nam vt queq; pxima Dijs, vt quęq; vrm eſt Dijs ppinquior, q̄ cęterę aiantes, cus vos aera et illi cęlum colant. Nunc datis veras notas, vera futurorū ſigna. Penna, volatu. Nūc ore garritu, ſic auſpicium et garritū expſſit, de quo ſupius. Sunt aūt aues, aut ppetes, aut oſcines, illę volatu, hę cantu futura pnunciant. Proles volucrū tuta diu, ipſę aues, q̄ diu fuerant ab inſidijs tutę. Tunc deniq; cęſa. tunc tandē imolata, cū ab ipſis auguria captare coepiſſent hoies. Auguria ex auibus primū inueniſſe Carā oñdit Pli. a quo Caria appellata. Adieciſſe ex cęteris aiantibus Orpheū

De auſpicijs oſcinis ē garritu ē inuentoribus

Haruſpicā dicit, et Delphū igni ſpicam, et Amphiaraum auſpicia auiū. Sed Tireſię Thebano interpretatio oſtentorū aſcribit, Somniorū vero Amphitrioni. Exta ſui indicis, inteſtina auiū Deorū mentes indicantiū. Iuuerunt, delectarunt Deos, q: placuit imolatio auiū. Ergo ſepe, ob eam cauſam, quam retulimus mactari cęperunt aues, imolata quoq; eſt columba, qd eſt grauius eſſe debuit, qm mite aial et felle carens. Adde qd Syri colūbas p Dea colunt, vt Diodo. ingt. Cum fabulētur qdam Semiramidē in columbā fuiſſe pueſam, hoc tñ illi non pdeſt. Adde et aliā rōnem. Dicunt. n. aliq (vt Iginius teſtis eſt) piſces in Euphrate amne ouū inuentum in ſiccū deieciſſe, et inde columbā exiſſe, quę Venus credita eſt, quā volitare per vrbes Syrorū ferunt, a cuius volatu futura captant haruſpices. Ergo, pp eam cām, vt ē illud Virg. in. vi. Ęnei. Illius ergo venimus. i. cā illius. Alba colūba coniux, quę velut ꝯiugij lege mari iungitur, nam vt. et Pli. ingt. Et pudicitia illis prima, et neutri nota adulteria, ꝯiugij fidem nō violant. cōemq; ſeruāt domū, niſi cęlebs aut vidua domū non relinqt, et iperioſos mares ſubinde et iniqs ferunt, qppe cū ſuſpitio eſt adulterij, quis nā nō ſit. Sępe abducta, abſtracta. Suo marito, a ſuo columbo. Vrit, et imolat, et torret, ſeu crematur. In ca. fo. ad ignē, focus p loco vbi fit ignis, et pro aris et p ipſo igne ponit. Fit. n. ex colūba holocauſtum. Dicimus. n. holocauſtū victimam, quę tota aduritur, et qm multa de rōne hoꝝ ſacrorū dicenda erant reſeruauimus i hūc locum in quo de beſtiarū ſimul, et volatiliū imolatiōe diceremus. Apollo de cultu et ſacrificijs Deorū ſic per verſa hoies iſtituit. Hęc age qui nuta diuorū ingreſſus amice, Huius iter vitę mactanda eſt hoſtia cunctis Multa Deis, ſeu q terrā, ſeu q mare vaſtū, Aera ſeu q habitant latum, ſeu qui ęthera, ſeu qui Alta colunt cęli, ſeu qui infima regna barathri, Quę qbus obſeruāda modis ſint ſingula dicā. Tu memori ꝯſcripta aīo mea dicta teneto. Terna qdem diuis cęleſtibus hoſtia, et ipſa Candida mactāda eſt, terna et terreſtribus, atq; atra eadē gaudēt porro et capiunt apertis Terreſtris aris, foueas cum numina ꝯ. Expoſcāt atro ibutas inferna cruore, Nec placeat, niſi q terrę mandet humana Hoſtia, mel vero nymphę, atq; liquentia vina Offerri lętantur, at ignem accendi ex aris Quę circumuolitant terram ſibi numina quęrunt, Imponiq; atrus corpus, tū thura, ſimulq; Inijcier falſas fruges et dulcia liba. Hęc facito, verū qbus eſt data cura pfundi His ipſo ſemp ſer ſacra in littore, totū Proijciesq; in fluctus aial, cęleſtibus aūt Extremas reddes ptes; atq; igne cremabis. Qđ ſup eſt, ppone tibi, dapibuſq; reſerua. Sudet odoratis, craſſiſq; vaporibus aer. Hoc aūt Apollinis oraculum Porphyrius in libris reſpōſorum ita exponit, Cum igit

Semiramidē in colūbam verſam ē fabuloſū ex Diodoro et Iginio

Apollo de cultu et ſacris Deorū

Ergo ſępe ſuo coniux abducta marito
Vritur in calidis alba columba focis.
Nec defenſa iuuãt Capitolia,quo minus anſer
Det iecur in lances Inachi laute tuas.
Nocte Deę noctis criſtatus cęditur ales,
Quod tepidum vigili prouocet ore diem.

De holo/cauſto cuʒ igitur et terreſtres,et inferni Dij ſint,omnibus
iſtis atras quadrupedes offerendas iubet. Modus
autem differt,naʒ terreſtribus quidẽ ſuper aras.in
fernis aũt in foueis mactandas eſſe hoſtias p̃cepit.
Aeris aũt volatilia dicit offerenda corporibus,ho/
locauſtis,et ſanguine ad araʒ circũducto, volatilia
etiam marinis.ſed vi/
na in fluctibus proij/
cere mandat,ita om/
nibus Dijs p̃ter q̃ terre/
ſtribus volatilia im/
molari poſſunt. Sed
maritus ſolũmodo
nigri coloris volati/
lia.Quare cęteris albã
offerenda ſunt.Cęleſti
Quę aĩa/lia come/debãt i.ſa/cris, et q̃ non bus vero et ęthereis beſtiarum,quas albas eſſe vult
extremitates ait conſeruandas, reliquas aũt partes
comedendas.Ex his.n.ſolũmodo comedere opor/
tet.Ex alijs vero minime.Ita quadrupedes et terre
ſtres terreſtribus ſacrificandę ſunt.Simili nãq; ſi/
mile gaudet.Ouis porro terreſtre animal eſt,et ic/
circo Cereri gratiſſimum,atra vero,q2 et terra na
turaliter tenebroſa.Tres aũt ſimul,quoniã terreſtris
corporis tria ſunt symbola et ſuper aras terreſtri/
bus,qm̃ ſuper terraʒ verſant.Cęteris vero Dijs iccir/
co volatilia ſunt offerenda.quoniã vniuerſi mouẽ
tur.In motu.n.ſemper maris aqua eſt,cuius atrę
ſunt hoſtię,qm̃ et cęruleus color aquarum. Alba
vero aeris.Lucis.n.receptiuus aer eſt.cęleſtibus aũt
atq; ęthereis extremitates dat cõſecrandas,quoniaʒ
leniores reliquo corpore ſunt,quoꝝ ſacrificijs cõi/
care oportet,q2 cum alij Dij arcere mala ſoleãt, cę/
leſtes bona nobis largiunt̃.Hęc ille.Sed ĩ eo libro,
quem de abſtinendo a carnibus animaliũ conſcri
pſit nihil ſacrificandũ,neq; cędendum cenſet.Aſſe/
Quibus aĩalibus Dij gau/dent ritq; non eſſe Deos illos,qui cęde animaliuʒ gau/
dent.Sceleſtiſſimam.n.eſſe brutoꝝ etiam anima/
lium cędẽ, et abominabile nõ ſolum Deo primo,
verum etiã cęleſtibus et diuinis virtutibus.Sed hęc
hactenus,ad rem noſtram redeamus. Cęditur igi/
tur,et adurit̃ columba.Nam Dijs aereis immola/
tur,q2 Veneri,cuius ſedes ẽ ĩ tertio circulo.Infra So
lem.n.ambit,vt Pli.inquit.Ingens ſidus appellatuʒ
Veneris alterno meatu vagum,ipſisq; cognomini
bus ęmulum Solis,ac Lunę p̃ueniens,quippe et an
te matutinum exoriens Luciferi nomen accipit,
vt Sol alter diemq; maturans, cõtra ab occaſu re/
fulgẽs nũcupatur veſper,vt prorogans lucẽ, vicẽq;
Lunę reddens ſed de hoc alias.Sacrificat̃ igitur Ve
neri colũba,propterea ꝙ animal eſt nimiuʒ ſalax,
et corpore holocauſto,hoc eſt toto aduſto.

ANT. FAN. NEC Defenſa iuuant Capitolia quo minus anſer
Det iecur in lances Inache laute tuas,honor quidẽ
anſeribus olim exhibitus eſt a Romanis,ꝙ cenſo/
res eoꝝ cibaria in primis locare cõſueuerunt, et
argenteus anſer in Capitolio poſitus eſt in memo
riam eius qui clangore ſuo Gallis per ardua obre/
pentibus canũ ſilentio M. Manlium arcem tenẽ/
tem excitauit.Non adeo tñ huic aui profuit vigil
cura Capitolio,vt ait Pli.teſtata defenſio, vt in ſa/

cris expers cędis fuerit;cum eius iecur det Inacho,
cui Deo fluminis Arginoꝝ recte auis mactat̃, quę
aquis gaudet.Eũ autem lautuʒ dicit poeta, q2 an
ſeris iecore delectetur.quod inter lautiſſima ciba/
ria olim habebat̃.Vnde ait Plin.Non ſine cauſa eſ/
ſe in quęſtione quis primus tantũ bonum inuene/
rit, Scipio an Metel/
lus vir conſularis, an
M.Seſſeius eques Ro/
manus. iecur in extis
primuʒ locũ obtinet,
vnde p̃ iecur exta in/
terdum accipimus,qđ
cum diſtabuit in co/
quendo monſtrũ dici
tur auctore Feſto. Sũt
qui legant,Det iecur in lances Inachi vacca tuas,
quod magis placet,cũ apud Herodotũ inuenerim
Ægyptios ſacerdotes olim ſolitos anſerinis ac bubu
lis carnibus veſci,a qbus Iſis colitur,quã quidaʒ vo
lunt Lunam eſſe.vt,Inerant Lunaria fronti Cor/
nua.Anſer aũt eius temporis qđ eſt Lunę propri/
um.i.noctis ſilentium turbat.Eius auis iecur farti
libus in magnã amplitudinem creſcit,exemptũq;
lacte mulſo augetur,lingua vero in cibo vel potio
ne ſumpta mulieꝝ libidinem mouere dicit̃. Sane
Io Inachi Arginorum regis filia,a quo fluuius no
men accepit a Phoenicibus rapta eſt,vt Herodoto
placet,atq; in Ægyptum adducta.Eã poetę fabulã/
tur in vaccam fuiſſe cõuerſam . Nota eſt fabula.
Poſt mortẽ Iſis appellata eſt,atq; habita Ægypti ge
nius auctore Ser.vbi eius ſimulachꝝ ſiſtrum dex/
tra tenens,ac ſiniſtra ſitulam bubilis p̃ditum cor/
nibus fuit,quemadmodũ Io Gręci deſcribunt.Ha
buit autem tẽplum in vrbe Buſuri,quę in medio
delta Ægypti ſita eſt,vbi ei rem diuinaʒ aqua et
igni in primis faciebant in monumentũ nauiga
tionis,qua Io in Ægyptum delata eſt.Quã ob cau
ſam factũ exiſtimo,vt anſer,Iſidi mactaretur, qui
aquis gaudere cõſueuit.Hanc Deã nõnulli Lunaʒ
eſſe volunt,vt diximus ſupra,alij Cererem,alij Ter
ram,cuius ſacra Romã tranſlata ſunt , vbi iuxta
campum Martium ędem habuit Iuuena . Anti
quoq; proxima ſurgit ouili.Lucanus,Nos in tem/
pla tuam Romana accepimus Iſim . Propertius,
Atq; vtinam Nilo pereat, quę ſacra repente Miſit
matronis Inachis Auſonijs.Eius ſacerdotes et bacu
lo,quem ſiſtrum appellabant,vt quibuſdã placet,
et lineis veſtibus vtebant̃,vnde linigeri dicti ſunt,
ac tertio quoq; die tondebant̃. Nocte deę noctis
criſtatus cędit̃ ales,gallus Nocti Deę noctis noctu
mactatur,q2 cantu ſuo diem nocti contrarium
pręnunciat,atq̃;(vt inquit Plin.)Solis ortum non
patitur incautis obrepere.

PAV. MAR. NEC Defenſa,Inacho anſer mactatur,nec tutat̃
ratio illius vigilię,qua Capitoliũ tutatus eſt noctu
Senonibus Gallis Capitoliũ aſcendẽtibus, oppreſſis
ſomno cuſtodibus,et ipſis canibus,cũ clangorẽ edi
diſſet,Romanis excitatis,pulſi ſunt hoſtes p̃ſertim
opera M Manilij,q ex eo Capitolinus cognomina
tus ẽ.De quo latius apud Liuiũ li.v.ab vr.cõ. Vnde

Anſer Inacho mactat̃

Anſeris iecur

Anſeris lingua i cibo

Io fabula

Iſis Dea

Iſidis ſacra Romã trãſlata

Iſidis ędes

Iſidis ſacerdotuʒ inſignia

Linigeri

Gallus nocti mactat̃

et Pli. Eſt et anſeris vigil cura capitolio teſtata defenſio, per id tēpus canum ſilentio proditis rebus.

Quare cē ſores cibaria anſerū ī primis locāt

Quam obcauſam cibaria anſerū cenſores in primis locāt. Quin et fama amoris Argis dilecta forma pueri nomine Oleni, et Glauces Ptolomęo regi cithara canētis, quam ex eodem tēpore et aries amaſſe prodit. poteſt et ſapientię videri intellectus his eſſe. et Plutar. xciij. Proble. agitur cur cenſores magiſtratum ineuntes nihil aliud agunt, q̄ vt ſacrorum anſerū alimenta locent, et imaginis ſplendorem, rationesq; has refert. An a vilioribus incipientes, quę nec multo ſumptu, nec magna opera egent, an vetus quędā huic animanti gratia refertur, a bello vſq; Gallico repetita, q dormientibus canibus primi omniū anſeres Gallorū in Capitolium aſcenſum perſenſerunt, et clangore vigiles excitarunt. An cum ſint maximarū rerū, et quę ſumma cura indigent cuſtodes cenſores, vt ędium ſacrarū, ac publicarum, morum deniq; et vitiorum, et vitę vniuſcuiuſq; diligentiſſimi, et cuſtodientiſſimi omniū animantium rationem habendam ſibi eſſe putauerunt. S mul.n. anſeribus curandis ciues admonent, ne Deorum cultū negligant. anſeris vero abſterſi et ſplēdor neceſſarius eſt. cito.n. rubrica defluit ac defloreſcit. Ea.n. veteres ſtatuas obducere, et illinire cōſueuerunt. Nec Capitolia defenſa, quę defendit ille anſeris clāgor ab inſidijs Gallorum, cuius imago argentea in Iunonis ęde ſacrata eſt. Iuuarit, anſere.s. Quominus, vt non ipſe anſer. O Inache lau. ſplendide et delitioſe. Det ie. in lā. tuas, det iecur in tuis ſacris epulādum.

De Inacho nō fluuio

Inachus quidē rex Arginorū fuit, a quo et fluuius qui orit ex Lyrico ad Cynuriam montem Arcadię, iuxta Argos labens, Inachus denominatur, et in quem volunt eum ipſum fuiſſe conuerſum, huic fuere filij Phoroneus, et ij quorū alter Arginis, alter Ægyptijs, primi leges tradidiſſe feruntur, poeta lautum appellauit Inachū, q in eius ſacris iecur anſeris offert, quo nihil eſt inter epulas melius, ideo Pli. inquit, Noſtri ſapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnam amplitudinē creſcit. Exemptum quoq; lacte mulſo auget. Nec ſine cauſa in quęſtione eſt quis primus tantū bonum inuenerit, Scipio an Metellus vir conſularis, an M. Seſſeius eadē ętate eques Romanus. Sed (vt addit ipſe Meſſalinus Cotta) Meſſalę oratoris ſ. palmas pedū ex his torrere, atq; patinis cū gallinaceorum criſtis condire reperit.

De iecore Anſeris

Nocte, cum multa ſint in gallo laudabilia, non proſunt tñ. Nam Deę noctis immolatur ea ratione, q excubet, et diez nunciet. propterea q ipſi galli (vt aſſerit Pli.) norunt ſidera, et ternas diſtingūt horas interdiu cantu, cum ſole eunt cubitū. Quartaq; caſtrenſi vigilia ad curas laboremq; reuocāt. Nec Solis ortuz incautis patiunt obrepere, diemq; venientē nunciāt cantu. Ales criſtatus, ipſe gallus. Cędit, immolatur. Nocte, noctis tpe. Deę noctis, ipſi nocti, nā et nocturnū tps, et ipſius tpis Dea, eodē nomine nuncupātur, eſtq; ipſa nox Eumenidū mater, ideo eas nocte ſatas vocāt, et Virg. Matri Eumenidum pro nocte poſuit.

Interea Delphin clarū ſuper ęquora ſidus
Tollitur, et patrijs exerit ora vadis.
Poſtea lux hyemē medio diſcrimine ſignat,
Aequaq; pręteritę quę ſuperabit, erit.
Proximo proſpiciet Tithono Aurora relicto

INTErea Delphin clarū ſuper ęquora ſidus Tollitur. v. idus Ianuarias Delphin in ortum heliacū tollitur. Sol.n. Aquario indies magis adherens Sagittarium lōgius relinquit, cuius cum poſteriore parte Delphin exorit. Nec reluctatur nobis aduerbium interea, quo nō quę venerunt Agonalia, ſed quę pene iā veniunt demonſtrant. Qui plane intelliget quicūq; carminis illius ſenſum intuebit, Ianus agonali luce piādus erit. nam paululum illud tpis quo heliacus Delphinis ortus apparet, vel potius incipit appere, recte agonalibus applicat, cū non falſo iuriſcōſulti doceāt q in eo eſt, vt accingatur accinctum hēri. Dicitur aūt Delphin inter ſidera collocatus, qm (vt auctor eſt Eratoſthenes) cū Neptunus Amphitritē vxorez ducere optaret, eaq; virginitatem ſeruare cupiēs ad Atlantem fugiſſet. Delphin a Neptuno miſſus virgini, vt ei nuberet pſuaſit, quo merito tranſlatus in cęluz decē ſeu nouem ſtellis cōſtare dr. Eaz ob cām ferunt omne genus Delphinū maiorem in modū diligi a Neptuno, teſte Opiano in primo Halieutico. Alij aliter fabulant, vt infra dicemus. Poſtera lux hye. m. d. ſi. diſſentit ab Oui. Colu. mel. qui mediū hyemis pdie nonas Ianuarias ponit, cū id auctor hoc loco. iiij. idus eſſe doceat. Ceterū eius initiū mediuz, et finē ſicuti veris, ęſtatis, et autumni medici et aſtronomi nō eadē accipiūt rōne. Proxima pſpi. Titho. aure. Arcadię ſacrū pontificale Deę. Te quoq; lux eadē Turni ſoror ęde recepit, tertio idus Ianuarij Carmētalia celebrant, necnō et dedicatio tēpli Iuturne, q fuit in cāpo Martio pp̄e ductū aquę virginis. Conſtat aūt Iuturnā fuiſſe ſororē Turni, quā quidā dicunt lacui in quo ſubmerſa eſt nomē dediſſe. Ser. vero ſcribit fontē eſſe in Italia ſaluberrimū iuxta Numicū fluuiū, cui a iuuādo nomē idtū eſt, q cū naturaliter oīs aqua noxia ſit extraneorū corporibus, hic fons oībus ſaluberrimus eſt, de quo Romā ad oia ſacrificia aq̄ afferri pſueuerat Sta. quoq; in Siluis Iuturnā fontē eſſe oñdit, vt qs nō in oī vertice Romuli reptaſſe ducē Septimiū putet. Quis fonte Iuturnę relictis vberibus neget eē paſtū. Inde ęgroti (auctore Var.) aquā petere cōſueuerūt. Sane aquā virginē ad quā Iuturnę tēplum fuiſſe diximus Agrippa (vt inqt Pli.) in vrbē adduxit ab octauo lapidis diuerticulo, quę qm̄ declinabat Herculaneū riuū q̄ſi Herculē fugeret, virginis noīe accepit. Sūt qui a virgine dictā exiſtiment, q̄ militibus aquā quęrentibus quaſdā venas mōſtraſſe dr, quas ſecuti qui foderunt ingentē aquę modū inuenerunt, vt Frōtinus tradit in libro de aquęductibus, quem ſcripſit ad Neruam imperatorem.

ANT. FAN.

Interea qd ſignificat

Delphin orit qrto idus Ianuarias Delphin ſidera

Medium hyemis qrto idus Ianuarias

Carmētalia et dicatio Iuturnę tēpli idus Ianuarias

Aq̄ virgī, vñ nomē accepit

INTErea.

Arcadię ſacrum pontificale Deę.
Te quoq; lux eadē Turni ſoror ęde recepit,
Hic vbi virginea campus obitur aqua.
Vnde petam cauſas hoꝝ, moremq; ſacroruꝫ?
Dirigit in medio quis mea vela freto?
Ipſa mone quę nomē hēs a carmine ductū.
Propoſitoq; faue, ne tuus erret honor.

PAT. MAR.

INTErea, nimis euagatus vr in referendis victi/ ctimarū rōnibus, iam redit ad inſtitutū, ad ſigna, ſtellas ipſas, aſſerens exoriri iam Delphinū, ex quo videtur oñdere id eodem die, quo fiunt Agonalia, hoc eſt .v. id. Ianua. At Cęſari pridie nonas exorit, et matutino, exigua qdem hęc differentia quinq; tantū dieꝝ, ſed ita in telligamus Cęſari ma tutinū pridie nonas, huic .v. Idus cum Sole exoriri, ſeu cum occi/ dit Sol, cum ab orien te ſurgere Iginius oſtē dit, oriri cum poſte/ riore parte Sagittarij, quod eodē tendit quo et ratio Cęſaris, nam pręeuntis in zodiaco, poſterior illa pars Sagittarij iuncta eſt capricorno, et tertia illius facies erit huius prima Sic eodem tpe et coſmice orietur Del/ phin. Qui (vt idem Iginius inqt) non longe ab Aq lę ſigno figuratus incuruatione caudę nouiſſimę tangit ęquinoctialis circuli circūductionem. Capi/ te ppe ptingens equi Pegaſi roſtrum exorit, cum Sagittarij poſteriore parte. Occidit aūt cum Virgo exorta eſt a capite collocatum inter ſidera. Erato/ ſthenes inqt a Neptuno, cum nuptias Amphitritē ad Atlantē vſq; fugientem Delphin miſſus allexiſ/ ſet, et mitem ad Neptunū pduxiſſet. Gloſtenes aūt vnum fuiſſe ait ex Tyrrenis nautis, qui Bacchum transferri volentem Naxon, prodituri erant, et in/ de in delphinos conuerſi in rei memoriaꝫ a Bac/ cho ſideribus annumeratum. Alij dicunt illū fuiſ/ ſe, qui ex Siculo mari in Tenaꝝ Ariona citharoe dum tranſuexit. Cuius rei hiſtoriam in ſequenti li bro latius referemus. Interea, dum hęc refero, aut dum in his immoror. Delphin, per appoſitio/ nem. Claꝝ ſidus tollit ſuper ęquora, attollit ſup ipſa maria, qꝛ orit. Et exerit, apit, et eleuat. Ora patrijs vadis ab ipſo mari patrio. Poſtera, quar/ to id. Ianu hoc eſt .x. die Ianua. media pars hyemis erat exacta, aliq id eſſe dicunt pridie nonas, alij .vi. calen. Februa. Poſtera lux ſequēs dies. Signat hye. me. dis. hoc eſt determinat ipſam hyemem bi partitam. Que ſu. pars illa hyemis quę adhuc re/ ſtat. Eſt ęqua pteritę, qꝛ tm̄ pterijt, q̄tum ſuperit.

Quare delphin eſt in cęlo locatus

Proxima .iij. id. Ianu. feſtū erit Carmentis nym/ phe fatidicę matris Euandri, de qua paulopoſt.

Proxima Aurora .i. dies ſequens, Aurora .n. dieꝫ refert. Relicto ti. quē fingunt eius fuiſſe viꝝ, et h̄ qd orienteꝫ verſus, et ī Æthiopiam vſq; militauit, vt Diod. tradit. Reſpiciet ſacruꝫ pontificale, qd pō tifices faciant, maiorisq; erat venerationis pontifi/ cale, q̄ alioꝝ ſacerdotum. Deę Ar. Carmentis, quę ex Arcadia in Italiaꝫ cū Euandro filio venit. Te quoq;, eodem die, hoc eſt .iij. id. Ianu. dedicatum eſt templū Iuturnę nymphę ſororis Turni in campo Martio, apud ductū aquę virginis Eadē lux, idē dies quo erunt feſta Carmētis. Recepit te quoq;, te etiam. O ſoror Tur. qꝛ ea die dedicata ſunt ti/ bi templa, de Iuturna plura habes apd Vir. ē plu

Carmētis

ra nos in fine huius primi libri, et in ſcdo quoq; dicemus. Hic vbi, campus Martius, cuius ſupra meminimus. Obit, circunfundit. Aqua virgi/ nea, hanc aquā M. Agrippa (vt Frontinus teſtis eſt in libro de aquęductibus) poſt annū .xiij. q̄ Iuliam abduxerat in vrbē pduxit in agro Lucullano colle ctam. Virgo appella/ ta eſt, qꝛ quęrentibus aquaꝫ militibus puel/ la virgūcula quaſdaꝫ venas monſtrauit, q̄s ſecuti qui foderant in gentem aquę moduꝫ inuenerunt, ędicula fonti appoſita hanc virginem dictaꝫ oſtē/ dit. Cōcipitur via col latina ad milliarium octauum paluſtribus locis, Pli. tamen inquit. M. Agrippa et virginem abduxi ab octaui lapidis diuerticulo ad duo millia paſſu. via Prēneſtina. Vnde petam, dubitare videt poe ta vnde petat rationem Carmentaliorum, cū ſint ab hominum memoria remota. Carmentis igit nymphę opem implorat, quę a carmine ita fuerit appellata. Sed de hoc ſuo loco agetur. Vnde, a q/ bus faſtorum libris, aut annalibus, aut a quo. Pe tam cauſas, originem et rationem. Horum ſa/ crorum, quę a pontificibus Carmenti fiunt. Et morem, conſuetudinem, ſeu vnde ipſe mos habue rit initiū. Quis dirigit mea vela, per tranſlatio/ nem a nautis .i. quis dirigit ingenium meū. In medio freto, in medio mari, quaſi in tam ardua mā, etq̄ mihi incognita. Mone, inſtrue, me tu.

Via collatina

IPſa mone quę nomen habes a carmine dictuꝫ. Nicoſtratam inuocat Euādri matrem, quę quia carminibus vaticinabatur Carmentis dicta eſt, vt quibusdam placet, licet Plutar. in quęſtionibus tra/ dat non Carmenti carmina nomen indidiſſe, ſed ab ea potius accepiſſe, quę diuino ſpiritu afflata verſu oracula edebat. Ea Themis vocata eſt, et ab aliquibus Nicoſtrata, poſteaque mutato nomine Carmentis, quam nonnulli fatum, ſiue κληρον .i. ſortem eſſe putauerunt. Dicta autem Carmentis creditur, quaſi mente carens quod ſpiritu afflata furere atq; inſanire videretur, cui procreationis gratia matres rem diuinam faciebant, quę ſena/ tusconſulto prohibitę vehicalis vti, conſpiraſſe in/ ter ſe dicuntur, ne qua earum conciperet, neue pa/ reret, atq; ita viros vlciſcerentur, quibus coactis mutare ſententiam, cum pueri feliciter naſcerent matres Carmentis ędem conſtruxerunt. Hāc Dio/ ny. ſcribit Euandri matrem e Mercurio fuiſſe, et annis .lx. ante res Troianas in Italiam veniſſe, vbi (vt quidam dicunt) Euander pulſis Aborigini/ bus ea loca tenuit, in quibus Roma eſt. Quare au ctor in re vetuſtiſſima perite numinis auxilium vocat, ſecundum illud Horatij, Nec Deus interſit niſi dignus vindice nodus Inciderit. Sic Virgi. in vij. Aenei. Nunc age qui reges Erato, quę tempora rerum, Quis latio antiquo fuerit ſtatus aduena claſſem Cum primum Auſonijs exercitus appulit

ANT. FAN.

Nicoſtrata vel carmentis carm ēis nois oti go

Cur mres Carmētis ſacrificabāt ē ędē cōſtruxerunt

Carmētis filia Mercurij

Orta prior Luna (de ſe ſi creditur illi)
A magno tellus Arcade nomen habet.
Hinc fuit Euander, qui quāq̄ clarus vtroq;,
Nobilior ſacrę ſanguine matris erat.
Quę, ſimul Aethereos aīo conceperat ignes,
Ore dabat pleno carmina vera Dei.
Dixerat hęc nato motus inſtare, ſibiq;,
Multaq; pręterea tempore nacta fidem.
Nā iuuenis, nimiū vera cū matre, fugatus
Deſerit Arcadiam, Parrhaſiumq; larem.

oris, Expediam, et primę reuocabo exordia pugnę. Tu aūt tu diua mone. Orta pri. Lu(de ſe ſi creditur illi) A magno tellus Arcade nomen habet. Arcades olim auſi ſunt ante lunares ſe dicere, ē ſolos ſe nobiles p̄dicare. Vnde a Gręcis πρωτοιτηνοι vocant, ex quo factum putat, vt apud Romanos, qui nobilitate p̄ſtabāt Lunulas in calceis ferrēt. Mos autē fuit Gręcię pp̄lis i alienas ire terras, q̄s fertiles eē cognouerūt, et eas hitare pulſis veteribus incolis. Sed quoniam ſoli Arcades ob ſterilitatem agrorū pulſi nō ſunt, ideo ſe vetuſtate ac nobilitate cęteris p̄ſtare dixerunt. Vnde illud eſt Senecę i Hippolyto, Aut te ſtelliſero deſpiciens polo Sidus poſt veteres Arcades editū Currus nō poterit flectere candidos. Et Strabo Geographus, Gentes iquit Arcadię Azanes, atq; Parrhaſii, cęteriq; eiuſdem generis Gręcam nationem vetuſtate p̄ſtare creduntur. Herodotus ſeptem inquit gentes Peloponneſum incolere, Achęos, Dorienſes, Ætolos, Dryopes, Lemnios, Arcades, et Cynurios, quarū duas tantum ait indigenas eundem, quem olim tenuerunt, locum habitare, Arcades videlicet et Cynurios. Alij Arcades dicunt cum ſoli diluuio ſuperfuiſſent, poſtquam aquę ſubſederunt e ſpeluncis egreſſos exiſtimaſſe omnia diluuio fuiſſe conſumpta, cūq; Lunam poſtea intuerent, et eā tunc natam, et ſe ante illam genitos crediſiſſe. Quam ob cauſam eos ferunt aliq̄n de antiquitate certaſſe cum Phrygibus. Itaq; ſingulos cum ſingulis nutricibus clauſerunt, quibus nutricibus linguas ademerant, vt experirent vtrum vox innata eſſet an doceret, et ſi eſſet innata quę illa eſſet Phrygum an Arcadum, p̄ductos autem pueros verbum locutos eſſe aiunt, cuius ſignificatione Phrygum lingua panis intelligit. Quare cognitum eſt Arcades non eſſe primigenas. Eos diuinum oraculum (vt ait Plutar.) Glandiphagos appellauit. Qui ideo de arboribus nati dn̄r, q̄ ante vſum caſarum homines, aut cauas arbores, aut ſpeluncas habitabant, cūq; inde egrederentur, vt ſuam educerent ſobolem exiſtimati ſunt ex arboribus p̄creati. Quare ait Statius in quarto Thebaidos. Quercus, lauriq; ferebāt Dura puerperia, populosq; vmbroſa creauit Fraxinus et fœta viridis puer excidit orno. Eſt aūt Arcadia in media Pelopōneſo dicta ab Arcade Iouis et Themiſtus filio, vel Caliſtus, de quo Naſo alibi, Et iam puer Arcas (Id ipſum indoluit Iuno) fuerat d̄ pellice natus. In hac regione aptiſſima equis, et aſinis equarū ſuppoſitoribus paſcua ſunt. Vnde Iuue. Stultum atq; obtuſi ingenij iuuenem Arcadicum vocat. Hinc fuit Euander qui q̄q̄ clarus vtroq;, Nobilior ſacrę ſanguine matris erat, Euander Arcas fuit, quem alij Mercurij, alij Pallantis filiū crediderunt. Ei mater Carmentis p̄dixit fore diſſenſionem ac ſeditionem in patria, ſuaſitq; vt dimiſſa Arcadia in Italiam ſe cōuertat. Erat.n. non nympha (vt inquit Ser.) ſed vaticinatrix, vnde illud eſt Silij, Aſpice Carmentis greſſus Euandria mr̄ Hęc fuit, et noſtros tenuit p̄ſaga labores, Euander igit̄ in Italiam venit, conſeditq; in monte Palatino, vbi fundaſſe dr̄ oppidum Pallanteū. Sunt tamen qui Euādrum tradunt ex Arcadia diſceſſiſſe, q̄ patrem per imprudētiā occidiſſet, q̄bus Ouidius aſtipulat̄ h̄ loco.

Arcades añluna res

Arcadia

Exēplum eius gētis q̄ dicta ē prima

Euāder

Pallāteū

Ipſa quę habes nomen ductum, pro de ductum, hoc eſt deri. natum. A carmine, quę a carmine Carmētis appellaris. Et ſane propoſito, mihi qui propoſui ſcribere originem tuę celebritatis. De Carmenti ita Diony. antiquitatum Romanorū ſcriptor, cui multos retulit e Gręcis, qui in Italiam venerunt, hęc ſubdit, Poſt non multum tempus alia claſſis Gręca ad hęc loca Italię appellit̄. Annis. lx. ante res Troianas, vt Romani ipſi dicunt, ex Pallantio vrbe Arcadica exurgens duce proiectionis Euandro Mercurij credito, et nymphę cuiuſdam Arcadię incolę, quam gręci Themin eſſe dicunt, Deiq; pacientem, et fatidicam demonſtrant. Qui vero Romanas conſcripſerunt origines lingua eā patria Carmentum nominant. Eſſet autē ipſi nymphę nomen ſermone gręco Theſpiodos. Odos.n. Romani dicunt carmina. Hanc autem diuino ſpiritu detentam, et ventura populo ſolitam eſſe carmine p̄dicere. Et Plutar. lvi. Problemate, Themim vocari aſſerit, aut quemadmodum aliqui Nicoſtratam, et proſequitur, Quoniam verſibus oracula ederet, Carmentim mutato noīe vocauerunt. Nā ταεπη Romani carmina appellant. Sunt qui μοιρον, hoc eſt ſortē, et fatum Carmentim putent, et ob eam rem matres rē diuinā facere. Eſt autē nominis vera rō υστερηπενην διατασ θεοφορησξεισ. i. mente priuata p̄pter afflationes, Non Carmenti nomen carmina indiderunt. Sed ab ea potius acceperunt. Diuino nāq; ſpiritu afflata verſu ac metro oracula edebat. In vita Romuli nonnulli inquit Arcadis Euandri matrem fuiſſe arbitrant̄ rerū futurarū admonitricem, quę Phoebo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Vnde dicta eſt Carmenta, nam Nicoſtrate ei gręce nomen fuit. Quidam vero Carmentę nomen alio pacto interpretant̄, quod quaſi careat mente Carmenta dicta fuerit, vt ſolebat his euenire, qui Apollinis numine debacchabātur.

P A R

M A R

De Ca menti matr Euan

Hinc fuit, Arcades vetuſtiſſimi ac nobiliſſimi Gręcorum omnium ſunt, qui (vt Euſtathius inq̄t) per mediam Peloponneſum connexam terram habitant ſub Erymantho monte, dictaq; eſt Arcadia regio (vt multa volunt) ab Arcade Iouis et Caliſtus filio

Cui genitrix flenti, fortuna viriliter (inqt)
(Siſte pcor lachrymas) iſta feréda tibi ē.
Sic erat in fatis, nec te tua culpa fugauit,

ſtus filio, vt Euſta. Ipſe ab Arcade filio Iouis, et The
miſtus. Arcadesq; ipſi ob ſūmaꝫ vetuſtateꝫ, πρωσε,
δινοι, hoc eſt antelunares dicti ſunt, qui fuere an,
teq̄ Luna eſſet. Datur locus huic rei, qḋ cacumi,
na montium habitátes ſoli diluuio ſuperfuere, et
per antra latitantes, vbi aqua reſederat egreſſi, cre,
dētes omnia diluuio
fuiſſe immerſa, ſereni
tatem celi, Lunamq;
poſtea ſpectātes et ea
tunc nouiſſime facta
arbitrantes, ſeu prius
factos eſſe, ſeu natos dixerunt, et Stra. Arcades ſupe
rare omnem Gręciā antiquitate teſtatur. Tellus,
per metonimiam, nā quod tenet pro eo qḋ tenet,
hoc eſt gēs, quę in ea tellure Ardica eſt orta prior.
Luna, quę prius nata eſt, q̄ luna. Si creditur
vlli de ſe, ſi cui eſt adhibenda fides de rebus ſuis re,
ferenti, quaſi nata prior Luna ſi illi credendū eſt.

Arcades ſupaſſe omnem Gręciam vetuſtate

Habet nomē a magno Arcade, denominatur
Arcadia ab Arcade Iouis et Themiſtus, aut Cali,
ſtus. Sed de Caliſtone et filio relatis in cęlum dice,
mus inferius. Verum Arcadia (vt Euſtathius aſſe,
rit) nominata eſt aliquādo Pelasgia, aliqñ Parrha
ſia, aliquādo Lyconia, aliquando Gigantis, aliquā,
do Azania. Hinc, ex Arcadia. Fuit Euander,
quem diximus Carmentis filium. Qui q̄q̄ erat
clarus, licet eſſet illuſtris. Vtroq; ſanguine, mater
no et paterno, creditus filius Mercurij ex Carmen
ti. Vnde et in Æneι. Vobis Mercurius pater. Alij di,
xere filium Pallantis, pronepotis illius magni Pal
lantis regis Arcadię, cuius filia Chryſe nupſit Dar,
dano, ex qua Dyamāta genuit, q ſucceſſit auo ma
terno. Sed de his in quarto dicemus. Erat tamē
nobilior ſanguine ſacrę matris, nobilior erat ma
terno genere, quoniā illa nympha, et ſacra, et fati,
dica erat, et honores diuinos aſſequuta, etiā ex eo
ꝙ Arcades aiunt Carmentiꝫ filiam fuiſſe Pallantis
filij primi Lycaonis, et Palladis cōtubernalem. Fe,
runt.n. Iouem Pallada educandā Pallanti dediſſe.
Quę, Carmētis. Simul, poſtq̄. Conceperat ani
mo ęthereos ignes, cęleſtes et diuinos ſpiritus. Cum
altius cogitatione in cęlum elata hauſiſſet diui,
nam mentē, vt vaticinantes ſolēt. vt eſt illud, Agi
tante caleſcimus illo. Dabat vera carmina, dabat
reſponſa et oracula carminibus. Ore pleno Dei,
pleno numinis Apollinei, nā (vt ex Plutarcho di,
ximus) Phoebo dedicata carminibus vera prędice
bat. Dixerat, inter cętera quę illa vera prędixerat,
hoc Euandro filio dixit imminere ſibi tumultus,
et ſeditionē in populo, qua ratione eſſet a patria
fugiendū, quod exitu comprobatuꝫ. Sed ſolabatur
eum parens, ꝙ in Italia eſſet ſedeꝫ habiturus, quo
ille parata claſſe venit, Diony. ait Euandri claſſem
ex Arcadia non publico conſenſu miſſaꝫ, ſed diſ,
ſedente populo inferiorem parteꝫ vltro exceſſiſſe,
contigiſſe autem eo tépore eſſe regem Aboriginū.
Faunum Martis pronepotem, qui cū multa chari
tate Arcades ſuſcepit, deditq; agri portionē, quantā
voluerunt, Arcadesq; Carmenti diuina aperiente
colleꝫ elegiſſe, vicūq; extruxiſſe, nomenq; impoſuiſ,

vaticini, um Car, mentis de factis Euandri

ſe Pallantiū a Metropoli eorum in Arcadia. Euſta
thius aliter ſentit. Nam vbi Tyrrhenoꝝ meminit,
ita de his ſubdit, In Tyrrhenis ſunt Pelasgi, qui pp
paupertatē illuc aliquādo venerunt a Cyllene ex Ar
cadia Euandro quodā eorum duce. Regnāte antē
in Arcadia Agamede Stymphalio. hic (vt dicunt)
fatidicę matris ſuaſu
populuꝫ congregans
in Italiaꝫ venit, ibiq;
quieuit. Pani templuꝫ
dedicans, collem mu,
nijt, Pallantiumq; no
minauit a Pallante filio, quem extinctum in verti
ce ipſius collis ſepelijt. Vnde etiam nūc Latini regū
digna loca Palatiuꝫ vocant per detractionē dua,
rum liquidaꝝ. Et Trogus inquit Euandrum Ar,
cadię regem, a Pallante vrbe deſcendētem in Italiā
cuꝫ mediocri turba populoꝝ veniſſe, Faunumq;,
et agrum, et montē benigne cōceſſiſſe. Et quoniaꝫ
Pallātiū et Palatium attigimus, de eo quoq; diſſe
ramus, qm̄ alij aliter dicunt. Varro dictū oſtendit
Palatium, quod Pallantes cū Euandro venerunt, q
etiam Palatini et Aborigines ex agro Rheatino, q
appellatur Palatium, ibi cōſederunt. Sed hoc alij a
Palatia Latini putarūt. Eundem hūc locum a pe,
core dictum putāt quidam, itaq; Neuius balanti,
um appellat. Pōpeius vero ita inquit, Palatium. i.
mons Romę appellatus eſt, qḋ ibi pecus paſcēs ba,
lare conſuenit. Vel qḋ pallare. i. errare pecudes ſole
rent, vel quod ibi Hyperborei filia Pallāto habita,
uerit, quę ex Hercule Latinū peperit. Alij eundem,
ꝙ Pallas ibi ſepultus ſit exiſtimant appellari. Nec
pterenndus ſilentio Cyrillus auctor grecus, qui ſic
inquit, Palatium nomen inuenit ex hoc in mon
te Palatino, vbi Fauſtulus habitauerat Romuli nu
tritius, poſtea Cęſar Auguſtus habet domiciliuꝫ, et
inibi quoq; pretoriū. Et propterea etiam, ſi alibi di
uerſatur imperator, ei⁹ loco nomē Palatij habuit.
Sed ad rē redeamus. Dixerat hęc, Carmentis.

Pallātiuꝫ et Palatiuꝫ vnde

Inſtare motus nato, imminere filio Euādro tu,
multus et cōmotiones, ſeu ſeditionem, vt ex hiſto,
ria etiā habetur. Et ſibi, matri. Pręterea et mul
ta, alia. s. pręedixit. Nacta fidem tépore, quę ſcripti,
ta ſunt effectū, nam fuere poſtea vera. Nā iuue,
nis, Euāder fugatus diſſenſione, et ſeditione ciuili.
Cum matre nimiuꝫ vera, vt eſt illud in Heroid.
Ah nimiū meſerę vates mihi vera fuiſti. Deſerit
Arcadiā, patriam, regionē. Et larem, domū pro,
priam. Parrhaſium, Arcadicum. Nā (vt oſtendi,
mus) Parrhaſia dicta eſt Arcadia
CVI GEnitrix flenti fortuna viriliter inquit (Si, ANT.
ſte precor lachrymas) iſta ferenda tibi eſt, propo, FAN.
ſitio eſt in qua mater filium admonet dicens for
tunam aduerſam magno ac virili eſſe animo to
lerandam. vt, Quicquid erit ſuperanda omnis for
tuna feréda eſt. Sed illud Siſte pcor lachrymas per
interpoſitionem legēdum eſt, Confirmatur autem
hęc propoſitio ratione, et deinde vt minuatur
dolor Euandri, ſubijciuntur exempla, et vulgatiſſi
ma illa ſententia, Omne ſoluꝫ forti patria eſt. PAV.
CVI GEnitrix, verba hęc Carmentis, qbus moerē, MAR.

Sed Deus,offenſo pulſus es vrbe Deo.
Nec meriti poenam pateris,ſed numinis irã.
Eſt aliquid magnis crimen abeſſe malis.
Conſcia mens,vt cuiq; ſua eſt,ita cõcipit itra
Pectora,pro facto ſpemq;,metumq; ſuo.

tem filium,quoniã patria pelleretur, artificioſiſſi-
me conſolatur.et q̃q̃ diximus diſſidente populo
pulſu3,tamen ex noſtris ſunt,qui dicant ideo fu-
gatum q patrẽ inſcius interemiſſet.hoc interpres
Virgilij teſtatur Honoratus. Idem oſtendere velle
poeta videtur, nam et eo tendunt matris argu-
menta,non ſcelere eũ
deliquiſſe. Prima ta-
men argumentatio
hęc eſt ad dolorem il
lius leniendum, Noli
lachrymari. accedit
ratio,q2 forti animo
debes aduerſam ſor-
tem ferre. Accedit con
firmatio,quoniã volebant fata,quoru3 voluntati
reluctari nemo poteſt.Deinde eſt alia conſolatio-
nis efficacior ratio,ideo moerere non debes, quia
non tuo ſcelere pulſus,ſed voluntate numinis tua
imprudentia leſi. Cui,Euãdro. Flenti,cu3 fu-
geret. Genitrix,Carmentis mater inquit. Siſte
lachrymas,quaſi noli lachrymari. Iſta fortuna,
quę eſt nunc tibi aduerſa,aut iſta calamitas,qua3
tibi intulit fortuna. Eſt ferenda tibi,toleranda a
te. Viriliter,forti atq; conſtanti animo,vt viru3
decet.Illud enim ad laudem ſpectat fortitudinis,
ęquo animo tolerare aduerſa. Sic erat in fatis,
ita ab initio fatali neceſſitate datu3 erat,vt effuge
re nullo modo poſſes. Nec tua culpa fugauit te,
quaſi tu ſine crimine et culpa facti es pulſus,q2 im
prudẽter deliqſti.nõ ergo tuum crimẽ te pepulit.
ANT. FAN. SED Deus,vel fatum. Iouis.n.verba fata ſunt,
vel quicunq; Deus offenſus parricidio. Cadmus
Cadmus in Aonia conſtitit exul humo, Agenor rex Phoe-
nicię iuſſit Cadmo,vt quęreret ſororem Europa3,
lege impia,vt nõ reuerteretur,niſi ea inuẽta, qua
Tydeus diu fruſtra quęſita,Cadmus exul in Boeotiã venit,
Homici- vbi Thebas ędificaſſe dicit. Paſſus idem Tydeus,
dij reorũ mos fuit apud antiquos,vt reus homicidij exula-
poena ret.vt,Exilium dira poena3 pro cęde luebat.In re-
gum tamẽ legibus(auctore Ser.)lectu3 eſt noxios
homicidij arietis damno poenam luere. Cęterum
Tydeus Oenei filius pollutus ſanguine Melanyppi
fratris ſui,quẽ in venatione incautus occiderat, in
exilium abijt,et cõtulit ſe ad Adraſtum regem Ar-
giuorum.cũ nonnulli dicunt auũculum occidiſ-
ſe,alij aliter.Sed cõſtare videtur interẽptum ab eo
fuiſſe germanu3.vt,Pollutus placuit fraterno ſan-
guine Tydeus.Sane hic Tydei frater Melanyppus,
non Menalyppus dicendus eſt,cũ vocetur a Grecis
Λυκοθευτ. Et idem Pagaſeus Iaſon,afferunt exẽ-
Mela- pla ingentiũ virorum,qbus contingit exulaſſe,q
nyppus et talis eſt quem mater conſolat, et nemo ſordi-
Iaſon dus,atq; ignobilis,vel iſignis iſamia(vt apud Plut.
exulauit legimus)exilij poenam ſubire cõſueuit.Sane Iaſon
poſt interfectu3 Peliã dolis Medeę Corinthũ abijt,
vbi Creuſam Creontis regis filiam dux t vxorem.
Quare a Statio iure leuis dictus eſt ob animi vi-
delicet mobilitatem.Nullam.n.ſi mo amore poſ-
ſedit vxorem,qui ipſam quoq; Hypſiphylem pieta-
te inſignem deſerere nõ erubuit.Sciendũ Iaſonem

dici Pagaſeũ,hoc eſt Theſſalum, q2 Æſonis filius Pagaſe
fuit fratris Pelię regis Theſſalię.Legimus aũt Paga Iaſon
ſas emporiũ fuiſſe vicinum Iolco,quo ex loco Pe- Pagaſ
has Iaſonem ad nauem Argo foras emiſit,vñ Pa-
gaſas dictas volunt,q2 is ibi nauem Argo cõpege-
rit.Alij ꝑpter vicinos fontes ipſi loco nomen im
poſitũ putant,ΠΗΓΗ Pagus
n. fontem ſignificat. Paganus
vnde Pagus et Paga-
nus deducunt.Philo-
ſtephanus auctor eſt
longa naue Iaſone3
primũ nauigaſſe, vt
Pli. refert. Omne ſo-
lum forti patria eſt,
vt ſubitis bonis gaudẽdum non eſt,ita nec malis
deſperandũ,ſed medius tenor ſequendus eſt. Itaq;
vir fortis exilio nõ triſtatur,quippe,qui totum or
bem vnã vrbem eſſe cenſet,nec Romanum ſe, aut Socrates
Athenienſem,ſed mũdanum exiſtimat. Vñ Socra mũdanũ
tes interrogatus(vt inquit Cice.)cuiatem ſe eſſe di- ſe eſſe
ceret,mundanum inquit. Totius.n.mundi ſe in- xit
colam, et ciuem arbitrabatur.et Diogenes(teſte La
ertio)cum quidam percontatus eſſet, vnde eſſet,
mundanus ait.
SED Deus,ipſa Dei voluntas,quod etiam ad fa PAV.
tum potes referre.Nam dicũt fatum quod Dij fan MAR.
tur,et Deorum voluntatẽ.Cic.tñ ſic diffinit, Fatu3 Fatũ
id appello,quod Gręci Hemarmene3 dicũt, hoc eſt Hemar
ordinem,ſeriemq; cauſaꝝ,cu3 cauſa cãm ex ſe gi menẽ
gnat,ea eſt ex omni ęternitate veritas fluẽs ſempi- dicitur
terna. Pulſus es vrbe,Pallãtio patria. Deo offen
ſo,quem non culpa,ſed imprudẽtia offendit, aut
offenſo irato domui et tibi. Nec meriti,alia ar-
gumentatio,qua oſtẽdit illa leniora,quę ſine cul-
pa eius inferunt,ratio,q2 magnum eſt nõ delin-
quere ſcelere.Cõfirmatio quaſi ex ꝓuerbio ſumpta,
nam Quicquid agunt hoies intentio indicat oẽs.
Deinde exornatio ab exemplis,quę etiã vehemen-
tia ſunt ad ſuadendum. Nec pateris poena3 me-
riti,quaſi nõ plecteris exilio tuo delicto,qđ moere
ris. Sed iram numinis,pateris quod habes iratũ
numen. Eſt aliquid,quaſi nõ parum eſt,immo
ad vtilitatem redundabit. Abeſſe crimen, fa-
cti voluntatem peccandi. A tantis malis, quę
potius in fata, aut in Deos referantur, q̃ in me-
rita hominum. Vt ſua mens eſt cuiq; conſcia,
quaſi vt vnuſquiſq; eſt conſcius ſui ipſius, ſiue
bonę, ſiue alienę voluntatis,ſiue ſceleris, ſiue of-
ficij. Ita concipit intra Pectora, in animo
ſuo. Pro facto ſuo, pro eo quod deliquit ſiue
volens,ſiue inſcius, et. Spem, futurorum com- Inter
modorum, et. Metum, incommodorum. et me
Nam ſi aliquis pius et imprudentia peccauit po
teſt bene ſperare. Si autem ſcelere, male ſperan-
dum eſt. Nec tamen, vt ab exemplis quoque
moueat, non eum eſſe primum inquit, qui ta-
lia mala pertulerit, ſed heroes multi, vt illud aſ-
ſerere videatur, quod eſt in Metamorpho. Ne-
que enim fortuna querenda Iſta tua eſt, ſimi-
les aliorum reſpice caſus Mitius iſta feres.

Nec

Nec tamen moeres, non tu doles aut luges. Vt primus paſſus talia, veluti ſi primus eẽs, qui in talem incideris exilij calamitatem. Iſta procella, calamitoſum exilium. Obruit, immergit, et eſt tranſlatio a tempeſtate, qua fit naufragium. Ingentes viros, quaſi magnos heroas. Paſſus, arguit nunc ab exemplo Cadmi Agenoris Phoenicię regis filij, q miſſus ad inquirendam Europam ab Ioue raptam, duram a patre legem accepit, niſi inuenta illa in patriam ne rediret, ex quo exul in Boeotia ſedes ſibi delegit, Thebasq; cõdidit. Cadmus eſt paſſus idem, quod tu.s. hoc eſt exilium. Qui quondã pulſus, a patre.s. Ab oris Tyrijs, a Phoenicia, ſeu a Tyro clariſſima Phoenicię vrbe. Vnde pfecti ſunt aliquando coloni, et in Lybiam, et in fretum vſq; Atlanticum. Conſtitit exul ĩ humo Aonia, in Boeotia. Nam Aonia pars montana Boeotię. Paſſus idem, nunc ab exemplo Tydei, et Iaſonis, qui a patrijs quoq; ſedibus exularunt. Tydeum aliqui dicunt fratrem Menalyppum venando imprudenter occidiſſe, ſed Diodo. cum ſcribit Polynicem ad Adraſtum confugiſſe, proſequitur, Hoc tempore Tydeus Oenei cum in Calydone Alcatum, Lycotheumq; nepotes occidiſſet, ex ÆthOlia profugit in Argos. His Adraſtus benigne ſuſceptis, quodam reſponſo motus vtriq; filias vxores dedit, Polynici Argiam, Deiphilem Tydeo. Tydeus, Oenei regis Calidonię filius. Paſſus idem, hoc eſt exilium. Et idem eſt paſſus Iaſon Pagaſeus, Theſſalicus a Pagaſis ĩ Theſſalia, et (Stra. teſte) Pagaſas dictas eſſe aiũt, q in in eo loco nauem Argo cõpegerit, vel propter vicinos fontes.i. pagas. Iaſon a Pelia in Colcos miſſus eſt. Victor reuerſus poſt dedicatam nauem Argo Neptuno, Ad Creontem Corinthiorum regem diuertit, ſecumq; vitę reliquum tempus egit Corinthi, vt teſtis ẽ Diodorus, et hoc eſt quod in libris De Ponto inquit, Exul ab Hęmonia Pirenida ceſſit ad vndas. Quo duce trabs Colcha ſacra cucurrit aqua. Preterea et quos, etiam et alij paſſi ſunt idem. Quos referre longa eſt mora, quaſi nimium immorarer ad referendum. Omne ſolum, loquitur ex ſententia, viro forti vbiq; eſſe patriam, iuxta illud, Omnibus eſt inquam communis patria tellus, Vt vacuũ volucri, piſcibus vtq; mare eſt. Omne ſolum, oĩs tellus. Eſt patria forti viro, qui fortitudinis laude excellat. Quid enim eſt totus orbis, niſi vnius vrbis inſtar, quę in plures vicos et regiões diuiſa ſit, quocunq; ieris in eadem eſt vrbe, ſic in eadem patria.

De tydeo fugato ex Calydone

Pagaſeus

Nec tñ vt primus, męres mala talia paſſus,
Obruit ingentes iſta procella viros.
Paſſus idẽ eſt, Tyrijs q̃ quondã pulſus ab oris
Cadmus, in Aonia conſtitit exul humo.
Paſſus idem Tydeus, & idem Pagaſeus Iaſon,
Et quos pręterea longa referre mora eſt.
Oẽ ſolũ forti patria eſt, vt piſcibus ęquor,
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.
Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno.
Et tibi (crede mihi) tempora veris erunt.
Vocibus Euander firmata mente parentis
Naue ſecat fluctus, Italiamq; tenet.
Iamq; ratẽ doctę monitu Carmẽtis in amnẽ
Egerat, & Thuſcis obuius ibat aquis.

tria. Nec aliud eſt in aliam regionem demigrare, niſi domum ipſam commutare. Vt ęquor, mare eſt patria. Piſcibus, q omnibus aqua cõis. THVſcis obuius ibat aquis, Tyberinis, quia Tyberis e Thuſcia labitur. Fluminis illa latus, cui ſunt vada iuncta Terenti Aſpicit, dextrum latus fluminis dicit aduerſus vim Tyberis nauiganti. Si enim Carmentis ſecũdo flumine veheretur, ad ſiniſtram ripam Terentum haberet, qui locus ẽ in campo Martio, ſic dictus, q ara Ditis patris, et Proſerpinę ibi terra conderetur. Antiqui enim (vt ait Feſtus) Dijs ſuperis in ędificijs a terra exaltatis ſacra faciebant, Dijs terreſtribus in terra, Dijs vero inferis in effoſſa terra. Detecta eſt autem ara Terenti quo tempore Valeſius duobus filijs, et filię ad deſperationem vſq; medicorum laborantibus ſalutem quęrens (auctore Valerio Maximo, vbi de ſecularium ludorum initio loquitur) arã empturus reliquit nonnullos in campo Martio (vbi Terentum fuiſſe diximus) vt conſtituendorũ fundamentorum gratia terram ad ſolidum foderent, qui egeſta humo ad.xx. pedum altitudinem, animaduerterunt aras Diti patri et Proſerpinę inſcriptam quam poſtea Va. Publicola cęſis atris bobus, lectiſternioq;, ac ludis trinoctio factis terra (vt ante fuerat) obruit in eo loco, deinde (vt quibuſdã placet) ſacra trigeſimo quoq; anno innouari conſueuerunt, vnde illud eſt Mar. Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento, legitur et Tarenti. Pinea texta, nanis tabulatum, quamuis e pinu ipsę quoq; naues vtiliſſimę fiant. Virgi. Dant vtile lignum Nauigijs pinos. Eſt enim hęc arbor (teſte Pli.) aduerſus cariem, tineasq; firmiſſima. Nouos cęlo terra datura Deos, Romulum, Iulium Cęſarem, Auguſtum.

ANT. FAN.

Terenti ara

De Valerio Publicola

De Pinu

Pinus

VT Volucri, vt auibus patria eſt. Quicquid patet in orbe vacuo, hoc eſt in aere, vacuum n aerã poetę dicunt Quod non pbat Ariſto. cum arguat non eſſe dare vacuum in rerum natura. Nec fera, a ſimili arguens illud connectit, affutura quoq; illi tempora lętiora. Similitudo a tẽpore ſumit non toto anno durare hyemẽ, ſic nec ſemper illũ in calamitate futurum. Nec tñ fera tẽpeſtas, aſpera hyẽs. Erat in toto anno, q per totũ annũ non durat, ſed verna, ęſtiuaq; ſerenitas redit. Crede mi. matri tuę vera pdicenti. Erunt et tibi tpa veris erunt lętiora, feliciora q; tempora. Vocibus Euãder, iam firmatis εὐφορητῶ quę matri obediens claſſe in Italiam veniens in colle poſtmodũ ab ſe

PAV. MAR.

Flumīs illa latus, cui ſunt vada iūcta Tarēti,
Aſpicit, & ſparſas per loca ſola caſas.
Vtq; erat, imiſſis puppim ſtetit ante capillis,
Continuitq; manum torua regentis iter.
Et procul in dextram tēdēs ſua brachia ripā,
Pinea non ſano ter pede texta ferit.
Nene daret ſaltum properans inſiſtere ripę,
Vix eſt Euandri, vixq; retenta manu.
Dijq; petitorum (dixit) ſaluete locorum,
Tuq; nouos cęlo terra datura Deos,
Fluminaq; & fontes, qbus vtit̄ hoſpita tellus,
Et nemorum Diuę, Naiadumq; chori.
Eſte bonis auibus viſi natoq; mihiq;
Ripaq; felici tacta ſit iſta pede.

munito requieuit. Euander firmata mente, iam animo roborato et confirmato. Vocibus parentis, ſuaſione ē oraculo fatidicę matris. Secat fluctus naue, nauigat Ionium, et Tyrrhenum ęquor ē. Tenet Italiam, nam poſt longam nauigationem appulit Italię. Iamq; ratem, iam Arcades Italię appulerant, et fatidica nympha monēte, ingreſſi ſunt hoſtia Tyberina. Cumq; aduerſo amne nauigarent, attollentibus iam ſe a dextra collibus, correpta eſt illa diuino furore et firmato curſu, vix contineri potuit quin in ripam deſiliret. Pręſertim cuȝ deſerta tūc illa loca pręnoſceret quanta eſſent futura. Salutat ergo, et de illis oraculum aperit. Iamq; egerat, Euāder impulerat. Ratem, nauim. Verum (vt Pompe. inquit) rates vocant ligna colligata, quę per aquam aguntur, quo vocabulo interdum etiam naues ſignificantur. In amnem, in fluuium Tyberinum. Monitu doctę Carmentis, quaſi ita fatidica matre monente. Et ibat obuius, aduerſus. Thuſcis aquis, aquis Tyberinis nauigabat aduerſum fluuium, qui ex Hetruria labitur.

*Fatidicę Carmētis rīſus de futuris rebus*

Illa, Carmentis aſpicit. Latus fluminis, dextraȝ Tyberis ripam. Cui, lateri, ſeu ripę ſunt. Iūcta, proxima. Vada Terenti, vadoſa loca, per quę Terentum vadebatur. Terentum aliqui eſſe putant inter Palatium, et Auentinum, locum in quē Carmentis deſilijt. Pō. tamen Terentum inquit locus eſt in campo Martio, dictus, quod in eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur. Nota ē hiſtoria, quam Vale. Maximus refert, Valeſii ruſtici habitātis vicum Sabinę regionis, eo in loco aram Diti, Proſerpineq; inſcriptam reperiſſe, ibidemq; ob liberatos filios immolaſſe nigras hoſtias, triduo inſuper ludos et lectiſternia feciſſe Exemplum Publicola ſecutus, boues mares atros Diti, fœminas Proſerpinę immolauit, lectiſternia, et trinoctes ludos fecit. Inde inſtitutos tauros ludos putant in honorem Deorum inferiorum. Pompe. autem refert ad tempora Tarquinij ſuperbi, cum magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas, quę fuerat facta ex carne diu vendita taurorum, ob hoc Dijs inferis inſtituti, et tauri vocati ſunt. Et aſpicit, videt ipſa Carmentis. Caſas ſparſas, aliqua paſtorum tuguria, velut hinc inde diſperſa. Per loca ſola, colonis carentia. Et vt erat, quemadmodū.

*Taurilia ſacra ob peſtilētias inſtituta*

Immiſſis capillis, paſſis et pendētibus longe crinibus. Immiſſum enim pro dimiſſum .i. longius pendens. Vnde Siſenna barba immiſſa, et intonſo capillo. Stetit ante puppim, quo ex loco triremē aggreſſuri in terram deſiliunt. Et torua, ferox, et furens, quę diuino ſpiritu repleta. Continuit manum regentis iter, illius qui temonem gubernabat tenuit manum, ne vlterius progrederetur, ſed in ripam deflecteret et curſum ſiſteret. Et tendens ſua brachia, extendens procul. In dextram ripam, Tybridis, ſub ipſis collibus. Ferit pinea texta, ipſa nauis tabulata. Non ſano pede, ſed furente, vt replete ſpiritu ſolent. Nene properās inſiſtere ripę, properans egredi, et ſiſtere ī ripa Tybridis. Daret ſaltum, ne deſiliret. Vix et vix, cum difficultate. Eſt retēta manu Euandri, vix potuit eam retinere filius Euander, qn deſiliret. Dijq; petitorum, oratio Carmētis ad Latinos colles. Quos ſimul et locorum numina ſalutat, et vt bono omine viſi ſint optat, aperitq; oraculo ſecreta fata. Extruenda illis ī collibus mēnia habitura totius orbis monarchiam. Troianosq; iam affuturos, et fœminaȝ noua bella concitaturam, periturumq; nepotem Pallāta, ſed non omnino multum. Quinetiam per Aeneā aduehenda Troiana ſacra. et ea in poſterum in templo Veſtę ſeruanda, gubernandaq; per Cęſarē omnia, et auguſtę domui imperiuȝ orbis deberi.

*Inuocatio ad Deos rom… no… per ticinio Carmē…*

Dixit, ſaluete o Dij locorum petitorum numina horuȝ locorum, quo nos ex Arcadia venimus. Et tu o terra, ſalue etiaȝ tu tellus. Datura, quę dabis. Nouos Deos cęlo, quos non ipſa accipies, vt cęteros, ſed tu dabis, et hoc ob Romulum, et Cęſareȝ, qui in Deos relati ſunt, et Valerius, Reliquos inquit Deos accepimus, Cęſares dedimus, ē. Flumina, ſaluete, ē. Fontes, etiam ſaluete. Quibus, fluminibus et fontibus. Vtitur tellus hoſpita, quę nos alienigenas hoſpitio ſuſcipiet, et ſaluete. Diuę nemorum, Dryades, et Amadryades. Dryades Deę nemorum ab δρῦς, quod eſt quercus, et δρῦς locus arbuſtus. Amadryades, quę cum arboribus naſcuntur et moriuntur, et ſaluete. Chori Naiadū, coetus nympharum quę fluminibus et fontibus pręeſtis. Eſte viſi, vos loca, et locorum Dij eſte viſi, ē. Nato, Euandro, ē. Mihi, matri. Bonis auibus, bono Augurio, et fauſto, feliciq; omine, ē. Hęc ripa, Tyberina. Sit tacta felici pede feliciter attingamus ripam hanc.

*AN… FA…*

FALLor? an hi fient ingentia moenia colles? fiet vrbs cui omnia mundi miracula ceſſura ſunt. Hic quoq; cauſa noui fœmina Martis erit, vt alibi fuit Helena, ita hic Lauinia erit cauſa bellorum. Virg. Cauſa mali tanti coniux iterum hoſpita Teucris. Funeſta quid induis arma, quę Pallas

Euandri

Fallor hi fient ingentia moenia colles?
Iuraq; ab hac terra cętera terra petet?
Montibus his olim totus promittitur orbis.
Quis tantum fati credat habere locum?
Et iam Dardanię tangent hęc littora pinus.
Hic quoq; cauſa noui foemina Martis erit.
Chare nepos Palla funeſta quid iduis arma?
Indue, non humili vindice cęſus eris.
Victa tamen vinces, euerſaq; Troia reſurges.
Obruet hoſtiles iſta ruina domos.

Euandri filius interficietur a Turno, vt, Pallantis pueri victum quem vulnere Turnus strauerat.

Indue nõ hu. vin. cęſus eris, pręuiſa morte Pallantis ſuadet ne arma induat, cognita vero vindicta ſubiungit Indue. Obruet hoſtiles iſta ruina domos, Romani a ruina Troiana per Æneaz deducti Grecorum domos obruent. Nã L. Mumius, cui victoria Achaici cognomẽ dedit, omni Achaia in ditionem accepta Corinthum Achaię caput, et Grecię decus, vbi Romanorũ legati violati fuerant ex ſenatuſconſulto diruit Virg. Veniet luſtris labentibus ętas Cuz domus Aſſaraci Phthiã, clarasq; Micenas Seruitio premet, et victis dominabitur Argis. Sed et alij quoq; Grecos domuerunt, vt Qu. Cecilius Metellus, cui L. Mumius victoriam intercepit, et multis annis antea Curius, et Fabritius a quibus Pyrrhus ſuperatus eſt. Quare Virgi. (teſte. A. Gel.) reprehenſus eſt diuerſas perſonas et tempora confundens, vbi ait, Eruet ille Argos, Agamẽnoniasq; Mycenas, Ipſumq; Æaciden genus armipotẽtis Achilli Vltus auos Troię, templa et temerata Mineruę. Vnde ſi medius verſus eximatᷣ, nihil eſt ꝙ reprehẽdi queat.

L. Mumius Achaicus Corithũ diruit

PAV. MAR.

FALlor? nunc incipit vaticinari ingentem in ipſis collibus vrbem extruendam, totiq; orbi dominaturuam, eidemq; leges, et iura daturam. Fallor? decipior ne? an verum eſt quod mente concipio An hi colles fient ingentia moenia? an i his collibus magna vrbs ſurget? et enim ſeptem colles complexa eſt vrbs ipſa, Palatinum, Capitolinum, Auentinum, Cęlium, Exquilinum, Viminalez, Quirinalem, ꝯ. Cętera terra, vniuerſus orbis. Petet iura ab hac terra, hęc enim tellus iura dabit gentibus vniuerſis Totus orbis olim, in futurũ. Promittitur, a Dijs, et fatorum decretis. His montibus, vbi condetur vrbs. Quis credat locum? hũc ſcilicet nunc incultum, et ſolum. Habere tantuz fati, vt tantum ſibi promittant, quo ſit dominaturus vniuerſę terrę. Et iam, iam aderunt Troianę naues, et hic quoq; quemadmodum ad Troiam pro foemina bella gerentur, et Virgil. Cauſa mali tanti coniux iterum hoſpita Teucris, Externiq; iterum thalami. Et iam Dardanię pinus, Troianę naues ex pinu fabricatę. Tangent hęc littora, venient, in hanc oram Italicam. Et iam dixit, quaſi non multo poſt, at (vt Diony. inquit) lx. annis ante res Troianas in Italiam Euander venit. Hic quoq; hic etiam in Latio venit ad Troiaz.

De Lauinia fatũ

Foemina, Lauinia Latini filia, Erit cauſa noui Martis, noui belli inter Turnum, et Æneam, de quo inferius dicemus. Chare ne. vaticinatur nũc de nepote, hoc eſt de Pallante Euandri filio eo bello perituro, ſed non ſine vltione, nam et interemptorem Æneas interficiet, et poeta qui vaticinium refert, per hęc alludit ad Virgilianam Æneidẽ, vbi latius bellum illud explicatur. Diony. tamen id nõ aſſerere videtur, cum referat Polybium Megapolytanum oſtendere adoleſcentem Pallãtem ibi mortuum, et nomen dediſſe loco. Fuiſſe vero Pallantez ex Hercule, et Dyna Euandri filia natum, et ſubdit Diony. Ego tamen neque ſepulchrum Romę Pallantis vllum vidi, neq; Parentalia, neq; aliud ex conſuetis ſacris cognoſcere quicquam potui, velut Euandro, et alijs heroibus, et Carmenti aras erectas, et reliqua. Euſtathius tamen oſtendit Pallantem Euandri filium fuiſſe, et in eo colle ſepultum, et Pallantium ab eo denominatum, o. Palla chare nepos, ꝙ filij filius. Quid induis arma funeſta, mortẽ et funus afferentia, quaſi quid ibis in militiam, in qua hoſtili manu moriere. Indue, vt exhortetur, cum dehortari viſa ſit, id ne exterreat, quod caſurus ea militia ſit. Nam puſillanimis eſſet mortem ſubterfugere. Ergo indue, etiam cum ſis ſub ipſis moriturus. Non eris cęſus, interemptus. Humili, obſcuro, aut ignobili. Vindice, vltore, ſed nobili, et magnanimo, et illuſtri. Te enim interimet Turnus rex Rutulorum, et Æneas de eo vindictaz et ſupplicium ſumet. Vindictam dictam volunt a Vindicio, qui coniurationem detexit illorum iuuenum, qui erant Tarquinios recepturi, vt teſtis ẽ Liuius. ij. ab vrbe condita. Victa tamen, vaticinabatur illa ante bellum Troianum, et mente contemplabatur iam victam, et euerſam Troiam. ꝑdicit ergo eam et victuram, et reſurrecturam, atque hoſtes domituram, tu. Troia victa, a Grecis. s.

Pallãtiũ a Pallãte dictum

Vaticiniũ Carmẽtis de Roma

Vinces, ipſos hoſtes, ꝯ. Euerſa, quam Greci diruunt. Reſurges, ſed in Italia, et hoc ꝑꝑ vrbẽ Romam ab Ænee ꝓnepotibus ędificandaz. Iſta ruina, imo illud exiguũ, ꝙ tuis ſupererit ruinis. Obruet, euertet. Hoſtiles domos, vrbes Grecas. Nam omnis Grecia ſuccubuit Romanis, et Corinthum, totius Grecię lumen funditus euerterunt, etiam et quod Virgi. inquit, Cum domus Aſſarici Phthiam, claresq; Mycenas ſeruitio ꝓmet, ac victis dñabit Argis. Sed Oui. locum hunc a Propertio accepit, dicente, dicã Roma cades, et Troica Roma reſurges. Verum Ouidius de Troia locutus. Proper. aũt de vrbe Roma, cuius imperiuz. cccl. poſtea annis defluere coepit, ſed oĩno reſurrectura eſt, licet ẽt nunc imperet aliqua ex parte, ſed erat longius imperatura, et priſcę maieſtatis formã reſumptura ante tpa ꝓnepotum. Vrite, per q̄dam ironię ſpẽz in Grecos inquit, Redigite Troiã in cineres, at hic cinis et vos Subiget, et toti dominabitur orbi.

Flammę victrices, flammę victricis Grecię. Vri te Neptunia mœnia, ipſa Troiana pgama, a Neptuno Phoeboq; conſtructa. Hic, cinis Troianę vrbis, quam in cinerem redigitis. Nunc minor, q vobis inferior. Eſt altior, ſublimior. Toto orbe, q tanti eſt, vt toti orbi ſit imperaturus. Iam pius Æneas, feret Troiana ſacra in Latiu, et Deos penates, q in templo Veſtę ſeruabūtur. Iam Æneas pius afferet ſacra, Troiana, et quę fuerunt, illa quidē quę ab Hectore fuerant cōmendata, Sacra ſuosq; tibi cōmendat Troia penates, &. Afferet patres, per appoſitionē.

Vrite victrices Neptunia mœnia flammę,
Nunc minor hic, toto eſt altior orbe cinis.
Iam pius Aeneas ſacra, & ſacra altera patrem
Afferet, Iliacos accipe Veſta Deos.
Tempus erit, cum vos, orbemq; tuebitur idē,
Et fient ipſo ſacra colente Deo.
Et penes Auguſtos patrię tutela manebit.
Hanc fas imperij frena tenere domum.

Altera ſacra, altera a prioribus, nam illa Deorū īmortalium, hoc vero hominis, ſed quem ipſe in Deos retulit, nam pro Deo coli voluit. At hoc in loco cum afferet patrem dicat, intelligamus de Troia in Siciliam, vbi extinctum ſepelijt, non deſunt, qui dicant, eum quoq; veniſſe in Latium, &c.

ANT. FAN. Iliacos accipe Veſta focos, ſacra Veſtalia, de q̄bus ſuo loco dicemus, Æneas e Phrygia in Italiam tranſtulit, vt, Sic ait, et manibus vittas, Veſtamque potentē, Æternumq; adytis effert penetralibus ignē. Ea primus in vrbem dicitur Numa Pompilius intuliſſe. — *Sacra veſtalia*

Tempus erit cum vos, orbemq; tuebit idē, Iulium Cęſarem dicit, qui primus orbis imperiū tenuit, fuitq; pontifex maximus. Eum Naſo alibi Veſtę ſacerdotē vocat, vt, In me acui ſceleratos cernitis enſes. Quos phibete precor, facinusq; repellite, neue cęde ſacerdotis flāmas extinguite Veſtę. Erat pontifex maximus, auctore Plu. in Numa, ſacrarū virginum cuſtos, quas Veſtales appellant, cui conſtat omnia ſacra et publica et priuata fuiſſe ſubiecta, cuiusq; iuſſu Veſtales virgines, ſi forte earū negligentia ęternus ignis extinctus eſſet, flagro cędebantur. Hę quanti ab eodem Cęſare fierent, illud oſtendit, q paulo ante mortem teſtamentum idibus Septembris a ſe conditum Veſtali virgini demandauit, quem poſtea imitatus Auguſtus teſtamentum ſuum apud ſex virgines Veſtales depoſuit, teſte Sueto. — *Iulius Cęſar Pōtifex Maximus*

Et fient ipſo ſacra colente deo, Deū Cęſarem vocat, qui poſtea in Deorum numerum relatus eſt et ſic dictum vt illud, Fortunate ſenex ergo tua rura manebunt, quis ſcimus vaticinanti omnia eſſe pręſentia. Luca. Venit ętas omnis i vnā cōgeriem, miſerumq; premunt tot ſecula pectus.

Cum penes Auguſtos patrię tutela manebit, repetendum eſt Tempus erit. Nepos, natusq; Dei, Auguſtus accipiendus eſt, qui iure adoptionis fuit Diui Cęſaris filius, iure autem conſanguinitatis nepos, ex Accia. n. ſorore Cęſaris natus eſt, licet eam nonnulli neptem Cęſaris fuiſſe tradiderint. Licet ipſe recuſet, conſtat (vt ſcribit Sueto.) Auguſtū bis de reddenda rep. cogitaſſe, primo poſt oppreſſum Antonium, ac rurſus tędio longę valetudinis, — *Octauianus natus ex Accia ſorore Cai Cęſaris*

ſed Virgilij ſententiam ſecutus (vt auctor eſt Ser.) tenuit principatum cum Agrippa vtile fore tyrānidem relinquere longa oratione contendiſſe, qd Mecœnas dehortari magnopere conabatur. Idē et dictaturam magna vi offerente populo genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt, cūq; eo ludos ſpectante a minimo pronunciatū eēt, O dominum ęquū, et bonum, non ē paſſus deide vel ioco vel ſerio ſe dominū appellari. Pondera cęleſti mente paterna feret, cęleſti mēte inqt, q viuente Auguſto diuini honores exhibiti ſūt, vt, Pręſenti tibi maturos largimur honores. Hoc ergo dicit, Diuus Auguſtus paterni imperij pondera diuino cō filio ſuſtinebit. Audio quoſdā ad Tiberium referre, quę hoc in loco de Auguſto dicta ſunt, cū ſemel ſibi perſuaſerint Ouidiū hoc opus inſcripſiſſe Tiberio, qd falſum eſſe oſtenſuri ſumus, atq; vt id planum faciamus ita Octauianum Auguſtū non Tiberiū eſſe dicimus, quē auctor hic appellat nepotē, natumq; Dei, tū alijs rōnibus, quas libet omittere, tū qd Liuiā Druſillā vxorē Auguſti ac Tiberij matrem, quā Oui. poſt Auguſtū laudat Carmentis vaticinio pſtat a marito delectā fuiſſe, pbatamq; vnice ac pſeueranter vt Sue. ſcribit. Contra vero Tiberio cui auctor hoc ope placere ſtudet (ſi quorundā opinioni credimus) ita fuiſſe inuiſam, vt indigne tulerit actum eſſe in ſenatu, vt titulis ſuis quaſi Auguſti, ita et Liuię filius adijceretur, et vt cętera pręteream, quibus nobis idem Sue. aſtipulatur, ęgrę adeſſe non curauerit, et funeratam prohibuerit conſecrari. — *Liuia Druſilla mr Tiberij*

PAV. MAR. Veſta accipe Deos Iliacos, Deos Troianos, de tēplo Veſtę intelligit, quod poſt a Numa condidit, vbi ſeruata ſunt ſacra Troiana, et Palladiū, & Dij penates. Nam cum his idem Æneas Veſtam, & eius myſteria tulit in Italiam. Vnde ſubdit ad illa Hectoris verba, Sic ait, et manibus vittas, Veſtamq; potentē, Æternumq; adytis effert penetralibus ignē. Romę autem poſtea ea ſeruata ſunt cum Deorū penatium ſimulachris, De quibus Dijs apud Theodoſium diſſeritur. Nigidius autem de Dijs lib. xix. requirit, Nū Dij penates ſint Troianorum Apollo, et Neptunus, qui muros eis feciſſe dicuntur, et num eos in Italiam Æneas aduexerit. Labeo de Dijs penatibus eadem exiſtimat, hanc opinionem ſecutus Maro dicitur eo in loco, Sic fatus meritos aris mactauit honores, Taurum Neptuno, taurū tibi pulcher Apollo. Varro humanarum ſecundo Dardanum refert Deos penates e Samothrace in Phrygiam, et Æneam ex Phrygia in Italiam detuliſſe, ſed qui eo in libro non exprimit. Sed qui diligentius eruunt veritatē, penates eſſe dixerūt, per qs penitus ſpiramus, per quos hēmus corpus, p quos rationem — *De ſacris Troianorum* — *De Dijs penatibus Troianorū*

*Inde nepos, natusq; Dei (licet ipſe recuſet)*
*Pondera cęleſti mente paterna feret.*
*Vtq; ego perpetuis olim ſacrabor in aris,*
*Sic Auguſta nouũ Liuia numen erit.*
*Talibus vt dictis noſtros deſcendit in annos,*
*Subſtitit in medio prȩſcia lingua ſono.*
*Puppibus egreſſus latia ſtetit exul in herba,*
*Felix, exilium cui locus ille fuit.*

ſultionē animi poſſidemus, et alij aliter diſſerunt. De his antē, qui ſeruant in tēplo Veſtę, ita Diony. inquit, Hos Deos Romani penates vocāt. Qui vero ipſum nomen in linguam grȩcam cōuertunt, alij patrios, alij Genethlios. ſunt et qui othesios, alij Michios, alij Herceos appellant. Deos ipſos qui ſint poſtea refert. Adulescentes duo ſedentes, pila tenentes, Iuuenes militari aſpectu apparere quod ipſe viderit. De Palladio, et Veſta inferius ſuo loco dicemus. Tēpus, hoc ad C. Cęſarem refert, qui et Pontifex Max. et ſacerdos Veſtę curā erit illorũ habiturus et orbi imperaturus, et referendus in Deos. Erit tempus cū idē, Cęſar. Tuebitur, ſuſtentabit, et curā geret, et. Vos, Deos Iliacos, et Veſtę ſacra, quę nō per alium, quā p pontificē et virgines adminiſtrabant. Et tuebit idem orbem, quę erit orbis rector. Et fient ſacra, Veſtę et Dijs penatibus. Ipſo Deo colente, ipſo pōtifice adminiſtrāte, qui in Deos referet, et de hoc ēt inferius hoc dictum pro Octauio Auguſto, qui impio ſuccedat, et digna eſt domus Auguſta quę orbē regat.

Et tutela patrię, cura Romanę vrbis, et Romani imperij. Erit penes Auguſtos, erit penes Octauium Auguſtū, et eius domum, ſed cur Auguſtus ſuo loco dicemus. Penes hic plus ſignificat q̄ apud, vt ſuperius diximus. Fas eſt, quaſi dignū et cōueniens eſt. Hanc domū, Auguſtam. ſ. Tenere frena imperij, per trāſlationez ab equis, quaſi gubernare imperiū Romanuz. Inde nepos, hęc pro Tiberio, et Germanico dicta, filio et nepote Auguſti ex adoptione, qui erūt imperio ſucceſſuri. Inde, poſtea. Nepos, Germanicus. Et natus, Tiberius filius. Dei, Auguſti, quoniā et illi diuini honores perſoluti ſunt. Feret pondera paterna, reget imperiū patris. Cęleſti mēte, diuina quadaz prudentia. Licet ipſe recuſet, q̄uis ipſe Tiberius recuſaturus ſit imperij molē, vt ſuperius quoq; diximus, et ſi poeta ſcripſit hos Faſtorũ libros viuente Auguſto, nō tamen edidit, nā emendauit prius, et multa addidit, et. n. hic locus aperte indicat Tiberiana tēpora, q̄q̄ vaticinium refert. Tiberius. n. fuit, qui diu recuſauit imperiuz, et qd ſuperius adduximus in lib. de Ponto inquit itidez de Tiberio, Qui frena rogatus Sępe recuſati ceperit imperij, et Suet. Diu recuſare teſtatur impudentiſſimo animo adhortantes nūc amicos increpantem, vt ignaros quanta bellua eſſet imperiū, nunc precātem ſenatum et procūbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis ſuſpendentem, et tādem (vt idem aſſerit) quaſi coactus, et q̄rens miſeram, et oneroſam iniungi ſibi ſeruitutez recepit imperiū etc.

De Tiberio ē Germanico

De libris Faſtorũ

Vtq; ego, vltimo loco vaticinat de ſeipſa, et Iulia Auguſta hoc pacto, vt mihi erunt arę dedicatę, ita Iulia Auguſta referet in Deas, Carmenti. n.

Vaticiniū de ſacris ipſi carmēti futuris

(vt Diony. meminit) ara fuit erecta ſub capitolio iuxta portam Carmētalem. De Iulia Auguſta nō leginus aliqd ſacri. Immo Iulias filiam, et nepotē omnibus ꝓbris cōtaminatas relegauit Auguſtus. Niſi forte poeta alludat ad formā, aut, vt qui lōge ab Italia ſūmotus fuerat, diſſimulat res vrbanas. aliqui legūt Liuia Auguſta quod magis ꝓbauerim. Nāq; illam in primis princeps Auguſtus amauit. Ceſſere huic vni cętera cōiugia, aut de Liuia Germanici filia, tunc admodum parua intelligas. Et vt ego olim, in futuruz. Sacrabor in aris perpetuis, vt referar ego in Deas, et erunt mihi a pōtificibus arę cōſecratę.

SIC Auguſta nouū Liuia numen erit, Octauianus cū feciſſet diuortiū cum Scribonia Liuia, Druſillā matrimonio Neronis p̄gnantez vxorē duxit, dilexitq; (vt diximus) ita vt in teſtamēto iuſſerit eā ferre nomē Auguſtę, defeceritq; i oculis eius et in hac voce, Liuia noſtri cōiugij memor viue ac vale. Hęc eſt de qua Oui. cū exularet ſcribēs ad Auguſtum ait, Liuia ſic tecū ſociales cōpleat ānos, Quę niſi te nullo cōiuge digna fuit. Idē alibi, Tu quoq; conueniens ingenti nupta marito Accipe nō dura ſupplicis aure p̄ces. Et alibi, Quę prȩſtat virtute ſua ne priſca vetuſtas Laude pudicitię ſęcula noſtra premat, Quę Veneris formā mores Iunonis habēdo ſola eſt cęleſti digna reperta toro. Eandē auctor in vltimo Meta. ſanctam dicit duz Aug. placere ſtudet. vt, Prolem ſancta de coniuge natā Ferre ſimul nomenq; ſuuz, curasq; iubebit. Stabant noua tecta, oppidum qd in palatio Euander condidit. Ecce boues illuc Erythrȩidas applicat heros, Hercules abduxiſſe boues dicitur ex Erythra inſula, quam Pherecydes (vt auctor eſt Strabo) Gades eſſe dixit, quamuis quidā aliter ſenſerint. Eſt autem hęc inſula extra colūnas Herculeas prope erumpentem in Oceanum Betin ſtadijs centum longa, et opibus inſignis, ita vt idem Strabo vno ętatis ſuę cenſu audiuiſſe ſe ſcribat equeſtris ordinis Gaditanos viros quingentos eſſe cenſos, quod nulla vrbs Italię prȩter Patauium habuit. Fuerunt in inſula proxima paſcua fertilitate prȩſtātia, vnde armēta Geryonis illic fuiſſe finxerunt, quę dicitur Hercules abduxiſſe. Sciēdum tamen in Hiſpania tres reges fuiſſe ſimillimos, quibus abſtulit armēta Hercules quiq; in Herculem bellum mouentes interfecti ſunt. Quare fingitur Geryon triū capitum ſecundum Heſiodū, ſiue tricorpor occiſus ab Hercule, et priuatus armētis. Vir. in viij. Æ aei. Nam maximus vltor Tergemini nece Geryonis, ſpoliisque ſuperbus Alcides aderat, tauroſq; hac victor agebat. Sane Tyrij profecti a Rubro mari ſiue Erythrȩo, cui ab Erythra rege (vt inquit Plin.) nomen inditum eſt,

ANT. FAN.

Erythra

Gerionis armēta Gereō triuz capitū

Erythrȩū marē ſiue Rubrum

Bones ab Hercule abducti

hanc inſulam Erythrã vocauere. Sunt qui bones ab Hercule abductos dicũt non ex hac inſula, ſed ex alia quę Luſitaniã intuet̃,et Geryonẽ fuiſſe Chriſauri filium regis Hyberię.Lege Diodo. Erythra a quibusdam ερυθρεια .i. Erythra dicitur.

PAV. MAR.

SIC IVlia (aut Liuia) Auguſta erit nouũ numẽ, noua Dea. Talibus, his dictis in medio verbo cursu loq deſiit. Talibus dictis, poſtq̃ talia verba dixerat. Vt deſcendit in nr̃os annos, vt rerum fama venit in nr̃a tempora. Lingua pſcia, vox illa fatidica, et pſcia futurorum lingua. Subſtitit in medio ſono, in medio ſermone, aut in medio furore vaticinantis lingue.

Nec mora lõga fuit, ſtabãt noua tecta, nec al
Mõtibus Auſõiis Arcade maior erat. (ter
Ecce bones illuc Erythrẹidas applicat heros
Emenſus longi clauiger orbis iter.
Dũq, huic hoſpitiũ domus ẽ Tegeẹa, vagant̃
Incuſtoditẹ lata per arua bones.
Mane erat, excuſſus ſomno Tirynthius heros
De numero tauros ſentit abeſſẽ duos.

Puppibus, e claſſe Arcades exeunt, et in ripa graminea cõſiſtunt, vrbemq; pdunt, q̃uis alij vicum dixerint, breuiq; factum eſt, vt latinis collibus nemo eſſet Euãdro ſuperior. Exul, Euãder. Egreſſus puppibus, e naui. Stetit in herba Latia, cõſtitit in gramine Latino, aut ſedem fixit in collibus herbidis. Felix exiliuz, fuiſſe illud Euandro. Cui fuit locus, cui cõtingit figere ſedem in Italia, et vbi cõdenda erat vrbs Roma. Exiliũ (vt in Triſtibus quoq; diximus) triplex eẽ Martianus inquit, aut certoꝝ locorum interdictionẽ, aut lataz fugam, vt oium locorum interdicat̃, pręter certuz locum, aut inſulę vinculum.i.in inſulam relegationez. Nec fuit longa mora, nõ longe poſt eius aduentum. Stabãt noua tecta, quę ędificauerat, quaſi ſtabat iam oppidũ ab Euandro cõditum. Nec alter erat maior montibus Auſonijs, nullus erat ſuperior in latinis montibus, Arcade, ipſo Euãdro Arcadum duce. Ecce bones, dũ in Pallãtio regnaret Euãder Hercules pererrato orbe, abducens ex Hiſpania Geryonis armẽta illuc appulit, ſuſceptus eſt comiter hoſpitio ab Arcadibus, dumq; illic quieſceret a latrone Caco furto abducti ſunt duo tauri in occultam ſpeluncã, quos cum mugitus pdiſſet, ab Hercule eſt interemptus latro, immolatoq; altero ex illis aram maximã ſibi cõſtituit. De his latius in octauo Æne. diximus. Ecce heros, vir excellens, et cęteris virtute pſtans. Clauiger, Hercules clauem ferens. Emenſus, iter longi orbis, quaſi emenſus orbez longo itinere, nã ex Creta vbi exercitũ parauit in Ægyptũ traiecit, et peragrata Libya in Hiſpaniam venit, et inde in Italiam. Applicat illuc, in Latium apud Pallãtium.

De fabula Caci furis filij Vulcani

Bones Erythrẹidas, armẽta Geryonis ab Erythra inſula in extrema Hiſpania. Verum Erythręũ mare Rubrũ dicitur (vt Stra. teſtis eſt) ab Erythra filio Perſei, q in illis locis imperauit. Etiã iſula extra fretum Atlanticũ ad dextrã exiguo quodã ſpatio a Gaditana diſiuncta, quę (teſte Pli.) vocat̃ ab Ephoro, et Philide Erythrea, a Tymeo et Sileo Aphrodiſias, ab indigenis inſula Iunonis maior, Tymeus Pythiuſam aliq̃ vocatam ait, nři Arteſon appellant, Poeni Gadiriã, Punica lingua ſeptem ſignificante, et ſubdit Pli. Erythra dicta eſt q̃m Tyrij habitatores ab origine eoꝝ orti ab Erythręo mari ferebantur, in hac Geryones habitaſſe a qbusdã exiſtimatur, cuius armẽta Hercules abduxerat. Diodo. autem labores Herculis referens, Decima ait ab Euryſtheo iniũctum fuiſſe, vt Geryonis bones, qui in Hyberia loca verſus Oceanum ſita paſcebant̃, ad ſe deduceret. vulgata erat fama Chriſeũ, ſeu Chriſauꝝ, hoc n. nomen a diuitijs traxerat, vniuerſę Hyberię imperantẽ tres habere propugnatores filios, tũ robore corporis, tuz armis egregios. Exercituz pterea cuilibet fortiſſimorum militum eſſe, horũ maiorem natu volũt alij qui Geryonẽ dictũ fuiſſe. Illuc poſt peragratã Libyam Anteo, et Buſyride perẽptis, Hercules cũ veniſſet Chriſauri filios tribus magnis exercitibus fidentes ſingulari puocatione ſuſtulit. Capta Hyberia armenta boũ ſecum abducẽs, poſt multa trãſcendẽs alpes, Liguribus deĩde, ac Tyrrhenis relictis ad Tyberim fluuiũ peruenit, vbi Roma multis poſtea ſeculis cõdita fuit. Tenebãt tunc Aborigines, qd nũc Palatiũ appellant. Hos inter pręſtantiores Potitius et Pinarius erant, qui Herculez vt hoſpitẽ magno honore, doniſq; ſuſcipere. Hęc ex Dio. excerpſimus, reliqua in locis dicentur. Euſtathius Euãdrum hoſpitio recepiſſe Herculẽ a Geryonis bobus reuertentem ait. Qd de Naſone nřo et Vir. quoq; teſtatur.

De Anteo et Busyri de fabula

ANT. FAN.

DVMq; huic hoſpitium domus eſt Tegeęa, domus Euãdri Arcadis. Eſt.n. Tegea oppidũ Arcadię, vnde et Tegeęus, et Tegeaticus deducunt̃. vt, Adſis o Tegęe fauẽs, et nõ plura interprete lingua Nunciat excelſis ales Tegeaticus aſtris. De numero tauros ſentit abeſſe duos, Virg. quatuor tauros, & totidem iuuẽcas ſcribit abductas. vt, Quatuor a ſtabulis pręſtanti corpore tauros Auertit totidem forma ſuperante iuuencas. Cacus Auentinę timor atq; infamia ſiluę, hic Vulcani filius fuit, vt poetę fabulant̃, ore ignem et fumũ vomens, ſcđm autem hiſtoricos Euãdri ſeruus neq̃ſſimus, vel ſceleſtiſſimoꝝ hoĩum princeps, qd eius nomen indicat. Nã malum Gręci κακον dicũt. Hic agros igne populabat̃, quem ſoror eiusdem nois prodidit, vñ ſacellum meruit, in quo ei p virgines Veſtę res diuina fieri cõſueuit. Caci ſpelunca fuit in monte Auentino, qui ſolus e ſeptẽ vrbis montibus (vt Aulus Gellius meminit) cum cęteri intra Pomeriũ eſſent, diu extra Pomeriũ fuit, qd in eo monte Remus aues irritas habuerit, ſuperatusq; in auſpicio a Romulo ſit. Vnde locus in sũmo Auentino Remoria dicebatur, auctore Feſto. Eum Diuus Claudius intra Pomerium dicit̃ recepiſſe, quẽ quidam tradunt a Remo Remoniũ appellatũ. Loco,

Cacus

Caci ſpelunca Auentinus

Remoria

quem

Salinę locus Trigemina porta Mulciber

quem Cacus habitauit Salinę nomen fuit, auctore Solino, vbi eſt nunc porta Trigemina. Pater monſtri Mulciber huius erat, Vulcanus Mulciber dicitur, q̄ ignis omnia mulceat.i. molliat ac vincat, licet quidam a mulctādo dictum putauerint quaſi mulctiberum.

Nulla videt taciti quęrens veſtigia furti,
  Traxerat auerſos Cacus in antra ferox,
Cacus Auentinę timor, atq; infamia ſiluę,
  Non leue finitimis, hoſpitibusq; malum.
Dira viro facies, vires pro corpore, corpus
  Grāde, pater monſtri Mulciber huius erat.
Proq; domo, longis ſpelunca receſſibus igens
  Abdita, vix ipſis inuenienda feris.
Ora ſuper poſtes, affixaq; brachia pendent,
  Squalidaq; humanis oſſibus albet humus.
Seruata male parte boum Ioue natus abibat
  Mugitum rauco furta dedere ſono.

PAV. MAR.

DVM Domus Tegea, domus regis Arcadici a Tegea oppido, quod eſt in Arcadia. Eſt huic, Herculi. Hoſpitium, quaſi dum hoſpes ab Euandro retinet. Boues incuſtoditę, ſine vllo cuſtode. Vagantur. per lata arua, vagantes paſſim per agros paſcebantur. Aruum eſt (vt Varro de re ruſtica inquit) quod aratum, nec dum ſatum. Mane erat, quaſi iam illuxerat poſt quietem Hercules, de mane ſuperius diximus. Heros Tirynthius, a Tiryntho oppido in Boeotia, ī quo natus eſt, legitur etiam Hoſpes. Excuſſus ſomno, excitatus a quiete. Sentit abeſſe duos tauros ƀ numero, cognoſcit ex omni numero duos boues eſſe ſurreptos. Quęrens, inquirens quod eſſet de bobus. Nulla videt veſtigia taciti furti, nec aliquod ſignum, nec pedum veſtigia diſcernit, per quę furtum occultum deprehendi poſſet. Cacus, latro, qui ab ipſa re dictus eſt Cacus, quoniaʒ κακος malus. Ferox traxerat, quaſi ſummis viribus abſtraxerat. Auerſos boues, retrouerſos, q̄ non rectis veſtigijs. In antra, in ſpeluncam boues per caudam traxerat, vt inde viderentur egreſſi, potiusquā ingreſſi, ē hoc illi refellendi criminis poterat facultatem afferre apparentibus in contrarium veſtigiis. Hunc Cacum Vulcani filium, et Virgi. et Oui. et alij multi fuiſſe oſtendunt, et tandem ab Hercule peremptum. Multa ex his, quę a poetis referuntur Diony attigit, ſed fabuloſa putat. At veram ipſe hiſtoriam recenſens, Cacum ait prępotentem quēdaʒ immanium hoīum principem in munitis locis habitaſſe, ac propterea grauem accolam finitimis fuiſſe. Hic vt Herculem in propīquo campo caſtra habentem ſenſit, latronum more incurſione vſus eſt ſubita, atq; prędam abegit, quam incuſtoditaʒ reperit. Interclusus tamen eſt a Gręcis, et vi capta ſunt oppida, et ipſe interfectus eſt, ſed nos poetam ſequamur. Cacus Auētinę, incolebat Cacus Auētini montis ſiluaʒ, quam ſuis craſſationibus et formidandam reddebat, et infamem, eratq; tam vicinis, q̄ peregrinis infenſius, monſtroſa illi facies, et monſtroſum corpus, erat illi ſpelunca domus, añ aditum cuius pro victorum ſpolijs membra humana affixerat. Cacus, repetitio nominis infauſti. Timor atq; infamia ſiluę Auentinę, q̄ Auentini (de quo dicemus in quarto) nemoroſi montis accola propter ſuas populationes reddebat ſiluam Auentinam timendam ē infamem, nam omnes formidabant propius accedere, ſic illa reddebat infamis. Non leue, ergo graue. Malum, alluſit ad nominis ſignificationem. Nam κακος malus finitimis vicinis, et hoſpitibus peregrinis. Facies viro, erat.s. Dira, truculenta, et Deoꝝ ira nata. diꝝ enim quaſi Deoꝝ ira natuʒ dicimus, et Virgi. ſemihominis Caci facies quam dira tegebat. Vires pro corpore, pro magnitudine corporis. Corpus grande, ingens, ſic ingētes vires. Mulciber, Vulcanus. Erat pr̄ huius mōſtri, hoc a Virgilio accepit, ſic enim ille inquit. Huic monſtro Vulcanus erat p̄r. Spelunca ingēs, vaſtum antrum. Longis receſſibus, quę infra longe recedebat, erat. Pro domo, nam ſpelunca erat eius domus, et Virgi. Hic ſpelunca fuit vaſto ſummota receſſu. Abdita, occulta. Vix inueniēda ipſis feris, erat ita occulta ſpelunca, vt ferę, nedum homines vix eam inuenire potuiſſent. Pendent ora, hominum vultus. Et brachia, humana.

Pendent ſuper poſtes, in poſtibus ora, et brachia pendebant pro tropheis, et ſpolijs, graſſationes, et truculentiam illius indicantia. Et humus, terra.

Squalida, foedata. Albet, albere videtur. Humanis oſſibus, tot enim homines interemerat, vt omne illud ſolum humanis oſſibus tegeretur, et ſic humus albere videbatur, vt de cęde Latinorum apud Virgi. Campiq; ingentes oſſibus albent, et de Caco dixeras, Semperq; recēti cęde tepebat humus, foribusq; affixa ſuperbis Ora virum triſti pendebant pallida tabo.

ANT. FAN.

ABibat, non tam longe abierat, vt incluſorum boum mugitum audire non poſſet, quem mouerant alij mugientes ad deſiderium relictorum.

Obijce montis, ſaxo ingenti. Nititur hic humeris cęlum quoq; ſederat illis, ſi Herculis humeri cęlum pro Atlante ſuſtinuerant, cur non ſaxuʒ euerterent. Quas quoties perflat, ſpirare Tiphoea credas diuiditur in hoc loco diphthongus vt in illo verſu. Aethereas auſum ſperare Typhoea ſedes. Eſt autem Typhoeus gigas cui Virgi. Inarimē inſulaʒ ſuperimpoſitam dicit, vt Inarime Iouis imperijs impoſta Typhoeo. Similiter et Luca. vt, Conditus Inarimes ęterna mole Typhoeus. Legimus et Siciliam ei ſuperimpoſitam, vt Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris Trinacris, et magnis ſubiectum molibus vrget Æthereas auſum ſperare Typhoea ſedes. Quod nos mouere non debet, adeo poetis licet fere omnia comminiſci. Nam et in Miſia Typhoeum eſſe fabulantur, cum regio exuſta

Fabuloſum eſſe de Caco

De forma Caci furis

Typhoeus

dicat, vbi ſumma campoꝝ facies cinerulenta eſt montana, petroſa, et nigra, quod quidam ex crebro ictu fulminum contingere putauerunt. In eiuſmodi igitur locis vbi natura vim igneas pręſe tulit iure Typhoeum eſſe finxerunt, qui dum latus vertit flãmas euaporare dr̃. Quare alij ſub Aetna Sicilię hunc eẽ dicunt. Pindarus vero cum ſciret oẽs tractũ a Cumis vſq; in Siciliam ignitum eſſe, et ꝑfundas quasdam atque in vnum coeuntes cauernas habentẽ non ſolum ſub Lipare, ſed et Puteolano agro Neapolitano, ac Baiano, necnon et Pithecuſis ſepultum finxit iacere Typhoeu3.

Typhoeus i locis vbi eſt ignea vis

Accipio reuocamen ait, vocemq́; ſecutus
Impia per ſiluas victor ad antra venit.
Ille aditum fracti pręſtruxerat obice montis,
Vix iuga mouiſſent quinq; bis illud onus.
Nititur hic humeris, cęlum quoq; ſederat illis,
Et vaſtum motu collabefactat onus.
Q đ ſimul euerſu3 ẽ, fragor ęthera terruit ip̃3,
Ictaq; ſubſedit pondere molis humus.
Prima mouet Cacus collata pręlia dextra,
Remq́; ferox ſaxis, ſtipitibusq; gerit.
Quis vbi nil agit, patrias male fortis ad artes
Confugit, & flammas ore ſonante vomit.

PAV. MAR. SERuata, Hercules non deprehenſo furto abire coeperat, et i ipſo diſceſſu, boues incluſi mugierunt, ẽ Liuius inquit, Ex loco infeſto agere porro armentum occepit. Inde cum actę boues quędam ad deſiderium (vt fit) relictarum mugiſſent. Reddita incluſarum ex ſpelunca bou3 vox Herculem conuertit, et Virgi. Diſceſſu mugire boues, atq; omne querelis Impleri nemus, ẽ colles clamore relinqui Reddidit vna boum vocem, vaſtoque ſub antro Mugijt, et Caci ſpem cuſtodita fefellit. Natus Ioue, Hercules Iouis filius. Abibat, diſcedebat. Parte boum male ſeruata, non bene cuſtodita. Furta, boues quos ille furto ſubtraxerat.

Ná prius Auſonias mřes Carpenta vehebát,
(Hęc quoq; ab Euádri dicta parẽte reor.)
Mox honor eripit, matronaq; deſtinat oís
Ingratos nulla prole nouare viros.
Neue daret partus, ictu temeraria cęco
Viſceribus creſcens excutiebat onus.
Corripuiſſe patres auſas immitia nuptas,
Ius tamen exemptum reſtituiſſe, ferunt.

Binaq; nunc pariter Tegeeę ſacra parenti
Pro pueris fieri, virginibuſq; iubent.
Scortea non illi fas eſt inferre ſacello,
Ne violent puros exanimata focos.
Siquis amas veteres ritus, aſſiſte precanti,
Nomina percipies non tibi nota prius.
Porrima placatur, Poſtuertaq;, ſiue ſorores,
Siue fugę comites Męnali Diua tuę.
Altera, quod porro fuerat, ceciniſſe putatur,
Altera venturum poſt modo quidqd erat.
Candida te niueo poſuit lux proxima tēplo,

ſimes ſcripſiſſe Var. apud voraginem illam Curtij fuiſſe concordię templum, de quo nunc agimus, neq;.n. vel nos ita ſentimus, vel Var. tale aliquid memorię ꝓdidit. Sed Curtium dicimus a Concordia verſum cum equo ſe in hiatū illum ꝓfundiſſimum deieciſſe. Hoc templū eſt qđ Camil. vouit in ſeditione populi et ſenatus, aucto. Plu. cū populus anniteret vt alter e ꝯſulibus popularis eligeret. Id a Camillo ꝯſecratum, poſteaq; a Liuia Druſilla, et ara et ſimulachro ac rebus alijs exornatum Tiberius dedicauit, cum triūphū Illyricum egiſſet, teſte Sue. quo tempore Ouidi. exulabat, Vnde illđ eſt, Nuper vt huc magni ꝑuenit fama triumphi, Auſus ſuʒ tātę ſumere molis onus. Item illud, Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Cęſareum famulo vertice ferre pedem. Fuerunt in hac ęde (vt Pli. ſcribit) obſidiani quatuor elephantes, quos ibi pro miraculo dicauit Aug. Item gēma Sardonis Auguſtę dono cornu aureo incluſa, quaʒ fuiſſe dicebant eius annuli, quem a Polycrate tyranno in mare deiectuʒ piſcis culinę dn̄i reddidit. Pręterea et Latona puerpera opus Euphranoris Apollinē et Dianā infantes ſuſtinens, et Liber pater pictoris clariſſimi Nicię Athenienſis opus. Item alia ſummoꝝ artificuʒ opera, quę ꝑcentes faſtidio p̄terimus. Sciendum (vt Liui. refert) nemini aliqn̄ licuiſſe templum dedicare, niſi conſuli aut imperatori. Vnde cum Flauius ſcriba ędē Concordię in Vulcani area dedicaſſet ex auctoritate ſenatus latum ad populū eſt ne qs templum, aramue iniuſſu ſenatus, aut tribunoꝝ plebis partis maioris dedicaret. Dr̄ auteʒ hoc loco Cōcordia candida ꝙ benigna ſit, ac multoꝝ bonoꝝ mater, vt animę quales neq; candidiores terra tulit, neq; quis me ſit deuinctior alter. Hęc eſt.n. qua paruę res creſcunt, cum diſcordia maximę dilabātur. Agretius album inqt nā tm̄ eſt, candidum ſtudio, nā et corpori et aīo aliquoties aſſignaṫ. Vnde albos capillos recte dicimus, et candidū carmē. Tibullus, Pax cādida primū Duxit araturos ſub iuga curua boues. Cęlius in epiſtola ad Cice. Ne parum ſimpliciter et candide poſuiſſe inimicitias videaris.

Opa quę fuerūt in ędē Concordię

Quibus licebat tēplum dedicare

Concordia cādida

Albū cādidum

NAM car. plauſtra, ſeu vehicula. Vehebant pri. ma. au ferebant Romanas, eo iure a ſenatu conceſſo. Reor, arbitror. Hęc quoq;, hęc etiam carpēta. Dicta ab Euā. matre, a Carmenti ꝯ mutationem lrę.m.in.p. Mox, quaſi non longo poſt tēpore, nam plerunq; mox ſtatim, ſeu continuo ſignificat. Eripitur ho. ereptum eſt hoc ius carpentorum. Et omnis ma. deſtinat, deputat. Nouare viros, renouare ſcboleʒ virilem. Nulla prole, id decreuere matronę, ſobolem non propagare,

PAT. MAR.

ſed immaturos partus edere, a Gel. refertur, Heliſium de proprie. vocabu. velle matronam eſſe quę ſemel peperit, matreʒ familias, quę ſępius, ſicut ſuem, quę ſępe et ſcrofas, quę ſępius. Sed quod de matrona inquit ſcriptorum auctoritate confirmari non poteſt, vt ipſe teſtatur Gellius. Melius auteʒ eſt matrona, quę in matrimonium cum viro conueniſſet, et in eo manet, etiam ſi liberi nōdū nati ſunt. Materfamilias nō in matrimonium tantum, ſed quę in familiam quoq; mariti, et in ſui hęredis locum veniſſet. Neue te. audax mulier. Daret partus, ne pareret foetum maturum. Excutiebat, cęco ictu, occultis verberibus excutiebat, et excuſſum eijciebat. Onus creſcens viſceribus. Embryonem intra viſcera conceptum, ē creſcentem. Verberabat.n. mulier vterum, vt abortum faceret. Ferunt, dicūt rerum ſcriptores. Patres, ſenatores. Corripuiſſe, increpaſſe. Nuptas, matronas. Auſas im̄i. quę auſę ſunt tam crudele, tamq; imane facinus. Liui. viij. ab vr. con. refert quoddam matronaꝝ veneficium, quo viros necabant, pluresq; ea cā damnatas. Tamen, ferunt patres. Reſtituiſſe ius exemptum, ius vehiculi quod eripuerant. Et iub. ipſi patres. Fieri bi. ſa bina ſacrificia. Pro pue. ē vir. pro ſalute pueroꝝ et puellaꝝ, quos prius i vtero necabant. Tegeęę pa. Carmenti, a Tegea oppido in Arcadia. Non eſt fas. non licet. Inferre illi ſa. ferre in illud ſacellum, vbi ea bina ſacra fiūt.

De nol bus mulieribus ꝓceſſis varijs temporibus

Scortea, morticina, ſine aīa. Nā (vt eſt apud Var.) in aliquibus ſacris ac ſacellis ſcriptum habemus, Neq; ſcorteum adhibeatur, ideo ne morticinum quid adſit, et prius dixit Scortari eſt ſępius meretriculam ducere, quę dicta a pelle, id enim non ſolum antiqui dicebant ſcortum, ſed etiam nunc dicimus ſcorta ea quę corio ac pellibus ſunt facta, et reliqua. Ne exa. ipſa morticina ſine anima.

Scortea morticina ſine anima

Violent, contaminent. Pueros, caſtos. Focos Siquis, in Carmentalibus ſacris placabantur etiam duę Deę, Porrima, et Poſtuerta, quas aliqui ſorores aliqui comites Carmentis putauere, ideo ipſis ſimul cum Carmenti res diuina fit, quibus ab ipſis rebus data ſunt nomina. Nam Porrima dicta eſt, ꝙ id quod Porro, hoc ē longe ante fuerat, caneret. Poſtuerta quod poſtea venturum eſſet prędiceret. Vnde dictum eſt, Porrima pręteritum canit, et Poſtuerta futurum. Si quis amas veteres ritus, ſiquis es qui cupias noſcere veteres cerimonias. Aſſiſte precanti, cum Carmenti ſit res diuina a ſacerdote, ipſi ſacerdoti aſſiſtas, vt audias eius verba precantia. Tu per no. intelliges nomina a ſacerdote prolata. Non nota tibi prius, quę antea

De Porrima ē Poſtuerta

Q ua fert ſublimes alta moneta gradus.
Nunc bene ꝓſpicies latiā Concordia turbam,
Nunc te ſacratę conſtituere manus.
Furius antiquum populi ſuperator Hetruſci
Vouerat, & voti ſoluerat ille fidem.
Cauſa, qđ a patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus, & ipſa ſuas Roma timebat opes.
Cauſa recens melior, ſparſos Germania crines
Corrigit auſpicijs dux venerande tuis.

non audiens. Placabur, ꝑcibus ſacerdotis Porrima, et Poſtuerta. Odi Mę. o Carmenta a Mænalo monte Arcadię. Siue ſo. tuę ſi. co. fu. ſiue erant tibi ſorores, ſiue te ex Arcadia fugientem comitatę ſunt. Altera, Porrima. s. Putat ceci. veridica voce dixiſſe. Quod porro fuerat, quod longe añ fuerat. nā porro longe interdū ſigt, qđ notiſſimum eſt. Altera, Poſtuerta. s. Putat ceci. fatidica voce ꝑdixiſſe. Qui c. e. poſt mo. vē. oīa q̄ futura erūt, ſed hoc ideo fictum ē, qꝛ Carmentis tam futura, q̄ ꝑterita canere ſolita eſt. Candida. xvij. calen. Februa. hoc eſt. xvi. die Ianua. erit Concordię feſtuꝫ, quo die dedicatū eſt ei tēplum a Camillo primū, deide ſed longe poſtea a Tibe. De ꝑ aūt ita inqt Plut. Camillus poſt illuſtres victorias fuſis Gallis cum i vrbe eſſet, dictaturamq; non depoſuiſſet. Diſſidente pop. a ſenatu, annuenteq;, vt alter e ꝯſulibus pplaris eligeret. Dubiis pñtibus rebus ſenatū petijt, et ꝑuſq̄ dicere aggreſſus eſſet, ad Capitoliū ꝯuerſus, Deos teſtat, vt ea dicturus ſit, q̄ tandē bñ vertant reip. et ſi ſeditio ciuilis tollat, Templū Concordię ędificaturū ſe pollixet. Cum multę in ſenatu ꝯtentione eēnt, in hanc tandē sniam itū ē, vt alter ex ꝯſulibus e pop. crearet. Dictator cum h̄ ad ppl̄s renunciaret, ſtatiꝫ pop. cum ſenatu reconciliatus eſt, et Camillū plauſu et clamore domū vſq; remittunt. Poſtridie aūt ꝯgregati decreta tulere, vt Concordię queādmodū Camil. vouerat in foro, et in ꝯcione ingēs ꝑ rebus bñ geſtis templū moliret in celebritatibus, q̄s latinas vocant, addita vna die, ꝑ q̄triduū ſolēnitates inſtituerunt, hęc de Camil. Tiberius aūt regreſſus e Germania triūphum, quē diſtulerat egit, et pran-
Prandiū pplo mille menſis ē ꝯgiariū dium popu. mille menſis, et ꝯgiariū tricenos nummos viritim dedit. Dedicauit et Concordię ędē, hęc ex Tranql. Fuit et aliud Concordię tēplum antea ꝯſecratū, ſed poſt Camil. Liui. n. in fine noni lib. pri-
Ædes Cōcordię ē vna ī no dicata mę Decadis oñdit a Flauio ſcriba, cuius ſupra meminimus, cum is eſſet ędilis ędē Concordię i area Vulcani ſumma inuidia nobiliū dedicaſſe. Quod ideo retuli ne putes aut Camil. aut Tibe. i area Vulcani ędē poſuiſſe, ſed Flauiū, nā aliud tēplum erat non longe a Lacurtio, qua in Capitoliū ad tēplum Iunonis monetę aſcendebat. Poeta ad Concordiam verba apoſtrophat. O candida, o Concordia, quā ideo candidā appellat, qꝛ pura et ſancta ſit, qđ ciconię aues magna ex parte albę ſub eius tutela ſint, et dicta eſt Concordia (vt Varroni plꝫ) q̄ſi congrua corda. Lux ꝓxi. dies ſequens ipſa ſacra Carmentis. Poſuit te tēplo niueo, tēplo marmoreo, quod eo die tibi conſecratum eſt.

QVA Fert ſu. al. mo. gra. Ædē Iunonis monetę,
ANT. FAN. de qua ſuo loco dicemus, fuiſſe ꝯſtat in mōte Capitolino. Solinus, Tatius in arce vbi nunc ędes eſt Iunonis monetę q̄ anno. v. poſtq̄ ingreſſus vrbem fuerat a Laurentibus interēptus eſt, ſeptima et. xx. olympiade hoīem exuit. Oui. infra, Arce q̄ꝫ i sūma Iunoni tēpla monetę Ex voto memorant fcā Camille tuo. — Iunonis monetę Ædes
Populi ſu. Hetruſci, qui Phaliſcos in ſuā ꝑtātē redegit, et Veios obſidione domuit cuniculo effoſo. Nota eſt hiſtoria. Id oppidū (Plu. auctore) fuit Thuſcię ꝓpugnaculū. A. Gel. ſcribit partā eam victoriam a Camillo ea fere tēpeſtate qua Socrates Athenis capitis dānatus, et in carcere veneno necatus eſt. Cauſa, vt voueret id tēplū dedicareturq; cā fuit plebis, ſenatusq; diſſenſio. Ipſa ſuas Roma timebat opes, qꝛ opulentia sępenumero diſcordiā parere ꝯſuenit, ſed tū demū plebs ſenatui reconciliata eſt, cū a Camillo audiuit decretū eſſe, vt alter ex ꝯſulibus pplaris crearet. Cauſa re. me. qꝛ ſupior illa dedicatio a diſſenſione originem habuit, hęc a victoria et triumpho. Sparſos Ger. cri. Corrigit, Germani iuſſu victoris Tiberij crines tondent, cum victi a victoribus leges accipiant. Sunt autem flauę Germanoꝝ comę, quas nutrire ꝯſueuerunt. Iuue. Cęrula q̄s ſtupuit Germani lumina flauam Cęſariē, ē madido torq̄ntem cornua citro.

QVA Alta moneta, excelſum Iunonis monetę templum qđ erat in ea parte Capitolij in qua fuerat domus. M. Mālij capitolini, de quo latius i. vi. lib. dicemus. Fert ſubli. gra. per hypallagē, h̄ ē via qua ſublimibus gradibus ad Iunonē monetā itur — PAV. MAR.
Nunc, q̄ſi hoc die. O Cōcordia be. ꝓſpi. la. latiū ppl̄s ad te venientē. Nunc, hoc die. Manus ſacra. manus pōtificum. Conſtituere, ꝯſecrauere tibi tēplū. Furius, Camillus, nā. M. Furius Camil. dicebat. Superator He. po. q Veiētes vicit, qm̄ hi sūt in Hetruria, q gdē. x. annoꝝ obſidionē tulerunt, tādem expugnati ſunt Veij cuniculo a Romanis effoſſo in arcem vſq; Iunonis. Veios dicimus vrbē, Veientes pplos Vouerat antiquū, vetus Concordie tēplū, nā Camilli voto dedicatū. Et ſoluerat ille fi. vo. quaſi ſeruauit qđ voto ꝓmiſit. Cauſa, vouendi et dedicandi templi fuit. Quod vul. quod plebs. Seceſſerat a pa. a ſenatoribus. Sumptis armis, armata plebs diſſedebat a patribus, et volebat alteꝝ ex plebe ꝯſulem. Et ipſa Roma timebat ſuas opes, ſuas vires, ſeu ſuum populum opulentū, et Galloꝝ prǫda ditatum, et victoria quoq; elatum.

Cauſa recens, noua, quaſi noſtri temporis. Melior, q̄ fuerit illa Camilli, nam illa propter diſſidentem plebem, hęc pro ſubacta Germania, et pace terra, mariq; parta, ergo melior cauſa Tiberij. Dux venerande, apoſtrophe eſt ad Tiberium, non quo eum toto opere alloquatur. Etenim hęc quoniam plura eius ductu, quam cęterorum Auguſtus viuens bella geſſit. Germania corrigit, — Apoſtrophe ad Tiberium

cōprimit

comprimit. Tuis auſpicijs,tuo felici imperio.
ſparſos crines,hoc eſt fuſas vires.cũ Germani cri
niti ſint,et iam breuior erat populus,q2 pauci ad-
moduʒ iá in Germania remanſerát ſparſi.n. erát
cęteri.Nam(vt Tranquil.oſtendit) Germani fuere
vltra Albim fluuium,ſummoti etiá ex Germanis
Sueui,et Sigambri in
Galliam traducti. Et
hoc modo compreſſi
ſparſi crines,q2 factus
eſt diminutior po-
pulus.

Inde triumphatę libaſti munera gentis,
Templaq; feciſti,quam colis ipſe,Deę.
Hęc tua conſtituit genitrix,et rebus,et ara,
Sola toro magni digna reperta Iouis.
Hęc vbi tráſierint,Capricornio Phoebe relicto
Per iuuenis curres ſigna regentis aquas.

INDE,Ex pręda Ger-
ANT. manorũ. Hęc tua cõ
FAN. ſtituit genitrix, et re-
Falſuʒ eẽ bus et ara,q hoc opus
h opus õ
faſtis fu- Tiberio inſcriptuʒ putant decipiunt hoc loco pa-
iſſe dica rum diligenter intuentes facta ędis Cõcordię mẽ-
tũ Tibe- tione Oui.per apoſtrophé.i.orationis cõuerſioneʒ,
rio impe Tiberium alloqui, a quo eã ędem dicatam acce-
ratori pimus.Sic et in.ij.huius operis lib.Auguſtum allo
quitur.vt,Templorũ poſitor,templorum ſancte re
pertor.Nec tamen ideo dicenduʒ eſt hoc opus Au-
guſto poetam exulem inſcripſiſſe.Sciendum prę-
terea (vt inqt Feſtus) viros prudentes dicere auos
et proauos,auias et proauias parentum nomine
appellari. Sane mirari non debemus q hic legi-
tur, Concordię templum a Liuia rebus et ara cõ-
ſtitutuʒ,et in.vi.huius operis lib.Te quoq; magni-
fica Concordia dedicat ęde Liuia,cum Suet.tradit
hoc templum non a Liuia, ſed a Tiberio dedica-
tum.Accipimus enim aram cuʒ ſimulachro tan-
tum a Liuia dedicatam,exornatamq; rebus ad ſa
cra neceſſarijs, cum cõſtet interdum (auctore Li-
De Liuia uio)ipſas quoq; aras ſeparatim dedicari, qd adeo
Auguſti verum eſt, vt Ouid. infra non ędem dicat a Li-
vxore uia, ſed in ędem Concordię dedicatam. Scio eſſe
quibus placeat Liuiam Druſillaʒ templum aliud
Concordię dedicaſſe,ij (vt dicam quod ſentio)mi-
hi referre videntur ęgrorum ſomnia. Sola toro
magni digna reperta Iouis,Ouid.Auguſtum sę-
penumero Iouem appellat, qui viuens (vt dixi-
mus) diuinos honores meruit.vt, Me quoq; quę
ſenſi fateor Iouis arma timere. Idem et titulo pa-
tris patrię donatus eſt,habuitq; nomen Ioui ſi-
mile,qui Iuppiter dicit quaſi iuuans pater. Hora.
Hic ames dici pater,atq; princeps. Hęc vbi tran-
Sol i Aq ſierint, Solis tranſitum in Aquariũ Plin. ſcribit ſe
riũ.xvi. re.xvi.calen.Feb.euenire cuius opinioni aſtipulan
calé.Feb. tur Porphy.et Columel.item auctor hoc loco.Qua
in re cum noſtrorum téporum aſtrologi videan
tur a vetuſtioribus diſſentire,non eſt cur moueri
debeamus. Facit.n.id,vt quibuſdam placet,et nos
diximus ſupra quadrantiũ.vnde intercalaris dies
conficitur longitudo quibus implendis quicquid
vltra modum tẽporis adiectum eſt dici non po-
teſt quanta varietate diuerſi aſtrologię ſcriptores
Octaua mentantur. Accedit ad hoc quod octauę ſphęrę zo-
ſphęra diacus mobilis ſuperioris zodiaci motu nõ reſpon
det,qui fixus atq; immobilis dicitur.Nouimus.n.
octauam ſphęram tribus diuerſis motibus agita-
ri,quoruʒ vnus ab ortu eſt ad occaſum,alter huic
contrarius ab occaſu ad ortum.tertius quo cęlum
illud per acceſſuʒ ac receſſum quaſi trepidans nũc
orientem,nunc occidenté, modo ſeptentrionem,
modo meridiem petit.vnde ſunt qui temporibus
noſtris duas ſupra octauũ cęlum ſphęras mobi-
les poſuerunt, volen-
tes nõ aliter fieri poſ-
ſe, vt octaua tripliciter
moueat,quę cum
ita ſint et ſuperioris
Arietis caput inferio-
ri minime reſponde-
at,tanta ſit tẽporum
inęqualitas, vt veruʒ
eſſe videat quod Plu.
et Pli.ſcribunt ab huiuſmodi rebus mathematico
rum peritiá ſuperari,et Solis motus rationeʒ pro-
pe inexplicabilem eſſe.Sane per Aquariuʒ(vt Mac.
ſcribit)ipſa vis Solis oſtenditur,quoniaʒ imber in
terras non caderet,niſi Solis calor ad ſuprema tra
heret humorem,cuius refuſio pluuialis eſt copia.
Dicitur autẽ Ganymedes inter ſidera collocatus A-
quarij nomen accepiſſe, q̃uis ſunt q eum Deuca-
lioneʒ eſſe dicunt.Vñ ait Seneca in Thyeſte, Cadet
Ægoceros,frangetq; tuam quiſquis es vrná,in hoc
ſigno Sole conſtituto horrẽdę tempeſtates et ingen
tia frigora eſſe ſolent,vt Porphyrio auctor eſt.Con Aq̃rius
ſtat autem Aquarius cũ aquę effuſione ſtellis.xxx. Sole in
occiditq;,et exorit capite prius q̃ reliquis membris, Aquario
vt Higinius tradit. Capricorno relicto, hęc pars quid
zodiaci inter ſigna hyemalia numerat,oriturq; ſe
cũdum Porphyrioné.xvi.calen.Ianua.quod tps in
vndas dominat ac ſęuit. Vñ Hora. Capricornum
aquę tyrannum vocat.conſtat autem hoc ſignuʒ
ſtellis.xxij.cuius fabulam lege apud Higinium.
INDE,Ex eo. Libaſti,libanda dediſti. Mune PAV.
ra gẽtis triumphatę,de qua triũphum egiſti, non MAR.
munera,quę ab hoſte acceperit,ſed quę ex p̃da po
pulo dederit. Nã (vt diximus) prandium populo
mille menſis et cõgiarium tricenos nummos vi-
ritim dedit. Et feciſti,tu o Tiberi. Tẽpla Deę,
Cõcordię. Quã tu ipſe colis,quã venerarijs,et cu-
ius feſta celebras. Hęc,tẽpla. Conſtituit, diſpo-
ſuit. Tua genitrix,Liuia Druſilla, quã Auguſtus
matrimonio Tiberij Neronis,et qdem p̃gnantem
abduxit,dilexitq; et pbauit vnice ac pſeueranter.
Et rebus,ad rẽ.s.diuinam faciẽtibus,aut q2 re ip-
ſa cõcors cuʒ viro ſemp vixerit. voluit ẽt Cõcordię
ędẽ conſtituere. Et ara,inqua ſacra fierẽt,aut ip
ſa pſecratione. Sola Liuia repta digna toro, q̃
ſola digna fuit mr̃imonio. Magni Iouis Augu
ſti,quẽ Ioui cõparat.Nã iam relatus in Deos,et in
Triſtibus ad Auguſtũ inqt,Liuia ſic tecuʒ ſociales
impleat ãnos,Quę niſi te nullo cõiuge digna fuit,
Quę ſi non eſſet cęlebs te vita deceret, Nullaq; cui
poſſes eſſe maritus erat. Hęc vbi.xvi.calẽ Feb.hoc
eſt.xvij.die Ianuarij relicto Capricorno Sol Aqua-
riũ ingredit.De Aquario dicemus ſequẽti li.Capri- Capricor
corni effigiem Higi.inqt ſimilẽ eſſe Ægipani, quẽ ni effi-
Iuppiter,q cũ eo erat nutritus inter ſidera eſſe vo- gies

Septimus hinc oriens,cũ ſe demiſerit vndis,
Fulgebit toto iam Lyra nulla polo.
Sidere ab hoc,ignis,venienti nocte,Leonis
Qui micat in medio pectore merſus erit.
Ter quater euolui ſignátes tempora faſtos,
Nec ſementina eſt vlla reperta dies,
Cum mihi(ſenſit enim)lux hęc idicit inquit
Muſa,quid a faſtis non ſtata ſacra petis?

fuit.Eſt.n.priori parte capra,et poſteriori piſcis, vt ab Ægyptijs ſacerdotibus refert.Cum Typhõ Deoꝝ hoſtis acerrimus illuc veniſſet,Dij q̃ ibi erant timore perciti,in varias ſe formas mutaueiũt, Mercurius in ibim,Apollo in auẽ, quę threicia dr̃, Diana in merulá,Pan in flumẽ ſe p̃cipitauit,et poſterior pars, quę aquas attigit in piſcem,reliqua in hircũ ſe vertit, Iuppiter admiratus effigiẽ inter ſidera collocauit. Spectat autẽ (vt idẽ inquit)ad occaſum,occidit p̃ceps,exoritur erectus. Vbi, poſtq̃. Hęc, Cõcordię feſta. Tráſierint,quaſi die ſequẽti. O Phoebe,o Sol. Curres,currere incipies. Per ſigna iuuenis régentis aquá, per ſigna Aquarij,de quo in ſecũdo dicemus. Relicto Capricorno,cuꝫ iá Capricornus anteceſſerit.

Septimus.x.calẽ.Feb.hoc eſt.xxiij.die Ianua. Lyra,de qua ſuperius diximus,icipit occidere, cuius totus occaſus erit Cęſari (vt oñdit Pli.) pridie nonas Feb.de quo ſuo loco dicemus. Hinc, ab hoc ingreſſu Solis in Aquariũ. Septimus oriens,Sol s. Cum demiſe.ſe.vn.cum occidet.

ANT. FVLGEbit toto iá Lyra nulla polo.x.calen.Feb.ſiue(vt Columellę placet)xi.Lyra occidit veſperi.Neq;
FAN. n.hoc tp̃e de occaſu eius ſigni matutino.i. coſmico loq̃ poſſumus,q̃ eſt ſm̃ quoſdá pridie idus Augusti,ſm̃ alios tertio Idus,ſiue(vt alijs placet)ſexto idus,quo tp̃e Lyrę occaſus autumnũ inchoat, au-

Lyrá occidit.x. cal. Februa. ctore Pli.Hoc ſignũ(vt diximus ſupra)cũ ſagittario in ortum fert,et occidit oriẽte Virgine.vt, Occidit hęc orit cum iá pulcherrima Virgo Eripit Hęmonia Chiron cũ tela pharetra Inflexũ oſtendẽs terris mirantibus arcũ Naſcitur ętherias cęli manifeſta ſub oras.Illud quoq; ſciẽdum errare nõnullos, qui heliacũ Lyrę occaſum hoc loco accipiunt,q̃ fieri vllo mõ non põt cuꝫ eiuſdẽ ſigni ortus heliacus nonis Ianuarijs fuerit.Quis.n.neſciat vbi aliq̃d ſidus per abſceſſum Solis apparere ac p̃ferre ſe coeperit expectandũ eſſe annũ,vt idem occultetur Solis acceſſu et conſpici deſinat.Varro auctor eſt, ſi Lyrę occaſu coſmico vua picta inter vites conſecretur minus nocere tẽpeſtates.Lyram a Mercurio in Cyllene monte Arcadię inuẽtam muſę Orpheo tradiderunt,vt ſcribit Eratoſthenes,quę in cęlũ tranſlata eſt,vt diximus ſupra. Sidere ab hoc ignis venienti nocte Leonis Qui micat i medio pectore merſus erit.ix.cal.Feb.regia ſtella,quę(vt inquit Pli.)Venus appellata eſt in pectore Leonis mergit occaſu coſmico.Occidit.n.cum ea Leonis pectus,cũ Aquarius in ortum fert. Nec ſemẽtina eſt vlla reperta dies,ſementinę ferię(vt ait Var.) a ſemẽte appellatę ſunt,q̄ ſationis cauſa ſuſciperent, quas Feſtus ait inſtitutas eſſe quaſi ex ijs fruges grádeſcere poſſent. Sũt autem hę ferię cõceptiuę ſicut latinę paganalia,compitalia, quę quotánis a magiſtratibus

Pectus Leõis occidit.ix. calẽ.Feb.

Sementinę ferię

vel ſacerdotibus cõcipiebant in dies certos, vel etiá incertos,vt inq̃t Macro.Vnde ait auctor hoc loco nullá ſe diẽ ſementiná in faſtis reperiſſe,vbi ſtatiuę q̃dem ferię erát certis diebus,et ſtatis obſeruationibus annotatę,cõceptiuę aũt nusq̃.Nec nos lateat publicaꝝ feriarum quatuor eſſe genera aucto.Macro.nam p̃ter ſtatiuas ferias, conceptiuasq;, alię erát imperatiuę, quas cõſules p̃toresq; indicebant pro arbitrio poteſtatis, alię nũdinę ferię paganorũ. Erant p̃terea ferię familiarũ p̃prię, quas diuersę familię ex vſu celebritatis domeſticę obſeruabant. Tẽpore certo,peracta ſatione frumẽti,quę fere extendit vsq; ad fineꝫ brumę, quo tp̃e agri foeti et grauidi vident.Vir.Serite hordea cápis Vsq; ſub extremum brumę intractabilis imbrem. State coronati plenũ ad p̃ſepe iuuenci, ſit p̃mium laboris iuuẽco,qui a iuuãdo nomẽ accepit. Plenũ p̃ſepe,ociuꝫ et corona. Vere redibit opus,Virg.Depreſſo incipiat iá tum mihi taurus aratro Ingemere.Itẽ,Vere fabis ſatio.

IAM Nulla Lyra fulge.to.po. quaſi non omnis Lyra fulgebit in cęlo.Ná cum pluribus ex ſtellis cõſtet,nõ omnes eius ſtellę videbunt. aliquę.n.coſmice occidere incipient.Sed de oĩum occaſu aget in ſecũdo. Sidere,nono calen.Feb.occidet.poetę. Sed ex rõne Cęſaris.viii.ſtella regia(vt Pli.inq̃t)appellata Tuberon,in pectore Leonis matutino.Veꝝ per eam partẽ Leonis occidẽtem,eiuſdem partis Aquarij,qui Leoni eſt oppoſitus,occaſus demonſtratur. Leonẽ inter ſidera cõſtitutuꝫ Higinius inq̃t ab Ioue,quod oĩum feraꝝ princeps exiſtimatur. Alij q̄ Herculis fuerit prima cõcertatio, et q̃d eum inermis occiderit.Callimachus inq̃t crimẽ fuiſſe Beronices Ptolomęi cõiugis, quẽ Canõ mathematicus inter ſidera collocatũ videri dixit ſeptẽ ſtellas oſtendens,quas crimẽ eſſe fingeret.Leo ad occaſum ſpectat ſupra corpus Hydrę a capite, qua Cancer inſtat vsq; ad mediá eius partem cõſtitutus,.medius ęſtiuo circulo diuidit,vt ſub ipſo orbe priores pedes hẽat collocatos, occidens a capite, et exoriens, hęc ex Higinio. Sidere ab hoc, quaſi poſt occaſum huius partis Lyrę. Nocte ve.nocte inſequenti. Ignis,ignita et lucida ſtella regia. Qui mi. lucet. In me.p.Leo.erit mer.iam occiderit.ſic media p̃te occiderit Leo et media parte erit ortus Aquarius,et vterq; coſmice. Ter qua.euoluerat poeta Faſtoꝝ li.nec inuenire potuit diem Sementiná ſed admonitus eſt ſtatas nõ eſſe ferias.Quapp illud erit aiaduertendũ feriaꝝ publicaꝝ genera eſſe quatuor,aut.n.ſtatiuę ſunt,aut cõceptiuę,aut imperatiuę,aut nũdinę.Statiuę ſunt vniuerſi p̃pli cões,certis et cõſtitutis diebus,ac mẽſibus,et i faſtis ſtatis obſeruationibus ánotatę, in q̃bus p̃cipue ſeruantur Agonalia,Carmẽtalia,Lupcalia.Cõceptiuę ſũt, quę

PAV. MAR.

quotánis

qūotānis a magr̄atibus,vel ſacerdotibus ↄcipiunt, in dies vel certos, vel ēt incertos, vt ſunt latinę,ſementinę,paganalia,cōpitalia.Imperatiuę ſunt, q̄s ↄſules vel p̄tores ꝓ arbitrio ptātis indicunt. Nūdię ſunt paganoꝝ.Itēq; ruſticoꝝ,qbus ↄueniunt nego cijs ꝓprijs vel mercibus ꝓuiſuri. Sunt p̄terea ferię familiaꝝ proprię, vt claudię familię, vel Æmilię,ſeu Iulię, ſiue cornelię.Et ſi quas ferias ꝓprias queq; familia ex vſu domeſticę celebritatis obſeruat,et reliqua, hęc ex Theodo. Euolui,euoluendo legi. Ter q̄ter,pluries. Faſtos, faſto.li. ſeu annales.

Vtq; dies incerta ſacris,ſic tempore certo
  Seminibus iactis,eſt vbi foetus ager.
State coronati plenum ad pręsepe iuuenci,
  Cum tepido veſtrum vere redibit opus.
Ruſticus emeritum palo ſuſpendat aratrum,
  Omne reformidat frigore vulnus humus
Villice da requiem terrę ſemente peracta,
  Da requiem,terram qui coluere,viris.
Pagus agat feſtum,pagum luſtrate coloni,
  Et date paganis annua liba focis.
Placentur frugum matres tellusq;, Ceresq;
  Farre ſuo,grauidę viſceribusq; ſuis.
Officium cōmune Ceres,& terra tuentur,
  Hęc prębet cauſam frugibus, illa locum.

Signa tē.in qbus ſignata et deſcripta ſūt tpa,et oīa,quę qbusq; tpibus fiant. Nec re. eſt vl.di.ſe.non Iunoni diē ſementi ſacrā. Cum mi.ingt.n.q2 ſenſit me q̄rere diē ſementinam. Hęc lux,ſementina. Indicit, a ſacerdotibus.s.vel magr̄atibus, cū ſint ferię ↄceptiuę, vt diximus. Quid.p.a.f.qd regris in faſto.li. Sacra non ſta.quę non ſunt fixa & certa ↄſtitutis diebus.Et Cato dicit,Sacra ſtata ſolēnia ſancta deſeruiſti. Et vt eſt.di.ſa.ſementini. Incerta, q2 ↄcepti ua. Sic.c.t.fit ſacrum ſementinum. Vbi, poſtq̄. Ager eſt foe.grauidus,et foetā dicimus mulieres, vel grauidā,vel quę pepit. Seminibus ia.poſtq̄ iacta et ↄdita ſolo ſemina tunc erunt ferię ſementinę,qđ qdem fit vel celerius,vel ſerius pro qualitate tpis et regionū.Iacto ergo ſemine dies indicit,antiqui ait Deā feriā a ſerendo.Segeſtā a ſegetibus appellabant,vt auctor eſt Pli. Quaꝝ ſimulachra erāt in foro. State co.poſt pactā ſementē erit per hyemē a labore ruſtico vacandū, danda eſt tā bobus, q̄ colonis qes,nec terra ꝓſcindenda, noxia.n.eſt hyberna glacies ꝓſciſſę nup terrę,ergo per hyemē erit qeſcendū. O Iu.co.per tranſlationē a militibus,q poſt exactos labores coronant. State ad ple. pręiam ſtantes mandite, et regeſcite.Iuuēcus (vt Var. ingt)dr̄ ꝙ iam iuuare ad laborē poſſit. Veſtrū opus,veſter labor.Redibit cum te.ve. verno tpe erit ad arua ꝓſcindenda redeundū,et aliq p̄cipiunt in locis tepidioribus a bruma ꝓſcidi oportere arua. Virgi.vero ingt,Vere nouo gelidus canis cū mōtibus humor Liquit,et Zephyro putris ſe gleba reſoluit.Depſſo incipiet iā tunc mihi taurus aratro Ingemere,et ſulco atritus ſplendeſcere vomer.

ANT. FAN. Aratrū emeritū Semēts

EMEritum palo ſuſpendat aratrum,ſumptum a militibus,q emeriti dr̄ cū vacationē hn̄t militię Merere.n ē militare,vt, Aere merent paruo. Villice da reqem terrę ſemente pacta ſementis eſt ſatio vt hoc loco,ſed nonnunq̄ ſemen ſigt, licet ↄ ſenſerit vir qdam nr̄a ętate doctiſſimus, miratus Diuū Hiero.ſementē ꝓ ſemine poſuiſſe, atq; ſicut meſſis modo ſigt meſſionē, modo ſegetē iam maturam, ita ſementis modo ꝓ ſtatione modo ꝓ ſemine accipit,vt,Incipe et ad medias ſementē extende pruinas.Oui.infra, Vos date maturos teneris ſementibus auctus.A.Gel.Ea caſſita in ſementes forte conceſſerat tēpeſtiuiores. Pli.Cauēdū ne id oriēte Sole faciāt, ſemētē n.areſcere. Pagus a.ſe.ruſtici, q vicū Paganum hitant, a ↄtinēte figurate q ↄtinet accipimus. Viſceribusq; ſu.quia(vt diximus)ſi ſacri gr̄ie gaudet Ceres, vt, Pria Ceres auidę gauiſa eſt ſanguine porcę,ē,Accipiat grauidę cur ſuis exta Ceres,Eſt āt Cereri et terrę cōe offm̄ ferendaꝝ frugū,vnde Cereri a creādo nom inditū putant, et terram opē dictā volūt, ꝙ eius ope humanę vitę alimenta q̄rant.Ceres eſt quę ſemina terrę ſuppeditat, Terra quę fouet.Sed de his alibi latius. Perpetuos au. iuge icrementū donec ad maturitatē ꝓueniāt,vt, Ad mea ꝑpetuū deducite tpa carmen. Cū ſeri.cę.uē.ape.ſe.ſementis tpe vtile ē et agricolę optanda ſerenitas,vt,Nudus ara,ſere nudus. Graues cul.q̄ ſemina eruūt, vt anſeres agreſtes,gruesq;.Virg Nec tamen hęc cū ſint hominumq;,boumq; labores Verſando terrā experti nihil improbus anſer Strymonięq; grues, et amaris intyba fibris Officiunt.

Ceres a creādo dicta

RVSTIcus ſu.pa. alte ad palū liget. Aratrum emer.ꝓſtat in tranſlatione a militibus,q cū emeriti ſunt vacationē hn̄t. Humus,terra. Reformidat oē vul.fri.timet oēm ꝑ hyberna frigora ꝓſciſſioēꝫ. Villice,tu q p̄es pago et curę totius rei ruſticę. Da req.ter.pacta ſe noli terrā ꝓſcindere poſt ſementem. Da re.vi.q co.ter.ſine ēt colonos requieſcere Pagus agat fe.q in pago ſunt celebrent ſementinas ferias,et feſta paganalia.Pagus απο της πηγης,qđ eſt fons. Nam plerunq; pagi, hoc eſt villę apud fontes erigebant. O coloni,q pagū incolitis. Luſtrate pagū,circuite ſolemni pōpa in ſementinis et paganalibus feſtis. Et date annua liba,ſacrificate quotānis. Focis pagatis, aris Deoꝝ qui crura tuent.De libo ſuperius dictum eſt. Placent, in ſementinis,et paganalibus feſtis ſacrificandū ē terrę,Cereriq; frugum parentibus, et farre et porca ꝑgnanti. Tellus et Ce.matres fru.quę ſunt cauſa oium frugum exhibendaꝝ, imo et ſine his nulla agricolatio eſſet. Placentur farre ſuo,quod ipsę tradunt. Et viſce.ſuis gra.porcę ꝑgnantis,et porcam Cereri imolari diximus,fruges a fruendo dictę.Volunt aliqui eandē eſſe Cererē et tellurē. Diod. lib.iiij.Ab antiquis ingt ſcriptoribus, et poetis tra-

PAV. MAR.

Conſortes operum, ꝑ quas correpta vetuſtas,
Quernaq; glans victa eſt vtiliore cibo,
Fructibus immenſis auidos ſatiate colonos,
Vt capiant cultus pręmia digna ſui.
Vos date ppetuos teneris ſementibus auctus,
Nec noua per gelidas vſta ſit herba niues.
Cum ſerimus, cęlum ventis aperite ſerenis.
Cum latet, ętheria ſpargite ſemen aqua.
Neue graues cultis Cerealia dona cauete
Agmine lęſuro depopulentur aues.
Vos quoq; ſubiectis formicę parcite granis,
Poſt meſſem prędę copia maior erit
Interea creſcat ſcabrę rubiginis expers,
Nec vitio cęli palleat vlla ſeges.

dicitur. Cererem fuiſſe terram matrem appellatam, eadem et Orphei tradunt poemata, et in cerimonijs introducunẗ, de qbus nequaq̃ fas eſt inſcius loqui. Et in pri.li. Terram inqt tanq̃ vas aliqđ eoꝵ, quę fierent putantes, matrem appellarunt, a gręcis ſitr τημιτηρ, mutato deinde paululum verbo δημητηρ eſt cognominata. Antiqtus.n. terra mr̃ eſt appellata. Poeta nõ dicit eã dem eſſe, ſed idẽ offm̃ ambas tueri. Ceres et ter.tuen.cõ. offi.cuſtodiunt et ꝑegunt ſimul agricolationes. Ceres.n. facit ſemina. tellus recipit, hęc alit, illa curat, excutitque matura. Hęc, Ceres s. Pręcbet cãm fru.nã ipſa eſt artifex, et illa officina in qua fit artificiũ. Illa, tellus.s. Pręcbet lo.nã eſt vas eoꝵ q̃ fiunt et in ea generant. Conſortes, nunc orõnem ad ipſas frugum Deas v̈tit, Cererem et tellurẽ, vt ẽt agricolas fructibus exaturent, et ſementẽ ita augeãt, vt in herbis a niuibus non adurat ſeges, et q̃ expoſcunt ſemina cęli tẽperiẽ ꝑſtent, tueanẗ a noxijs, et cętera q̃ faciunt adhibeãt, deſcenditq; vsq; ad xxij. verſum. O cõ. op.o Ceres o tellus, q̃ in agris eãdẽ geritis ſortẽ. Per q̃s ve.eſt cor.q̃ſi q rudẽ vetuſtatẽ et ſilueſtrem cultũ ad ciuilem vſum redegiſtis. Et quer. g.q̃ prius hoĩes veſcebanẗ. Eſt vi.u.ci.ceſſit victa frumento a vobis exhibito, qui ſuauior et vtilior fuit cibus. Satiate co.a.explete auiditatez colonoꝵ. Immenſis fru. ingenti fructuũ copia. Vt ca.recipiant. Pręmia di.ſui cul. p̃mia ꝯueniẽtia ſuo labori in rẽ ruſticã.

Vos date, vos Deę. Perpetuos auctus, ꝯtinuatuz incrementum vsq; ad maturitatẽ. Teneris ſemẽtibus, dũ in teneris herbis ſunt ſemina. Nec her. no.tenella, aut nuꝑ nata. Sit uſta ꝑ geli.ni.ne nimio rigore niuium, aut pruinę, perurat, pruĩa.n. a ꝑurendo dicta ꝙ ſata perurat Nix a νιφω, qđ ẽ mingo. Cũ ſerimus, tꝑe ſementis. Aperite cęlũ, pellite nubes quę cęlũ nobis claudunt. Ventis ſe. ſerenitatẽ inducentibus, vt ſunt ſeptẽtrionales. Cũ la.ſe. poſteaq̃ ſatũ eſt, et ſemen latet intra terram.

Spargite aqua ęthe. pluuia, et hoc ãteq̃ emergãt, nã in Ianuario ſi cadãt pluuię et gelicidia creſcẽt frumenta in ſpicã, Si in Februario, aut in Martio creſcent in ſtipulas, non in ſpicas. Neue et cauete, tantã curã adhibeatis, aut cauete vos agricolę.

Ne aues gra.cultis, moleſtę et infeſtę ſatis ipſis.

Depopulentur, diripiant. Dona Cerealia, ipſa ſemina. Agmine lęſuro, turba agꝵ prędatura. Ergo depellite auium agmina agrum populantia.

Vos quoq;, apoſtrophe ad formicas, vt nolint ſemina ſolo iniecta depopulare, expectent meſſem, nam ex ea maior eis prędа ſuggereẗ. Vos quoq; o Formicę parcite ſubiectis granis, nolite attingere grana, quę ſolo credita et ſubiecta ſunt, nam tenuis eſſet illa vobis pręda. Maior copia prędę, maior abundantia depredandi frumenti. Erit poſt meſſem, quaſi poſt excuſſum e paleis frumentum maior erit tunc cumulus, paratus.

ANT. FAN.

Lolium

SCAbrę rubiginis, vitij quo culmi pereunt, vnde Numa iſti tuit rubigalia, vt ſuo loco dicemus. Et careant lolijs oculos vitiantibus agri, lolius frugibus qdem noxiũ eſt, vt, Interq; nitentia culta Infelix lolium, et ſteriles dominanẗ auenę. Sed mixtus frumẽto et oculis nocet, et ſomnum inducit. Quod cum Pij ſecundi ſummi pontificis copię te ducę, atq; imperatore Fanũ fortunę meam p̃riam obſiderent, primi oĩum multis admirantibus explicarunt eminentiſſimi viri, atq; oĩuз bonaꝵ artiũ cultores Marius Bartholelus phs, ac medicus illuſtris, et Vgolinus Palatinus Fanenſis nobilitatis ſplendor et decus. Erat.n.cernere in oĩbus compitis per ſtrata viaꝵ, in foro rerũ venaliũ, in officinis plebeios hoĩes vbi eos ſomnus oppreſſerat dormientes, cum ediſſent panẽ lolio vitiatuз.

Bartholelus phs illuſtris

Nec ſterilis culto ſurgat auena ſolo, vel ꝙ agrum ſterilem reddat, vel (quod magis placet) q: i Thracia (teſte Seruio) auenę fructuosę ſunt, qbus (Agretio auctore in orthographia) ab occupãdi auiditate nomen inditum eſt. Secundũ ergo ſitum Italię dicit ſterilis. Paſſuraq; farra bis ignẽ, pati. Audio quosdã hunc locum male interꝑtari dicentes, Farra bis ignẽ pati, qđ et vi Solis in agro torreanẗ, et igne poſteã dum coquiẗ pãis. Quis.n. non videat oẽ frumenti genus vñ ꝯficiẗ panis ea rõne bis ignem pati, atq; auctor hic de farre frumenti ſpecie non de oĩ frumento loquiẗ, cuз et triticum ante far noĩet, et deinde ſubiũgat, Hordeaq; ingenti foenore reddat ager. Dicendũ igiẗ far bis ignem pati ex inſtitutione Numę. Is.n. (vt Pli. ſcribit) et inſtituit far torreri, ꝙ toſtum cibũ eẽt ſalubrius, et fornacalia celebrari farris torrendi ferias, perſuaſitq; non eſſe far puꝵ ad rem diuinam, niſi toſtũ. Ergo non ſolũ far, qđ adolebaẗ in ſacris bis ignẽ patiebaẗ, ſed et quo maiores vtebanẗ in cibo cũ vel panis, vel aliud cibi genus e farre, non niſi eo prius toſto ꝯficereẗ. Hero. auctor eſt, Scythas aratores, qui ſupra Halizones incolunt non ad panẽ conficiendum ſerere triticum, ſed ad torrẽdũ. Ingenti foenore, id qđ terrę ꝓpriũ eſt vt multo plus reddat, q̃ acceperit, vnde iuſtiſſima dicitur. Sarcula ceſſabant, verſiq; in pila ligones, ſubijciuntur

Farra bis ignẽ pati

Quomodo intelligitur frumentum bis ignẽ pati

Ligo Sarculuꝫ

hęc in laudē domus Auguſtę, per quā pax toti orbi parta eſt. Sunt aūt ligo, et ſarculū inſtr̄a ruſtica, quoꝝ hoc a ſerēdo, ſiue ſarciendo nomen accepit, vt auctor eſt Var. Illud a legēdo, eo quod ꝓpter ipſius latitudinem terra facilius legitur.

Et neq; deficiat macie, neq; pinguior ęquo
Diuitijs pereat luxurioſa ſuis
Et careant loliis oculos vitiantibus agri,
Nec ſterilis culto ſurgat auena ſolo.
Triticeos foetus, paſſuraq; farra bis ignem,
Hordeaq; ingenti foenore reddat ager.
Hęc ego ꝓ vobis, hęc vos optate coloni,
Efficiatq; ratas vtraq; Diua preces.
Bella diu tenuere viros, erat aptior enſis
Vomere, cedebat taurus arator equo.
Sarcula ceſſabant, verſiq; in pila ligones,
Factaq; de raſtri pondere caſſis erat.

PAV. MAR.

INTEREA, creſcant ſegetes ſine vlla rubigine, nec vlla intemperie cęli cō trahant vitiū.

Seges qd ſignificet ꝓprie cū exemplis

Creſcat ſeges, creſcant ad maturitatē fruges. Seges.n.eſt (vt Var. de re ruſtica inquit) qd̄ aratum et ſatū. Expers ſcabrę rubiginis, quaſi ſine vlla aſperę rubiginis lęſione. Prouenit.n. rubigo ex calore ſolis, cū adurit madefactos aqs culmos. vn̄ inferius in.iiij. li. Nec vēti tm̄ Cereri nocuere, nec imbres, Nec ſi marmoreo pallet adusta gelu, Quātū ſi culmos Titā incalficit vdos. Tūc locus eſt irę Diua tremēda tuę. Propterea Numa.xi. anno regni ſui, feſta rubigalia inſtituit, de qbus agemus in.iiij.li. Nec vlla ſeges palleat, pallorem cōtrahat. Vitio cęli, aeris intemperie, vel pruinis, vel nimijs caloribus, qbus interdū ſolent qdā vermiculi gigni et in radicibus, ergo nō palleat ante maturitatē, nā pallor tēpeſtiuus fruſtrat miſeros colonos. Et neq; non ſit ſterilis ſeges neq; nimiuꝫ pinguis, cuius qdē luxuria eſſet reprimēda more Virgi. Quid q ne granidis ꝓcūbat culmus ariſtis, Luxuriem ſegetuꝫ tenera depaſcit in herba. et Pli. Luxuria inqt ſegetū caſtigat dēte pecoris in herba dūtaxat, et depaſtę quidē ſepius nullā in ſpica iniuriā ſentiūt. Et neq; deficiat, ipſa ſeges. Maciē, et tenuitate, et ſterilitate. Neq; pinguior ęquo, plusq̄ ſatis ſit. Luxurioſa, ſeges nimiū pīguis. Parcat ſuis diuitijs, ſuę nimię pinguedini. Et careāt, non naſcat̄ in agro loliū, nō auena, qm̄ hę ſunt pernicioſę peſtes ſegeti. Lolium infelix appellat Vir. et ideo volūt infelix dictū, qd̄ ex tritico et hordeo ꝑ negligētiā fiat, et deſinat eſſe triticū quod felix eſt. Et auenā ꝑmū oium frumēti vitiū eſſe Pli. inqt, et auenas maro ſteriles dixit. Extenuāt.n. terrā, et in foecundiorem reddūt. Et agri careāt lolijs, ſint ſine lolio, qꝺ noxium eſt. Vitiantibus oculos, hebetantibus viſuꝫ. Et caput aggrauat, et nimiū ſoporem inducit, et viſum hebetat, imixtū frumēto loliū. Nec auena ſterilis, ab effectu, cū faciat ſterilem agrū. Surgat ſolo culto, in agro exculto. Triticeos, ꝓueniat ex agris magna tritici, farris, et hordei abūdātia. Hęc agricolę pro vobis ꝑcatus ſum, et idem facere vos debetis, et quod ꝑcamur Cereris, et telluris munere ſortiat̄ effectū. Ager reddat foetus triticeos, triticū ipſum. Et farra paſſura bis ignē, quę bis torrent̄. Primū qui relatū erit in horrea, deinde in ſacris, ſiue in cibis. Numa iſtituit Deos fruge colere, et mola ſalſa ſupplicare, atq; (vt auctor eſt Emina) far torrere, qm̄ toſtum ſalubrius eſſet. Id vno modo cōſecutum, ſtatuendo nō eſſe purꝝ ad rē diuinā niſi toſtum. Is et fornacalia inſtituit farris torrendi ferias et reliqua. Et hordea, ēt reddat ager. Ingēti foenore, quaſi multo maiore copia q̄ acceperit. Hęc ego pro vobis, opto hęc oīa ꝓ veſtra vtilitate o. coloni, agricolę. Hęc vos optate, ꝑcibus a Dijs poſcite. Et vtraq; Diua, Ceres, et Tellus. Efficiat ꝑces ratas, firmas. putat ad effectū quicqd nos, et vos ſimul ꝑcamur. Bella, cū diu et reſpu. et omne imperiū bello ciuili ꝑmeret̄, nulla habebat̄ rō rei ruſticę cuius inſtr̄a in arma bellica vertebant̄. Sed Deoꝝ et Auguſtę domus munere, bella Quidē extīcta, atq; orbi pax reddita toti. Et cultus fruges vndiq; ꝑbet ager. Bella diu tenuere viros, diu fuere viri in armis, ꝑſertim ciuilibus occupati. Enſis erat aptior vomere, ac cōmodatior erat enſis ad bella, q̄ eſſet vomer quo terra arat̄, aut cętera inſtr̄a ruſtica. imo et vomer vertebat̄ in enſem, vt de falcibus dixit Maro, Et curuę rigidū falces cōflant̄ in enſes. Taurus arator, terrę proſciſſor. Cedebat equo, bellatori. Ceſſabant ſarcula, ab opere ruſtico. Sarculuꝫ a ſarriēdo crates eſt illa dentata, q̄ ſubtrahit̄ ſatis. Hora. Gaudētem patrio findere ſarculo agros, et. Ligones, qbus terra effodit̄. Verſi, ſunt mutati in Pila, tela Romana, et. Caſſis, galea. Erat facta, fabricata. De pōdere raſtri, de raſtro ferreo pōderoſo. hoc inqt, omnia inſtr̄a ruſtica in arma, et in perniciem hominum vertebantur.

Loliū ſoporē inducit et hebetat viſum

Numa primus iſtituit molā ſalſaꝫ

ANT. FAN.

RELIGAta cathenis iampridem veſtro ſub pede bella iacent, Vir. Furor impius intus Sęua ſedēs ſuper arma, et cētū vinctus ahenis Poſt terguꝫ nodis. Quo in loco notandū eſt poetā furoris vincla ideo ęnea dixiſſe, vt perpetuā pacē futurā oñderet, qm̄ ęris materia nō ſicut ferrꝫ rubigine conſumit̄. At quę vēturas ꝑcedit ſexta calendas, Hac ſunt Ledęis tēpla dicata Deis, ſexto calēdas Februarias dicata eſt ędes Caſtori et Polluci Ledę filijs ad lacū Iuturnę, quem quidā fuiſſe ꝓpe aquā Virgineam putāt, qbus paꝝ fidei adhibemus. Dicauit id tēpluꝫ Tiberius ſuo, fratriſq; nomine, vt Sueto. ſcribit. Sed iampridē ante amiſſam a Romanis libertatē, A. Poſthumius dictator, qui nihil (vt inqt Liuius) nec diuinę, nec humanę opis ꝑtermittens ad lacū Regillum aduerſus Latinos ꝓſpere propugnauit, eiſdem Dijs, quibus veluti cōmilitonibus vſus credit̄, ędem vouerat, quā poſtea eius filius duumuir ad idipſum creatus idibus Quintilibus dedicauit. Lege hiſtoriā apud Liuiū, et Dionyſiū, ac Valerium

Feſtum Caſtoris et Pollucis ſexto calendas Februarias

Gratia Dijs, domuiq; tuę, religata cathenis
Iampridē veſtro ſub pede bella iacent.
Sub iuga bos veniat, ſub terras ſemen aratas,
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.
At quę venturas pręcedit ſexta calendas,
Hac ſunt Ledęis templa dicata Deis.

De tēplo dicato Caſtori ⁊ Polluci

Maximum de miraculis. Hoc tēplum legimus in vi-
ta Coriolani ad forũ, ac ꝓpe fontē fuiſſe, qđ Caſtor,
et Pollux ſtatim poſt pugnā ſudātibus equis, ac bel
licas indutis lenas, faciemq; ſeruātes, tanq̄ redeūtiū
ex ꝑlio ſpecie pugilũ (vt inqt Diony.) in foro Ro-
mano victoriā nunciarint. Supra Caſtorũ ędē Ti-
berio pricipe coruus i
Sutrinā oppoſitā de-
uolauit, q mature ſer
moni aſſuefactus oi-
bus matutinis euolās
in roſtra Tiberiũ, et
deinde Germanicũ,
ac Druſum Cęſares, et
mox tranſeūtem Ro-
manum populũ ſalu
tabat. Cõſtat in eodē templo dicatũ fuiſſe Cyllarũ,
auctore Papinio. vt, Et pauet aſpiciens Ledęus ab
ęde propinqua Cyllarus. Dñr ſane Caſtor et pollux
fuiſſe fratres maxima iuncti cõcordia, ac dũ viue
rent mare a piratis infeſtatũ pacauiſſe. Vñ poſtea
in cęlum trāſlati ſolebant a nautis in tempeſtate
periclitantibus inuocari. Sed de his alias.

PAV. MAR.

GRAtia Dijs et domui tuę, o Germanice gratia
eſt habēda Dijs, et Auguſtę domui, hoc ē Diuo Au
guſto et Tiberio, et tibi, qm̄. Iāpridē, longe ante
ab Actiaca. s. victoria. Bella religata cathenis, a
Virg. accepit. Et cētum vinctus ahenis Poſt tergum
nodis. q. d bella iam ſedata. Iacēt ſub vřo pede, q2
ſubegiſtis et peſſundediſtis hoſtes, et rebelles oēs bel
lum inferētes. Veniat bos ſub iuga, ligenť iā ad
iugũ boues, et aratũ redeant. Semē veniat ſub ter
ras aratas, fiat ſementis, ſerant arua. Pax nutrit
Cererē, rem ruſticā, et. Ceres alumna pacis, nā et
ipſa pace nutriť. At q̄, ſexto calē. Feb. feſtũ eſt Ca-
ſtoris et Pollucis, quo die ē illis ędes ꝯſecrata apud
fontē Iuturnę a Tiberio ſuo, fratriſq; noie. vt Suet.
meminit. Verũ et lõge ante fuerat illic ędes, quā bel
lo Latino vouerat Aulus Poſthumius dictator in
ipſo cõflictu, in quo erit paulũlũ imorandũ. Nā cũ
primus oium nři ſęculi cõpererim ego, quo in lo-
co eſſet aqua Iuturna, collatis ſimul ſcriptorũ vete
rum monumētis, et ipſa rerũ experientia, nõ con-
ueniet ęquitati me mea laude defraudare. Diony.
n. cũ ſcribat cõflictũ ad lacũ Regillũ, et viſos duos

De miraculis Caſtoris et Pollucis

iuuenes ad fontē eo die apud Veſtā, nõ appellat eā
aquā Iuturnā. Sic. n. inqt, In hac pugna dř Poſthu
mio dictatori, et q cũ eo in acie erant eqtibus, ap-
paruiſſe duos forma et magnitudine lõge ſupio
res viris, quos nřa nā nutrit. Pubeſcereq; incipiētes,
ducētes equitatũ Romanũ, et qui obuiā Latinorũ
irent feriētes haſtis, ꝓpellētesq; et cohortātes ſocios.
Poſtq; fugam Latinorũ, captionēq; caſtrorũ ſuorũ,
inclinante iā die in veſperũ, viſi eſſe in Romano
foro eodē habitu adoleſcentes dñr duo bellicas in-
duti lenas, pceriq; et pulcherrimi, et eādem habētes
ętatem, faciemq; ſeruātes, tanq̄ redeuntiũ ex ꝑlio
ſpecie pugilũ, equoſq; madidos ſudore adducentes,
deſcendērēmq; aiunt vtrũq; equos abluere ad ſcatu
riginem q̄ manat iuxta tēplũ Veſtę, lacum faciēs
profundũ, paruũ multis circunſtātibus, et ſi qd eſ-
ſet ab exercitu noui dicere poſtulantibus, narraſſe
eos pugnā, vt fuerat, et qđ viciſſent, Romani nun
ciaſſe. Diſcedētesq; deinde dñt eos ex foro a nemi
ne viſos amplius, q̄q̄ multā eorum inqſitionē reli-
cto in vrbe duce faciente. Poſtq̄ autem die poſte-
ro acceperũt a dictatore epiſtolas, ij qui reipu. prę-
ſidebant, et cũ cęteris
quę geſta erant, in ꝑ-
lio. De apparitione et
numinũ accepere, exi-
ſtimātes vtraq; eſſe eo
rũdem nřa, vt veriſi-
mile ē Caſtoris, et Pol
lucis ſimulacbra ea
eſſe crediderunt. Hu-
ius aũt inopinatę, ad-
mirabiliſq; apparitionis cum ſigna adhuc Romę
multa, tũ vero eſt ędes Pollucis et Caſtoris, quā ſu-
per foro extruxit ciuitas, vbi diuiſa ſunt ſimula-
chra, et iuxta eā fons. Deorũ horum votaq;, et ſa
cra, et hucuſq; exiſtimata. Sacrificiaq; ſumptuoſa,
quę quotānis populus perficit idibus Quintilibus,
quo die ꝓſpere adminiſtrarunt hoc bellũ. Sup iſta
vero oia, eaq; poſt ſacrificiũ ducit põpa habentiũ
equo de publico, q tributim, curiatimq; ornati, ca
teruatimq; eqs vecti incedunt oēs, vt ex pugna ve-
nientes. Coronati oliuarũ ramis, purpureiſq; puni
cei ſub tegminis togis, quas trabeas vocāt, circũue-
lati. A tēplo quodā extra vrbē matris incipientes,
peruadentesq; vrbē reliquā per forũ, ędēq; Caſtoris
et Pollucis ꝑtereuntes. Virorũ millia aliqñ. v. ferēn
tium quęcũq; in ꝑlijs acceperint a ducibus ꝑmia
fortitudinis. Hęc ex Diony. q tñ Iuturnę fontem in
his nõ noiat. Liuius cũ de illo cõflictu agit, ibi in-
quit nihil, nec diuinę, nec humanę opis dictator
ꝑtermittens, ędē Caſtori vouiſſe ferť, ac ꝓnunciaſſe
militi ꝑmia. Valerius vero vbi de miraculis agit,
ſic inqt, Cũ apud lacum Regillũ Aulus Poſthumius
dictator, et Thuſculanorũ dux Manlius Octauius
magnis viribus iter ſe cõcurrerent, ac neutra acies
aliquādiu pedem referret, Caſtor ac Pollux Roma-
narũ partium ꝓpugnatores viſi hoſtiles copias pe
nitus fuderũt. Addit quoq; Valerius aliud exēplum,
Item bello Macedonico P. Vatinius Reatinę ꝑfectu
rę vir noctu vrbem petens, exiſtimauit duos iuue-
nes excellētis formę albis eqs reſidētes obuios ſibi fa-
ctos nũciare, die qui ꝑterierat, Perſam regē a Pau-
lo captũ. Quod cũ ſenatui indicaſſet, tanq̄ maieſta
tis reus et amplitudinis vano ſermone ꝯtemptor,
in carcerē coniectus. Poſtq̄ Pauli lřis illo die Perſam
captũ apparuit, et cuſtodia liberatus, et inſup agro,
ac vocatione donatus eſt. Et ſubdit; Caſtorē vero ⁊
Pollucē etiam illo tpe ꝓ impio Po. Ro. excubuiſſe co
gnitũ eſt, quo apud lacũ Iuturnę, ſuũ, equorũq; ſu-
dorē abluiſſe viſi ſunt. iũctaq; fonti ędes eorũ nulli
us hoium manu reſerata patuit. Ex his igiť patet
neq; Diony. neq; Liuium aquā Iuturnę noiare, ſed
ego cõferens ea q̄ adduxi, id quod aperte nũc vide-
tur animaduerti de eodem loco et aqua loqui Va-
lerium, et Diony. nā vterq; de fonte loquiť in quo
Caſtor, et Pollux abluere ſudorem equorũ viſi ſunt.

De ſacris iſtitutis honorem Caſtoris et Pollucis

cumq;

Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum
  Circa Iuturnę compoſuere lacus.
Ipſum nos carmen deduxit pacis ad aram,
  Hęc erit a menſis fine ſecunda dies.
Frondibus Actiacis cõptos redimita capillos
  Pax ades, ⁊ toto mitis in orbe mane.
Dum deſunt hoſtes, deſit quoq; cã triumphi.
  Tu ducibus bello gloria maior eris.
Sola gerat miles, q̃bus arma coerceat, arma,

De fonte Deę Iu-turnę cumq; Valerius lacũ Iuturnę dicat, eum eẽ ꝯſtat,
qui erat apud Veſtę tẽplum, q̃d q̃des tẽplũ iñ Pal-
latiũ et Capitoliũ cõprehẽſis iã vtriſq; collibus vnis
moenibus, et ſtante in medio eoꝝ foro Numa ex-
truſit, vt idẽ Diony. teſtat̃. Erat ergo in foro et ipſa
aqua Iuturnę, quę nunc paulo illinc remotior cer
nit, a poſteris quoquo
modo tranſuerſa. Eſt
n. apud templũ diui
Georgij turris ſemiru
ta, ſub q̃ eſt ipſe fons,
et aquę q̃des ſalubres.
Quod ego expiri vo-
lui, quo certior fierem
an ea eẽt aqua Iutur-
nę. Preſertim cũ Var:
diceret nympha Iu-
turna, q̃ iuuaret. Ita-
que multi ęgroti ꝑꝑ
id nomen, hinc aquã
petere ſolent. Duxi igitur illuc ad abluendum qn-
quies diſcipulum ſcabidũ, ꝓtinusq; ab oĩ ſcabie li-
beratus eſt. Hic forte nimium ĩmoratus ſum, ſed re
ferre volui hiſtoriã, et rei veritatem aperire, inquit
ergo poeta. At ſexta, dies. s. Quę ꝓcedit calen-
das venturas, hoc eſt calendas Februa. et ſigt. xxvij.
diẽ Ianua. Hac. s. die. Templa ſunt dicata ꝯſe-
crata. Deis Ledęis, Caſtori, et Polluci Ledę filijs.

ANT. FAN. FRAtribus il. De. fra. de gen. Deoꝝ Cir. Iu. cõ. la.
ordo eſt, Illa q̃dẽ dies dicata eſt fratribus Caſtori ⁊
Polluci, ſed fratres de gente Deoꝝ, Tiberius videlꝫ
et Druſus tẽpla cõpoſuerũt circa lacus Iuturnę, q̃d
ideo dicit, qꝛ Tiberius (vt diximus) eã ędeꝫ dicauit
ſuo, frĩſq; noĩe. Iuturnę lacum fuiſſe exiſtimamus
Iuturnę lacus ad eum fontem cuius Plutar. meminit in Coriola
no, q̃uis q̃dã alr̃ ſentiant. Vide ſupra vbi explicaui-
mus illud carmen, Te quoq; lux eadẽ Turni ſoror
Feſtũ pa-cis. iij. ca-lendas Fe-bruarias ęde recepit. Ipm̃ nos car. pa. de, ad aram, colebat
pax a maioribus nr̃is, vt fides, virtus, ꝯcordia, ſed
principatu Auguſti ac Tiberij nullã ĩuenio pacis
ędẽ fuiſſe in vrbe memoratu dignã, aram tm̃ vel
ędiculaꝫ fuiſſe arbitror. Poſtea vo Diuus Veſpaſia-
nus huic Deę tẽpluꝫ illud magnificentiſſimũ ędit,
quo (vt inq̃t Ioſephus) oĩa collata ſunt, quoꝝ viſen
doꝝ ſtudio antea per totũ orbẽ hoĩes vagabantur.
Eius ego ruinas ingẽtes cum eſſem Romę ĩ via ſa
cra volui ꝯtemplari, vñ auelli nõ poterã, q̃uis gra-
uiſſimis negocijs ĩpeditus, cũ expleri mentẽ neq̃reꝫ,
exardeſcerẽq; tuendo tm̃ licuiſſe fortunę, vt tãtę rei
nobis ſpectaculũ ſubtraxiſſet. Frondibus Actia.
Actiũ epi-ri, ꝓmõ-torium frondibus oleę ob pacẽ partã ex Actiaca victoria,
q̃d dcm̃ eſt in Auguſti laudẽ, Cęſareęq; familię, cui
auctor placere ſtudet. Nouinus. n. Actiũ Epiri pro
montoriũ eſſe apud q̃d Cęſar Auguſtus Antoniũ
et Cleopatrã nauali ꝑlio ſupauit añ oſtium videli-
cet ſinus Ambracij. Poſtq̃ victoriam Ambraciã vr-
bem (vt ait Ser.) Nicopolim appellauit. i. victorię ci
uitatẽ, et ludos ꝯſtituit q̃nquẽnales Actio Apollini
ꝯſecratos, adauxitq; vetus Apollinis tẽpluꝫ, cui Deo
(vt inq̃t Stra.) prius quoq; Actia a finitimis agebã
tur, quę Auguſtus poſtea honorificentius edidit. Al

ludit aũt ad certamina Olymipiaca, quę in hono-
rem Olympij Iouis fiebant, vbi victores corona
oleagina donabantur, nec mirum cum auctor (vt
ſupra dixi) ſępenumero Auguſtum Iouem appel
let. Eſſe autem oleam arborem pacis nemini du-
bium eſt. Vnde legimus in contentione Palladis et
Neptuni, cũ hic equũ,
illa produxiſſet oleaꝫ,
Mineruę munus cõ-
probatum eſſe, vti reꝫ
meliorem, ac pacis ĩ-
ſigne, cui tantum ho
noreꝫ prębuit Roma
na maieſtas (auctore
Pli.) vt equitum tur-
mę idibus Iulijs ex
hac arbore corona-
rentur, item minori-
bus triumphis ouan
dis ſacratum fuerat,
quo vetuſtate collap-
ſo nouum tẽplum iuxta ędem Cybellis inſtauratũ
eſt.Hęc.n.Dea ſoſpita cum peſtis illa,quę ex fetore
cadaueꝝ bello Cánenſi fuit,euanuiſſet,Romę pri-
muz coli coepta eſt. At Herodo.teſtis eſt Veneri ſo
ſpitę ab Helena cũ ſoſpes in Ægyptum ꝑueniſſet
primum erectũ fuiſſe templum. Principio mé-
ſis,in ipſis cal.Feb. Soſpita,Dea. Contermina,
vicina ſeu iuncta. Matri Phrygię,templo Cybel
lis,quę ex Phrygia aduecta eſt,de quo ſuo loco di
cemus. Dicit aucta inſtaurata,ſeu in altũ edu-
cta. Nouis delubris,nouis tẽplis,naz vetera erãt
collapſa,et vbi eſſent,neſciebatur.Delubrũ ſacellum
dicimus in quo Dei alicuius effigies eſt. Priſca
non extabãt,et ideo. Nunc vbi ſunt.q.d.neſcitur.
Templa Deę,Soſpitę.s. Quę ſunt ſacrata , de-
dicata. Illis calendis, Februarij s. Procubuere,
pro ꝓcubuerunt,ceciderunt,collapſa ſunt. Lon-
ga die,longo tẽpore,hoceſt vetuſtate. Cętera,có-
mendatio Auguſti principis a religione, nã ẽ no-
ua Soſpitę tẽpla ẽ cętera omnia ne collaberẽtur ab
ipſo Auguſto cautum eſt,ẽ ideo. Cura prouida,
hoc eſt curioſa ꝓuidentia. Sacrati ducis, Augu-
ſti,aliq dicunt Tiberij,ſed melius Auguſti.ſcripſit
n.hęc viuente Auguſto,vt oſtẽdimus a principio,
ſed poſt illius obitum,edidit multa igitur, quę in
eius viuentis laudem dixerat,nõ immutauit, ſed
addidit multa,quę ad rem Tiberij aut Germanici
pertinebãt. Cauit ne cętera , templa.s. Caderẽt
labefacta, cõmaculata. Ruina ſimili,vt reliqua
ob vetuſtatem. Sub quo,Auguſto.s. Nulla ſene
ctus ſentitur delubris,nam ita omnia reparabat,
vt noua viderentur. Nec ſatis eſt,ipſi.s. Homi
nes, obligare,nam ob ęquum et tranquilluz im-
perium Auguſto vniuerſum debebat genus hu-
manum. Obligat ille Deos, reddit ſibi Deos ob-
ligatos,cum ẽ ſtrueret ẽ repararet eorum tem-
pla. Templorum, ẽ noua Auguſtus ędificabat
templa,ẽ vetera reparabat,vnde apud Tranquil-
lum , Publica opera plurima ꝓextruit , ex quibus

precipua forum cum ede Martis vltoris, templuꝫ Apollinis in palatio edem Tonantis Iouis in Capitolio, et paulopoſt, principes viros ſepe hortatus eſt, vt pro facultate quisq; monumentis vel nouis vel refectis vrbem adornarent, multaq; a multis extructa ſunt, ſicut a Martio Philippo edes Herculis et muſarum, a L. Cornificio edes Dianę, ab Aſinio Pollione artium libertatis, a Munatio Pláco edes Saturni. etiam et paulopoſt, Ædes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit, easq; et ceteras opulentiſſimis donis adornauit, vtpote qui in cellam capitolini Iouis. xvi. millia pondo auri, gemmasq; ac margaritas quingenties ſeſtertium vna donatione contulerit &c. ergo hoc de Auguſto intelligendum eſt. O ſancte, q; auguſte. Poſitor, edificator. Templorum, repetitio eſt. Templorum repertor, q; reperiebat vetuſtate collapſa, vt ea repararet. Opto ſit mutua cura tui ſuperis. i. ſicut tu curas quę ad ſuperos pertinent, ſic ſuperi tui, tuarumq; rerum curam gerant. Optat auguſto longam vitam.

ANT. FAN. DENT tibi cęleſtes quos tu cęleſtibus annos, ſenſus eſt, Dij immortales tantam tibi vitę longitudinem pręſtent, quantam ipſe ſacris edibus tribuis, qui et edificas nouas et reſtituis vetuſtate collapſa? Proq; tua maneant in ſtatione domo, tueantur domum auguſti, cuius pſidio edes ſacrę non ſentiunt vetuſtatem. Tum quoq; vicini lucus celebratur, auerni. hęc ſunt feſta Lucaria, quę (vt auctor eſt Feſtus) Romani in luco celebrabát, qui per magnus intra mare Salariam et Tyberiꝫ fuit, eo q; victi a Gallis Romani fugientes e prelio in ipſo ſe occultauerint. Per vicinum itaq; Auernum accipe paludes Hoſtienſes, quę ſunt (vt auctor ait) Qua petit equoreas aduena Tybris aquas. Has auctor per ſimilitudinem Auernum vocat. Vnde illud eſt Taciti ruderi, Accipiendo Hoſtienſes paludes deſtinabat. Auernum autem vicinum vocat ac Tyberim proximum comparatione auerni, qui Baijs contiguus eſt. De quo ait Propertius, Clauſus ab vmbroſo qua ludit pontus auerno. Vbi maiores noſtri (vt inquit Strabo) homerica defunctorum vaticinia fuiſſe fabulis ediderút, opinatiq; ſunt locum Plutoni dicatum eſſe, itaq; illic Deos manes aliquando per ſacrificia placare mos fuit. Sane Lucrinum lacum licet multi ſcriptores ab auerno diſtinctum velint, nonnulli tamen olim auernum dixerunt, alij Cocyton teſte Sillio. vt, Aſt hic Lucrino manſiſſe vocabula quondam Cocyti memorant Strab. auctor eſt ad Thymbriam vicum Carię auernum eſſe, qui exhalationes peſtiferas habet. Audio e nonnullis qui Ouid. Faſtos publice legerút alios deprauare hunc locum, et pro auerno Aſylum ſcribere, alios pro auernum accipere nemus aricinum. Nos hic nolumus aliena confutare qui

(Margin: Lucaria feſta — Lucrinus lacus)

Dent tibi cęleſtes, quos tu cęleſtibus annos,
Proq; tua maneant in ſtátione domo.
Tum quoq; vicini lucus celebratur Aſyli,
Qua petit equoreas aduena Tybris aquas.
Ad penetrale Numę, Capitolinúq; Tonanté,
Inq; Iouis ſumma ceditur arce bidens.

nunquá mordere conſueuimus, niſi iniuria laceſſiti. Recte ne ſentiamus poſteritas ſine inuidia indicabit. Ad penetrale Numę, Capitolinumq; Tonántem, Inq; Iouis ſumma ceditur arce bidens, calendis quoq; Februarijs in ede Veſtę, ac templo Iouis Tonantis quę rem diuinam faciebant. Scire aút ſacrificiú debemus, q; Numa Pompilius (auctore Solino) habitauit primum in colle Quirinali, deinde ad edem Veſtę in regia. Ouidius alibi, Hic locus eſt Veſtę, q Pallada ſeruat et igné, Hic fuit antiq regia parua Numę. Hinc illud eſt Taciti, Numę regia et delubrú Veſtę cú penatibus populi Romani exuſta. Sunt aút penetralia (vt ait Feſtus) penatum Deorum ſacraria qui (vt Macrobi. docet) Dij ſunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus, vt Iuppiter Iuno, Minerua. Videtur autem Virg. voluiſſe Veſtam quoq; de numero eſſe penatum, qui cum dixiſſet, Sacra ſuosq; tibi commendat Troia penates, mox adiecit, Vittas, Veſtamq; potentem, Æternumq; adytis effert penetralibus ignem. De Troianorum Romanorumq; penatibus alia ſcitu digna apud eúdem Macrobium lector inueniet. Traditum eſt ſeruari in occultis lituos ferreos, eneosque et vas quoddam Troianum fictile, eosq; eſſe Deos penates Troianorum. Dionyſius vero duos iuuenes virilis ſpeciei Deos penates eſſe inquit ſedentes ac pila tenentes. Capitolini autem Tonantis edes ea eſt, quam auguſtus (teſte Suetonio) ſtruxit in Capitolio, conſecrauitq; liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq; perducentem exanimaſſet. In hac ede Iuppiter fuit Deliacięris exéplar, auctore Plinio. Tu vero lector amice caue hoc loco ne per Capitolinum tonantem Iouis optimi maximi edem accipias, aliud enim eſt templum Iouis tonantis, quod (vt diximus) edificauit augu. aliud Iouis optimi maximi, quem Suetonius Plinius, Plutarchus, alijq; ſcriptores Capitolinum Iouem, non Capitolinum Tonantem appellant, cui Tarquinius Demarati filius (auctoribus Tacito et Plutar.) edem vouit. Tarquinius autem Superbus extruxit, qui librarum argenti quadraginta millia in fundamenta dicitur impendiſſe. Capitolino Ioui Pompeius magnus (vt Plinius refert) ſex pocula murrhina dicauit. Auguſtus vero in eius cellá (teſte Suetonio) ſexdecim millia pondo auri, gemmasq; ac margaritas quingenties ſexterium vna donatione contulit. Fuerunt autem Iones tres, vt quibusdam placet, duo Theologi, atq; arcades, quorum alter ętheris, alter cęli filius fuit, Tertius vero qui magis ab omnibus celebratur Saturno genitus, patrem regno pepulit. Per hunc Deum iuraturi, Lapidem ſilicem tenebant hęc dicentes, Si ſciens fallo me Dieſpiter ſalua vrbe, arceq; bonis eijciat, vt

(Margin: Iouis Capitolini — calé. Feb. — Penetralia — Penates — Capitolini Iouis edes — Templum Iouis tonátis — Capitolinus Iuppiter — Iones tres — Iuppiter lapideus)

Sępe graues pluuias adopertus nubibus ęther
Concitat, aut poſita ſub niue terra latet.
Proximus Heſperias Titan abiturus ī vndas,
Gemmea purpureis cū iuga demet equis.

ego hunc lapidem. Hic eſt Deus ille, quem poetę optimum maximum vocant. Qui q; (vt inquit Hor.) mare et terras varijsq; mundum temperat horis. Vnde nil maius generatur ipſo, Nec viget quicquā ſimile aut ſecundum. Sane. P. Nigidius (vt A. Gel. refert) nō oues ſolas, ſed omnes bimas hoſtias bidētes dictas ait quaſi biennes. Higinius vero Iulius bidentes ſcripſit appellari hoſtias, quę per ętatem duos dentes altiores haberet, et diuidentes vocabantur, vt Feſtus tradit. Hę dicebantur lectę (auctore Seruio) cum nec caudam aculeatam, nec linguam nigram, nec aurem fiſſam haberēt. A bidentibus bidental nomē accepit, cum enim fulgura cadebant, aderant qui
Bidentes locum expiarent bidentibus cęſis, quem clauſum
Bidental et ſeptum bidental appellabant. Itaq; ſcribit Feſtus bidental quoddam templum dici, q in eo bidentibus hoſtijs ſacrificetur, putatq; bidentes oues eſſe duos dentes habentes cęteris longiores. Immolabantur autem in bidentali binę pecudes, vt Nigidius Figulus ſcripſit teſte Nonio.

CÆLEſtes, Dij ſuperi. Dent tibi annos, dent tibi eam vitam. Quos annos, hoc eſt quam vitā.
PAT. Tu, das. s. Cęleſtibus, Dijs. Hoc dicit, Faciant te
MAR. Dij tādiu viuere quādiu viuent, ſeu ſtabunt templa, quę Dijs ſuperis conſecraſti. Et maneāt pro tua domo, pro ſalute tuę familię. In ſtatione, in ſtabili ſede, quę ſi procedat Deo⁊ fauor eodem tenore, vt nunq̄ ſint vobis aduerſi, ſed ſemper propitij. Tum quoq; in ipſis calendis itur cum pōpa, hoc eſt cum proceſſione ad Aſylum, quod Romulus conſtituit, vt eo omnes, qui tuti eſſe vellēt, confugerent, et ab oī eſſent noxa liberati, et hoc vt ex collecta multitudine vrbem, et facilius actis viribus ꝯdere et tueri poſſent. De aſylo ita Liuius inquit, Locus qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt aſylum aperit, eo ex finitimis populis turba oīs ſine diſcrimine liber an ſeruus eēt auida noua⁊ re⁊ perfugit, idq; primum ad coeptā magnitudinē roboris fuit. De loco aūt ſic inquit Diony. Locum vmbroſum medium Capitolijq; et arcis, quod nunc vocat̄ lingua Romana intermōtium duo⁊ quercetorum, eratq; tunc caſus reiq; ipſius cognomen, cum ſiluę eſſent ꝑ vtraq; latera opacę, qbus ꝯiungebant colles ſacrum finens inuiolabilem ſeruis, tēpluūq; in eo erigēs, cui Deo⁊, aut genio⁊ certum non habeo, ꝯfugientibus ad illud ſeruis, ſponſor factus eſt per ſpēm religionis erga Deos, nihil eos detrimenti ab inimicis accepturos, ac ſi permanere apud ſe vellent, ciuitatis etiam participes faciebat, tradebatq; agri portionē, quā bello q̄ſierat. Hiq; ꝯfluebant, vndiq; domeſtica fugientes mala, nec ſe vlterius alio ꝯferebant. Tum quoq; tum ēt in calendis. s. Lucus aſyli vicini, ad diuas cętero⁊ quę longe erant, vt in attica, et in Caluaria. Celebrat̄, cum pōpa frequentat̄. Qua, ea parte qua. Tyberis aduena, q aliunde aduenit, vt ē ex appēninis mōtibus, et Hetruria, ꝓpterea q Hetruſcus fluuius dicat̄. Petit ęquoreas vndas. q. d. via qua Tybris in mare tendit, nec intelligas (vt plerīq; dicunt) de aricino nemore. Nam illud non eſt via Tyberina, nam ex intermontio protendebatur vſq; in Tybrim. Ad pe. fit eodem die ſacrificium in tēplo Veſtę, et in templo Iouis ī arce Capitolina, et ideo. Bidens, quaſi ouis biēnis, nec ītelligi vult Cel. a numero dētiū, ſed a bimatu, h ē quę duos annos haberēt. Cędit, imolat̄. Ad pe. hoc eſt ad ſacrarium. Penetralia. n. eſſe inquit Pompe. penatum Deo⁊ ſacraria. Numę, de Numa ſuperius diximus, hoc eſt in tēplo Veſtę, q erat vbi fuerat Numę regia, de quo inferius. Et ad, apud. Tonantē capito. in tēplo Iouis capitolini, quod tēplum primus dedicauit Horatius puluilū de ſupiore libro dictum, qđ q obſcure dixerat ꝑ ea q̄ ſequunt̄ declarat, et ē interꝑtatio. Cędit bi. pecus biēnalis. In arce Io. ſum. hoc eſt in arce capitolina, in templo Iouis.

SÆPE gra. plu. ado. nu. ęther Concitat, Columella ſcribit Calendis Februarijs incipere Fidis occa-
ſum, et eſſe interdū auſtrum, grandinēq;. Gēmea ANT.
purpureis cum iuga demet eqs, poetice ē ſcribit Solis FAN.
occaſum, cuius equi quatuor ſunt, quo⁊ nomina lege. i. ij. Meta. gręca ſunt et apertam ſignificationem hnt, dicit aūt. iiij. nonas Lyram occidere. Vbi eſt hodie, quę Lyra fulſit heri? Lyra quā (vt diximus) Fidem et Fidiculā vocant, licet fides (vt quibuſdā placet) proprie ſit citharę neruus, et fidicula interdum neruus quo ad tormenta vtebant̄ hoc tpe occidit veſperi, qđ ēt Pli. ſcribit pa⁊ ab Ouidio, Columellaq; diſſentiens, de cuius ſigni occaſu auctor ait ſupra, Apparet toto iam Lyra nulla polo. Quod nos mouere non debet, non ſolum, q forma et magnitudo ſigno⁊ facit vt alio tpe incipiant exoriri, atq; occidere, alio deſinant, qua ratiōe totius Lyrę forma non apparente eius tñ particula videri poterit Lyrę nullā imaginem obijciens inuenti, ſed quod de ſigno⁊ ortu atq; occaſu tāta eſt inter auctores diſſenſio, vt nihil tradat̄ incertius, raro (vt inqt Pli.) vnius ſnia cum alio congruēte. Quod vt cętera ꝑtereant̄ vna oñdit diſcordia, q matutinū Virgiliarum occaſum Heſiodus fieri dixit cum ęquinoctium autumni conficeretur. Thales xxv. dies ab ęquinoctio, Anaximander. xxix. Eudemon. xlviij. Nec nos latet pręterea quātum hac in re addat vel minuat diuerſitas Orizontis, vñ non eſt cur mirari debeamus ſi eadē interdum a poeta varie tradantur. Diodorus auctor eſt Mercuriū Ægyptium Lyrę inuentorem fuiſſe, quā trichordē feciſſe dr̄, is eā apollini tradidiſſe fertur, a quo ad amphionem peruenit. Horatius, Mercuri Nā te docilis magiſtro Mouit amphion lapides canendo. Ea in cęlum tranſlata eſt, vt diximus ſupra.

SÆPE, ſolet tempus illud eſſe pluuium, nam in- PAV.
terdum aqua, interdum niues ea die imminent. MAR.

Æther,

Æther, aer. Adopertus, coopertus. A nubibus, eo.s.die. Sepe concitat cõmonet, Pluuias gra. hoc eſt moleſtas, vel graues quo ad magnitudinem pluuię. Aut latet terra ſub niue poſita, quaſi ſuperiecta niue. Proximus, ſecũda die Feb. occidit omnis Lyra, de hac ſuperiore lib. diximus, occidunt etiã Leonis terga. et ſuperius diximus anteriore parte occidere ibi, Ignis venienti nocte leonis, Qui micat in medio pectore merſus erit, nunc vero occidunt tres ſtellę, quę in tergo habet, nam, Higi. teſte, ſtellarũ eſt. xix. Proximus Titan, ſuperius diximus cur Sol Titan diceretur.

Abiturus In vndas Hes. quaſi occaſurus, merſurus ſe in vndas Hiſpanas, Hiſpania. n. Heſperia dicta eſt a ſtella, vt diximus. Cum demet iuga gẽmea, gemmata aut nitida vt gẽma. Equis purpureis, ab ipſo rubicundo colore Solis purpureis equis dixit. Equi Solis quatuor ſunt, de qbus habetur in. ij. Meta. Eous, Pyrous, Æthon, et Phlegõ, quę nomina tradita ſunt ab ipſo Solis effectu. Eous ab ipſa luce in principio diei, nam εωσ εοοσ Aurora eſt, et εωοσ matutinus dicitur, inde, φωσφοροσ Lucifer. Pyrous a πυρ qđ eſt ignis quaſi ignitus, λιοωυσ grece, ſplendidus latine. Phlegon vrens, Nam φλογω idẽ eſt quod vror et incendo latine. Illa nocte, poſt occaſum Solis. Aliquis tollens, pro attollens. Vultũ ad ſidera Dicet vbi eſt hodie Lyra, quę fulſit heri, occidit ideo non apparet. Hodie, cum noctes ſcriberet hodie dixit, et hoc ad ſpacium. xxiiij. horarum, ſub quo continetur dies integra. De Lyra et eius conſtellatione ſuperius diximus, verum quia pluribus ex ſtellis conſtat diximus incepiſſe occidere aliquas. xxiij. die Ianuarij. nunc vero tota occidit omnibus ſuis ſtellis. Verũ Cęſari occidit pridie nonas, vt teſtatur Plin. Poeta triduo ante dicit, ſed exigua eſt differentia, nam alteri veſperi, alteri noctu fit occaſus. et quia dicit quę fulſit heri, quia pridie ſuperior Lyrę ſtella videbatur, nunc tota occidit. et multi volunt hunc occaſum eſſe heliacum, potius q̃ coſmicum.

Dumq; et ille aliquis.

ANT. FAN.

Terga Leonis occidũt iiij. nonas Feb.

MEDII' QUOq; terga Leonis, In liquidas ſubito merſa notabit aquas, Leo Cleoneus inter aſtra eſt, vt quibuſdam placet, vel q̃ ſit princeps ferarum, vel q̃ ab Hercule inermi primo certamine fuerit interemptus, qui a Cleone oppido Nemeę ſiluę vicino cognomen accepit, quamuis nonnulli tradant Nemeum Leonem non eſſe quem dicimus Cleonem. Eius terga hoc tempore mane occidunt occaſu coſmico, Aquario videlicet oriente cum Sole, qui magnam eius ſigni partem emenſus eſt. Vnde ſcribit Columella tertio nonas huius menſis medium Leonem in occaſum ferri, eius pellem Hercules habuiſſe fingitur auctore Feſto, vt homines cultus antiqui admoneantur. Sed atten-

Illa nocte aliquis, tollens ad ſidera vultum
Dicet, vbi eſt hodie, quę Lyra fulſit heri?
Dũq; Lyrã quęret, medii quoq; terga Leonis,
In liquidas ſubito merſa notabit aquas.
Quẽ modo cęlatũ ſtellis Delphina videbas,

de occaſum hunc tribui eidem nocti, qua et Lyra occidit. Quem modo cęlatum ſtellis Delphina videbas, Is fugiet viſus nocte ſequente tuos. iij. nonas Februa. Delphin occidet veſperi. de cuius ortu heliaco ſupra legimus, Interea Delphin clarum ſuper ęquora ſidus Tollitur. Sol enim hoc tempore adhęret Piſcibus, qui vbi in occaſum ferri coeperint, oriatur Virgo neceſſe eſt, cuius ſigni exortu Delphinem conſtat occidere. Hunc alij eum eſſe volunt, qui miſſus quęſitum Amphitritem a Neptuno amatam virgini vt ei nuberet perſuaſit, vt diximus ſupra. Alij vnum eſſe dicunt e nautis quos Bacchus in delphines dicitur conuertiſſe. Alij eum omne volunt a quo Arion vectus eſſe fidicem nobilis, qui cum Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, vbi rex Corinthi Periander eum amicum, amatumq; habuerat, nautis eum interficere parantibus petijt, vt prius caneret cithara, ad cuius ſonum cum delphini conueniſſent Arion ſe in mare deiecit, exceptusq; ab vno imminens periculum euitauit. Lege hiſtoriam apud Plinium, A Gel. et Herodotum, ne te obtundam, quamuis Strabo fabulari inquit Herodotum, qui ait Arionem a Delphine in Tęnarum fuiſſe peruectum. Cęterum Solinus in Laconia inquit fanum eſſe Arionis Metymnęi, quem Delphine eo aduectum imago ęrea teſtatur ad effigiem caſus expreſſa, pręterea tempus ſignatum, olympiade enim. xxix. id ipſum geſtum probatur. Sane Metymna Arionis patria vrbs Lesbi eſt, vnde illud eſt, Quam Metymnio carpit de palmite Lesbos, ex qua inſula multos fuiſſe conſtat ingenio et doctrina pręſtantes, quorum Terpander pro tetrachordo Lyra heptachordo vſus eſt. Eam Macareus rex tenuit, teſte Diodoro, qui Methymnem et Mytilenem filias habuit, a quibus duabus vrbibus eius inſulę celeberrimis nomen eſt inditum. Plinius auctor eſt ſi occidente Delphino imbres fuerint, per Arcturum non futuros.

Delphin occidit iij. nonas Feb.

Felix in amoribus index, ſecunda vſus fortuna, qui cum indicaſſet Amphitritę amorem Neptuni, quicquid voluit perſuaſit. Lesbida cum domino ſeu tulit ille Lyram, patronymicum foemininum a Lesbo inſula notiſſima, vnde et Lesbius deducitur et Lesbous.

Lesbis Lesbius Lesbous

PAV. MAR.

DVMQVE Lyram quę iam tota diſparuit. Notabit quoque, etiam. Subito merſa in li. claras. Aquas', quaſi notabit occidiſſe.

Terga me. Leo. medię partis poſterioris, nam anterior occiderat, nunc totum coſmice occidit, ſic coſmice totus oritur Aquarius, qui illi eſt oppoſitus. Quem modo, Delphinẽ oriri quinto idus Ianua. ſuperiore lib.

*Is fugiet viſus nocte ſequente tuos.*
*Seu fuit occultis felix in amoribus index,*
*Lesbida cũ domino ſeu tulit ille Lyram.*
*Q đ mare nõ nouit? q̃ neſcit Ariona tellus?*
*Carmine currentes ille tenebat aquas.*

diximus,et triplicẽ cauſam ſtellificationis eius, vel ꝙ is fuerit,qui Amphitritem ad Neptunuꝫ ꝑduxerat,vel quod de nautis in delphines mutatis Bacchus vnum in rei monumentũ cęlo appoſuerit, vel qui Arionẽ tranſuexerat,de quo nunc agetur. Nunc vero inquit tertio nonas Februarias,hoc eſt tertia die menſis Delphinẽ occidere, inqt ergo. Is, Delphin.s. Quẽ Delphina videbas modo,paulo ante. Cęlatũ ſtellis, ornatum ſtellis,nã vt et Higinius inqt, et poeta ipſe paulo inferius ſtellas.ix.habet, ſed inhoc datur locus fabulę cum animal hoc muſica arte mulceatur,et nouem ſint muſę,ergo totidem ſtellis figuratus eſt. vel ꝙ nouem apud antiquos Lyrarꝫ chordę eſſent, quarꝫ ſonitu plurimũ oblectat̃.et idẽ ait, Habet.n.in capite ſtellas duas ſupra caput ad ceruicem verſus, duas ad ea quę velut pẽnę in ventre videntur. habet ſtellas tres,in ſcapulis vnã, in cauda duas.

Nocte ſequẽte fugiet tuos viſus, q2 erit eius occaſus,vel occidet et erit occaſus heliacus non coſmicus,nã Cęſar occidit xi.calen.Septẽbris. Seu fuit, cãs attigit cur Delphin ſtellificatus fuerit,et nos ſuperius delibauimus,ſubintelligẽdũ eſt hic Delphin, qui ſtellificatus eſt. Seu fuit felix index in occultis amoribus,q feliciter amorẽ indicauit.de amoribus Neptuni intellige,nã et Eratoſthenes inquit, Neptunus quo tpe voluit Amphitritẽ vxorem ducere,et illa cupiens virginitatem ſeruare,cũ ad Atlantem fugiſſet cõplures eã quęſitum dimiſit. in his et Delphina quẽdam,q peruagatus inſulas ad virginẽ peruenit,eiq; perſuaſit , vt Neptuno nuberet,vt ipſe eorum nuptias adminiſtrauit. pro quo facto Delphinis effigies inter ſidera collocata eſt et hoc amplius qui Neptuno ſimulachra faciũt, delphinũ aut in manu aut ſub pede eius cõſtituunt, ꝙ Neptuno gratiſſimũ eſſe arbitrabant̃.Felix ergo index,q2 gratiſſimus Neptuno et cęlo figuratus ẽ. Amores numero multitudinis laſciui ſeu venerei ſunt.Numero ſingulari amor in vtranq; partem accipi põt,et in venereã,et in caſtam , vt amor fraternus,et ſimilia. Seu ille,Delphinus.s. Tulit lyram Lesbida,patronymicũ foemininꝫ a Lesbo inſula De Lesbo diximus in Odis.Felix quidẽ inſula in Ægeo,et Euſtachio et Strabone teſte Æolicarꝫ vrbium Metropolis,vt cętera ſileamus.Ex ea fuere viri et ingenio et doctrina pollentiſſimi.Pythacus vnus e ſeptem ſapientibus,Alceus,Sappho, Arion, Terpãder,hi clariſſimi poetę et citharoedi,et Theophraſtus et Phanias philoſophi peripatetici et Ariſtotelis diſcipuli.Hellanicus rerum cõſcriptor.Caleas qui Alcei et Sapphus poemata expoſuit.Poſteriores vero,Diophanes orator,itidem et Potamon, et Lesbocles,et Crinagora.Theophanes etiam rerum ſcriptor et Põpeio admodũ familiaris,et alij multi,qui e memoria excidere. Cuꝫ domino,hoc eſt cum . Arione. Arion.n.ex Methymna vrbe Lesbi fuit,vt teſtatur Stra.hic muſicę artis peritia nulli ſecundus.eius hiſtoria a Pli.lib.ix.delibatur, idem et a Gellio,apertius ab Hero.qui Arionẽ amicum Periandro Corinthiorꝫ regi fuiſſe,et Corinthij Dytirambuꝫ ceciniſſe refert nauigaſſe in inſulas,et in Auſoniam,Tarentiq; remoratũ,ditatumq; ſua arte cum Corinthuꝫ rediturus eſſet,Corinthijs nautis, quibus ſidebat plurimũ transferendum ſe credidiſſe, quo conceſſo ceciniſſe genus carminis, qđ Orythiuꝫ dicitur, cum Delphinorꝫ turba circa nauim conueniſſet in mare deſilijſſe, exceptumq; ab vno delphine in Laconiã vsq; ad Tęnarum delatũ,adijſſe Periandrꝫ,remq; expoſuiſſe, obſeruatũq; aliquantulum Tyrãni iuſſu cõquiſitos fuiſſe poſtea nautas,interrogatosq; qd de Arione,cum reſpõdiſſent ditatum in Italia degere.vocatum Arioneꝫ apparuiſſe eo ornatu quo in mare deſiluerat,obſtupuiſſe nautas miraculo,et pro ſcelere ſupplicio affectos.etc. Ab Arione poſtea erectum fuit tropheuꝫ in tẽplo Neptuni tenarei,erat enim ſimulachrum delphini dorſo Arionẽ ferentis lyra reſonãtem,ex hoc miraculo Delphinuꝫ cęlo figuratum multi voluerunt. Stra.tamẽ fabulari Herodotum dicit At Pli.cum multa huiuſmodi exẽpla de delphinis retulerit,ſubdit, quę faciũt, vt credatur Arionẽ quoq; citharoedicę artis interficere nautis minari parantibus ad intercipiendos eius quęſtus eblanditũ caneret cithara , cõgregatis cantu delphinis,cum ſe iecisset in mare, exceptuꝫ ab vno Tęnarum in littus peruectũ,ergo aſſentiẽdum de eo ſit Pli.etc.Eſt nunc robuſtus iuuenis quidam Nicolaus nomine,patria Cremoneus,qui puer inſignis formę,cũ e Venetijs ad foſſam Clodiã, Romam cum hero ſuo rediturus cymba deferret caſu de cymba in fluctus decidit. Cadẽtem Delphinus tergo excepit et extulit,ita vt ſuis redderet.Miraculum eũ pluries audiui referentẽ,et eos qui ſecum fuerant.Quod quideꝫ facit illa quoq; eſſe credibilia,quę a Pli.et cęteris referuntur.De Lesbo inſula ſuperiore anno multa in Odis Hora.retulimus in Ode Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen. Quod mare,aggredit̃ nũc res Arionis, et magna illius cõmendatione vtitur a citharoedica arte ꝑcipua, cuius dulciſſimo cantu ſiſtebantur currẽtes fluuij, et ferarꝫ rabies ſedabatur, demulcebãturq; omnes,vnde toto orbe notus, pro quo dictum hic. Quod mare non nouit Ariona.i.Arionem, ac ſi dicat omnia eum maria nouere , notus tamen maxime erat viuens Ægeo et Ionio. Quę tellus neſcit, a qua telluris parte neſcitur.q.d.nouere etiam eum omnes terrę. Ille, Arion.s. Tenebat,ſiſtebat. Carmine,cantu carminis. Currentes aquas,ſiſtebant enim curſum flumina ad eum audiendum. Sępe , demulcebatur eius cantu lupi feritas , cum agnam inſequeretur, et fugientis agnę metus ſoluebatur,et e

fuga

ſuga ſiſtentes cantum illi excipiebant. Lupus ſequens, pro inſequens. Agnam ſępe eſt retentus a voce, a cantu Arionis.

Sępe ſequens agnaȝ, lupus eſt a voce retētus,
Sępe auidum fugiens reſtitit agna lupū.
Sępe canes, leporesq́;, vna iacuere ſub vmbra
Et ſtetit in ſaxo proxima cerua leę.
Et ſine lite loquax, cum Palladis alite cornix
Sedit, et accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia ſępe tuis fertur vocalis Arion,
Tanq̄ fraternis, obſtupuiſſe modis.

ANT. FAN. SÆPE AVIdum fugiens reſtitit agna lupum, augetur oratio. Plus enim eſt ſiſtere formidantem agnam ac fugiētem, q̄ lupum inſequentem. Cuȝ palladis alite, Nictimene, quam Pallas in tutelam ſuaȝ recepit pulſa cornice. Licet auteȝ et multę aues noctuā impetant, cornix eo propenſius huic aui infenſā dicitur, ꝙ (vt Ouidius alibi fabulatur) Nyctimene apud Palladem eius locum occupauit. Erat enim cornix (vt ait Naſo) comes inculpata Mineruę. Ea (vt inquit Plin.) ales eſt inauſpicatę garrulitatis, notaturq; raro ab Arcturi ſidere ad hirundinum aduentū eam in Mineruę lucis, templisq; alicubi omnino nō aſpici ſicut Athenis.

Cynthia, Diana a Cyntho monte Deli. Eſt autem magna et eminentiſſima laus Arionis, cuius cantu non minus obſtupuiſſe inquit Dianam, q̄ cum fratrem canentem, hoc eſt Apollinem audit. *De cātu Grionis citharoedi* Captaq; erat lyricis Auſonis ora ſonis, facta mentione Sicilię meminit et Italię ſecūdum hiſtoriam Herodoti, qui ait concupiſſe Arionem, cum per multum tēporis triuiſſet apud Periandrum in Italiam et Siciliam nauigare.

PAV. MAR. AGNA FVgiens auidum, fameſcentem, rabidum. Lupum ſępe reſtitit, ad cantum illius αγνοσ gręce, latine purus, inde agnus et agna, lupus gręce λυκοσ. Sępe ca. canes cum inimiciſſimi leporum ſint, nihilominus cum leporibus ad eius cantum firmabantur, itidem et leęnę cuȝ ceruas inſequerentur. Canes et lepores iacuere ſub vna, quaſi ſub eadem. Vmbra, vt. s. illum audirent. Et leę, dicimus enim et lea et leęna. vnde, Nec lac bibit ille leęnę. Cerua ſtetit proxima, vicina, iuncta. In ſaxo, tapinoſis eſt rei magnę humiliatio, hoc. s. in monte, de ceruis non eſt id mirum. Nam et Plin. inquit, Mulcentur fiſtula paſtorali, et cantu. Et ſine, cornix cum infeſtiſſima noctuis ſit, tamen vna ad audiendum Arionem tanquam amicę ſedebant itidem, et accipiter cum columba. Et cornix loquax, garrula. Hanc auem inauſpicatę garrulitatis eſſe Plin. inquit a quibuſdam tamen laudatam. *De fabula Nictymenes* Sedit cum alite Palladis, cum Nictymene. Hęc puella fuit, quę cum patre concubuit, ob quod pudore in ſiluas fugit die latitans in auem verſa nocte egreditur, receptaq; eſt ſub Palladis tutela, pulſa cornice, quarum fabula in .ij. Metamorph. refertur, ob hoc igitur cum Nictymene cornici bellum eſt perpetuum, fugitq; cornix Mineruę loca. vnde Plin. notat eam in Mineruę lucis, templisque raro alicubi omnino non aſpici ſicut Athenis. Sine lite, ſine pugna, nam et ipſo Plin. teſte ſolers eſt noctuarum contra aues dimicatio maiore circundante multitudine, reſupinę pedibus repugnant, collectęq; in arctum roſtro et vnguibus totę teguntur. Et columba fuit iuncta accipitri, nam cum Arionis cantu demulcerentur, accipiter columbam non infeſtabat. Cynthia, cum artis citharoedicę ſūma gloria Apollini tanquam primo inuētori tribuatur, par tamen ipſi Apollini videbatur Arion. nā Cynthia Apollinis ſoror non ſecus Arionis cantu, q̄ fratris obſtupebat, et magna hęc eſt Arionis commendatio, cum Apollini comparetur. Cynthia, Diana dicta eſt, vt Phoebus Cynthius, a Cyntho monte in Delo inſula, ſed non altiſſimo, vt aiunt. naȝ et nos illum aſcendimus. Fertur, dicitur. O Arion, apoſtrophe eſt ad ipſum Ariona. Vocalis, voce potens, vel voce reſonans. Sępe obſtupuiſſe tuis ſonis, vel tuis modis, tuis verſibus, et cantu. Tanquam fraternis, velut Apollineis.

*De fabula Arionis citharoedi* Nomen, nauigauerat Arion in inſulas circa Italiam, et in ipſam Italiam, magnumque ſibi nomen pepererat, vnde hic. Nomen Arionium, nomen Arionis. Impleuerat Siculas vndas, Siculum mare, et Siciliam ipſam, et in inſulas, quę in Siculo mari ſunt. Si ſtaret in verſu Siculas vrbes, intelligeretur tantummodo de vrbibus, quę in Sicilia ſunt, ſed ſiculas vndas dicit, et de Sicilia ipſa intelligimus, et de omnibus inſulis, quę in mari Siculo ſunt. Et ora Auſonis, hoc. s. Auſonia (vt diximus) pars Italię, in qua ſunt Beneuentum et Cales, appellata fuit Auſonia ab Auſone Calypſus ex Vlyſſe filio, deinde tota Italia, quę Appennino finitur, dicta eſt Auſonia ab eodem duce, a quo etiam vrbem conditam Auruncam ferunt, vt teſtis eſt Pompeius.

Ergo ora, maritima regio. Auſonis, non hic patronymicum foemininum, ſed nomen proprium Auſon auſonis. Erat capta lyricis ſonis, lyrico cantu, ſono lyrę ipſius Arionis.

Inde domum, vbi ditatus fuerat in Italia redire volebat Corinthum ad Periandrum, in Leſbon inſulam in ſuam patriam, aſcendit igitur Corinthiorum nautarum nauigium, quibus maxime confidere ſe poſſe putabat, inquit ergo.

ANT. FAN. PVPPIM Conſcendit Arion, nauim Corinthiorum, quam Arion Tarento profecturus ab ijs conduxit, cum nullis magis q̄ Corinthijs fideret.

Quid tibi cum gladio? poetice rectorem nauis increpat, cum eius eſſet temonem ac rudentes tractare non gladium. Mortem non deprecor ipſe

quit,non recuſo,non repello.vt, Equidem merui nec deprecor inquit Vtere ſorte tua. Dant veniam,beneficium canendi.Nulla.n. Arionis culpa precesserat per quam venia daretur,hoc eſt poenę condonatio. Induerat tyrio diſtinctã murice pallam,quidã diſtinctam legunt,hoc eſt dibapham. Veſtis.n.ſi purpura bis madeſit at quali Romę vſus eſt Lentulus Spinter Ædilis Curulis dibapha dicitur. Alij diſtinctam legunt,i. diſtinguebatur.n. palla arte Phrygionum. Plautus, Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio.Fuit id veſtis genus tunicę pallium,accepitq; nomen pallę ſecundum Varronem, vt Seruius refert,ab irrugatione et mobilitate, quę circa finem eius eſt.i. ἀπὸ τοῦ πάλλειν.

aſcenderas,nam in ea ſtruebantur tibi inſidię. Namq;,rationem reddit cur erat ſibi tutius mare q̃ nauis. Nam in naui paratę erant ſibi inſidię. Namq; gubernator,rector nauis. Conſtitit,in te.s. Enſe diſtricto,enſe euaginato. Et cętera turba conſcia,cęteri nautę, qui omnes in necem tuam conſpirauerãt.

Nomen Arioniũ, Siculas impleuerat vndas,
Captaq; erat lyricis Auſonis ora ſonis.
Inde domũ repetẽs puppim conſcendit Ariõ,
Atq; ita quęſitas arte ferebat opes.
Forſitan infelix ventos, vndaſq; timebas,
At tibi naue tua tutius ęquor erat.
Namq; gubernator, diſtricto conſtitit enſe,
Cęteraq; armata conſcia turba manu.
Quid tibi cũ gladio? dubiã rege nauita puppĩ
Non ſunt hęc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, mortem nõ dẽpcor, inqt,

Armata manu, p armatis manibus. **Apoſtrophe** Quid tibi, increpat nauis rectorem hac apoſtrophe,a quo nõ ſunt tractanda arma ſed temone gubernanda nauis. Quid tibi o nauita cum gladio,cum enſe,cum armis.q.d.nihil eſſe debet tibi cum armis,dicimus nauita et nauta. Rege puppim, nauim. Dubiam, et ob id dubiam, cuį male,aut cui non regatur, q tunc dubia eſt quo eat,nam ſine rectore titubat.rege ergo. Dubiam puppim,aut dubiam,cum in mari ſit,q cuį turgidum eſt,ſemper nauigantibus eſt dubitandũ. Non ſunt hęc arma tenenda tuis digitis,pro tuis manibus, ſed arma quibus nauis gubernetur. hoc.s.Temo ipſe et cętera nautica inſtrumenta.

**Vñ dr Pallas Dea ſapientię**

Legimus tamen apud eundem Varronem dictam pallam q palam geſtaretur. Eam longam fuiſſe dubium non eſt.vt,Pro crinali auro pro longę tegmine pallę,qua vtebantur non ſolum foeminę.vt, Pallam ſignis auroq; rigentem. et,Circuntextum croceo velamen achanto, Ornatus argiuę Helenę, ſed citharoedi quoq; ac tibicinis.Cice. ad Herennium,Vt citharoedus cum prodierit optime veſtitus,palla inaurata indutus.Horatius, Et luxuriem addidit atti tibicem Traxitq; vagus per pulpita veſtem.Hanc veſtem quidam ſignificari per ſyrma interdum arbitrantur dictũ συρων .i. a trahendo,quamuis ſyrma apud Grecos pro quouis tractu accipitur.

**Syrma** Seneca de Baccho, Auro decorum ſyrma barbaricum trahit.De eodem Statius,Si decet aurata Bacchum veſtigia palla verrere.Cauendum ne quidã interpres Iuuenalis nos ducat in deuia, qui ait pretexta palla vtebantur,qui funus curabant, vt inquit Pompeius,cum legendum ſit pretexta pulla.

**PAV. MAR.** INDE,EX Italia. Repetens,repetere volens. Domum,Corinthum primo,deinde Lesbon. Arion conſcendit puppim,Corinthiorũ nauim, puppis poſteritas nauis eſt pars,ſed interdum pro naui accipitur. Atq;,et. Ita domum.s. repetens. Ferebat opes,diuitias. Quęſitas, acquiſitas. Arte citharoedica.s. qua pollebat. Forſitan,miſericordiam mouet ab his,quę in mari timentur,ſed magis a nautarum perfidia, cum fidelius et tutius eſſet ſibi mare q̃ nautę et nauis. Forſitan,et apoſtrophe eſt ad ipſum Arionem. Tu infelix,infelix q2 malis hominibus te credideras,et qui ſanguini et opibus inhiabant. Timebas ventos et vndas,ventorum violentiam et vndarum impetum.q.d. non erant hęc tibi timenda. At ęquor erat tibi tutius naue tua,naue,quã

Ille metu,paratis Arioni inſidijs, cum ei nautę mortẽ minitarentur,nõ refellebat mori,ſed tantum p̃cabatur vt ſibi pauca canere liceret.Hero.tamen inquit mortem primo fuiſſe deprecatũ,ſed vbi non cõficeret,petijſſe vt ſe ornare, et lyra canere daretur. Ille,Arion.s. Pauidus metu, mortis.s. Inquit non depre.mor.deprecari interdũ eſt excuſare et refellere. Vnde eſt illud in.xij. Ænei. Equidem merui nec deprecor inquit.ita hic non deprecor non refello mori. Sed lic.refer.pau.canere pauca. Sumpta ly.petijt tamen vt ſe ornaret,et lyra canere poſſet. Dant ve.conceſſere hoc nautę vt caneret paululũ lyra,riſereq; hanc mortis dilationem,ornauit ſe tamen Arion maxima corona,quę Phoebo conueniens eſſet. Dant ve. quaſi indulgent nautę,aut concedunt ſibi id temporis,vel hoc beneficium,vt illud Virg. Extremam hanc oro veniam. Et ri.mo. hoc.s.dilationem. Ille,Arion.s. Capit coro corona(teſte Pomp.) licet videatur a choro dici caret tamen aſpiratione,ſiue coronę dicuntur q cohonorent eos, quibus imponuntur. Quę, corona.s. O Phoebe, ad Phoebũ eſt apoſtrophe. Poſſit dece. tuos cri. quaſi poſſit eſſe decens capiti tuo, digna erat tuis comis. Induerat,coronauerat ſe Arion, et induit purpuream chlamidem,et ſonare incepit. Induerat,ipſe Arion. Pallam,palla (vt Nonius inquit)eſt honeſtę mulieris veſtimentum.hoc.s. tunicę pallium.vnde Virgil.Pallam ſignis, auroq; rigentem Ornatus argiuę Helenę etc.Hic vero pallam **De Arione citharoedo fab.**

lam pro chlamide, aut quauis veſte. Diſtinctā, diuiſam, et hoc quo ad picturam et colorem ipsi.

Tyrio murice, murex (vt idem inquit) color eſt purpureus, de purpuris ſuperiore libro diximus ibi. Noua purpura ſulget, et diximus conchilij genus eſſe, ex eodē fere genere murices ſunt, ſed ſunt aculeatiores, qualem nunc vobis oſtendo ex his e littore Syrio in Italiam a me relatis, nam eius nomen in Grȩcia retineant e Syria retulimus, vt qualis eēt latinis amicis etiā aperiremus.

Tyrio, a Tyrio vrbe Phoenicię. Phoenicia enim purpurarū piſcatu ſemper pręſtitit. Strabone teſte, et tyria purpura omnium optima perhibebat, et tyro ipſa piſcatio proxima ſcilicet et cętera omnia, quę ad inficiendas veſtes pertinent.

Sed liceat ſumpta pauca referre lyra.
Dant veniā, ridentq; morā, capit ille coronā,
Quę poſſet crines Phoebe decere tuos.
Induerat tyrio diſtinctam murice pallam,
Reddidit icta ſuos pollice chorda ſonos.
Flebilibus numeris, veluti canentia dura
Traiectus penna, tempora cantat olor.
Protinus in medias ornatus deſilit vndas,

Chorda, fidiculi. Icta, percuſſa. Pollice reddidit ſonos ſuos, proprios, quales erant Arionis, nā vbi ornatus fuit coepit reſonare et canere. Lyra, cuius pollice chordę tanguntur ad ſonitum. Flebilibus, Arionem ita canentem Cycnis comparat, nam cycni, qui et olores dicuntur, in morte hoc ſcilicet cum ad ſenectam venerint et mors imminet ſuauiſſime canunt, vnde eſt illud in Heroidibus, Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis Ad vada, Męandri concinit albus olor, licet id Pli. falſum putet, cum dicat. Olorum morte narratur flebilis cātus, falſis (vt arbitror) aliquot experimentis. At Cice. in Thuſculanis quęſtionibus, Cycni inquit non ſine cauſā Apollini dicati ſunt, ſed vt diuinationem habere videantur, qꝛ pręuidentes quid in morte boni ſit cum cantu moriuntur. Cantat ergo Ariō ipſe. Numeris flebilibus, verſibus luctuoſis, cecinit enim tunc illud genus carminis, quod Orythium dicitur. Veluti olor, cycnus.

ANT. FAN. Cycnus — TRAiectus pēna, tempora, quod de cycno auctor ſentit hoc loco, dū imminente morte cantum flebilem facit pēna eius cerebrum lędi, Magnus Albertus, et Iſidorus lr̄is mandauerunt, q̄uis Ariſtoteles et Pli. ea de re nihil ſcripſerint. Hęc auis ē amphibia, hoc eſt terra et aqua victum q̄ritans, ē grȩce q̄dem cycnus, latine vero olor dr̄, canitq; ſuauius, qꝛ longum collum et inflexum habet, per qd̄ neceſſe eſt eluctantem voces varias reddere modulationes. Fert̄ autem mortis tempore dulcius ſolito canere, ac ꝑpriam mortē flebili cantu p̄dicere, quod q̄dam fabuloſum putant. Sed in pri. Tuſcu. q̄ō. refert Cic. cōmemorare Socratē ſic oībus bonis et doctis eſſe moriendū, vt cycni, qui Apollini dicati ſunt, ꝙ ab eo diuinationem hr̄e videant̄, ꝑuidentes quid in morte boni ſit, cū cantu et voluptate moriunt̄. Hi (vt Serui. ſcribit) nullis dāt auguria niſi nautis, vt cycnus ī augurijs nautis gratiſſimus ales. Monet aūt Pathos a ſili Oni. alibi, Sic vbi fata

Amphibia olor grȩce dr̄ cycnus

vocant vdis abiectus in herbis Ad vada Męandri ꝯcinit albus olor. Huic aui boni poetę cōparari ſolent. Hora. Multa dircęum leuat aura cycnum.

Fide maius, non eſt incredibile dictum eē Arionem a delphine, cum. A. Gel. Pli. et alij ſcriptores de delphinis mira cōmemorent. Quid ꝙ Simonis nomine delectant̄, qui ſimi ſunt ē recurno tergo? Ille ſedet, citharamq; tenet, pretiumque vehendi cantat, cātat carmen ita ſublime, ita ſuaue, vt eēt vberrimum vecturę p̄tiū. Aſtris Delphina recepit, aſtrū grę cum eſt. Vnde aſter ille Platōis a nobis ſtella dicit̄, cuius diuini phi pulcherrimū diſtichū nos ſic latinū fecimus, Stelle meus ſtellas dum ſuſcipit ipſe, ego cęlum eſſe velim, vt multo hunc lumine deſpiciam. Stellas iuſſit hr̄e nouē, alij delphinē decē ſtellis ꝯſtare dixerunt. Vellem Męonide pectus ineſſe tuū, apoſtrophē facit ad Homerū, cuius optat ingeniū, cū ſit de re tanta ſcripturus quanta et heroicum carmen, et Homeri meretur ingenium. Is vel a Męonia ideſt Lydia, vbi eſt Colophon Męonides dicit̄, vel a patre Męone. Notum enim eſt inter opiniones quę de natalibus eius ferunt̄ hanc eſſe, ꝙ Męonis filius fuerit. Sacras nonas, quę nunc Auguſto dicatę videri poſſunt. Dixerat enim ſupra, Nonarum tutela Deo caret.

Aſtrū latine ſtella dr̄

Męōides

PAV. MAR. De nā cycnoꝝ — TRAiectus tē. can. habens traiecta tp̄a, pars pro toto, hoc. s. caput. Canentia, albicantia, nam totus albus. s. Dura pēna, qꝛ in ſenecta pēnam q̄dā hn̄t duriuſculam, frontem natam velut traiectā, qd̄ obſeruauit Pōponius in extrema Germania, et ego in Ionia. Seniores. n. cycni illam traiectā hn̄t, cęteri non. Poeta igitur nō ſine ratione hoc dixit, ſed miror ab alijs non fuiſſe obſeruatum. Protinus, et ita. Ornatus, palla, corona, lyra. Protinus ſubſequenter, continuo. Deſilit, ex ipſa naui deorſum ſalit. In medias vndas, in mediū mare. Cęrula puppis, cęrulam puppim dixit ab ipſo colore cęruleo. Spargit̄, infundit̄. Aqua īpulſa s. Arionis ſaltu. Inde fide, ad eius cantum, cū delphinoꝝ (vt ſupra diximus) turba ꝯueniſſet, deſiliēs ab vno eoꝝ tergo exceptus eſt. Inde, ex eo, aut poſtea memorant, veteres. s. Delphina, pro delphinem. Dicimus. n. et Delphin delphinis, ē delphinus delphini. Suppoſuiſſe ſe nouo oneri, qꝛ nouum miraculum, ꝙ hoī ſe ſupponeret, licet et Pli. et Solinus exēpla hmōi multa cōmemorent. Tergo recuruo, dorſo repando, vnde Pli. Dorſum repandū ſimum, qua de cā nomen Simonis oēs miro modo agnoſcunt, maluntq; ita appellari. Tergo recuruo, tergis reflexis, qꝛ recuruati ſunt, et ob id appellari Simones Plini. inquit. Maius fide, per appoſitionē dixit maius fide, quaſi plus q̄ credi poſ-

Spargitur impulſa cęrula puppis aqua.
Inde (fide maius) tergo delphina recuruo
Se, memorant, oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedet, citharamq; tenet, pretiumq; vehendi
Cātat & ęquoreas carmine mulcet aquas.
Dij pia facta vident, aſtris Delphina recepit
Iuppiter, & ſtellas iuſſit habere nouem.
Nūc mihi mille ſonos, q̄s ē mēoratus Achilles,
Vellē Męonide pectus ineſſe tuū.
Dū canimus ſacras alterno pectine nonas,
Maximus his Faſtis accumulatur honos.
Deficit ingenium, maioraq; viribus vrgent,
Hęc mihi pręcipuo eſt ore canenda dies.

ſit. Ille, Arion. ſ. Sedet, ſuper delphinem ſcilicet vel in dorſo delphinis. Et tenet citharam, tenet et reſonat cithara. Et cantat p̄tium vehendi, in pretiū et mercedē vecturę, nam vectura dr̄ a veho vehis, ſi vehēdi dicit eſt gerundiū. Si vehicli, vehiclū paruus currus eſt, et pro ipſa vectura hic poni poteſt, in cuius mercedē cantabat. Et mulcet, demulcet, mitigat, lenit. Carmine, carminis cantu. Æquoreas aquas, marinas vndas. Dij pia, vident Dij benefacta itidem et malefacta. Videre ergo Delphinis officium commendarunt. Vnde Iuppiter illum inter aſtra collocauit, ornauitq; noue ſtellis vt ſupra diximus. Dij vidēt pia facta, quaſi Delphinis pietatem et officium, qui Arionis oneri ſucceſſit. Iuppiter recepit delphina, delphinem.

Aſtris, in aſtris, hoc eſt inter ſidera. Aſtrum dicitur ab αςτραπιωι verbo gręco, quod eſt fulgeo, inde ab αςτηρ, et αςτρον pro ſidere et ſtella. Et iuſſit habere nouem ſtellas, ē Higinius etiam inquit eſſe ſtellarum nouem, datur locus huic rei, cum animal hoc muſica arte mulceatur, ē nouem ſint muſę, ergo totidem ſtellis figuratus ſcilicet vel ꝙ nouem apud antiquos lyrarum chordę eēnt, quarum ſonitu plurimum oblectantur. Nunc mihi, cum relaturus ſit diem in quo Auguſtus pater patrię appellatus ſit, pro rei magnitudine decantanda optat et mille voces et Homericum habere ingenium, et ideo nunc velut rem magnam, vt eſt aggreſſurus inquit. Nunc vellem habere mihi ad vſum meum. Mille ſonos, mille voces. Et vellem habere o Męonide pectus tuum, quaſi ingenium tuum et animum tuum. Quo, ingenio.

Achilles ē memoratus, Homerus eſt dictus Męonides et Męonius a Męone patre, et etiam a Męonia patria Aſię regione, ſed plures fuere vrbes etiā pręter illas, quę in Męonia ſunt, quę ſuum eſſe dicerent, vt Cice. meminit in oratione pro Archia poeta, etiam vt conſtat illo verſu, Smyrna, Rhodos, Colophos, Salamis, Chios, Argis, Athenę, vt in Odis Horatij diximus. Memoratus Achilles, nā p̄clara Achillis geſta in Iliade ſcripſit, et celebriorem illum forte, q̄ mereret reddidit, vnde legitur, Cum Alexander in Sygeo ad Achillis tumulum peruenisſet, dixiſſe, O fortunate adoleſcens qui laudis tuę Homerum pręconem inueneris. Dum canimus, in nonis Februarijs Auguſtus pater patrię eſt appellatus, vnde eo die feſtum rei tantę celebrabatur, pro quo in Auguſti commendationem maximum ſuis faſtorum libris accumulari honorem dixit, pręcipue cum tanta res in his ſcribenda eſt.

Dum, nos. Canimus nonas ſacras, et ſuperius dixit tutela Dei carere, ac ſi nulli Deorum ſacrę eſſent, et nunc ſacras appellat, quod ideo facit, nam cum antea nulli Deorum ſacratę fuerint, nunc in auctos Auguſti titulos, et cum ea die honore decoratus fuerit, ſacras appellauit, quia publico conſenſu conſecratas. Alterno carmi. hoc ſcilicet Elegis verſibus, illa enim ſunt alterna, quę per vices eunt, et et redeunt, ſic Elegi verſus, qui ex hexametro cōſtant, et pentametro, nam velut per vices alterum cum altero iungitur. Maximus honos, hoc eſt in Auguſti laudem. Accumulatur his Faſtis, his Faſtorum libris, in quibus id etiam ſcribere neceſſe eſt.

SANcte pater patrię, nonis Februarijs Cęſar Auguſtus patris patrię cognomen accepit, quod ei (vt Suetoni. ſcribit) vniuerſi repentino, maximoq; conſenſu detulerunt, et Senatus in curia neq; decreto, neq; acclamatione, ſed per Valerium Meſſalam id mandantibus cunctis, qui ait quod bonum fauſtumq; ſit tibi, domuiq; tuę Cęſar Auguſte ſenatus te conſentiens cum Popu. Roma. conſultat pater patrię. Quo tempore Auguſtus lachrymas continere non potuit. Naſo in. iiij. Triſtium, Tu quoq; cum patrię rector dicare, paterq; Vtere more Dei nomen habentis idem. Seneca, Sic ille patrię primus auguſtus parens complexus aſtra eſt. Cicero, Vt in eius vita legimus primus omnium Romanorum pater patrie appellatus eſt. Hinc illud eſt Plinij, Salue primus omnium parens patrię appellate. Quo nomine. M. Cato vir ſeuerus et ſummę grauitatis eum appellauit, teſte appiano. Poſtea vero imperatores Romani eam appellationem ſibi vſurparunt, quę Ciceroni contigit in libera ciuitate. Iuuenalis, Roma parentem, Roma patrem patrię Ciceronem libera dixit. Quo in loco Satyrus imperatores deridet, qui ab adulatoribus patris patrię cognomen ſumebant, fallebanturq; (vt ait Plutar.) cum excellentiam honorum a populis ſibi tributam maximum beneuolentię teſtimonium exiſtimarent. Quamuis enim ſponte ſua et beneuolentia quadam ad decorandos principes moueri populi videantur, ducuntur tamen plerunq; metu, cum tam hi qui oderunt, q̄ qui amant proſequi honoribus principes ſoleant. Prudentes igitur et optimi rerum publicarum gubernatores non tam laborant, vt honores populis conſequantur, quam vt di-

ANT. FAN. Auguſtus p̄ris patrię cognomen accepit nonis Februarijs

gnl honoribus ſint. Huius tituli quo Auguſtus a Senatu Populoq; Romano donatus eſt,meminit Horatius in primo Carminū. vt,Hic magnos potius triumphos,Hic ames dici pater atq; princeps.

Hoc dedimus nos tibi nomen eques,Naſonis familia equeſtris ordinis fuit,et ipſe Auguſti Cęſaris

Naſonis familia fuit eqſtris ordinis

Quid volui demēs Elegis imponere tantum
Ponderis?heroi res erat iſta pedis.
Sācte pater patrię,tibi plebs,tibi curia nomē
Hoc dedit,hoc dedimus nos tibi nomē eqs
Res tamen ante dedit,ſero quoq; vera tuliſti
Nomina,iampridem tu pater orbis eras.
Hoc tu ꝑ terras,quod in ęthere Inppiter alto,

munere eques triumuiratu3 cōſecutus eſt. Sane Nos eques dedimus eſt rara cōſtructio,ſed tolerabilis, Veru3 enim apparet qđ grammatici tradunt conſtructionē,quam gręci syntaxim vocāt reddi ad vocis intellectum, vnde ꝑ diuerſas figuras ſolēt a ſcriptoribus accidentia variari,q̄ licet quantu3 ad ipſas dictiones incōgrue diſpoſita videātur., rectiſſime tamē poſita intelligunt ſenſus ratione.Quid eſt.n.aliud Pars in fruſtra ſecant niſi multi,et Nos eques dedimus,niſi nos equeſtris ordinis viri? Res tamē ante dedit,rei veritas et meritoꝝ tuorum magnitudo,ne Auguſtus videatur adulatione populi eum titulum conſecutus.

PAV. MAR. DEFICit,videtur exterrere in re ardua deſcribenda,ꝙ cum hęc dies ſit maxime celebrāda, ad eam canēdam ingenium deficiat. Deficit ingenium et vrgent,cogūt aut premunt nos. Maiora viribus, maiora et grauiora q̄ nos ſufferre valeamus. Hęc dies eſt tibi a te. Canēda ore ꝑcipuo, ore ꝑcellente,q2 ꝑcęteris hanc canere debes. Quid vo.repħendit ſeipſum,ꝙ hęc grauia,quę ſcribenda erant heroico carmine,verſibus Elegis cōmendarit. Quid,cur,aut ꝑpter qđ ego. Demens, deor ſum a mēte,quaſi veſanus. Volui imponere tātum ponderis,metaphorice loquit̃. Elegis, verſibus.i.De Elegis verſibus ſuperius diximus,qbus miſerię,querimonię & amantium affectus deplorantur,ſed q2 in his erat aſſuetior,etiā hęc grauia Elegis canebat. Res iſta,quę ta3 magna eſt. Erat, intererat. Pedis heroi,heroici verſus. Heros', vt diximus,vir excellens diuinus.s.Sed q2 hexametris verſibus et Deoru3 laudes,et herouni bene geſta cani coepere,tāquam a diuinis appellati ſunt verſus heroici,ergo. Res iſta erat heroi pedis, heroici verſus.& eſt ſpecies metonymię,nā ex pedibus verſus conſtat. Sancte pater,de hoc ita Tranquillus inquit,Patris patrię cognomē vniuerſi repentino maximoq; cōſenſu detulerūt ei prima plebs legationes anxium miſſa Deinde q2 nō recipiebat ineunti Romę ſpectacula freqēs et laureata,Mox incuria ſenatus, neq; decreto, neq; acclamatione, ſed per Valeriū Meſſalam id mandātibus cunctis, quod bonū inquit,fauſtumq; ſit tibi,domuiq; tuę Cęſar Auguſte.Sic enim nos perpetuā felicitatem reipu & lęta huic precari exiſtimamus.Senatus te conſentiens cum po.Ro.conſalutat patrię pater, cui lachrymās reſpondit Auguſtus his verbis.Ipſa enim ſicut Meſſalla appoſui compos factus votorum meorū P.C.Quid habeo aliud Deos immortales precari,q̄ hūc conſenſum veſtrum ad vltimū uitę finem mihi perferre liceat,hęc ille poeta inqt, Patres, equites, et plebem hoc ei nomen dediſſe,nihil tamen refert,q2 idem eſt ſenatus & populus.Equites enim medij erant inter patricios & plebem. Inquit ergo apoſtrophans ipſi uerba, O ſancte pr̃ patrię Auguſtę,qui hoc die fuiſti tuis meritis pater patrię appellatus.

Hoc nomē,patris patrię.s. Dedit tibi plebs,hoc nomen dedit tibi curia.hoc.s. ſenatus,qui in curia reſidebat, de diuiſione populi per Romulu3 et Curijs ſuperius diximus. nam diuiſerat populum in.xxx. Curias, qbus poſtea additę ſunt quinq;,ita ut ſua in quiſq; curia ſacra publica faceret, feriaſq; obſeruaret,hiſq; Curijs ſingulis nomina Curiarum uirginum impoſita eſſe dicuntur,ex his quas de Sabinis rapuere, hęc Pompeius.At hic Curia de ſenatoria dicitur, qui locus ita dictus eſt, ꝙ ibi publicas curas gerebant.Eſt autem hic ſpecies metonymię,tenens pro quod tenet̃. Eſt duplex curia, et in qua reſpublicę gerūtur,& in qua ſacrificatur,ſed de hoc inferius.

Curia,hoc.s.ſenatus. Hoc etiam nomē dedimus tibi nos eques,pro equites,aut equeſter ordo. Nos dixit, quia ipſe etiam equeſtris ordinis erat, unde in Triſtibus, Nō modo fortunę manere factus eques. Res tamē,ut a merito tanti nominis Auguſtum cōmendaret. ante inquit hoc a re datum ipſa fuiſſe,ſero tamen appellatione. nam longe ante non modo patrię, ſed orbis pater erat.

Res tamen dedit, nomen hoc.s. Ante,antequam dederat ſenatus & populus,quia re ipſa erat pater patrię. Sero quoq;, tarde etiam. Tuliſti uera nomina,quia tardius q̄ merebaris pater patrię apoellatus es. Iampride3,longe ante eras pater orbis, ergo non modo patrię, ſed uniuerſi orbis.In aliquibus codicibus ſcriptu3 eſt urbis,melius tamen orbis,quia inferius ſubſeqūter comparat ipſum Ioui. Nomen habes,hominum tu pater,ille Deum,ille Deorum, ipſe hominum pater eſt pro omnium hominum,intellige ergo bene orbis,ſed ſi urbis dicit non eſt ab re,quia longe ante erat pater patrię. Hoc tu,magna eſt hęc Auguſti commendatio, cum Ioui comparatur. nam ille Deorum pater eſt,Auguſtus aute3 hominum.in Triſtibus etiā ad Auguſtum ſcribens, cu3 Ionē Deum genitorem dixiſſet,addidit,Tu quoq; cum patrię rector dicare paterq; Vtere more Dei nomen habentis idem,inquit ergo.

FACIT Hic tua magna tuendo Moenia, ęquauit Auguſtum Ioui ꝙ pater ſit uti Iuppiter,nunc ANT.
prępoſit Romulo, ꝙ tuendo urbem more opti FAN.
mi patris ampliſſimam reddiderit, quam Romulus reliquit humilimam. Tu dede. tranſi

Nomen habes, hominũ tu pater, ille Deũ.
Romule cõcedas, facit hic tua magna tuẽdo
Moenia, tu dederas tranſilienda Remo.
Te Tatius, paruiq; Cures, Ceninaq; ſenſit,
Hoc duce Romanũ eſt Solis vtrũq; latus.
Tu breue neſcio quid victę telluris habebas.
Quodcunq; eſt alto ſub Ioue Cęſar habet.

lienda Remo, tantę humilitatis vt ea trãſilierit Remus, quam ob cauſam fertur occiſus. Licet ſint qui rem aliter tradant, vt alibi dicemus. Cures, illuſtris vrbs Sabinorũ, auctore Plutarcho, vnde Quirites dicti ſunt, vt quibuſdã placet. Nota eſt hiſtoria. Cenina, etiam oppidum eſt apud vrbem Cenina, quod (teſte Feſto) a Cenite cõditore nomen accepit, hinc dicti Cenienſes. Tu rapis, hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas, antiſteton eſt, & merito laudat Auguſtus, qui (vt ait Suet.) leges quaſdam retractauit, quaſdam de integro ſanxit, vt de adulterijs, de pudicitia. Tu recipis luco, Aſylum dicit a Romulo cõſtitutum latronum ac peſſimorum omniũ receptaculum. Tu domini nomen, Auguſtus domini appellationẽ, vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit, teſte Sueto. Cunq; eo ſpectãte ludos pronunciatũ eſſet, O dominũ ęquũ & bonum, & vniuerſi quaſi de ipſo dicto exultantes cõprobaſſent, ſtatim manu, vultuq; indecoras appellationes repreſſit, et in ſequenti die grauiſſime corripuit edicto, dominumq; ſe poſtea appellari ne a liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio vel ioco paſſus eſt. Et recte, domini enim nomen, quo perempto omnis ſeruitus extincta eſt, tyranni eſt potiusquam benigni principis. qualis fuit Auguſtus, qui (vt Seruius tradit) palatium iuſſu eius ędificatum reipublicę dono dedit.

Cures vñ Quirites

Cenina

Antiſteton

Dñi appellatiões exhorruit Auguſtus

PAV. MAR.

TV HAbes hoc nomen, patris patrię. s. Per terras, quaſi in terris. Quod habet Iuppiter in alto ęthere, in cęlo. De ęthere diximus, gręce dicitur αιθηρ ab αιθω, quod eſt ardeo, q: in eo eſt ignis elementum. vnde, Summaq; locum ſibi legit in arce, hoc. s. in ſummo ęthere. Tu, Auguſte es. Pater hominum, nã homines regis. Ille, Iuppiter. s. Eſt pater Deũ, Deorum, q: Dijs imperat. Romule, cum velit longe in omnibus ſuperiorẽ dicere Auguſtum Romulo vrbis conditori, ab ipſo Romulo petit hoc concedi. nam ipſe et vrbẽ paruam et exigua moenia fecit, Auguſtus autem et moenia et imperium late auxit, ſed hęc eſt alluſio quędam ad id quod ſuperius diximus, quando appellatus fuit Auguſtus, cum eſſent, qui cenſerent cum Romulum appellari oportere, quaſi et ipſum conditorem vrbis, ac ſi dicere velit maius nomen merebatur, et Auguſti facta extollit, Romuli autem hac comparatione deprimit. Romule concedas, da veniam aut patiare me loqui, aut concede quod dico. Hic Auguſtus ſcilicet. Tuendo, defendendo, et gubernando, non dixit dominando aut imperando, ne tyrannidis illum argueret, ſed tuendo, ac ſi in tutela imperium patrię haberet. Facit tua, quę tu fundaſti. Magna, nam auget (vt diximus) et vrbem et imperium. Tu dederas moenia, ipſa. Tranſilienda, tranſaltanda. Remo, fratri tuo, quem multi Gręci maxime Romum dicunt. Condidit autem moenia ita paruum alta, vt a Remo tranſiliri poſſent. Vnde q: in edictum reliquiſſet morte mulctatus ẽ, de quo dicemus in. iiij. li. auctore etiam Dionyſio. Nam mortis Remi duplex cauſa narratur, et diſcordia, pugnaq; quędam q: in ea ceciderit, et hęc tranſſaltatio murorum pręter edictum, ob quod a Celere quodam qui muris pręerat obtruncatus eſt. Te Tatius, Romulus cum finitimis tantum pugnauit, cum Sabinis, cum Cernienſibus, quorum regem (vt ſuperius diximus) obtruncauit, cum Antẽnatibus, et poſtea cum Veientibus. Terminus autem imperij Romuli decimusoctauus ab vrbe lapis fuit. At Auguſto principe vniuerſus orbis Romano paruit imperio. Inquit ergo o Romule. Senſit te Tatius, rex Sabinorum, de quo ſuperius diximus.

Cõparatio Auguſti cũ Romulo

De termĩnis ĩperij Romãi

Et parui Cures, aliqui dicunt Cures opulentiſſimam fuiſſe Sabinorum vrbem. Poeta autem inquit, Parui Cures. nihil refert, nã poterat eſſe vrbs parua moenibus, magna autem opibus. Cures in numero multitudinis Sabinorum oppidum.

Et Cenina, et oppidum hoc non longe ab vrbe fuit. Hoc duce, Auguſto autem principe.

Eſt Romanum, Romani iuris aut Romani imperij. Vtrunq; latus Solis, quaſi extremę orbis partis, et omnia quę inter ipſas continentur, ſed cum dicat, Vtrunq; latus Solis, poſſumus intelligere de ſeptentrione et meridie, quaſi de polo arctico et antarctico, quę loca a latere Solis ſunt.

Tu breue, auget et illius depreſſionem, q: paruus dominus, et huius gloriam, quia omnia, quę ſub Ioue ſunt ſua ſunt. Tu habebas neſcio quid velut in contemptum neſcio quid dixit. Victę telluris, quam tu viciſti. Erat tantummodo (vt diximus) vsq; ad decimumoctauum ab vrbe lapidem. Cęſar, Auguſtus. s. Habet quodcunq; eſt ſub alto Ioue, auxit hic poeta et rem et orationem, nam magis ſe eleuat ſecundo q̃ primo verſu. Quodcunq; eſt ſub Ioue, quaſi et terrę, et maria. Sub Ioue, interdum intelligimus ſub cęlo, aut ſub aere, vt illud Horatij, Manet ſub Ioue frigido, idem dicimus ſub Dio, ab eo quod Διος Iuppiter appellatur. Tu rapis, exprobrat Romulo Sabinarum raptum, et pudicitię obſeruãtiam ex Auguſti lege commendat. Pręterea a Romulo receptos ſceleratos, ab Auguſto autem comprehenſos, aut fugatos. Tu, Romule.

Rapis, quia factis ludis ab eo cum conueniſſent finitimi multas rapuit, de quo inferius dicemus

dicemus

ceruus,ergo. Tu rapis, quaſi tu ſtupras,pro cõiugum enim reſpectu rapere ille fuerę, rapere interdum ſtuprare ſignificat, vnde illud Virgilij. Subnixus rapto potitur, ideſt ſtupro. Hic, Auguſtus ſcilicet. Iubet ſe duce,ſe principe. Maritas, nuptas. Eſſe caſtas, obſeruare pudicitiam. Inſtaurauit enim Auguſtus legem Iuliam ad coercendos adulteros, vnde eſt, Vbi nunc lex Iulia dormis. Tu, Romule. Recipis nefas, quaſi nefarios et ſceleratos homines.

Luco, in Aſylo, quod erat in luco de quo ſuperius diximus. Nam pro augenda vrbe Aſylum conſtituit, quo confugerent impune, qui vel ob ſcelera, vel quomodocunq; ex alijs ciuitatibus pulſi erant. Ille, Auguſtus. Repulit nefas, et ſcelera et ſceleratos. Plures enim factiones extinxit, graſſatores diſpoſitis per oportuna loca ſtationibus (vt Tranquillus inquit) inhibuit,et multa ſimilia. Tibi, o Romule.

Fuit grata vis,nam vim et in rapiendis virginibus, et in depopulandis agris finitimis intuliſti.

Sub Cęſare, Auguſto ſcilicet. Florent leges,nam ex legibus cautum eſt ne cui vis inferatur, multa etiam Auguſtus correxit,vnde Tranquillus. Leges retractauit,et quaſdam ex integro ſanxit, vt ſumptuariam, et de adulterijs, et de pudicitia, et de ambitione,de maritandis ordinibus. Tu Rom. tenuiſti ſcilicet. Nomen domini,quod ad tyrannidem ſpectat,ergo exprobrandum. Ille, Auguſtus ſcilicet. Tenet nomen principis, minus autem eſt princeps q̃ dominus. Auguſtus autem (vt teſtis eſt Tranquillus) domini appellationem vt maledictum et opprobrium ſemper exhorruit, nec dominum appellari a liberi ſeu nepotibus ſerio vel ioco paſſus eſt.

Contra Romulũ q fratrẽ dr̃ occidiſſe

ANT. FAN.

VENiam dedit hoſtibus ille, Ouidius alibi. Tu veniam Partho ſuperato ſępe dediſti. Non conceſſurus quam tibi victor erat. Diuitijs etiam multos et honoribus auctos Vidi qui tulerant in caput arma tuum. Suetoni. Clementię, ciuilitatisq; eius multa et magna documenta ſunt, ne enumerem quot et quos aduerſarum partium venia et incolumitate donatos principem etiam in ciuitate locum tenere paſſus ſit. Cęleſtem fecit te pater,ille patrem, tu Martis gratia in cęlum receptus es, cuius te filium crediderunt. Auguſtus vero de patre optime meritus, vt pium filium decuit Iulium Cęſarem reddit in numerum Deorum. Cui cum ludos funebres celebraret die medio ſtella apparuit, fulſitq; per ſeptem continuos dies, quam Auguſtus parentis eſſe confirmauit, vnde illud eſt, Ecce Dionei proceſſit Cęſaris aſtrum. Iam

*Tu rapis,hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas,*
*Tu recipis luco,reppulit ille nefas.*
*Vis tibi grata fuit,florent ſub Cęſare leges,*
*Tu domini nomen,principis ille tenet.*
*Te Remus incuſat,veniã dedit hoſtibus ille,*
*Cęleſtem fecit te pater,ille patrem.*
*Iam puer Idęus media tenus eminet aluo,*
*Et liquidas mixto nectare fundit aquas.*
*En etiam ſiquis Borean horrere ſolebat,*

puer Idęus media tenus eminet aluo, Aquarius, quem quidam Ganymedem eſſe volunt, vt diximus ſupra,nonis Februarijs media aluo tenus antecedit Solem orientem. Quod hoc tempore fieri neceſſe eſt Sole Piſcibus appropinquante,cum Aquarius et oriatur et occidat capite priuſquam reliquis membris. Hoc ſignum cum aquę effuſione triginta ſtellis cõſtare dicitur. Aquarium alij Cecropem eſſe dixerũt, Alij Deucalionem,Poeta hic eos ſequitur, qui volunt hanc partem zodiaci eſſe Ganymedem,qui Ioui (vt alibi legimus) nectar miniſtrat inuita Iunone. Quidã enim dicunt receptum Ganymedem ad miniſterium poculorum remota Hebe Iunonis filia. Quam ob rem exiſtimatur dixiſſe Virgilius, Et genus inuiſum, et rapti Ganymedis honores. Eſt autem raptus (vt ſcribit Strabo) ad Priapeni et Cizyceni agri fines in loco quem ἁρπάζω quod eſt rapio harpagiam appellarunt,quamuis alij (vt idem auctor ſcribit) arbitrentur id circa Dardanium promontorium contigiſſe. Si quis Boream horrere ſolebat, hic ventus Aquilo etiam dici ſolet a vehementia volatus, qua videtur aquilam imitari. Gaudeat a Zephyris mitior aura venit. Fauonij hoc tempore ſpirare incipiunt, qui (vt inquit Plinius) hybernum molliunt cęlum Sole Aquarij partem xxv. obtinente. Alij eorum exortum ſeptimo idus, ſiue circa idus Februarias ponunt. Eſt autem Fauonius (vt idem inquit) genitalis mundi ſpiritus, qui gręce Zephyros vocatur, flans ab occaſu ęquinoctiali aduerſus Eurum, latine vero Fauonius dicitur a fouendo, vt quoſdam exiſtimaſſe idem Plinius refert. A Fauonio ad ęquinoctium vernum dies quadraginta ſunt, vt Varroni placet. Hunc ventum quidam ad. viij. Calen. Martias Chelidoniam vocarunt ab hirundinis viſu, alij ab aduentu auium Ornithia, ruſtici vero cathtitionem natura ſemina accipere geſtientem, quem Hora. recte Candidum dicit vt Quid fles Aſterie, quę tibi candidi Primo reſtituent vere Fauonij. Inducit enim ſerenitatem, et bonus ac benignus eſt quin vernum aerem clementiorem facit. Quintus ab ęquoreis nitidum iubar extulit vndis Lucifer et primi tempora veris erunt, Quinto idus Februarias noui veris initium eſt, cuius diem primum eſſe in Aquario auctor eſt Varro,vt ęſtatis in tauro autumni in Leone,hyemis in Scorpione. Quorum ſignorum (vt idem Varro ſcribit) dies. xxiij. quatuor temporum primus eſt ita vt Ver conſtet diebus. xci. Aeſtas. xcv. Autumnus. xci. Hyems. lxxxix. Sunt

Ganymedes ſeu Aquarius orit nonis Februarijs

Aq̃rius

Aquilo

Fauonius redit

Zephyros

Veris initium. v. idus Feb.

Dies primus ver in aq̃rio Æſtatis i tauro Autũni i Leone Hyemis in Scorpione

tamen quibus placet eſſe initium veris ad.vij.ſiue viij.idus Februarias,et hanc anni partem a Fauonio inchoari.De quo Pli. Hic inquit ver inchoat, aperitq; terras tenui frigore ſaluber.Ver (auctο.Macrobio)et calidum eſt et humectum, cuius menſe primo ver nouum dicimus, ſecundo adultum, tertio pręceps.Eius certiſſimum indicium nonnulli exiſtimarunt Papilonis prouentum ob infinitatem animalis, vt Plinius ſcribit. Sunt qui ęſtatis principium ponunt.viij.idus Maias vt Autumni. vi. idus Augusti,et Hyemis.v. idus Nouembris.

PAV. MAR. TE Exprobrat Romuli immunitatem ꝓ fratricidio, vt magis a clementia cōmēdatus Auguſtū extolleret,qui hoſtibus pepercit,pręſertim Lepidum triumuirum,quem incolumem dimiſit. Remus incuſat te, quaſi arguit te cędis, dicemus inferius in quarto libro de cęde Remi,quam pauloante libauimus. Ille, Auguſtus. Dedit veniam hoſtibus,q̄ clemens fuit illis,quos vicit. Vnde in Triſtibus ad Auguſtum.Tu veniam Partho ſuperato sępe dediſti,Non conceſſurus quam tibi victor erat. Poſſet etiam hoc intelligi de Lepido eius in triumuiratu collega,quem bello Siculo in Sextum Pompeium(vt teſtis Tranquillus)cum eum ex Africa in auxilium euocauerat, ſuperbientem viginti legionum fiducia, ſummasq; ſibi partes terrore, et minis vendicantem ſpoliauit exercitu, ſupplicemq; cōceſſa vita in Circeos relegauit. Pater, Mars,nam Martis filius Romulus creditus, de quo ſuo loco dicemus. Fecit te cęleſtem,retulit te in Deos,quaſi dicat, non tuis meritis, ſed patris. Ille, Auguſtus. Fecit cęleſtem patrem,Iulium Cęſarem,q̄ ē nepos et hęres eius fuit, ſoluit illi diuinos honores et pro Deo coli voluit,ſed de hoc etiam inferius ſuo loco dicetur. Iam puer,ſuperius diximus occaſum Leonis, per quem denotabatur Aquarij ortus,qui oppoſitus eſt. Oritur antē Aquarius ipſe Nonis Februarijs vsq; ad aluum antequam Sol, de quo ſic Higi.inqt. Aq̄rius cōplures Ganymedē eſſe dixerūt, quē Iuppiter ob pulchritudinē ereptū parentibus, Deoꝝ miniſtꝝ feciſſe exiſtimat.Itaq; oñdit vt aquā aliquo īfundēs.Egeſſionas āt Deucalionē dicit eſſe, q̄ eo regnante tanta vis aquę de cęlo profuderit, vt cataclysmos factus eſſe diceretur.Eubolus vero Cecropem eſſe demonſtrat,antiquitatem generis commemorans, et oſtendens ante quam vinum traditum ſit hominibus, aqua in ſacrificijs vſum, et ante Cecropem regnaſſe q̄ vinum ſit inuentum. Poeta autem hic de Ganymede intelligit Trois filio, cuius fabula notiſſima. Aquarius quoq; et occidit et exoritur capite

Cōparatio Auguſti ꝯ Romulū

Gaudeat a Zephyris mitior aura venit.
Quintus ab ęq̄reis nitidū iubar extulit vndis
Lucifer, & primi tempora veris erunt.
Ne fallare tamen,reſtant tibi frigora, reſtant,
Magnaq; diſcedens ſigna reliquit hyemis.
Tertia nox aderit,cuſtodem protinus Vrsę
Aſpicies geminos exeruiſſe pedes.
Inter Hamadryadas,iaculatricemq; Dianam
Caliſto ſacri pars fuit vna chori.
Illa Deę tangēs arcus,quos tangimus arcus,
Eſte meę teſtes virginitatis, ait.

priusquam reliquis membris. Iam, etiam in ipſis nonis. Puer Idęus, Ganymedes Troianus ab Ida monte prope Ilium, de qua raptus fuit. De quo Virgi.in.v.monte Ænei. Quem prępes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. Eminet,eſt enim tum ſoli eminens. Mediatenus aluo,quaſi vsq; ad mediam aluum, nā pubetēus dicimus quaſi vsq; ab pubem, ita mediatenus aluo, vsq; ad mediam aluum. Aluus eſt proprie venter fœminę. vt Pompe. inquit, ab alendo dicta,eſt ſemper fœminini generis.Sed hic pro ipſius Aq̄ris aluo. Et fundit,ſpargit. Aq̄s liquidas,claras. Mixto nectare,quaſi propinat, aut miniſtrat nectareos potus Dijs.Vnde Metamor.Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat. Nectar eſt Deorum potio. Vnde et alio loco poeta, Nectar et ambroſiam latices, epulasq; Deorum Det mihi formoſa grata iuuenta manu. Quin etiam,prope etiam veris tempus mitigatur aeris frigiditas, redeunt Zephyri,qui ſuauiores ſunt, Ergo ſiquis hyemem exhorrebat, gaudeat, nam prope eſt ver. Quin etiam,hoc eſt inſuper. Siquis ſolebat horrere, in horrorem habere. Boream,qui plurimus flat in hyeme,et ſeptentrionalis ventus. Gaudeat, nas. Mitior aura, ſuauior, lenior flatus. Venit a Zephyris,ab occiduis ventis.Zephyrus enim ab occaſu flat, ē eſt ſuauis, plurimumq; in vere poteſt, quo tunc ſpirante florent arbores, et emergunt herbę,diesq; reddit lęniores. Quintus ab ęquoreis,inquit poeta.v.Idus Februari. eſſe veris initium, ſed ne toties repetituri ſimus eadem hoc loco iuuet dicere, Florentinus princeps et iuriſconſultus,in pręceptis rei ruſticę ita tradit rationem temporum, Veris initium exponitur, tunc plurimum Zephyrus ſpirare incipit Quod eſt. viij. Id. Februa.Sole in Aquario.Terminaturq; ad nonas Maias. Aeſtatis autem initium.viij.id Maias,Sole in Tauro,finis.viij.id. Auguſt. Autumnus incipit.vij.Id Augu.Sole in Leone, finitq;. vi.Idus Nouemb.Hyems vero.v. Idus Nouemb. Sole in Scorpione, finis nonis Februarijs. Solſtitiorum vero ęſtiuum eſt.viij.calend.Iulias, hybernum. viij. calend.Ianuarias. Aequinoctiorum vernum eſt ante octauum calendarum Aprilium,nonnullis ante nonum. Autumnale ante octauum calendarum octobrium,hęc ex illo. Poeta autem de veris initio agit. Quintus lucifer quinta dies poſt nonas. Extulit iubar nitidum, nitentes radios. Ab vndis ęquoreis, ab Oceano orientis. Et erunt tempora primi veris, erit veris initium. Ne fallare in principio veris ſunt

Initium veris ęſtati; autū ni ē hyemis

etiam

Cynthia laudauit,promiſſaq; foedera ſerua,
Et comitum princeps tu mihi,dixit,eris.
Foedera ſeruaſſet,ſi non formoſa fuiſſet.
Cauit mortales,de Ioue crimen habet.
Mille feras Phoebe ſiluis venata redibat,
Aut plus,aut medium Sole tenente diem.
Vt tetigit lucum(denſa niger ilice lucus,
In medio gelidę fons erat altus aquę)

etiam magna frigora. Caue,interdum illud ca-
ue breue eſt,vt tu caue defendas, ſed de hoc in li-
bris Triſtium diſſeruimus. Ne fallare, ne falla-
ris,ne decipiaris. Reſtant,et ingeminat verbū,
vti tūc ingeminat interdum frigus. Reſtāt.ſuper
ſunt adhuc tibi frigora, q adhuc et venti et niues
interdum ſęuiunt, fri
gus vnde diceret ſupe
rius diximus. Et hy
ems,hyemale tēpus.
Diſcedēs reliquit ma
gna ſigna,magna ar
gumenta ſui,q reliqt
frigora. Sicut ęſtus in
mari ceſſantibus ven-
tis,ita ceſſante hyeme
remanent et frigora.
ANT. FAN. TERTIA Nox ade-
rit cuſtodē ꝓtinus Vr
Arcto- phylax sę Aſpicies geminos exeruiſſe pedes, Arctophylacē
dixit,qui interpretatur Vrsę cuſtos,et dr̃ Bootes.Mā-
Bootes lius,A tergo nitet Arctophylax,idemq; Bootes.Dici-
Arcturus tur et Arcturus,vt Lactā.Grāmaticus docet,ſed ꝓ-
Bootes prie Arcturus (teſte Ser.)ſtella eſt in ſigno Boote,
orit.iij. cuius ortus et occaſus tempeſtates grauiſſimas fa-
idus Feb. cit.Arctophylacis pedes.iij.idus Februarij chronice
oriunt,quod ſignū citius q̄ chelę in ortū ferri cer-
nitur,ſed ſiniſtrā eius manū circulus arcticus in-
cludit ita,vt neq; exoriri neq; occidere videat, quę
dicit ſtellas quatuor cōtinere,cū totus Arctophylax
Bootes piger xiiij.conſtet,cuius occaſus quatuor ſignorum zodiaci
tempus abſumit,ſiue(vt qbuſdam placet)triū, vn-
de a poetis piger dicit.vt,Siue eſt Arctophylax ſiue
eſt piger ille Bootes. et Frigida circūagūt pigri ſar
raca Bootę.Huius pes dexter ęſtiuo circulo nititur,
qui cū longe abſit ab eius manibus oriatur, et oc-
Caliſtus fabula cidat neceſſe eſt.Dicit autē Iouis filius et Caliſtus,
quis Hermippus ſcripſerit Philomelū eſſe Cereris et
Iaſonis filium. Caliſto ſacri pars fuit vna chori,
hęc Lycaonis filia a Ioue cōpreſſa peperit filiū Ar-
Bootes in cęlū trāſlatus cadē,qui cū pene in eo eſſet,vt matrē ira Iunonis
in Vrſam mutatā occideret,tranſlatus in cęlū,Ar-
ctophylacis nomē accepit,licet qdam hunc Icarū
eſſe velint a paſtoribus interfectū, quos vino tunc
primū reperto ebrios fecerat.Vocat et idem arctu-
rus(vt diximus)a qbuſdam, q poſt caudam vrsę
locatus ſit,itē Bootes,q boues cum plauſtro agat.
Sunt q Vrſam maiorē non Caliſto,ſed Megiſto di
ctā tradiderint Lycaonis neptē. Foedera ſeruaſ-
ſet ſi nō formoſa fuiſſet, Quia rara eſt concordia
formę Atq; pudicitię.Oui.alibi,Sed te decor iſte q
optas Eſſe vetat,votoq; tuo tua forma repugnat.
Fuiſſe aūt pulcherrimā eius nomen oſtendit.
PAV. MAR. TERTIA,Tertio idus Feb.Bootes,q et Arctophy-
lax dr̃ oritur,nō q oriat,et occidat velut ſigna,de
quibus diximus.Sed cū in plauſtro ſit q vertitur
circa cardinē,in ipſa vertigine vr̃ occidere,et cū ſe
eleuat oriri.De hoc in Triſtibus diximus, fabellā
autē poeta ipſe latius explicat,vbi quibus opus ſuis
in locis dicemus.Arctophylax dictus eſt quaſi Vr-
sę ſeu Arcti cuſtos,quę eius mater fuerat eā ſubſeq

videtur,ac plauſtrū regere,de quo Cice. de Natura
Deorum cū Arati verſus,refert, Arctophylax,vulgo Arcto- phylax
qui,dr̃ eſſe Bootes,Quod quaſi temone adiūctum idē eſt et
pręſe quatit Arcton. Aderit tertia nox,tertia ab Bootes
ipſa nona die,et ſic erit.xi.die mēſis. Tu aſpici-
es protinus,porro ſiue lōge. Cuſtodē Vrsę,maio-
ris.s. hoc eſt Caliſtus
ſeu Arcti de qua nūc
agetur. Exeruiſſe,ex
tuliſſe. Geminos pe
des,quaſi pedes ex vn-
dis extraxiſſe. Dictus
eſt hic Bootes, q plau
ſtrum aut boues agi-
tare vr̃. Inter Ha-
ma.aggredit nunc fa
bellā ipſam,q̄ in Me-
ta.et ab Heſiodo,et ab
alijs pluribus refert.
Caliſto Lycaonis Arcadię regis filia Dianā ſequens Fabula de Arcto filia Lycaonis
a Ioue cōpreſſa,patefacto ſcelere a Diana pulſa, a
Iunone in Vrſam mutata puerum peperit Arcadē
nominatū,quē Arctophylaca diximus, qui adul-
tus venator inſcius cū matrem inſequeret,a Ione
rapti,cęlo recepti ſunt, appoſitiq; plauſtro, q in
mare nō mergitur,vt ab Oceano Iuno īpetrauit,
id a poetis colligit.Arietus aūt Tegeates hiſtoriarum
ſcriptor non Caliſto,ſed Megiſto dicit appellatā,et
non Lycaonis,ſed Cretei filiā, Lycaonis neptē. Ca
liſto fuit vna pars ſacri chori,quaſi vna nympha
rum. Sacri chori inter Hamadryadas et Dianā
iaculatricem,iaculatricē,q venatrix arcu et iacu-
lis feras inſequit. Hamadryadas,deę ſunt, q̄ ſi-
mul cū arboribus et naſcunt et moriunt. Caliſto
non erat ex his,ſed ex nymphis ſilueſtribus,q̄ me-
dię ſunt inter Hamadryadas et Dianam. nā Dia-
na nemorum Dea,his ſuperior, ergo erat vna nym-
pharum Dianę. Illa deę,dabat nymphis ipſis Dia-
nā ſecuturis iuramētum virginitatis ſeruādę,iu-
rabaturq; p Dianę arcus,q ſacroſanctū habebat,
etiam ſi de aliqua dubitaret an ſeruaſſet,idem ad-
hibebat iuramentum. Illa,Caliſto.s. Tangēs ar-
cus,Deę Dianę. Ait.o.arcus Dianę ſacri,quos tā-
gimus eſſe teſtes meę virginitatis, quam.s. ſerua-
uero,vel quā ſeruaui,quaſi dicat iuro per vos me
ſeruaſſe et ſeruaturā caſtitatem. Cynthia, cur
Cynthia dicta ſit ſuperius diximus. Cynthia, Cynthia vnde
Diana. Laudauit,cōmendauit verba Caliſtus.
Et dixit ſerua foedera, promiſſa, ſerua q pro-
miſiſti. Et eris tu mihi princeps comitū, qua-
ſi eris prima comitum mearū. Foedera, quod
latius in Metamor. dixit,hic breuiſſime explicat.
Seruaſſet illa quod promiſerat niſi formoſa pla-
cuiſſet Ioui, cuius vim effugere non potuit.Ver-
terat enim ſe Iuppiter in Dianę formā, ad illam
acceſſit,vim intulit,et grauiorem reddidit. Ser-
uaſſet, Caliſto.s. Foedera,promiſſam virginita-
tem. Si nō fuiſſet formoſa, ſed formoſa fuit,
quod et ipſum nomē indicat, nā a καλλος, quod
eſt pulchritudo deducitur, et Caliſto pulcherrima
dicitur. Cauit mortales,potuit a mortalibus ca-

Hic ait in ſilua virgo Tegeęa lauemur.
Erubuit falſo virginis illa ſono.
Dixerat hęc nymphis, nymphę velamia ponũt,
Hác pudet, & tardę dat mala ſigna morę.
Exuerat tunicas, vteri manifeſta tumore,
Proditur indicio ponderis ipſa ſui.
Cui Dea virgineos periura Lycaoni coetus
Deſere, nec caſtas pollue, dixit, aquas.
Luna nonũ decies implerat cornibus orbem,
Quę fuerat virgo credita, mater erat.

nere, quod fecit, nõ tamen a Deo. Habet crimen violati.s. foederis. A Ioue, nam eã Iuppiter violauit. Mille, cõpreſſa a Ioue Caliſtone, grauidaq; facta accidit vt ſemel Diana a venatione ingenti pręda rediens, ingreſſa cũ nymphis in lignum nemus, vbi fons erat profundę aquę, voluit cũ cęteris lauari, ſed hac denudata onuſti ventris crimen apparuit, et pulſa eſt e choro virginũ. Phoebe, Phoebus vnum eſt e nominibus Apollinis, φοῖος quod eſt lumen. ita et eius ſoror Diana Phoebe dicitur. Venata mille feras, quę venãdo mille feras iterfecerat. Eſt.n. Diana (vt diximus) venatrix, Mille grę ci χιλια. Siluis, per ſiluas redibat a venatione.s. Sole tenente, aut mediũ diem, aut plusq̃ medium.s. diem, hoc eſt erat meridies, vel paulopoſt. Vt teti. vt poſtq̃, tetigit ipſa Diana.s.

Fabula ꝺ Caliſto

Lucum, et nunc. Siluis venata dixit, quomodo lucũ tetigit, habemus ſiluas, nemora, lucos in eadẽ fere ſignificatione, ſed in hoc differunt. Silua generalior eſt omniũ arbuſtorũ. Nemora ſunt ſiluę amoenę. Luci ſunt obſcuriores, et gręce.n. λυτα per y, quod interdũ vertitur in u noſtrum, tenebroſa dicimus, aliqui a luce lucum dictũ putant, nõ per antiphraſim, ſed reipſa, q2 nõ eſt lucus ſine numine & religione, et vbi religio, ibi ſacrificia, vbi ſemper opus lumine. Vt tetigit lucũ, non perfecit orationẽ, ſed per parentheſim fecit topographiam. Lucus, & eſt hic eclypſis. hoc defectu verbi, nam ſubintelligitur erat, q̃ poſtea dixit. Niger, obſcurus, omnia.n. obſcura nigra ſunt. Dẽſa ilice, denſis ſeu ſpiſſis ilicibus. In medio, luci ſcilicet. Erat fons altus, pfundus. Gelidę, frigidę aquę.

Lucus

ANT. FAN. VIRGO Tegeęa, vocatiuus caſus eſt nominis patrij a Tegęa oppido Arcadię. Exuerat tunicas, tunica a tuendo corpore nomẽ accepit, vt auctor eſt Varro, putaturq; veſtimẽtum eſſe manicas nõ habens. Vnde illud eſt Virgilij, Et tunicę manicas, et habent redimicula mitrę. inde tunicare dicebãt pro veſtire. Varro in Logomachia.i. pugna ſermonum, Hęc lanigeras detonderi docuit, tunicareq; hominum corpus. Inuito eſt corpore paſſa Iouem caſta exiſtimanda eſt, quę Ioui Deorũ potentiſſimo non ſponte ſuccubuit. Turpes in pellice vultus, proprie pellicem dicit, quẽ cognouerat Iuppiter vxorem habens.

Tegęa, hic tegeęum
Tunica
Tunicar
Logomachia

PAV. MAR. HIC AIT, ait ipſa Diana. O virgo Tegeęa, o Caliſto Arcadica a Tegęa oppido Arcadię. Lauemur hic in ſilua. et in Meta. de eodem, Procul eſt ait arbiter omnis Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis. Illa autẽ aut appellata fuit virgo pre pudore, quia iá virgo non erat erubuit. et in Meta. Heu q̃ difficile eſt crimen non prodere vultu. Illa, Caliſto. Erubuit falſo ſono, falſa voce, hoc eſt falſo non vero nomine virginis, nam virgo eſſe deſierat. Dixerat, Diana hęc eadem quę illi. Nymphis, cęteris.s. Nymphę, cęterę. Ponunt, deponunt. Velamina, veſtes, a velando, quaſi denudarũt ſe. Hác, Caliſto.s. ſeu Caliſtonem. Pudet, nam pudebat eam denudare ne ſe proderet.

Et dat mala ſigna tardę morę, quaſi oſtendit mala ſigna retardatione ſe denudandi. nam propter longam moram impudicitia ſignificabatur. Exuerat, tandem. Tunicas, tunica veſtimentum eſt ſine manicis. Manifeſta, aperta iam. Tumore vteri, ventris. Proditur, manifeſtatur. Illa, Caliſto. Indicio, demõſtratione. Sui ponderis, ponderoſi & tumentis ventris, quia grauidi. Cui Dea, patefacto crimine ex virginũ conſortio a diana pulſa eſt. Cui Caliſtoni. Dea, Diana. Dixit o periura, quia (vt ſuperius diximus) iurauerat virginitatem ſeruare, ideo nunc quia non ſeruauerat. Periura Lycaoni, Caliſto Lycaonis filia. Deſere, relinque. Virgineos coetus, virginum cateruas. Coetus enim a coeundo dicitur. & et plurium. Nec pollue aquas caſtas, vbi ſe caſtę lauant, aut ſacras aquas, nam de eodem in Metamorpho. I procul hinc dixit, nec ſacros pollue fontes. Luna, de tempore partus mulierum quo menſe pariant, varijs exemplis in principio fere operis retulimus in eo verſu, Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans. Sed plerunq; pariunt decimo menſe, non enim ſunt pręgnantes .x. menſibus, ſed nouem et decimo pariunt, ergo Caliſto pulſa a Diana decimo menſe peperit filium Arcadem. vt in Metamorpho. Et iain puer Arcas id ipſum Indoluit Iuno fuerat de pellice natus. Luna implerat decies nouum orbem carnibus, et eſt hypallage, hoc eſt decies implerat cornua nouo orbe, quaſi erat iam.x. menſis, cum Lunę curſu menſes terminarentur. Quę, Caliſto quę. Fuerat credita virgo, erat mater, quia iam peperit, erat enixa puerum. Lęſa, Iuno Saturno prima fuit proles, ſoror et coniux eſt Iouis, et quę Iouis concubinas ſummo odio ſemper eſt proſecuta, indignatam hanc ex Ioue peperiſſe, in vrſam conuertit. Higinius tamen auctoritate Heſiodi a Diana in vrſam conuerſam dicit, idem et Amphim comoediarum ſcriptorem dicere aſſerit. Iuno lęſa, offenſa amore Iouis in hanc etiam et huius partus. Furit, furere occepit ob indignationẽ.

Caliſto Lycaōis filia i vrſam conuerſa

indignationem. Et mutat formam puellę, trāſformauit puellam Caliſtonem in vrſam. Quid facis? et eſt puellę excuſatio hac apoſtrophe. Quid facis? o Iuno. Hęc eſt paſſa Iouem pectore inuito, non ipſa ſponte concubitum Ioui prębuit, ſed vi illata coacta, a Ioue vel inuito pectore, inuito animo ē repugnāti, ergo hoc non merebatur. Vt, poſtquā ipſa Iuno. Vidit turpes vultus, turpes quia vrſinos, nam eā in vrſaȝ mutauerat. In pellice, in Caliſtone. Pellices enim ſunt quę alterius loco ſuccumbunt. Antiqui eam (Pomp. teſte) proprie pellicem nominabant, quę vxorem habēti nubebat, cui generi mulierum etiam poena conſtituta ē a Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunoni crinibus demiſſis agnum foeminam cędito. Inquit, Iuno ipſa, et eſt ironice locuta. Eat Iuppiter in amplexus huius, quaſi amplectatur iam Iuppiter vrſam hanc.

Læſa furit Iuno, formam mutatq; puellę,
Quid facis? inuito eſt pectore paſſa Iouem.
Vtq; ferę vidit turpes in pellice vultus,
Huius in amplexus Iuppiter inquit eat.
Vrſa per incultos errabat ſqualida montes,
Quę fuerat ſummo nuper amata Ioui.
Iam tria luſtra puer furto conceptus agebat,
Cum mater nato eſt obuia facta ſuo.
Illa quidem, tanq̄ cognoſceret, aſtitit amens,
Et gemuit, gemitus verba parentis erant.
Hanc puer ignarus iaculo fixiſſet acuto,
Ni foret ad ſuperas raptus vterq; domos.
Signa ꝓpinq̄ micāt, prior ē, q̄ dicimus arctō,

ANT. FAN. VRSA per incultos errabat ſqualida montes, Caliſto in vrſam a Iunone conuerſa. Nota eſt fabula vel potius omnium notiſſima. Tria luſtra. Ouidius alibi, Ecce Lycaonię proles ignara parentis Arcas adeſt, ter quinq; ferens natalibus annos. Tu lector hoc loco diligenter aduerte Luſtrum

Luſtrum quinq; annorum ſpacium eſſe, ſed nolo error quidam te ducat indeuia, in quo me puero nonnulli iuuenes Ferrarię verſabantur, vt exiſtimes et Luſtro et Olympiade ſignificari quinq; tantum annorum ſpacium. Stabit enim contra te Solinus auctor grauiſſimus, quatuor tantum annorum olympiadem faciens his verbis. Ab iſto numeratur

Olympias olympias prima, ita ſex medijs olympiadibus interiectis, quibus ſingulis anni quaterni imputā-

De olympiadibus ter digna tur cum ſeptima coeptante Roma condita ſit inter exortum Vrbis, et Troiam captam iure eſſe annos quadringentos trigintaduos conſtat, item paulopoſt. Quater ergo multiplicatis ſex et ducētis olympiadibus erunt anni. Dcccxxiiij. Affranius in tertio annalium, Poſt olympiadas vero quoniam quadriennio diligentiſſime omnia notabanť nulla penitus confuſio temporum fuit. Euſebius, Qui numerus quaternario auctus (quadriennium eni olympiadi attribuitur) quingentos. xlviij. annos efficit. Iſidorus, Agentibus agonem et quinquennale certamen quatuor medijs annis vocantibus quadriennio in vna olympiade ſupputato. Pli. Redire eas vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non modo ventorum, verum et reliquarum tempeſtatum magna ex parte, et eſt principium Luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculę ortu. Oui. infra, In luſtrum accedere debet quę conſumatur partibus vna dies. Quo in loco ſi quinque annorum plenitudinem per luſtrum accipere volueris, errabis maiorem in modum cum tuo iſti luſtro adijciendus ſit non ſolum dies vnus, ſed et inſuper q̄drans. Hinc Horus ille apud Macrobium dies quideȝ inquit itercalaris antequam quintus annus incipiat inſerendus, et Solinus cum p̄ceptum eſſet anno quarto vt intercalarēt vnum diem, et oporteret confecto quarto āno id obſeruari antequam quintus auſpicaretur. Hinc et illud ē Ouidij alibi, In Scythia nobis quinquēnis olympias acta eſt, vbi non aliam ob cauſam quinquennē olympiadem dixit, niſi vt eſſe intelligamus ē quadriennem. Sed quid eſt dixerit quiſpiam quod Feſtus, Varro, et alij ſcriptores non pauci quinquennale tempus luſtrum eſſe memorię prodiderunt. Dicam ſi potero et breuiter et dilucide. Annus ille magnus quem quidam e duobus vertentibus faciebant trieterides nomen accepit, non quod trinȝ Trieterides annorum plenitudinem contineret, cum reuera ſit dieteris (vt diximus ſupra) ſed quod eius temporis circuitus a tertio anno volueretur in tertium. Vnde myſteria quę alternis annis fiebant trieterica nuncupantur. Cęterum conſuetudo tenuit vt plenum quoq; triennium ſignificaret trieteridis nomen. Sic et alius annus e magnis quem Latini luſtrum, Gręci olympiadem ac penterida nominarunt, non quod proprie quinq; annis conſtaret plenis atq; perfectis, ſed quod confecto quadriēnio, conſumatoq; adiecto intercalari die, qui quatuor quadrantibus conſtat, quinto quoque anno redeunte gręci Ioui olympio Agonem celebrarent pleni quinquennalem ſignificationem obtinuit, vt Tempus ad hoc luſtris mihi iam bisquinq; peractis Omne fuit muſę carmen inerme meę. Nec mirum cum ſint qui Penteteridi quemadmoduȝ et trieteridi conſueuiſſe intercalationem fieri memorię prodiderunt. Luſtrum (auctore Feſto) nūc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem Luſtrum ſignificat, quod aluendo, ideſt ſoluendo (vt Varroni placet) nomen accepit, quod quinto quoque anno vectigalia, et vltra tributa per cenſores perſoluebantur. Cęterum. Horatius luſtrum pro ſeculo poſuit, vt Remque Romanam Latiumque felix alterum in luſtrum Meliuſque ſemper prorogat ęuum. Prior eſt quam dicimus Arcton, Arctos quidem, ideſt vrſa nunquam occidit. Vnde auctor ſubiungit.

Arctophylax formam terga ſequētis hēt.
Sgnit adhuc, canāq; petit Saturnia Tethym,
Mgnaliam tactis ne lauet Arcton aquis.
Idibus agreſtis fumant altaria Fauni.
Hic, vbi diſcretas inſula rumpit aquas.
Hęc fuit illa dies, in qua Veientibus armis
Tercentum Fabij ter cecidere duo.

VRſa, monet cōmiſerationē ab eo, quod fuerat
PAV. ad id quod nunc fuerat regis filia a Ioue amata,
MAR. nunc in Vrſam verſa deſertos errat per montes.
Vrſa, Caliſto in vrſa mutata. Squalida, ſordi-
da. Errabat per incultos montes, non.n accede-
bat ad culta, ſed ad inculta loca q̄ nuper pauloan
te. Fuerat ama. ſum
mo Ioui, q̄ſi a ſūmo
Ioue amata. Iā, erat
iam puer Arcas. xv.
annos natus, cum ve
nator factus eſt ma-
tri obuius. Iam pu
er, Arcas. s. Cōceptus
furto, occulto ſtupro.
Vir. Vulcani Martiſq;
dolos, et dulcia furta
Agebat tria luſtra.
xv. annos, nā luſtrū
ſpaciū eſt quinq; annorū. et gr. olympias dī. Cui
mater, quę vrſa erat. Eſt facta obuia ſuo nato, fi
lio ſuo. Sunt qui dicant luſtrum et olympiada eē
De luſtro ſpacium. iiij. annorum et vehementer errant. Var.
et olym- enim dicit luſtrum nominatum tempus q̄nquen
piadibus nale a luendo. i. ſoluēdo, q̄. v. quoq; anno vectiga-
lia, et vltro tributa per cenſores pericluebantur, et
Ovi. ipſe in libris de Ponto in Scythia nobis quin-
quennis olympias acta. Sed notiſſimum cum ſit
non plura adducam. Illa quidem, non refugie-
bat illa filium, ſed gemens conſtitit tanq̄ agnoſce-
ret. Illa quidem amens aſtitit, remorata ſtando.
Tanq̄ cognoſceret. velut agnoſceret filiū, et quo-
modo amens ſine mente ſi cognoſceret, amens q̄
reſtitit, vnde imminebat ſibi periculum. Et gemu
it, non potuit loqui, ſed gemuit. Gemitus erāt ver
ba parentis, ad filiū. s. Sic.n. illum alloquebatur, ge-
mitu affectum animi indicabat. Hanc pu. vena-
tor filius inſcius matrem non agnoſcens illam in
teremiſſet, ni Iuppiter miſeratione motus ambos
in cęlum rapuiſſet. Higinius autem inter varias hu
ius rei relationes refert Caliſtonem, vbi in vrſam
mutata eſt hunc peperiſſe, poſtea a quibuſdā Ae-
tholorum captam, Lycaoni regi Arcadię cum filio
dono datā, ibi legis inſcia in Iouis Lycei templū
ſe conieciſſe, quam confeſtim filius eſt ſecutus. Itaq; cū
eos Arcades inſecuti interficere conarentur, Iuppiter
peccati memor ereptam Caliſtonem cum filio in
ter ſidera collocauit, eamq; Arcton, filium autem
Arctophylaca nominauit. Puer, Arcas. Ignarus
q̄ matrem illam eſſe ignorabat. Fixiſſet, transfi
xiſſet, interemiſſet. Acuto iaculo ni, pro niſi.
Vterq;, et mater et filius. Foret raptus in ſupe-
ras, hoc eſt cęleſtes. Domos, niſi ſtellis eſſent appo
ſiti. Foret plerunq; futurum tempus ſigt, vt in futu
rum eſſet, hic autem pn̄s aut p̄teritum oſtendit, ſi-
gna et Caliſto et filius ſunt. Cęlo appoſiti, et eodē
in loco Arctos quę vrſa maior dī, eſt prior. Arcto
Arctophi phylax qui vrſę cuſtos ſequit̄. Signa, ecce nunc
lax ſeu ſigna non pro illis xi. quę ſunt in zodiaco, ſed pro
Bootes alijs ſideribus. Signa, hoc eſt ſidera ipſa. Micāt,
idē ſunt ſplendent. Propinqua, q̄ p̄ximum eſt alterū alte

ri. Eſt pri. q̄ anteçedit illa. Quam di. Arcton, vr-
ſam, nam αρκτοσ gręce vrſus vel vrſa latine.
MÆNAliam tactis ne lauet Arcton aquis, Arcto ANT.
phylax vero, hoc eſt vrſę cuſtos. q̄ non totus arcti FAN.
co circulo clauditur, qui vtranq; vrſam cōtinet, et Arctos
occidere et oriri cernit. Idibus agreſtis fumant nunq̄ oc
altaria Fauni, celebra cidit
bant q̄dem Faunalia Bootes &
nonis Decembris teſte orit̄ &
Porphyrione, in q̄bus occidit
agreſtes feriatim ſal- Fauni fe
tare cōſueuerunt. Sed ſtū idib.
idibus quoq; Februa- Febrna.
rijs Romani Fauno
rem diuinam facie-
bant in iſula Tyberi-
na, et paulopoſt idus
Lupercalia celebrabāt, q̄
Fauni eē auctor oſtē-
dit, vt Nudos Aurora lupercos Aſpicit et Fauni ſa
cra bicornis erunt. Exiſtimabant.n. expedire, vt eū
Deum ſibi conciliarent, cuius non parua vis ad
nocendum eſſe crederet̄. Conſtat.n. Faunum Deū
eſſe infernum ac peſtilentem. vt ait Porphyrio. Vn̄
Horatius eum orat, vt lenis per agros ſuos tranſe-
at, vt Lenis incedas habeaſq; paruis equus alumnis.
et Virg. in. viij. Ænei. cū inquit hēre lucum in albu
nea ſęuam Mephitim et odorem grauiſſimū ex-
halantem. Dicit̄ autem hic Deus infernus, q̄m ni-
hil eſt terra inferius quā Faunus habitat, q̄ et fa- Fauhus
tuelus vocat̄, auctore Seruio, et Faunus a fando, ſi Fautelus
ue εκποτησ, q̄ voce non ſignis futura oſ̄dat. Huic Fatua
vxor fuit noīe Fatua, quam Virg. mutato nomi- Marica
ne Maricam appellat, quę aſſidue diuino ſpū īple-
ta velut per furorem futura p̄monebat. Vnde qui
inſpirari ſolebant fatuari dicebant̄, teſte Iuſtino. Fatuari
Eam nōnulli terram eſſe volunt ſic dictam, q̄ in- Fauna
fantes partu editi non prius voces edunt q̄ attige-
rint terram. Eadem et Fauna dī, vt placet Macro
bio, q̄ terra omni vſui aīantium fauet. Cęterū Ser-
uius vxorem Fauni a fando. i. vaticinando Fau-
nam dictam exiſtimat, vnde fatuos dicimus in-
conſiderate loq̄ntes. Quod idem ſentit Donatus, q̄ Fatuus
ait fatuum eſſe inepta loquentem, et a fando fa-
tuum dici. Vnde faunos fatuos, et Nymphas fatu-
as dictas putat, ſed fatuos inq̄t ab inſulſis, tardiſq; Inſulſi
differre, q̄m fatui ſunt verbis et dictis? inſulſi cor- Tardi
de et aīo, tardi corpore ac membris, q̄uis interdū Faunus
qui ſtulti ſunt tardi appellent̄. Sciendum q̄ maio- Picus
res Faunum et Picum duos Dęmones eſſe p̄ Auē-
tinum colles incedere ſolitos, fabulati ſunt (vt ſcri-
bit Plutar.) qui credunt eam luſtrationem flumi-
num oſ̄diſſe, quę (vt infra dicemus) per cepas cri-
nes ac piſciculos Mgnides fieri cōſuenit. Sunt q̄ tra-
dant Faunum primum tēpla feciſſe, q̄ ab eo Fana
nuncupant̄, de quo alia dicent̄ inferius. Hic vbi
diſcretas inſula rumpit aquas, ſuperiorem partē
dicit inſulę Tyberinę, hoc eſt eam q̄ prima flumi-
ni reluctat̄, idq; in duas partes diuidit. Hęc fuit
illa dies in qua Veiētibus armis Tercentū Fabij &c.
Idibus quoq; Februarijs Menenio Agrippa, et. M.
Horatio

Vna domus vires, & onus ſuſceperat vrbis,
Sumunt gentiles arma profeſſa manus.
Egreditur caſtris miles generoſus ab iiſdem,
E queis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portę dextra ē via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.

Fabij ſex et.ccc. periere

Horatio Puluilo conſulibus anno fere quarto poſt ſuperatum ab Athenienſibus Xerſem duce Themiſtocle ad Salamina ſex et trecenti patricij Fabij cū familijs ſuis vniuerſi a Veientibus apud fluuium Cremeram circūuenti periere. Vnde illud eſt ſillij, Primoreſq; patrum Fabius Tirynthia proles, Tercentum memorabat auos, quo turbine Martis Abſtulit vna dies, cum fors non ęqua labori Patricio Cremerę maculauit ſanguine ripas. Vnus ex ea gente ob impuberem ętatem domi relictus propagauit genus ad Qu. Fabium, qui mora Hannibalem fregit. Nō pigeret referre hiſtoriam a vertice (vt aiunt) ad calcē, niſi eſſet notiſſima, quę tñ in ſequentibus aperiet. Fabioꝝ familię tanta aliquando felicitas fuit, vt ex ea tres continui principes ſenatus fuerint. M. Fabius Ambuſtus. Fabius Rutilanus. et. Qu. Fabius Gurges. Eandem familiam Plu. ſcribit ex arte picturę traxiſſe cognomen, et ſalutis ędem a principe eius cognominis pictam. Nec nos lateat cum tria ſint militię genera (vt ait Ser.) Sacramentum, Coniuratio, et Euocatio. Coniurationem fuiſſe inter Fabios cum bellum aduerſus Veientes gerēdū ſibi popoſciſſent. Fiebat. n. coniuratio in tumultu cū vicinum vrbi periculum ſingulos iurare non pateretur. Dicuntur autem egreſſa cum Fabijs aduerſus Veientes clientum quinq; millia.

PAV. MAR. ARCTOphylax, hoc eſt vrſę cuſtos, nam φυλαν grece cuſtos et φυλακη cuſtodia, a φυλαττω, ꝙ eſt cuſtodio habet formam ſequentis terga, ꝙ ſequit ipſam vrſam velut cuſtos. Sęuit, tunc magis indignata eſt Iuno, cum hos cęlo receptos videret, vnde in Meta. ipſa loquens, O ego quantum egi, ꝗ magna potentia noſtra Eſſe hominem vetui, facta eſt dea, ſic ego poenas Sontibus impono, ſic eſt mea magna poteſtas, et reliqua. Acceſſitq; ad Tethym et Oceanum, impetrauit ne ſidera hęc marinis aquis exciperent, ideo in occaſum non perueniunt. Saturnia, Iuno Saturni filia. Adhuc, ēt. Sęuit, in Arcton s et petit. Canam, vel ad aquę colorem reſpexit, vel ꝙ annoſa eſſet. Tethym, Tethys cęli, ē Veſtę filia vxor Oceani, et (vt Higinius aſſerit) nutrix Iunonis, ideo id facilius impetratū.

Ne lauet Arcton, vrſam. Męnaliam, Arcadicā a Męnalo Arcadię monte vt ſupra diximus. Tactis aquis, marinis. s. quaſi vt illam non exciperet in mare occidentem. Idibus agre. idibus Februarijs fiunt ſacrificia in honorem Fauni, de quo inferius dicemus, cuius tēplum erat in inſula Tyberina in angulo ſuperiore, et eadem die Fabij fuere ad Cremeram cęſi, de quo nunc aget. Altaria, altaria ſunt in quibus igne adolet, vt Pompe. inquit. Fauni agreſtis, ruricolę. Hic vbi inſula rumpit diſcretas, diuiſas. Aquas, vbi franguntur aquę ab ipſa inſula, quaſi in ipſo inſulę angulo, quo flumen in duas partes diuidit. Hęc fu. il. bello Hetruſco, quod geſtum eſt in Veiētes, cū in acie cecidiſſet Qu. Fa. qui fuerat tertio ante anno conſul. ſub M. Fabio fratre tunc conſule. Itidē et occubuiſſet Manilius conſul indignati in Veientes Fabij, cum ꝓximo anno Cn. Fabio, et. T. Virginio cōſulibus varia bella inſtarent, ſenatum adierunt. Conſul pro gente loquitur in hęc verba. Aſſiduo magis ꝗ magno ꝑſidio, vt ſcitis. P. C. bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hoſtes Veientibus date. Auctores ſumus tutam ibi maieſtatē Romani nominis fore. Noſtrum id nobis velut familiare bellum priuato ſumptu gerere in animo eſt Reſp. et milite illic et pecunia vacet gratię ingentes actę, et Veiētes bellum ī priuatā curam, in priuata arma verſum, profecti itaq; ſunt ad bellum. ccc. et ſex milites oēs patricij, omnes vnius gentis, ſequebat (vt Liuius inquit) turba propria alia cognatoꝝ, ſodaliumq;, At (vt Diony. refert). M. Fabius ſuperiore anno cōſul erat, dux eoꝝ quatuor ferme hominū millia adducens, quoꝝ maior pars ex clientibus et amicis erat et. ccc. et ſex de genere Fabioꝝ, ſecutaq; eſt non multo poſt eos Romanoꝝ manus, quam ducebat cęſo Fabio. Pompeius aūt egreſſos eos dicit cū clientibus. v. millibus, ē (vt Diony. proſequitur) cum ad Cremeram flu. veniſſent, qui haud procul Veijs diſtat ſuper rupe quadam ꝑrupta caſtellum ſibi munierunt idoneum ad cuſtodiam tanti exercitus. Sed longa obſidione pugnantes ſępe ſecundo Marte, inſidijs tandem circūuenti ſunt, et omnes ad vnum cęſi. Sed non in longum dilata fuit vltio, nam expugnata fuit et direpta Veioꝝ vrbs, tantaq; relata ꝑda, vt Delphico Apollini decimę miſſę fuerint a Romanis, hęc hactenus. Idibus ergo Februarijs Fabioꝝ occaſus fuit, inquit ergo.

Verba Qu. Fabij ad ſenatores de bello contra Veientes

Hęc dies, iduum Februariaꝝ. Fuit illa, in qua trecenum et ter duo, hoc eſt ſex. Fabij cecidere, occubuere. Armis Veientibus, armis Veiētnoꝝ.

ANT. FAN. VNA do. vi. et onus ſuſceperat vrbis. Liui. Dum Fabia gens ſenatum adijt ↄſul ꝓ gente loquit, Aſſiduo magis quā magno ꝑſidio, vt ſcitis. P. C. bellū Veiens eget. Vos alia bella curate. Fabios hoſtes Veientibus date. Auctores ſumus tutam ibi maieſtatē Romani noīs fore nr̄m id nobis velut familiare bellum priuato ſumptu gerere in aīo eſt. Reſpublica et milite illic et pecunia vacet, gr̄ę ingentes actę.

Gentiles ma. eiuſdem gentis familię. Carmentis por. dextro eſt via ꝓxima Iano, pars Capitolini montis habitaculū Carmentis fuit, auctore Solino, a quo (vt diximus) pleriq; diſſentiunt. Sed is ibi eius Deę fanum fuiſſe teſtat a qua hęc porta primo Carmentalis dicta eſt. vt, Et Carmentalem Romano noīe portā. Poſtea vero ſcelerata, q: per eam Fabij cū clientibus ſuis egreſſi, atq; in bellum profecti reuerſi non ſunt. Hęc porta Iani tēplum, cuius ſupra meminimus, ad dexteram habuit. Sed affir.

carmētalis porta Scelerata porta



Sacra Fauni in menſe Feb.

mare non auſim eam Iano fuiſſe contiguam, cũ et Ouidius dicat hoc loco non portam, ſed viam portę Carmentalis Iano ꝓximam eſſe, et ei Liuius aſtipulari videaẽ his verbis, Infelici via a dextro Iano portę Carmentalis ꝓfecti ad Cremeram flumen perueniũt. Fuit et Romę ſceleratus vicus vbi Seruij regis filia ſuper corpus patris carpentum egit, et ſceleratus campus ad portã Collinaꝫ vbi Veſtales virgines, quę inceſtuꝫ feciſſent, defodiebanẽ.

Sceleratus vicus
Sceleratus cãpus

Ire per hanc noli, figurate pro exire, cuꝫ Fabij per eam portaꝫ exierit, nec poſtea ſint reuerſi. Porta va. cul. qꝛ exeuentes Fabios non oppſſit. Vacat ergo culpa ſed non omine.

Cremera fluuius
Cremera
Veij
Tyrrhẽia

Cremeram ra. fluuium, qui parum abeſt a Veiorum oppido. Rapacem aũt dicit propter id qᵭ ſequitur. Turbidus hybernis ille fluebat aqs. De hoc Iuue. quod Cremerę legio. Caſtra. lo. po. quoniaꝫ vt ſcri. Liui. Is oportunus viſus locus eſt cõmuniendo ꝓſidio. Tyrrhenum va. Mar. per ag. eunt, per Thuſcum agmen. Veij. n. in Thuſcia ſunt, quod oppidum Plutar. ait fuiſſe Thuſcię ꝓpugnaculuꝫ. Nouimus. n. Thuſciam a Tyrrheno Lydi fratre (teſtibus Euſtachio et Strabone) Tyrrheniam nominatam. Athys. n. vnus ex prognatis Herculis, atq; Omphales cũ ſterilitate ac fame populum emittere cogeretur, e duobus filijs Lydum quidem regni ſucceſſorem tenuit, Tyrrheno aũt maiorem applicans populum foras abire iuſſit, qui Thuſciam ingreſſus eam de ſuo noĩe Tyrrheniaꝫ appellauit, a qua Tyrrhenum mare dictum eſt, ꝙ Tyrrheniam abluat, licet et a Tyrrhenis nautis noĩatum exiſtimetur, q ſe in id mare deiecerunt, vt Ser. ſcri. Libyca de gen. le. poetę interdum etiam brutorum animalium multitudinem gentem vocant.

Gens de brutis

VNA domus, Fabia. s. Suſcepat vires et onus vrbis, et Liui. inqt familiam vnã ſubijſſe ciuitatis onus, ergo qᵭ vnius erat ciuitatis vna gẽs ſuſcepit.

PAV. MAR.

Vna do. vna familia. Manus gen. quaſi ex eadẽ gente. Gentiles. n. ſunt et eiuſdem gentis, et cognominis, et quoꝝ maiores non ſeruierint. Sumunt arma ꝓfeſſa, arma quę ꝓfitebanẽ. Egreditur in cõmendationem militum Fabioꝝ, ꝙ non ab alienis, ſed a proprijs tentorijs in bellum egrediebanẽ, et tales milites, ꝙ quiſq; erat ad imperium aptus. Miles generoſus, nobilis, quaſi generoſi milites, hoc eſt exercitus generoſus, nam miles in ſingulari in terdum magis q̃ in numero multitudinis ſignificat, vt hoſtis et ſimilia. Generoſus dixit, qꝛ nobilis ex Deoꝝ ſemine manaſſe Fabiã domum multi arbitranẽ. Ferunt. n. primuꝫ Fabiũ ex vna nymphaꝝ genitum eſſe. Quidam vero Herculem apud flu. Tyberim cum muliere indigena ꝯgreſſum habuiſſe aſſerunt, et Fabiuꝫ viꝝ optimum, a quo familia Fabiorum Romę initium habuit genuiſſe.

De gente Fabia originẽ nota

Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos,
Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.
Vt celeri paſſu Cremeram tetigere rapacem,
(Turbidus hybernis ille fluebat aquis)
Caſtra loco ponunt, diſtrictis enſibus ipſi
Tyrrhenum valido Marte per agmẽ eunt.
Non aliter, q̃ cum Libyca de gente leones
Inuadunt ſparſos lata per arua greges.

Quidam autẽ priſcos huius generis viros, ab agro et foſſione, Fodios olim appellatos memorię tradiderunt. Deinde mutatis binis lr̃is Fabij cognominati ſunt. Nec egrediẽ, in bellum. s. Ab iiſdem caſtris, a proprijs tentorijs, quaſi exit exercitus ex vna et eadem familia. E queis, pro eqbus. Quilibet erat aptus fie. dux, et Liui. inqt, Quoruꝫ neminem ducem ſperneret egregius qbuſlibet tẽporibus ſenatus. Carmentis, egreſſi ſunt Fabij porta Carmentali, quę eſt mali ominis, ab eo ꝙ oẽs ad Cremeram cecideraut, et ob id ſcelerata porta vocata, erat autem apᵭ forum Boarium ad pontem Sublicium habens ad dexteram templum Iani, de quo ſuperiore libro retulimus.

Via Carmentis portę, portę Carmentalis. Eſt ꝓxima Iano, Iani tẽplo. Dextra, ꝙ ad dextrã hẽt in multis codicibus ſcriptum, dextra eſt via proxima, melius eſt dextro Iano, nam et Liuius inquit de hoc eodem, A dextro Iano portę Carmentalis ꝓfecti, nec intelligas de Ianiculo monte, qᵭ erat extra vrbem, ſed de templo Iani, qᵭ erat inter duo fora, vt ſupra. Quiſquis es noli ire, pro exire. Per hãc, portam. s. Habet omen et malum, qꝛ qui ꝑ eam egreſſi ſunt interempti ſunt Fabij. Illa, ab illa porta. Fama refert exiſſe trecentos Fabios, qui ad Cremeram cęſi ſunt. Porta, per quam egreſſi ſunt. Vacat cul. non eſt hoc ſcribendum ad crimen portę. Sed tñ ha. omen qꝛ eſt mali augurij, ẽ vocaẽ ſcelerata. Facit. n. malũ omẽ exeũtibus ne reuertãẽ vt Fabij. Vt ce. venere ad fl. Cremerã, q nõ longe a Veijs fluit, ibi caſtra poſuere, vt Dio. inquit oppidum ędificaſſe. Vt, poſtq̃ ipſi Fabij. Tetigere, attigerunt. Celeri paſſu, celeri curſu, accelerato itinere. Cremerã flu. rapacem, impetuoſa. n. flu. ſemper e ripis aliqd rapiunt. Et ideo rapacem, qꝛ tunc augebaẽ imbribus. Ille, Cremera fl. Fluebat tur. turbulentus. Hybernis. i. aqs hyemalibus, nam hybernũ hyemale dicimus. Caſtra lo. caſtra metati ſunt ſupra fluuium ipſuꝫ. Ponunt, diſponunt. Caſtra, tentoria. Loco, eo in loco. Eũt, ipſi Fabij. Diſtrictis, euaginatis. Enſibus vali. Mar. forti bellatore, de Marte diximus, et dicemus ſuo menſe. Per agmen Tyrrhenum, per agmen Hetruſcũ Tyrrheni dicti ſunt (vt Euſtachius iquit) a Tyrrheno Lydo filio Athys, vñ regio Tyrrhenia Hetruria. Non ali. magna cõmendatio aĩ ẽ roboris Fabioꝝ, quos legionibus comparat. Non ali. inua. s. Fabij Tyrrhena agmina. Quam leo. ᵭ gen Liby. et eſt hic gens pro beſtijs, ita et Virgi. Cuꝫ gentis adultos Eductuꝫ foetus. Libyca, nã Libya nutrix eſt leonum, et ꝓcipue Mauritania, quę eſt pars Libyę, vnde Hora. Nec Libyę tellus generat leonum Arida nutrix. Inuadunt gre. ſpar. per. la. ar. inuadunt pecora per campos fuſa.

Eſt Carmentis porta iuxta tẽplũ Iani

De pugna Fabioꝝ cõtra Veientes

Inhoneſta

ANT. FAN. INHONEſtaq; vulnera ter. Ac.turpia.vt Truncas
inhoneſto vulnere nares,quę ſi pectore exciperent
honeſta non eſſent. Inſidias ar.te.pa.Liui. Inde
conſilium ex re natum inſidijs ferocē hoſtem ca/
ptandi. Cāpus erat,terrę amplę planicies. Liui.
Hęc ſpes ꝓuexit,vt ad conſpecta procul a Cremera
magno campi inter/
uallo pecora q̄q̄ rara
hoſtium apparerent
arma decurrerent.
Ecce ve.tor.hac parti
cula ecce vtimur sępe/
numero repentinum
aliqd ſignificantes.
Nec metus alter ineſt,
non timent paratas
inſidias. Quo ruitis
generoſa domus,apo
ſtrophe miſerātis poe/
tę tantę generoſitatis
interitū. Fraude pe
rit virtus, snia color
rhetoricus, aut certe
hoc dicit fraude pere/
unt,q apto Marte nō
poterant ſuperari.

Diffugiūt hoſtes,inhoneſtaq; vulnera tergo
Accipiunt,Thuſco ſanguine terra rubet.
Sic iterꝫ,ſic sępe cadunt.vbi vincere aperte
Non datur,inſidias,armaq; tecta parant.
Campus erat,cāpi claudebant vltima colles,
Siluaq; montanas occulere apta feras.
In medio paucos,armentaq; rara relinquūt.
Cętera virgultis abdita turba latet.
Ecce,velut torrens vndis pluuialibus auctus,
Aut niue,quę Zephyro victa tepēte fluit,
Per ſata,perq; vias fert,nec,vt ante ſolebat,
Riparum clauſas margine finit aquas,
Sic Fabii vallem latis diſcurſibus implent,
Quosq; vidēt ſternūt,nec metus alter ieſt.

PAV. MAR. DIFFVGIunt,fugie
bant a Fabijs Hetruſci, et qd maius erat dedecus
cedētes a tergo vulnerabant. Diffugiūt ho.Veien
tes. Et accipiunt ter.quaſi a tergo in poſteriori/
bus. Vulnera inho.et ob id inhoneſta,qꝛ inho/
neſtuꝫ et turpe fugere. Terra ru.ſan.Tus.ſangui
ne Tyrrhenoꝝ,nam Tyrrhenia a ſacrifico ritu(vt
inquit Pli.)Thuſcia eſt noiata. Sic ite.sępe victo
res fuere Fabij,vnde cū Veientes aperto Marte ni/
hil proficerent,occultas inſidias parauere,vnde et
Liui.ingt,Habesq; vna po.Ro. sępe ex opulentiſſi/
ma,vt tum res erant,Hetruſca ciuitate victoriam
tulit.Id primo acerbū, indignumq; Veientibus eſt
viſum.Inde cōſilium ex re natum inſidijs ferocēꝫ
hoſtē captandi. Sic ite.Hetruſci. Sic sępe, quaſi
iterum atq; iterū. Cadunt,qꝛ victi. Vbi, poſtq̄.
Non da.vi aper.aperto Marte. Parant inſi.et
ar.te.occulta,qꝛ inter occulta loca armatos diſpo/
Topographia ſuere. Campus,facit topographiam, hoc eſt loci
deſcriptionē,in quo inſidijs circumuenti fuere Fa
bij.Erat.n.cāpus,cuius extremitas nemoroſis col/
libus claudebatur,et ita nemoroſis,vt non modo
hoies,ſed ferę ſe ibi occulere poſſent.Erat ergo val/
lis,quę collibus claudebat,et pcipue cū dicat pau/
lo inferius,Sic Fabij vallem. Erat cāpus in agro
s.Veientino. Colles,qui erāt eminentiores cāpo.
Claudebant vltima,extremitate campi ipſius.s.
Et ſilua apta occulere,ad occulēdum, cęlanduꝫ.
Montanas feras,feras,quę in mōtibus ſunt, qua
ſi erant potius loca ferarum q̄ hoium. In me/
dio,erāt Fabij aſſuefacti pecoꝝ prędа diſcurſioni/
bus parta,ex quo moniti Veiētes in campeſtri val
le pauca admodū pecora cum paucis cuſtodibus
dimiſere,multitudine in inſidijs inter nemoroſos
colles latitāte. Relinquūt,Veientes.s. In medio,
campo. Paucos hoies,et rara armēta,pauca pe/
cora,et hoc vt Fabios ad pdam prouocarēt. Cęte
ra turba,cętera multitudo. Abdita,occulta, ab/
ſcondita. Latet virgultis,inter virgulta, hoc in/
ter arbuſta. Ecce,facit cōparationem Fabioꝝ ad
torrentē,qui vel pluuijs,vel niuibus liquefactis au

cōparatio Fabiorū ad torrentem

ctus egredit ripas, et
vias,et arua culta de
uaſtat,ita Fabij p val
lem diſcurrētes, vallē
ipſam cēm depopu/
lant,nō aliud q̄ id qd
viderant Veiētes. Ec
ce ve.tor.flu.qui ad tē/
pus deſiccatur. Au/
ctus vndis pluuiali/
bus,hi.n. ꝓprie torrē/
tes ſunt, q aq̄ pluuia
augent. Aut auctus
niue,nix a νιφω, qd ē
ningo. Quę fluit vi
cta,reſoluta. Tepēte
Zephyro,de Zephyro
paulo ſuperius dixi/
mus. Tepēte,qꝛ cum
in vere ſit tepidior hye
malibus vētis et niues
liquefacit. Fert,torrens ipſe. Per ſata,per arua
culta,ſata a ſero ſeui ſatū. Nec vt ſolebat ante.s.
q̄ augeretur. Finit,terminat. Aq̄s clauſas mar
gine,extremitate. Ripaꝝ,qꝛ inter ripas aquā nō
continet. Sic Fabij implent vallem latis diſcurſi
bus,diſcurſionibus.nā qui fuſi p eam diſcurrebant
per oēm vallem diſcurrūt. Et ſternunt, deijciūt.
Quos vidēt,hoſtes.s. Nec ineſt alter metus, qꝛ
nihil aliud metuūt,non.n. ſciebant ſe inſidijs cir/
cūuentos. Quo ruitis,cōmiſeratio eſt poetę a pe/
riculo Fabijs iminenti.Erāt inſidię diſpoſitę, irrue
bant tn̄ in hoſtes neſcij,ergo. Quo ruitis,quo vos
ipſos pditum itis. Domus generoſa,nobilis auteꝫ
generoſa familia. Male creditis,male perditis.
Hoſti,hoſtiū inſidijs. O nobilitas ſimplex, pura
ſine aſtutia. Caue tela pfida,perfidoꝝ hoiuꝫ, qui
inſidijs pugnāt. Fraude,loqtur ex snia,non pōt
exuperari virtus armis,aut viribus,ſed fraudibus.
et in Paradoxis Cic.Quāti eſt ęſtimanda virtus, q̄
nec eripi,nec ſurripi cuiquā potiſt.nec tēpeſtatum,
nec tēporuꝫ ꝑturbatione mutari,et reliq̄.et in Rhe/
toricis inexemplis,Sola virtus in ſua ptāte eſt, oīa
pręter eā ſubiecta ſunt fortunę dominationi,ſed q̄
nō viribus perit. Perit virtus fraude,hoc eſt do/
lo.et in Æne.Dolus an virtus qs in hoſte requirat.
Repħendēdum tamē eſt dolis ſuperare,aperit nūc
ipſos dolos,ipſas īſidias. Hoſtes vndiq;, ex omni
parte. Proſiluūt,porro,aut longe ſaluūt,ſaltant.
In apertos cāpos,circū vallē omnē īſidias ſtruxe/
rant,magno ab Hetruſcis oibus accerſito pſidio.
Et tenent oē latus,vallis.s.nā vndiq; circūuenerāt.
Quid fa.excuſatio eſt Fabiorum, qꝛ pauci a tot
Hetruſcorum militibus circūuenti. Quid faci/
ant,quid vellent aut poſſent facere. Pauci, Fa/

Cicero

oīa pter virtutem ſunt ſub/iecta fortunę

Virgilius

bij. Fortes,etiam cum fortes ſint,quod tamē facere poſſunt. Cōtra tot millia,Hetruſcorum.s.q.d. nihil. Quidue,vel quid. Habent quod reſtet in miſero tēpore,in tempore miſerię propter cędem futuram.et extraneo,hoc eſt quid habēt, quod in eo tempore conſulere potuiſſent. Aut quid habent quod reſtet,quod ſupſit nihil hñt, q: euadere nō poſſunt,vndiq; n.ab hoſte ꝑmuntur. legitur in alio codice, Adeſt. Sicut aper, comparatio Fabiorū ad aprum,qui a canibus vexatus, et vndiq; obſeſſus,et ſi moriturus eſt, canes tamen ipſos dētibus lacerat, ſic Fabij trucidati trucidabant hoſtes. Sicut aper,gręce κάπρος aper dicitur. alij ab ἀφρός, quod eſt ſpuma,q: ſpumam ori emittit,dictum putant,alij aper quaſi aſper,q: hirſutus ſetis. Sicut aper fulmineus,fulmineus quo ad dentium vim. Actus,vexatus. Longe ſiluis, per ſiluas. Latratibus,canum.s.

ANT. FAN.

DISSIpat,diſtrahit. Ad bellum miſſos abſtulit vna dies,non cęſi ſunt eadem die qua et in bello profecti.(Id.n.eſſet alienū ab hiſtoria)ſed vna die, hoc eſt idibus Februarijs Fabij cęſi ſunt ad vnum omnes. Vt tamē Herculeę ſupereſſent ſemina gētis,Credibile eſt ipſos cōſuluiſſe Deos,Fabiam gentē Herculeā dicit non propter fortitudinem,ſed q: ferunt Herculem cōcubuiſſe cum Euādri filia, et ex ea natum Fabiū auctorem gentis Fabię.Sillius,Cū regia virgo Hoſpite victa ſacro Fabium de crimine lęta Procreat,et magni cōmiſcet ſeminis ortus Arcas in Herculeos mater ventura nepotes. Quidā vero(auctore Plu.)Herculem apud fluuiū Tyberis cum muliere indigena cōgreſſum habuiſſe aſſerunt,et eū Fabium genuiſſe,qui auctor fuit familię Fabiorum,quos nonnulli ab agrorum foſſione Fodios appellatos memorię tradiderunt, ac deinde mutatis duabus literis Fabios dictos.Eā ob cāꝫ putamus Q. Fabiū Maximum,cū Tarentū ab hoſtibus recepiſſet,Herculis ſignum inde tranſlatum in Capitolio dedicaſſe.Conſtat ꝓterea gentem Fabiam hęreditaria ſacra Herculis habuiſſe, vnde quidam Iuuenalem dixiſſe volunt,Natus in Herculeo Fabius lare. Vnus de Fabia gēte relictus erat, hic ob impuberem ętatem domi relictus fuerat (vt diximus)quis e tanta familia vnum tantū ſuperfuiſſe vix credibile videat. Scilicet vt poſſes olim tu Maxime naſci,olim hic futuri temporis habet ſignificationem,et eſt apoſtrophe ad Q.Fabiū maximum,qui mora fregit Hānibalem,vt Vnus homo nobis cūctando reſtituit rem.Vir.Tu maximus ille es vnus qui nobis cūctantem reſtitues rem. Sillius,Tercētum domus hic Fabios armauit in ho/

Fabij Herculei

Fabij vn̄ dicti

Quo ruitis generoſa domus?male creditis hoſti,
Simplex nobilitas ꝑfida tela caue.
Fraude perit virtus.in apertos vndiq; cāpos
Proſiliunt hoſtes,et latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot millia fortes?
Quidue,qđ in miſero tꝑe reſtet,habent?
Sicut aper longe ſiluis latratibus actus
Fulmineo celeres diſſipat ore canes,
Mox tamen ipſe perit,ſic non moriūt inulti,
Vulneraq; alterna dantq;,feruntq; manu.
Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,
Ad bellum miſſos abſtulit vna dies.

ſtem Limine progreſſos vno pulcherrima quorum cunctando Fabius ſuperauit facta.Hunc a veruca quam in labijs habuit verucoſum, a morum clemētia ouiculum dictū accepimus,quis ſint,qui aliam afferant rationem. Eundē obtrectatores cūctatorē dixerunt,cui tamen Senatus populusq; Ro. iure coronam gramineam dedit,quod vrbem Ro. obſidione hoſtium liberaſſet. Cōtinuata loco tria ſidera, tres angues in cęlo ſunt, vt ait Ser. vnus q eſt in ſeptentrione. Alius ſerpentarij,qui a gręcis ὀφιοῦχος dicit. Tertius auſtralis in quo ſunt Coruus & Crater, qui(vt auctor ait)hoc loco.xvi. calen. Martias oritur veſperi. Cęterum Columella Cratera tantum oriri ſcribit hoc tempore,et Higinius auctor eſt eundem anguem, quē Hydram dicunt trium ſignorum Zodiaci,hoc eſt Cancri, Leonis,et Virginis longitudinem occupare,cū quibus oritur.nam ex ortu Aquarij et Piſcium in occaſum fert,vt occidit obliqua cum ſurgit Aquarius vrna, Et nitidi Piſces primū tenuiſtis olympum.Hęc Hydra cum Coruo et Cratere.xli.ſtellis cōſtare dicitur,cuius ſitum qui a nobis omittitur conſulentibus(vt diximus) breuitati apud Higinium lector inueniet.Hic ortus de quo nunc agimus,et veſpertinus et chronicus appellatur,qui fit in ipſo Solis occaſu,ſiue ipſius noctis initio.

Verucoſus Fabius

Fabius Ouicula

Tres angues in cęlo

Coruus Anguis et Crater oriūtur, xvi. cal. Mar.

PAV. MAR.

DISSIpat,diſiicit. Ore,rictu et dentibus. Canes celeres,veloces. Tamē mox,ſubſequēter. Ipſe,aper. Perit,q: et ipſe opprimit. Sic, Fabij.s. Non moriunt inulti,ſine vltione, q: etiā et ipſi diſſipant hoſtes. Et dant,hoſtibus. Et ferunt, ſuſtinent,patiunt,accipiunt ab hoſtibus. Vulnera alterna manu,quaſi per vices, q: ipſi hoſtes, et hoſtes ipſos vulnerabant. Vna dies,hac repetitione pathos mouet.Vna.n.die Fabij omnes in bellum profecti ſunt,et in vna die omnes cęſi ſunt. Romani(vt Diony.inquit)diem illam qua is caſus fuit nigram,et infauſtam ponunt, neq; ſeriūt quicquid incipiunt,fortunam illius diei abominantes. Vna dies,quę fuit iduū Feb. Miſerat omnes Fabios ad bellum.s.Veiens. Vna dies perdidit miſſos ad bellum,q: in vna die cęſi ſunt. vnde et Liui.inqt,Fabij cęſi ad vnum oēs, ꝓſidiumq; expugnatum.cccvi.periiſſe ſatis conuenit vnū prope puberem ętatē relictum ſtirpem genti Fabię,dubijsq; rebus po.Ro.sępe domi, belliq; maximū futurum auxiliū et ideo ſequit,Vt tamen Herculeę.

Dies atra in morte Fabioꝝ

Vt tamē,erant Fabij (vt diximus paulo ſuperius) e ſanguine Herculeo,nam rediēs ex Hiſpania Hercules(vt ſuperiore libro diximus) et vbi poſtea Roma cōdita fuit,hoſpitaret,cum Arcadica puella cōcubuit,

la concubuit, e qua natus eſt Fabius, a quo principium et originem ſumpſit familia Fabiorum, ipſa etiam puella cum reſciretur ab Hercule cognita, cuſtos cum Potitijs et Pinareis Herculei templi facta eſt. puſum eſt ergo a Dijs ea clade, vt aliquis ex Herculea domo ſupereet. Tamen credibile eſt, credi poteſt. Ipſos Deos conſuluiſſe, prouidiſſe vt ſupereſſent, ſuperſtarēt, ſupmanerēt.

Vt tamen Herculeę ſupereſſent ſemina gētis,
Credibile eſt ipſos conſuluiſſe Deos.
Nam puer impubes, & adhuc nō vtilis armis
Vnus de Fabia gente relictus erat.
Scilicet vt poſſes olim tu Maxime naſci,
Cui res cunctando reſtituenda foret.
Cōtinuata loco tria ſidera, Coruus, & anguis,
Et medius Crater inter vtrunq; latet.
Idibus illa latent, oriuntur nocte ſequenti,
Quę tibi cur tria ſint tam ſociata canam.
Forte Ioui Phoebus feſtum ſolenne parabat,
(Non faciet longas fabula noſtra moras)

Semina Her. gē Fabię familię, q̄ ab Hercule traxit originem. Nam pu. Diony. lōga diſputatione probare conatur veriſimile non eſſe vnum tantum ex omni Fabia gente ſuperfuiſſe, nec omnes prer vnus tantum Fabios cęſos fuiſſe. Nam et qui apti in bellum profecti ſunt ſine coniugibus et liberis omnes eſſe non poterant, credendus eſt ergo et alios ſuperfuiſſe. Sed de vno dicitur, q; hic cęteris virtute clarior euaſit, et ideo ab eo inſtauratam eſſe familiam Fabiorum putarent, et fuit auus illius Quin. Fabij Rutiliani qui primus Maximus in ea familia appellatus eſt, cuius Plu. meminit de viris illuſtribus, et Liui. et Plut. et Diony. et Vale. a quo deſcendit poſtea Quintus Fabius, qui Hannibalem tarditate et conſilio frenauit, conſuluere ergo in hoc Dij. Nam puer impubes, q. non dum ad puberem ętatem peruenerat. Puberes eni dicuntur, qui iam gignere poſſunt. Et non vtilis adhuc annis, ętate, q; puer. Vnus, ſolus erat relictus de gente Fabia, occiderant enim cęteri, et vnus ſolus ſuperfuit. Scilicet, vt ab hoc igit qui tamen ex ea cęde ſuperfuit progenitus eſt Qu. Fabius, qui hannibalem tarditate frenauit. Scilicet vt poſſes tu olim, in futurum. Tu Maxime, tu Quinte Fabi Maxime, et ſuperius diximus. Illa domus meritis maxima dicta fuit. Cui foret, in futurum eſſet. Reſtituenda res, Romana. ſ. Cūctando retardando nam retardatione pugnę frenabat Hannibalis impetum, et Ennius, Deus hoc vnus homo nobis cunctando reſtituit rem, ē Vir. Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem. Continuata nocte, poſt idus Feb. hoc ē. xvi. cal. Mar. Coruus, Anguis, et Crater oriunt, qui cur cęlo ſint locati eandem fere cauſam, quam poeta Higi. refert. Coruus tutela Apollinis vſus eo ſacrificante, miſſus aquam puram petitum vidit ficuum arbores immaturarum expectans vt matureſcerent in arbore conſedit. Poſt maturitatem pluribus cōeſis, expectans Apollo Coruū cum Cratere volantem vidit, coactus tamen eſt mora Corui alia aqua vti, pro quo amiſſo hac eum ignominia affecit, vt donec Ficus maturierit bibere non poſſet, ita q; illis diebus guttur habeat proruſum, q; cum vellet ſitim Corui ſignificare inter ſidera collocauit Cratera, et ſuppoſuit hydram quę Coruum ſitientem moraretur. Ipſa vero Hydra trium ſignorum longitudinem occupans, Cancri, Leonis, Virginis inter ęquinoctialem, et hyemalem circulum collocat. Oriuntur hęc Hydra, Coruus, Crater Sole occidente in extrema parte Aquarij. verum (vt Pli. oſtēdit) Italię milus orit. xij. cal. Martias. Tria ergo ſidera, tres conſtellationes. Continuata, ſunt. ſ. Loco, in eodem loco, et ob id continuata, q; occupant ſpacium Cancri Leōis, et Virginis, aut continuata, q; ſimul ſociata ſūt. Coruus, et Anguis, Hydra. Et Crater medius latet inter vtrunq; inter Coruum et Anguem, latet dixit, q; eſt obſcuriorum ſtellarum. Crater, genus eſt poculi, et Gręce κρατηρ per η, ideo habet illud e longum apud noſtros. Illa, ſidera. ſ. Coruus, Anguis, Crater. Latent idibus, q; tunc non oriunt coſmice, hoc eſt quando Sol occidit, ſed. Oriuntur, oriri incipiūt. Nocte ſequenti, nocte poſt idus. Quę, ſidera. Tria canam tibi cur ſint tam ſociata, ita iūcta et continuata. Forte, nunc ipſam fabellam explicat, nec in ea velle longius immorari pollicet. Erat Phoebus Ioui ſacrificaturus, pro ſacrificij vſu Coruum iuſſit aquam e viuis fontibus afferre. Forte, caſu. Phoebus parabat ſacrum ſolēne, quaſi ſolēne ſacrificium. Ioui, in honorem Iouis. Illud ſolēne dicitur q; ſemel ſolum in anno fit, et ſi interdum confunditur. Fabula noſtra non faciet longas moras, q; in recēſenda fabula diutius nō immorabor, habemus fabulam, argumentum, et hiſtoriam, quę ſic Cicero diffiniuit, Fabula eſt, quę neq; res veras nec veriſimiles continet, vt hęc quę Tragoedijs tradita ſunt. Argumentum eſt ficta res, quę tamen fieri potuit, velut argumenta Comoediarum. Hiſtoria eſt res geſta, ſed ab ętatis noſtrę memoria remota. Sacrificaturus Phoebus.

I MEA dixit auis, Corui cum futura pdicere putentur, Apollinis numini dicati ſunt. Oui. alibi, ſed ales ſenſit adulterium Phoebeius. Eorum peſſima ſignificatio eſt (vt inquit Pli.) congluttiunt voces velut ſtrangulati, qui (vt idem ſcribit) cu3 Medię hoſpites occiſi ſunt, omnes e Peloponeſo et Attica regione volauerunt. Cur autem in Apollinis tutela ſint ſm fabulam Lactantius grammaticus docet, vbi interptatur illud Statij in. iij. Thebaidos Nuni comes obſcurus tripodum inauratus crattra. Particula in auget hoc loco, vt ſi dixeris impotens regno. Dicit crater a κιρναω. i. miſceo. Immemor imperij, oblitus q; Apollo imperaſſet, vt aquā afferret. Longum rapit vnguibus Hydrum, bene Hy

Quintus Fab. Rutilianus p̄mus Maximus ē appellatus

De fabula Corui cum Cratere

Fabula

Argumentum

Hiſtoria

ANT. FAN. Chronicus oritur eſt cur Corui ſunt i Apollinis tutela

drum cum meminerit aquarum, a quibus Hydrus nomen accepit. Dum lactens hęrebit in arbore ficus, ęgreſcunt corui, auctore Pli. ſexagenis diebus ſiti maxime, anteq̄ fici coquantur autumno. Cum his et anſeres (vt idem ſcribit) ab ęſtate in autumnū morbo conflictari dicuntur. Non placet et ficum pro morbo (vt Priſcianus docet) flecti ſecundum quartam declinationem, et quod id non memini me legiſſe, et q̄ a fico ficoſus deducitur, vt Ficoſa eſt vxor, ficoſus et ipſe maritus, non fictuoſus a ficu, vt ab actu actuoſus, a fructu fructuoſus, a quęſtu quęſtuoſus.

Ficum p̄ morbo poſitam

I mea dixit auis, nequid pia ſacra moretur,
Et tenuem viuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus Cratera recuruis
Tollit, & aerium peruolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus denſiſſima pomis,
Tentat eam roſtro, non erat apta legi.
Immemor imperij ſediſſe ſub arbore fertur,
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iāq; ſatur, nigris lōgū rapit vnguibus hydrū,
Ad dominumq; redit, fictaq; verba refert.
Hic mihi cauſa morę viuarū obſeſſor aquarū,
Hic tenuit fontes, officiumq; meum.
Addis ait culpę mendacia Phoebus, & audes
Fatidicum verbis fallere velle Deum.
At tibi dum lactens hęrebit in arbore ficus,
De nullo gelidę fonte bibantur aquę.
Dixit, & antiqui monimenta perennia facti
Anguis, Auis, Crater, ſidera iuncta micāt.

PAV. MAR. Quare Coruus abiectus et a Phębo

DIXIT auis mea, o Corue. Coruus enim eſt ſub Apollinis tutela, qui prius albus erat. At niger factus eſt reuelato adulterio Coronidis puellę a Phoebo amatę, de qua natus eſt Æſculapius, vt in ij. Meta. I, vade. Et nequid, ne aliquid. Moretur, detineat in mora. Pia ſacra, religioſa ſacrificia, vel pia, q̄ filij ad patrem. Et affer aquam tenuem, puram, et liquidam. E viuis fontibus, e ſcaturienti fonte. Coruus obtemperaturus Phoebo Coruus accepit Cratera deauratum, et volare occepit. Coruus gręce κόραξ dicitur. Tollit, pro attollit. Cratera inauratum, deauratum, non enim erat aureum, ſed deauratum, aureum eſt ex toto, auratum ex parte, inaurata autem erant pocula, quibus ſacrificabatur. Pedibus recuruis, quaſi vnguibus reflexis. Et altus, ſublimis. Peruolat aerium iter, quaſi volat per aerem. Iter enim ab eundo dicitur, et eſt tranſlatio ab inceſſu pedum. Stabam ficus, arbor ipſa. Stabat, prominebat, nam ſtare prominere eſt interdum. Denſiſſima pomis, quaſi habēs poma ſpiſſa. Adhuc du. immaturis, et ideo dura erant ipſa poma. Coruus te. eam eius poma, eam ficus. Non erat apta legi, ad colligendum q̄ immatura. Pellectus auiditate ficos edendi, immemor factus eſt iuſſorum Phoebi, expectauitq; donec fici matureſcerent. Immemor imperij, illius ſcilicet q̄ Phoebus imperauerat, hoc ſcilicet vt aquam ferret. Fertur, dicitur. Sediſſe, ſub arbore. Dum donec, vel vsq; quo. Poma fierent dulcia, matura. Tarda mora, longa expectatione, et hinc natum eſt prouerbium de his qui tardius reuertuntur, Miſimus Coruum. Iamq; ſatur, poſtea q̄ maturuere ficus ad ſaturitatem de his comedit Coruus, redijtq; ad Phoebum ferens Hydrum, quem tā tę retardationis cauſam fuiſſe arguit. Nam et fontes obſeruabat, et officium eius obediebat. Iamq; Coruus ipſe. Satur, comeſis ficubus. Rapit longum hydrum, longum anguem. Nigris vnguibus, hydrum dicimus ſerpentem qui in aquis degit. Redit ad dominum, ad Phoebum. Et refert ficta verba, falſa ē cōpoſita verba. Hic, Anguis. s. Obſeſſor aquarum viuarum, quaſi viui fontis, vt paulo ante Viuis fontibus. Fuit mihi cā morę, retardationis. Hic, Anguis. Tenuit fontes, occupauit aquas. Et officium meum, quod ex meo officio fieri debebat, hic impediuit, officium eſt congruus vniuſcuiuſq; actus. Addis, excuſauerat ſe Coruus hoc mendatio, quod cognitum eſt a Phoebo, nam nihil eum latere poterat, qui non modo pręſentia videbat, ſed futura omnia p̄ſciebat, ideo in Coruum inuehitur. Ait, dixit. Phoebus tu ad cul. crimini et noxę tuę. Mendacia. q. d. non ſatis. s. te deliquiſſe, niſi etiam mendatio te excuſes. Et audes, hoc ad Corui temeritatem. Audes velle fal. decipere. Verbis fictis, et falſis. Fatidicum Deū, fata p̄dicentem, et eſt argumentum a maiori, qui futura p̄dicit, non abs re pōt decipi de p̄ñti, cum oīa videat. At Phębus coruum ignominia affecit, vt dū eſſent in arbore ficus hēret guttur puſium, quo aquā nō ebiberet. At aquę gelidę bibentur tibi, a te. De nullo fonte, de nulla aquarū ſcaturigine. Dum ficus lactēs, habens lacteum ſuccum, et tunc eſt imatura. Hęrebit, pendebit. In arbore, in ficu. Dixit et an. Phoebus in p̄petuam rei memoriam Angues, Coruum, Cratera cęlo figurauit. Dixit, Phoebus. s. ſuperiora verba. Et anguis, auis, Coruus. Crater, poculum per appoſitionem. Sidera iuncta, ſociata et continuata. Micant. ſplendent. Monumenta perennia, quaſi in perpetuam memoriā. Facti antiqui, huius antiquę rei. Monumenta, monumentum, (vt veteres iuriſcōſulti diffiniūt) ē qđ gr̄a ſeruandę memorię exiſtit, et alias monumētū generalis res. s. in poſterū memorię. cauſa prodita, quę ſi corpus vel reliquię inferuntur, erit ſepulchrum, ſi vero nil eorum inferatur, erit monumentum memorię cauſa factum, quod gręci μνημεῖον appellant, eſt enim μνημεῖον monumentum et memoriale, μνημονεύω memoriam facio, μνήμη et μνημοσύνη memoria, μνήμων memor.

Verba Phoebi ad coruū

Tertia

ANT. FAN. Lupcalia xv. calē. Mar. TERTIA poſt idus nudos auroră lupcos aſpicit. xv. calē. Mar. in honorem Panos lupercalia celebrantur, quę multi ſcriptores tradiderūt antiquis temporibus fuiſſe paſtoꝝ ſimilia Lyceis Arcadum. Videnť autem inſtituta expiationis gr̃a (vt inquit Plu. in Romulo) cū celebrent hoc menſe, quē expiatiuū interptantur, et eorum diē conſtet Februatam veteres appellaſſe, in qua nudi iuuenes Lyceū Pana venerantes p luſuz ac laſciuiā currebant, qbus mulieres palmas caprinaꝝ pellium ſcuticis cędendas prębebāt, perſuaſum hn̄tes ea verbera ꝑgnantibus pariendi, ſterilibus aūt concipiendi facultatē afferre. Vn̄ illud eſt Iune. Nec prodeſt agili palmas pbere lupco. Lupercalioꝝ originem nōnulli Romulo ac Remo tribuūt, qui (vt Va. Max. ſcribit) ſolēnitatis huius mortē tunc inchoarūt cum letitia exultātes, quod eis auus Numitor rex Albanoꝝ eo loco vbi educati fuerant vrbē condere pmiſerat facto ſacrificio, cęſiſq; capris epuloꝝ hilaritate, et vino largiore ꝓuecti diuiſa paſtorali turba incincti pellibus immolataꝝ hoſtiarum obuios iocātes petere. Scripſit et idē fere Bucas quidā, quem fabulari Plut. exiſtimat. Ait. n. interempto Amulio Romulū ad eū locum cū lętitia cucurriſſe, in quo infantibus lupa mammā ſummiſerat, memoriaq; illius curſus lupercalioꝝ celebritate referri. Sed vulgarior fama tenet Euādrum hoc ſolēne ex Arcadia in Italiam attuliſſe, quod Plu. Liui. et pleriq; alij ſcribūt, cui Faunus (teſte Iuſtino) ē agros ē montē, quem ille poſtea Palatinū appellauit benigne dr̄ aſſignaſſe, in cuius radicibus tēplum Lyceo, quez Greci Pana, Ro. lupcum appellant cōſtituit. cuius Dei ſimulachrū nuduz caprina pelle amictum erat, quo habitu Romę (vt idem auctor ait) lupcali ſic currebať. In his moris fuit vt caprę iugularenť, ſiſterēturq; ibi duo adoleſcentes, quoꝝ frontes alij cultro ſanguine pfuſo tingerent, alij ſtatiz lanam lacte madentē abſtergerent, ea lege, vt abſterſos adoleſcentes ridere oporteret, qui deinde inciſis in corrigas caprarū pellibus diſcurrentes obuios verberabāt, quarum reꝝ cās quęcūq; afferri poſſunt Plu. docet in Romulo. Propriū ac ſuum pterea eius celebritatis fuit, vt luperci canē imolarent, vel expiationis gratia, ꝙ Gre. ad expiādum canes adhibere ſoliti ſunt, vel ad lupę gr̄am, quę Romulum ac Remū nutris ſe dicit, cui non imerito iugulabatur animal lupis inimicū, vel q2 Pani ſacrificium fit, cui propter greges amicus eſt canis. Ab ea lupa nonnulli lupcalibus nomē inditum volūt. Vnde lupci inde curſum incipiebāt, vbi Romulū expoſitum ferunt. inueniunť tamen (vt ait Quin.) q lupercalia tres ꝑtes orationis eſſe cōtendatur, quaſi luere per caprū, quę alij inde nolata exiſtimāt, ꝙ innocatione Panos lupi a ſtabulis arcerenť, quem deum inde Lyceum dictum arbitranť. Lycos. n. grece dr̄ lupus, Quis ſcripſerit Var. (Vt Diuus Augu. refert) Arcades quoſdam in lupos fuiſſe cōuerſos, quorum humanas carnes nō deguſtauerant. x. anno in priſtinū ſtatum reuerſi ſunt, e qbus idem Var. vnius nomē expſſit, q deguſtato ſacrificio qd Deo ſuo Lyceo Arcades faciebāt dr̄ mutatus in lupū, ē poſt nouem annos figurę ꝓprię reſtitutus. Vn̄ Panem Lyceū dictum idē auctor exiſtimat, cui placet quoq; lupcalia dicta eſſe, ꝙ in lupcali luperci ſacra facerent. Eſt n. lupcal (teſte Ser.) ſpelunca ſub mōte Palatino, in q de capro luebať. i. ſacrificabať, vn̄ ē lupcal dictum nō. Lupcal nulli putant, alij q lupa illic Remū, Ro. nutrierit, alij locum eſſe Lyceo. s. Pani ſacratū volunt. cui et mōs Lyceus in Arcadia cōſecratus eſt, in quo Lycei Iouis tēplum fuit, teſtibus Pli. ē Stra. Lupcale ſacrū Aug. paulatim abolitum reſtituit, ſuſcepto pōtificatu maximo, vt ait Suet. Vetuitq; Lupcalibus currere iberbes. Hę ferię publicę, ac ſtatiuę sūt, teſte Mac. vt Agonalia, carmētaliaq;. Sane Mēdeſij i Ægypto Pana colūt ore hircino, ē cruribus, vt Herodo. ſcri. quē Deū ē Veſta ē Cęlo natum Euemerus tradit, ꝙ nō placet, eius vxor Æge fuit, ex q Iuppi. dr̄ filium ſuſcepiſſe, p qd Æges ē Panos filius putareť, Ægipā appellatus eſt. Fauni ſa. bi. erūt, Faunus a fando nomē accepit, vt ſupra diximus, vn̄ ab Hor. dr̄ viroꝝ Mercurialium cuſtos, qm̄ a Mercurio ſermo manauit. Idē et Inuus dr̄ ē Pan, hoc ē totius naturę Deus, vt Panos vocabulū oñdit. Dr̄ habere cornua in radioꝝ Solis, ē cornuū Lunę ſimilitudinē. Eſt. n. Pā vniuerſę ſubſtātię materialis dn̄ator. Quare Arcades eū appellabant, του τησ υλησ κυριον habetq; barbā ꝓlixam, virgā fiſtulā, ē caprinos pedes, quarum reꝝ ſignificationē Macro. tradit.

Lupcalio rū origo

Faunus Inuus Pan

Tertia poſt idus nudos Aurora lupercos
Aſpicit, et Fauni ſacra bicornis erunt.

PAV. MAR. TERTIA. xv. cal. Mar. fiunt in honorē Fauni lupercalia, quę q̄uis a Romulo ſint q dicāt inſtituta fuiſſe, vt inferius ſuo loco dicemus, tn̄ in Latio ab Euādro originem hūere, nam q ſub eo erāt Arca, Pāi Deo des icolę, vbi Palatinū condidere firmati admonē tēplū dicte eos Carmenti, vt Dio. inqt, Lyceo Pani tēplū con caſſe ex. ſtruxere. Eſt. n. apud Arcades Pā vetuſtiſſimus, plu. Euſtarimūq; in honore habitus. hęc ille et Liui. inqt, Fe chio et runt. Euādrū ſolenne allatū ex Arcadia inſtituiſſe, Trogo vt nudi iuuenes Lyceū Pana venerantes, p luxum atq; laſciuiā currerent, quē Ro. deinde vocauerunt Inuū, ē reliqua. Teſtis eſt et Euſta. Euādrū Pani tēplum dedicaſſe. ē Trogus dixit Euādrū ſub Pallātio tēplum Lyceo, quē greci Pana, Ro. lupcus vocāt conſtituiſſe, Pana, Faunū, Inuū eūdez et cōſtat. de quo plura ſupiore lib. diximus. Sed q ſuperant hoc in loco explicanť. Arcadeos ſiluaꝝ dn̄m eum appellāt, habet cornua, barbāq; ꝓlixā, caprinos pedes, virgā ē fiſtulā gerēs, cuius amor ē delitię Echo credit nullius oſculis obnoxia. At ſub hac figura Macro. Solē itelligi ӯbere diſputauit. Probus vero ſub huius noīe Iouē, hoc eſt mundū ipſum coli diſſeruit, ꝓcipue cū Pan apud gręcos omne ſignificat, quaſi vniuerſaz naturā compȟēdēs. Sz Honoratus Inuū Pana eē dixit, ab ineūdo paſſim cū aīalibus. Nec deeſt, q dicat Faunū primū fuiſſe, q ſilueſtres hoīes in ciuicos cultus deduxerit, tēpla fecerit, quę ab eo fana appellari Probus inqt. Sed ſi de ipſo Pa

Fana et lupalia ſunt idē

Lycos

Deo dicte con caſſe ex. Euſta chio et Trogo

ue intelligimus nõ aſſeritur. naȝ q ſilue^ſtris eſt in
ciuicos cultus alios deducere nõ potuit. Sed hoc (vt
ſuperius diximus) Saturno et Iano aſcribit. In Pa-
nis ergo honorem hac die cõſtituta ſunt Lycęa lu
dicra, quę a nřis lupercalia dicta ſunt, fiebant aũt
a nudis lupercis, tecti tñ erant (vt teſtis eſt ipſe Tro
gus) caprina pelle. nã
quo habitu ſimula-
chruȝ ipſius Dei figu-
rabatur, eo habitu ſua
ſacra fiebant. Sed va-
rię de hoc cãę referun
tur, quas inferius ex-
plicabimus, inqt ergo.
Tertia Aurora, hoc
eſt tertia dies. Poſt
idus, et erit. xv. die mẽ
ſis Feb. hoc eſt. xv. cal.
Mar. Aſpicit nudos
luper. Fauni ſacerdo-
tes, qui lupcalia ſacra
faciebant in luperca-
li, vt Var. inquit. Locũ. n. vbi ſacra hęc fiebãt, a Ro-
manis lupercal, a Gręcis Lycęum, qđ idem fere ſo-
nat, nam et Lycos lupus eſt, licet poſſet hoc deduci
a Lycęo Arcadię monte. Sed de lupercali inferius
diſſeremus. Et erunt ſacra, ſacrificia et feſta.
ANT. Fauni bicornis, nã cum cornibus figuratur.
FAN. PHOLOE, mons Arcadię, vbi pter Cyllenem (vt di-
Pholoe xi^mus auctore Stra.) inſigniores mõtes ſunt, Pho-
loe, Lycęus, Męnalus, ac Parthenius. Teſtes Stym
Stympha phalides vndę, eſt in Arcadia mons Stymphalus, ẽ
lus mõs lacus Stymphalius, a quo aues Stymphalidas di-
Stympha ctas, et ab Hercule ſagittis ac tympanis fugatas
lius lacus poetę finxerũt, q̃uis Lactãtius grãmaticus ſcribat
occiſas eas ab Hercule nõ ſagittis, ſed ęris ſonitu.
Alij ſublatas dicũt et tinnitu tabulę ęreę et ſagit-
tis, cũ in hunc locũ conueniſſent, et totius regio-
nis fructus popularent. E Stymphalide lacu Eraſi-
nus fluuius erumpit, vt auctor eſt Stra. cuius ripis
Stymphalus oppidũ olim incũbebat, quod abeſt a
Ladon lacu ſtadijs. l. Quiq; &c. Ladon fluuius eiuſdeȝ re
gionis eſt. vt Arcades hũc, Ladonq; rapax, et Męna
lus ingens Rite colunt. Huic et Eraſino cõtrarium
quiddã venit, Ladonis. n. fluenta occluſo quõdam
fonte detẽta ſunt, Eraſinus vero exitum aliquãdo
non habuit. Nemoris iuga Nonacrini, Nonacria
Nõacria (teſte Lactan. grãmatico) nomen eſt loci vel agri
Arcadię. nam qđ quidã Nonacriã dici volunt Ar
cadiam a nonẽ montium ſummitatibus nõ pla-
cet. Eius mons Nonacris eſt auctore Pli. Altaq;
Troezene, hęc ciuitas a Pli. quoq; Troezene dicitur
li. iiij. Nat. hiſt. a Strabone, et a plerisq; alijs Troezẽ.
illud triũ eſt, hoc duaꝝ syllabarum nomen. Ouid.
alibi, Hic tecum Troezena colã Pittheia regna. Eſt
autem Troezene vrbs ꝓpe Iſthmodo, quã quidam
diſtare a mari ſex millibus paſſuũ tradiderunt, cũ
Stra. xv. tantũ ſtadijs ſcribat. Ea ſic dicta exiſtimat
Troezene a Troezene Pelopis filio, qui cũ fratre Pittheo ex Pi
ſea terra cõmigrans illic regnauit, quo mortuo rẽ
gnum obtinuit Pittheus. idẽ Geographus Troeze-

Dicite Pierides ſacrorum quę ſit origo,
Attigerint Latias vnde petita domos.
Pana Deũ pecoris veteres coluiſſe feruntur
Arcades, Arcadiis plurimis ille iugis.
Teſtis erit Pholoe, teſtes ſtymphalides vndę,
Quiq; citis Ladon in mare currit aquis,
Cinctaq; pinctis nemoris iuga Nonacrini,
Altaq; Troezene, Parrhaſięq; niues.
Pan erat armenti, Pan illic numen aquarũ,
Munus ob incolumes ille ferebat oues.

na vrbem fuiſſe inſignẽ dicit, appellatamq; olim
Poſſidoniam q Poſſidoni. i. Neptuno ſacra fuerit.
Vnde ait Plu. in Theſeo, Neptunũ, n. Troezenij sũ-
ma religione colunt. et eius Dei tutelę eoꝝ ciuitas Troeze
dicata eſt, cui et fructuũ primitias deligunt, et inſi na olim
gnem in nũmo tridẽtem inciſum habẽt. Legimus Poſſido-
et apud Oui. alibi, Hic niã dcã
raptam Troezen cele-
ri virtute recepit. Er-
go quod pauci aduer
terũt in noiatiuo ca-
ſu et Troeze et Troezẽ
dicit et Troezene. Hãc
vrbem ſunt q Arcadię
tribuũt, ſunt et q Atti
cę, quod miramur. Eſt
n. inter Iſthmũ et Scyl
leuȝ, teſtibus Põponio
et Pli. quoꝝ ille Troe-
zenios inquit eſſe illu
ſtres fide ſocietatis At
ticę, hic vero eã vrbẽ
Achaię tribuit, cuius portul quẽ metum vocãt par
na iminet iſula, vt auctor ẽ Str. quã Calauriã dñt.
DICITE Pierides, in referenda hoꝝ ſacroꝝ ori PAV.
gine, muſarum iplorat numina. Dicite o Pieri- MAR.
des, Pierides poſt Pieri filias deuictãs, quaꝝ concer
tatio in Meta. refert, cognominatas fuiſſe muſas
multi aſſerunt. Põpeius tñ a Pierio monte Pieri-
das dictas muſas dixit. Dicite q̃ ſit origo ſacro-
rum, lupcaliorum. s. Et vnde, a quo loco. Pe-
tita attigerit domos Latias, duo petit vñ habue-
rint initium, et vñ in Italiam venerint. Pana,
exponit nũc Pana fuiſſe vetuſtiſſimũ Arcadię nu-
men, ꝓſidemq; pecoꝝ, quod loca ipſa Arcadica te-
ſtant, quę ille frequẽtabat, et in q̃bus colebat. Ar Arcades
cades veteres, vetuſtiſſima. n. gens eſt Arcadica, vt antiquiſſi
ſuperiore libro diximus, dicti q ſunt, vt alij ab Ar mos fuiſ
cade Caliſtus, vt Euſtathius, Themiſthius ex Ioue fi- ſe
lio. Ferunt, dicuntur. Coluiſſe Pana, pro Pa-
nem. Deũ pec. deum armẽti, hoc eſt quod Hono
ratus inqt, q eat paſſim cũ animalibus. Ille, Pan.
s. Erat plurimus, q pluris et magni numinis, et
religionis. In iugis Arcadijs, in montibus Arca-
dię. Nã mons ĩ tria diuidit, radices, latera et iuga.
Montes in Arcadia, q a Pli. referunt, Pholoe cũ op-
pido. Item Cyllene, Lycęus in quo Lycęi Iouis delu
brum, Męnalus, Arthemiſius, Parthenius, Lamphe
us, Nonacris. Eſt etiã et Erymãthus, in his ergo mõ
tibus celebris erat Panis religio. Erit teſtis, quod
s. in Arcadia coleret. Pã Pholoe, Pholoe (vt Stra. Lycęi
inquit) mons eſt Arcadię olympię ꝓxima iminẽs. Iouis tẽ
Teſtes erũt vndę ſtymphalides, eſt. n. lacus ſtym- plum
phalius in Arcadia. et in eius ripis erat Stympha-
lum oppidũ, ſed eruptione facta ipſius lacus, et de-
ſiccatione a lacu abeſt Stymphalia vrbs, vt teſtatur
Strabo, ſuo tẽpore quinquaginta ſtadijs. et teſtis
erit. Ladon qui currit in mare citis, hoc eſt com
motis et rapidis aquis. Eſt. n. Ladon Arcadię fluui
us, qui cum prius exitum nõ haberet, paludem fa-
ciebat, poſtea terręmotu alueum inuenit. Et erunt
teſtes.

teſtes. Iuga, ſummitates montium. Nemoris Nonacrini, Nonacrim eſſe Arcadię montem diximus, et Higinius vbi multa de caliſtus fabula retulit, ait, Quę res in Nonacri monte Arcadię geſta demonſtrat. Sed multi dicunt a nouem eminentioribus montibus Nonacriam dictam eſſe Arcadiam, vt Trinacriam Siciliam. Sed hic nemoris Nonacrini ꝓ Nonacri monte nemoroſo dicit. Cincta pinetis, ꝙ plena ſit pinu. Et alta Troezene, Troezen et Troezene idem eſt vrbs Arcadię apud ſinus Hermonicum, amoeno ſedens et eminenti in colle, in quo ſępe feliciori tpe ludebant carmina. Et ni. Parrhaſię, Parrhaſiam ſuperius Arcadiam dictam fuiſſe diximus, et erat etiam Parrhaſia vrbs. Sed hic Parrhaſię niues, quaſi niuoſi omnes Arcadię montes. Pan erat, in Arcadia Pan pecorum et aquarum Deus erat, et pro ouium incolumitatem Pani munera offerebant. Pan erat illic, in Arcadia numen. Armenti, Deus pecorum, ꝙ illorum cuſtodię, et tutelę pręerat. Nam ea tuebatur. Erat Pan illic numen aquarum, etiã et aquarum Deus. Ille, Pan. Ferebat munus, quia ſibi munera offerebant. Ob oues incolumes, quas ab oi morbo tuebatur. Traſtulit, iam retulit vnde ſacra habuerint originem hoc ab Arcadibus, qui in Arcadia plurimum colebatur. Nũc refert vnde in Italiam venerint, illa inquit ex Arcadia in Italiam in locis vbi condita eſt Roma, Euander trãsuexit. Euander, de hoc ſuperius diximus. Trãſtulit ſecum numina ſilueſtria, quaſi Panis ſacra, qui dominus eſt ſiluarum, vt diximus. Huc, in Italia. Vbi nunc eſt vrbs, Roma. s. Tunc, Euandro adueniente. Erat locus vrbis, nondum erat condita, ſed ibi condi debebat, quę eſſet futura orbis domina. Inde, ab illa tranſlatione Euãdri. Colimus nos. s. Latini. Deum, Pana. s. Et ſacra deuecta, Pelaſgis, tranſlata in Latium ab Arcadibus, nam (vt ſuperius diximus) Euſtachius Arcadiam inquit aliquã appellatam fuiſſe Pelaſgiã, aliquã Lycaoniam, aliquã Gigantida, aliquã Parrhaſiam.

Arcadia dicta Pelaſgia, et Lycaonia, gigãtida, et Parrhaſia

ANT. FAN. FLAmen dialis, ſacerdos Iouis, qd ideo dicit ꝙ in Lycęo monte Arcadię Lycęi Iouis templũ fuiſſe memorię traditum eſt, et ſunt qui Pana Iouẽ eſſe voluerunt. Cur igit currant, Luperci nudi currebant velut nuditatem Panos imitarent, vel vt referrent vetuſtiſſimorum Arcadum morem, vel vt teſtarentur rem quondam a nudis proſpere geſtam, nam cum in honorem Panos lupercaliorum ſolẽnitas celebraretur, Romanorum pecora (vt iquit Serui.) ſubito a latronibus rapta ſunt, illi proiectis veſtibus perſecuti ſunt latrones, quibus opp̃ſſis ac receptis conſuetudo permanſit, vt nudi lupercalia

Luperci nudi

Tranſtulit Euander ſilueſtria numina ſecũ,
Hic, vbi nũc vrbs eſt, tũc locus vrbis erat.
Inde Deum colimus, deuectaq; ſacra Pelaſgis.
Flamen ad hęc priſco more dialis erat.
Cur igitur currant, & cur, ſic currere mos ẽ,
Nuda ferant poſita corpora veſte, rogas.
Ipſe Deus velox diſcurrere gaudet in altis
Montibus, & ſubitas concipit ipſe fugas.
Ipſe Deus nudus nudos iubet eſſe miniſtros,
Nec ſatis ad curſus commoda veſtis erat.

celebrarent. Scripſit et idem fere. C. Acilius, teſte Plin. qui ait ea pecora fuiſſe Romuli, ac peractis Fauno votis nudos ad perueſtigandum excurriſſe, ne ſudor eos impediret, retardaretq;. Ipſe Deus velox, Pan ſiue Faunus qui fingitur ſiluarum dñs, et cum ſit caprinis pedibus ea dr eſſe velocitate qua Satyri. Ipſe Deus nudus, non erat huius Dei ſimulachrum omni ex parte nudum, ſed tectum (vt diximus) pelle caprina, quę docebat Deum Arcadię, vbi olim Arcades vetuſtiſſimi ſimilem feris vitam egerunt. Luna gens prior illa fuit, diximus ſupra cur Arcades proſeluni ac nobiles prędicent. Nectar erat, nectaris loco, hoc eſt vini ſuauiſſimi. Accepimus enim vinum interdum vocabulo nectaris, q̃uis ſit Deorum latex, vt poetę fabulant, vt Nectar et Ambroſiam latices, epulasq; Deorum. Vinum aqua miſceri Staphylus inuenit auctore Pli. Lana, hanc Lydi primi creduntur ſordibus infeciſſe.

Necta r Vinũ aq̃ miſceri ꝑmus Staphylus inuenit

PAV. MAR. FLAmen Dialis, hoc eſt Iouis ſacerdos. Erat priſco more, veteri conſuetudine. Ad hęc, ſacra. s. perficienda. Flamen, Varro inquit Flamines qd in Latio capite velato erant ſemper, ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti. Horum ſinguli cognomina habent ab eo Deo cui ſacra faciũt. Sed partim ſunt aperta, partim obſcura, aperta. vt Martialis, Vulcanalis, obſcura Dialis, et Furialis, cum Dialis a Ioue ſit et reliqua. Cur igit; in his Fauni ſacris nudi iuuenes currebant. Cauſas quęrit ergo cur currant, et cur nudi, et ipſe cauſam explicat, ꝙ diſcurrens ſua velocitate Deus diſcurrentes etiam optat, et ſine veſtibus, nam veſtes curſus impediunt. Pręterea et anteq̃ eſſent homines in ciuilem cultum redacti velut ſilueſtres ferę degebãt, pręcipue ſine lanarum vſu. Ergo cum hoc ſacrum ab Arcadibus emanarit, quę gens vetuſtiſſima eſt in vetuſtatis monumentum veterum etiam mores referuntur. Cur, igitur currant, ſacra ipſa celebrantes. Et cum eſt mos, conſuetudo. Currere et ro. vertit verba in quẽcunq; interrogantem. Rogas, interrogas. Cur corpora ſunt nuda poſita veſte, cur denudantur poſito velamine. Ipſe deus, Pan. Velox, celer. et Horatius in Odis, Velox amoenum ſępe lucretilem Mutat Lycęo Faunus. Gaudet diſcurrere i altis montibus, quaſi modo hac, modo illac per altos montes currere. Et ipſe concipit ſubitas fugas, et repentinos et celeres curſus cõcipit animo et exercet corpore. Ipſe Deus, cauſa cur nudos miniſtros optet, ꝙ et ipſe nudus. Ipſe Deus nudus, amicit tamen (vt alij) pelle caprina, vt alij pelle hinuli. Hinulus appellat ceruus paruus in primis menſibus. Iubet ire, currere. Mini

ſtros nudos, in ſacris ipſis. Nec veſtis erat ſatis commoda ad curſus, nam eſſet potius impedimẽto q̃ expeditioni. Ante Io. nunc aggredit ſiluestrẽ ipſum vetuſtatis cultum. Sed cum vetuſtiſſima omnium eſſet gens Arcadica, quę Pana colebat in Panis ſacris vetuſtatis cultus refertur. De vetuſtate Arcadię diximus ſuperiore libro. De qua etiam et Stra. inquit, Arcadicę gentę gręcã nationem vetuſtate pſtare creduntur Azanes, atq; Parrhaſii, et cęteri generis eiuſdẽ.

De vetuſtate Arcadię nota in lib. ſupiore

Ante Iouem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & Luna gens prior illa fuit.
Vita feris ſimilis, nullos agitata per vſus,
Artis adhuc expers, & rude vulgus erat.
Pro domibus frõdes norãt, p frugibus herbas,
Nectar erat palmis hauſta duabus aqua.
Nullus anhelabat ſub adunco vomere taurus,
Nulla ſub imperio terra colentis erat,
Nullus adhuc vſus erat equi, ſe quiſq; ferebat,
Ibat ouis lana corpus amicta ſua.
Sub Ioue durabãt, & corpora nuda gerebant
Docta graues imbres & tolerare Notos
Nũc quoq; detecti referũt monumẽta vetuſti
Moris, & antiquas teſtificantur opes.
Sed, cur pręcipue fugiat velamina Faunus,
Traditur antiqui fabula plena ioci.

Ergo Arcades ferũtur habuiſſe terras, habitaſſe. Ante Io. ge. anteq̃ Iuppiter gigneretur, hoc eſt antequã Dij eſſent. Et illa gẽs fuit prior Luna, et ſuper gentis antiquitatem προσεληνοι. i. añ lunares dicti ſunt. Vita illoꝝ. s. Arcadũ vetuſtiſſimoꝝ. ſimilis, erat. s. feris. i. ferinę vitę. Nam velut feræ degebant. Agitata, frequentata, ſeu exercitata. Per nullos vſus, per nullam conſuetudinem, aut conſeruationem, ſeu nullã induſtriam. Erat vulgus adhuc ad ea tempora expers artis, ſine vlla arte. Et rude, impolitum, informatum, nam neq; a ſe habebant, neq; ab alijs acceperant ciuiliorẽ cultum, nullũ adhuc illis fuerat cum cęteris hominibus commertium. Notant, illi. s. Frondes pro domibus, q; non fabricabant moenia, ſed nemora incolebant, ideo frondes dixit, quaſi frondoſas arbores. Et notant herbas pro frugibus, non erat illis vſus frugum, ſed illarum loco herbas edebãt, neq; vſus vini, et ideo. Nectar, hoc eſt potio, ſed proprie nectar Deorũ potio eſt. Erat aqua hauſta, epota, aut hauſta e fonte Duabus pal. q; poculorum adhuc vſus nõ erat. Sed manus poculorum officium explebant. Domum conſtituerunt primi Euryalus et Hiperbius fratres Athenis, antea ſpecus erant pro domibus. Gellio Toxius cęli filius lutei edificij inuentor placet, exemplo ſumpto ab hirundinum nidis, vt ſuperius quoq; diximus. Diodorus ſtructuram domus Veſtę aſſignat. Nullus, non erat vſus aratri, non agricolationis. Nullus taurus, nullus bos. Anhelabat ſub adunco vomere, q; non domabatur, nec ad aratrum cogebat, ideo nõ anhelitum crebrum emittebant, qui prouenit ex motu laborioſo. Nulla terra, nulla terrę pars. Erat ſub imperio colentis, hoc eſt agricolę, nam Nondum cupido patebant arua colono. Nullus adhuc, nondum erant domiti equi ſed quiſq; ſuis pedibus incedebat, neq; erat vſus lanificij. Nullus erat adhuc vſus equi, equo vehi Bellerophon primus

Euryalus & hiperbius fratres primi domos iſti tuerunt cũ antea in antris viuerent

edocuit, equos frenos Pelethronius inuenit. Quiſq; ferebat ſe, non vehebat equo, ſed ſuis pedibus ambulabat. Ouis ibat amicta corpus, habens corpus amictum, coopertum. Sua lana, q; non tõdebatur ad hominum veſtes, non erat vſus lanificij, ſed ſine veſtibus degebatur. De huiuſmodi artium inuentoribus, ita a Plinio refertur, quia ex Italia iſſecere lanas Sardi textilia, fuſus in lanificio Cleſtor filius Aracnes, linum et retia Aracne, fullonicam artem Nicias Megarẽſis, ſutrinam Bactus.

ANT. FAN.

SVB Ione dura. cũ nondum eſſet domorum vſus, quas primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis cõſtituerunt. Ante enim ſpecus erant pro domibus. De his & aliaꝝ rerum inuentoribus lege Pli. lib. vij. Nat. hiſto. Sub Ione autẽ eſt ſub aere, ſub dio. Horatius, Manet ſub Ioue frigido venator. Durabant vero abſolute dictum eſt, vt Durare atq; expectare cicadas. Antiquas teſtificant opes, q; ſatis diues eſt, qui contentus pauco nulla re indiget. Priſcam ergo ſimplicitatem, ac nuditatem opes vocat. Comes dominę, notum eſt Herculem aliquando paſſum eſſe imperium Omphales, quę (vt ſcrib. Donatus) Lydię regina fuit, et Herculem ſibi ſeruientem ad lanificium compulit, cum ipſa calathum et colum, cultusq; foemineos cum ſagittis Herculis claua et leonis pelle mutaſſet. Sunt q̃ Omphalẽ et Iolẽ eandem eſſe memorię prodiderunt, alij (quod magis placet) Omphalẽ reginam Lydię fuiſſe dixerunt De qua Ouid. alibi, Se quoq; nympha tuis ornauit Iardanis armis. Ea eſt ex qua Hercules Lamum filium ſuſcepit. Lege Diodorum ne tibi omnia referam. Iole vero fuit Eurythi filia regis Oechalię, quę vrbe capta Hercules occiſis Eurythi liberis Iolẽ rapuit, adamauitq; tantum in modum, vt paſſus dicatur ex ea quicquid ſub Omphale antea perpeſſus fuerat. Montana numina, nymphas accipe quas Faunus perſequitur, vt Faune nympharum fugientium amator. Dicit autẽ Oreades quę montium ſunt, vt earum nomen oſtendit. Męonis, Lyda, conſtat enim Lydiam olim męoniam appellatam. Lege Strabo. hinc auctor infra Omphalẽ et Męonida vocat et Lydam, vt Lumina poſcit Męonis, et ridet amatorem Lyda puella ſuum. Vmbracula, exiſtimauerunt quidã (vt inquit Macrob.) hoc nomen Virg. auctore cõpoſitum, qui ait, Hic candida populus antro Imminet, et lente texunt vmbracula vites. Cũ et Varro rerum diuinarum lib. x. dixerit nonnullis magiſtratibus

Hercules ſeruiuit Omphale reginę

Iole

Oreades

Vmbraculum

giſtratibus in oppido id genus vmbraculi conceſſum, et Cice. in .v. de legibus, Quę reſtant in illis alnorum vmbraculis perſequamur. De hoc veli genere ait Martialis Accipe quę nimios vincant vmbracula Soles, Sit licet et ventus te tua vela tegent. Idem veli genus dicitur et Vmbella, quod nomen ab vmbra deducitur.

Vmbella

Forte comes dominę iuuenis Tirynthius ibat
 Vidit ab excelſo Faunus vtrunq; loco,
Vidit, et incaluit? montanaq; numina dixit,
 Nil mihi vobiſcũ eſt, hęc meus ardor erit.
Ibat odoratis humeros perfuſa capillis
 Męonis, aurato conſpicienda ſinu.
Aurea pellebant tepidos vmbracula Soles,
 Quę tamen Herculeę ſuſtinuere manus.

PAV. MAR.

DVRABANT Sub Ioue, ſub Dio, hoc eſt ſub aperto cęlo, quia tectis carebant. Durabant ergo, quaſi patienter perſeuerabant ſub aere. Et gerebant nuda corpora, quia ſine veſtibus. Docta, corpora ſcilicet. tolerare graues moleſtos. Aut graues, noxios. Imbres, nimbos et pluuias. gręce enim ὄμβρος imber et nimbus. Et tolerare Notos ventos. ſed Notus proprie eſt meridionalis ventus. Et ſępe indu. pluuias, diciturq; a νοτῶ, quod eſt humecto, ſeu νοτίζομαι humifacio. Nunc quoque, nunc etiam. Detecti, hoc eſt nudi. Referunt monumenta quaſi reprę ſentant memoriam. Moris vetuſti, antiquę conſuetudinis.

Ne ipſi, ſcilicet Quirites. Violent, quaſi offendant. Noſtra numina, q2 iam relatus ſum in Deos. Suis la. quaſi dicat ne videant lachrymãdo glorię inuidere. Thura fe. quaſi offerant mihi thura, ſacrificent mihi. Pia turba, quaſi religioſa multitudo. Placent no. qui ſacrificent mihi nouo iam Deo et Quirinum Deu3 appllent. Et co. pa. artes, artes patrię, artes Ro. ſunt quę ab Anchiſa Ęneę dicunẽ, Tu regere imperio populos Romane memento. Hę tibi erunt artes, paciſq; imponere morem, Parcere ſubiectis, et debellare ſuperbos. Artes ergo patrię, prudentia, iuſtitia, clementia, ęquitas, magnanimitas, et ſimilia. Et co. militiã, pręſtantiam rei militaris, aut militiam ipſam exerceant, vbi hęc locutus eſt. Euanuit, ab oculis Proculi. ille populo conuocato in concionem retulit Romuli verba. Iuſſit, Romulus. Et euanu. ocu. vt vmbra erat inanis ſuſtulit ſe ab oculis Proculi.
Quirinũ dictum a pculo

In auras tenues, et recte, nam ſpiritus in ſpiritum, hoc eſt in aerem. Hic Procu. s. Conuocat po. in concione. s. legitur etiam conuocat patres. Et re. ver. iuſſa, quę Romulus iuſſerat. Verbis Proculi plebs mota eſt, Quirino templum dedicauere in eo colle, qui ad hoc, vt etiam Plut. refert, Quirinalis dictus eſt, licet ſint qui dicant a Curibus Sabinorum, q2 ibi caſtra admouerint Quirinalem appellatum. Faciunt ergo, Romani. Tẽpla Deo, Quirino. s. Collis quoq;, collis etiam.

Eſt di. ab illo. ſeu Quirino, ſeu Quirini templo.

Et certi, quaſi ſtati et conſtituti. Dies re. ſa. paterna, ſacra myſteria Romuli parentis Romanorum. Lux quoq;, eadem die qua Quirini feſtum eſt, ſeu Quirinalia celebrantur ferię ſunt ſtultorum, quas ita diffinuit Põ. Stultorum ferię appellabantur. Quirinalia, q2 eo die ſacrificant hi, qui ſolemni die, aut non potuerunt rem diuinam facere, aut ignorauerunt, in qua quidem ſententia ẽ ipſe poeta eſt, in hac eadem die Fornacalia celebrabantur. De quibus mox diſſeremus, quę q2 non erant
Quirinalia

ſtata, hoc eſt certa, ſed fixa, ſed a ſacerdote indicabãtur inſcriptis in tabella foro appoſita nominibus curiarum, vt in ſuam curiam quiſq; conueniret, qui ſuam curiam ignorabant tardius q̃ cęteri ſacrificabant, et ob id ſtultorum ferię tanq̃ ignorantium vocatę ſunt. Poeta id ad vetuſtatem refert, nunc expoſiturus ſtultorum ferias ita inquit. Accipe, audias, aut percipias. Cur quoq;, cur etiam. Eadem lux, eadem dies in qua ſunt Quirinalia. Vocentur feſta ſtultorum, q2 ſtultorum feſta ſunt. Parua quidem cauſa ſubeſt, pro rerum aliarum magnitudine, quibus magna ſubeſt cauſa, Parua cauſa dixit in his, cum parua et leuis ſit cur ita dicant.

Parua ſed tamen apta, conueniens et digna eſt quę referatur. Plu lxxx x. problemate, cu3 agat qua ratione Quirinalia ſtultorum ferię nominentur, inquit, An q2 nunc diem vt Iuba dicit, his aſſignauerunt, qui cuius eſſent tribus ignorarent. An his qui vt non alij tributim fornacalibus rem diuinam fecerunt q2 aut impediti fuiſſent, aut aliquo peregre profecti, aut deniq; die3 ignoraſſent, hoc tẽpore recupandi illius feſti poteſtas data eẽt.

Non ha. vt primas horum feſtorum cauſas explicet, ad antiquitatem ſe refert, in qua agri colendi doctrina rara, aut nulla fuit, ſed rei militaris maior erat diſciplina, q̃ rei ruſticę. Tellus antiqua quaſi tellus antiquorum hominum, aut tellus apud veteres. Non ha. do. colo. non habuit doctos agricolas, nec rei ruſticę peritos. Aſpera bel. laſſa. defatigabant. Viros agi. viros idoneos, et q ad omnia agi poſſent. Plus erat, magis res militaris q̃ res ruſtica laudabatur, et ſic negligentia minor ex agro fructus percipiebatur. Plus erat laudis in gla. hoc eſt armis. Quam in cur. ara. in reflexo aratro. Ager negle. nõ bene cultus, cui nulla cura adhibebatur. Pauca fe. exiguum fructus reddebat. Ager ab agendo dicitur, q2 in eo qd agitur, vel q2 grę. αγροσ dicitur. ide αγροτησ ruſticus, αγριοσ ẽ αγρικοσ agricolę, αγριοσ agreſtis. Farra ta. vt alias diximus auctore Dionyſio, ſicut Gręci hordeum vetuſtiſſimum frugem putantes hordei primitias in ſacris dabant vlas eas vocantes. Ita Romani pretioſiſſimum, vetuſtiſſimumque fructum exiſtimantes far, ſacrificia omnia ignea ab eo incipiunt, manſitq; diu, nec incidit in ſumptuoſiores primitias ꝯſuetudo. Far ergo poeta veteres inquit et ſerere ſolitos, et metere, et Cereri primitias offerre, inquit ergo et ſi neglectus erat ager.
Agreſtis
Farra

Tamen ve. ia. ferebant. Farra, quę Romanis in magno pretio fuere. Metebant far. ſecabant vbi matura erant. E da. quaſi offerebant.

Primitias Cereri farra reſecta dabant.
Vſibus admoniti flammis torrenda dederũt,
Multaq; peccato damna tulere ſuo.
Nã modo verrebant nigras pro farre fauillas,
Nunc ipſa; ignes corripuere caſas.
Facta Dea eſt Fornax,lęti fornace coloni
Orant,vt fruges temperet illa ſuas.
Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit,nec ſtata ſacra facit.
Inq; foro multa circum pendente tabella
Signatur certa,curia quęq; nota.
Stultaq; pars populi,quę ſit ſua curia neſcit,

ANT. FAN. PRImitias Cereri farra reſecta dabant,non licebat degu ſtare nouas fruges aut vina vt ſcrib. Pli. anteq̃ ſacerdotes primitias libaſſent. Vſibus ad.flãmis torrenda dederunt,intelligentes far toſtum et cibo ſalubrius eſſe et facilius tundi coeperunt farra torrere,ſed nulla torrendi adhibita rõne, nam quę in fornace torrẽda erant, igne exempto ſtulti homines flãmis torrenda cõmiſerunt, quę interdũ oẽz farris ſubſtantiam abſumebant ita,vt cinerem pro farre colligerent,et quod peius eſt aliquando ipſas quoque caſulas adurebãt.

Cereris inuenta. Sciendum Cererẽ Deã ruſticorũ (vt inquit Serui.) inueniſſe quidem frumenta, eadẽque molere et conficere(teſte Pli.)in Attica, Italia,et Sicilia,ob id que Deam indicataz.Vt autem frumenta torrerentur nusq̃ lectum eſt Cereres docuiſſe.Huic maiores ſacrificabant primitium de ſpicis, quas primum meſſuiſſent,qd a pmetendo dictum vr̃,ſicut Libero muſtum,qd ſacrima appellabãt. Peccato ſuo, ſtultitia,ignorantia, niſi pct̃m voces ĩpietatem qd inutiliter abſumerent Cereris munus. Vel qd nulli Deo rem diuinã facerent farra toſturi.

Fornax Dea. Facta Dea eſt Fornax,excogitatum atq; inuentum ẽ nouum numen Deę Fornacis, quã orabant, vt eam torrendo farri tẽperiem adhiberet, vt ſiccaret non vreret,ſed Caluę Fornacalia inſtituta ſunt, niſi locus Pli.deprauatus eſt. Curio legi. tunc for. ver. Maximus indicit,Curio maximus is dicebatur cuius auctoritate curię,oẽsq; curiones regebant.

Curio maximus. Curia tribus. Nouimus.n. Romulum diſtribuiſſe populum Ro.in triginta curias,quas nonnulli ẽt Tribus vocãt, quibus poſtea quinq; additę ſunt ita,vt in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret,ac ferias obſeruaret,quoꝝ ſacerdotes Curiales Flamines dicebant,auctore Feſto.

Curiales flamines. Curiones. Curioniũ ęs. Curię. item Curiones,teſte Diony. vnde Curionium ęs appellatum eſt quod daret Curioni ob ſacerdotiũ Curionatus.Hinc Varro,Curia inqt eſt vbi Senatus rẽp. curat.Illa ẽt curia dr̃ vbi cura ſacroꝝ publica ab his Curiones.Itẽ Curiões dicti a Curijs q ſiũt, vt in his ſacra fiant.Ipsę autem curię(vt quidam dicunt)ſingulę a Sabinis mulieribus nomen traxerunt,quod Plu.non plз, cum pſtet eaꝝ multis a quibusdam locis datum eſſe vocabulũ,ex qbus ſinguLis cũ. xxxv. eſſent terni ad iudicandũ electi ſunt,q centumuiri ſunt appellati, licet quinq; ſupra centũ eſſent,

Centũviralia iudicia. vnde centũ viralia iudicia dicta ſunt.

Decurię. Decuriones. Sciendum curias in decurias fuiſſe diſtinctas, quaꝝ pfecti Decuriones vocabant.Indicebant aũt fornacalia cum ſtata non eſſent a Curione maximo verbis qbuſdã legitimis more maioꝝ, qualia ea ſunt apud Macro.

Die noni. Die noni poſt cal.Ianua. Quiritibus compitalia erunt. Multa circũ pendente tabella, multis tabulis vbi certis notis ſingulę curię digno ſci.poterant, quę tabulę ſuſpendebant in foro, vt vnusquiſq; iret in curiam ſuam. ad rem diuinaз.

Tabellę in foro.

PAV. MAR. PRImitias Ce. quę eſt Dea agriculturę. Farra re.in ipſa meſſe.Primitię ſunt primi fructus, quos ex agro pcipimus,Dijs tñ offerendi,vñ Pli. Ac ne deguſtabant q dez nouas fruges, aut vina anteq̃ ſacerdotes primitia libaſſent.

Vſibus, Numa inſtituit Deos fruge colere, et mola ſalſa ſupplicare,atq;(vt auctor eſt Emina)far torrerẽ,qm̃ toſtum cibo ſalubrius eſſet,id vno modo pſecutũ ſtatuendo nõ eẽ puꝝ ad rẽ diuinã niſi toſtum.Is et Fornacalia inſtituit farris torrendi ferias.hęc Pli. Poeta ergo inquit veteres vtilitate admonitos far torrere coepiſſe, ſed torrendi ignorantia dãna plurima tuliſſe,nam vſq; adeo torrebant,vt in cinerem verterent,et caſę vbi torrerẽt,ſępe adurerentur. Inſtituta igiẽ Fornaci Deę fuere Fornacalia, quo torrendę fruges temperarent. Admoniti ergo,veteres.s. Vſibus,pro vſu,hoc eſt vtilitate,qz ſalubrius. Dederunt far.tor.deſiccãda. Flammis, ignibus.Numa tñ, vt diximus hoc inſtituit. Et tulere multa damna,multa incõmoda. Suo peccato, ſua ignorantia. Nam verrebant modo nigras fauillas,quaſi extinctum cinerem. Pro farre,loco farris,naz adeo torrebant, vt oĩa adurerẽt.

Nunc ignes corripuere, quaſi aduſſere. Ipſas caſas,vbi torrebãt far. Facta non erat primum Dea Fornax;ſed tunc inuenta et coli coepta eſt.

Facta,quaſi excogitata. Eſt Dea Fornax,et ab ea fornacalia inſtituta a Numa. Coloni, agricolę. Lęti For.ipſa Dea, vel qz prius intra domos, ſeu in aperto deſiccabant ad ignem, et tũc in fornace extructa,quaſi ĩ furno torrere coepere. Vnde Pompeius,Fornacalia ferię inſtitutę farris torrendi gratia quod ad Fornacem quę in priſtinis erat ſacrificium fieri ſolebat. Orant,coloni ipſi. Vt illa,Fornax. Temperet ſuas fruges, moderẽt ne adurant,fruges dictę vt fruamur. Curio,Romulus(vt Diony.inquit)condita Vrbe rex et ab hoibus et a Dijs creatus,Vrbeз trifariam diuiſit,et vnicuiq; parti vnũ pfecit,hi appellati fuere Tribuni.Rurſus vnamquãq; Tribuni in denas diuiſit partes, has appellauit Curias, quę triginta fuere, ſingulis curijs ſingulos pręfecit, hos appellauit Curiones. Rurſus et Curias in Decurias diſtinxit, decuriarum pręfectos Decuriones vocauit,ſed Curionum officium erat ſacris pręſidere, feſta et ludos populo pręedicare, et ordinibus in militia pręeſſe. Curio ergo, quaſi ille, qui curię pręerat

Curio dr̃ ille q pęeſt curię et maximus intelligitẽ

erat. Fornacalia feſta indicebat, nam nõ erant ſtata, ſicut diximus de ſementi ſuperiore libro. Curio maximus, q? ſacerdos ẽ curię prefectus. Indicit tunc Fornacalia, Fornacis feſta. Verbis legitimis, ſcđm legis pcepta. Nec facit ſacra ſtata, q? non ſunt ſtata, ſed indicta, qđ ſuperiore libro declarauimus.

Sed facit extrema ſacra relicta die.
Eſt honor & tumulis aĩas placara pñnas,
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Parua petunt Manes, pietas p diuite grata ẽ
Munere, nõ auidos ſtyx habet ima Deos.
Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis,
Et ſparsę fruges, paruaq; mica ſalis,
Inq; mero mollita Ceres, violęq; ſolutę,
Hęc habeat media teſta relicta via.

Inq; foro, die quę p̃cedebat feſtum appendebant in foro tabellę cum ſignis vniuscuiusq; curię, vt quisq; in ſuã curiã ſacrificatum accederet. Quęq; curia ſignat certa nota, certo ſigno, ſeu certo noĩe, nam ſingulis Curijs noĩa raptarũ Sabinarum impoſita eſſe dñr. Multa tabella circũ pẽdente in foro, cũ ipſo .s. ſigno ſeu noĩe inſcripto.

Trigita gnq; curię trabebãt ſingulas tabellas

Multa tabella, nã a ſingulis Curijs ſingulę tabellę, ẽ erant numero qnq; ẽ triginta. Romulus triginta inſtituit, ſed poſtea qnq; ſuperadditę fuere. Stultaq;, illi qui ignorabãt ſuã Curiã, ſtulti ob id dicti ſunt, q? hebetes corde, et minus intelligẽtes. faciebant tñ ẽ ipſi ſacra, ſed tardius cęteris. Stultaq; et. Stulta Pars populi, quaſi ſtulti ipſi. Neſcit quę ſit ſua Curia, et ob id cũ cęteris non ſacrificat.

ANT. FAN.

EXTREMA Die, extremo ãni tpe, hoc eſt Februario, q fuit vltimus anni menſis, vt diximus ſupra. Nam ſi extremã diei ptem acceperis quo Fornacalia celebrantur, nulla eſſet cã cur ſtulta pars plebis hoc tpe faceret rem diuinã, quę nõ eſſet Fornacalibus ptermiſſa. Accedit ad hoc q cõcluſũ nõ eſſet cur Quirinalia ſtultorũ ferię dicerent. Eſt honor et tumulis aĩas placare pñnas, hoc tẽpore Dijs manibus iuſta ſoluunt, et ferunt epulę ad ſepulchra ab his qbus ius eſt ibi parẽtare, quarum meminit Virg. iij. Æne. vt Solẽnes tũ forte dapes et triſtitia dona Libabat cineri Andromachę, vñ a ferendis epulis (vt Feſto et Varroni placet) feralia dicta ſunt, qbus et a feriẽdis pecudibus nomẽ inditũ videri põt, quis .n. manes vel leui munere placari ſoleant, vt lacte, vino, ac cęteris rebus, quarũ auctor hoc loco facit mẽtionem, mactant tamen eis et victimę, vt Cędit gnas de more bidẽtes, Totq; ſues, totidẽ nigrãtes terga iuuẽcos. Earũ ſanguinis libatione, necnõ et lactis maiores nõ ſine rõne in parentationibus vtebant, q aĩa ſine ſanguine nobiscum nõ eſt, et corpus lacte nutrit poſt aĩę coniũctionẽ. Vir. Inferimus tepido ſpumãtia cymbia lacte Sanguinis et ſacri pateras. Idem in .v. Ænei. Hic duo rite mero libãs carcheſia Baccho Fundit humi duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro. Ex his vinum quo ſepulchra ſpargebant reſparſũ dixerũt, auctore Feſto. Sciẽdum inferias certis ptis eſſe Platonicę illius iuſtitię, quã diuinus Philoſophus in tria genera diſtinxit, quorũ aliud docuit circa Deos, aliud circa hoĩes, aliud circa defunctos verſari,

Feralia vñ dicãt nota

ij, efferebant veſpertino tempore, cũ propter inopiã funebri põpa efferri nequirẽt, vnde Veſpiliones nominati ſunt, q eorum cadauera funerãda curabãt. Parua petunt Manes, Dij inferi, qđ ſequẽtia oñdunt, vt Non auidos ſtyx habet ima Deos, quis augures tam ſuperos q̃ inferos Deos Manes dicebãt.

Veſpiliones

Tegula por. ſa. eſt vel co. Et ſparsę fruges ponebant epulę in his ſacris ſuper ſilicẽ q̃ inde (vt ait Ser.) Silicernium dicebat, quo vocabulo quidã ſignificari volunt funebre cõuiuiũ quod ſenibus exhibetur. Dona. vero ſilicerniũ inquit coenã ẽẽ quę inferẽ Dijs Manibus, q eã ſilentes cernant .i. vmbrę poſſideant, vel q qui eã inferant, cernãt, neq; deguſtent. De Coronis Naſo alibi, Tu tñ extincto feralia munera ſemp Deniq; tuis lachrymis humida ſerta dato. Inq; mero mollita Ceres, q? ritus huius ſacrificij exigit merũ vinũ .i. purũ, auctore Ser. Violęq; ſolutę, nõ redactę in ſerta, ſed circũ ſilicem, ſiue tegulã ſparsę. Hęc habeat media teſta relicta via q? extra vrbẽ erant tumuli mortuorũ, quos ad viarum latera hodie cernimus. vñ ait Iuue. Quorum flamĩa tegit cinis atq; latina. Sepeliebant tamen mortui ẽt domi ſuę, vnde orta eſt cõſuetudo, vt lares in domibus colerent. legitur ẽt, Reperta. Nec ma. ve. hoc eſt qđ diximus ſupra ẽt Manibus victimas ĩmolari. Adde p̃. q? non ſolũ ſacrificijs ſed p̃cibus et votis numina placant, vt Iunonis magnę primũ p̃ce numẽ adora, Iunoni cane vota libens. Et votis, p̃cibusq; iubẽt expoſcere pacẽ. Hũc mores Æneas, Numa Pomp. qdem (vt diximus) ſtatuit, vt hoc mẽſe iuſta Dijs Manibus ſoluerentur, ſed Æneas putatur hũc morem placandorũ Manium in Italiã attuliſſe, qui patri Anchisę Iuſta perſoluit, vt eſt in .v. Ænei.

Siliceruium

De ſacris mortuorũ Mortuorũ ſepultura

Mos ſoluẽdi Iuſta dijs ab Ænea

PAV. MAR.

SED FA. ſa. ipſa ſacrificia. Relicta, eorũ .s. negligentia. Die extrema, q̃ſi extrema pte diei, poſtea q̃ cęteri ſacrificiũ abſoluiſſent. Eſt honor, diximus ſuperius Februario mẽſe inſtituta pro manium expiatione, aut exaturatione ſacrificia, vt Macro. refert a Numa, qui hoc mẽſe ſtatuit, vt iuſta Dijs Manibus ſoluerent, vt Plu. aſſerere videt a Romulo, nã cum lupercalia attigit, inqt quę ad expiandos Manes cõſtituta videbantur. Fiebãt .n. nefaſtis diebus Februarij mẽſis quem piacularẽ interp̃tantur, ſed vt poetę placet morem hũc in Italiã Æneas detulit, ſint tamen a qbusdam inſtituta, eadem die qua et Quirinalia, et Fornacalia fiunt, fieri et ipſa incipiunt. Eſt ergo honor tumulus, ſepulchris. Placare, exaturare. Animas, vmbras. Paternas, parentum, vel maiorum quorũcunque mortuorum. Et ferre parua munera in extructas, in compoſitas et ordinatas. Pyras, pyra eſt illa lignorum congeries accenſa in qua

Nec maiora veto, ſed ẽt his placabilis vmbra
Adde p̄ces, poſitis ẽt pia verba focis.
Hunc morē Aeneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras iuſte Latine tuas.
Ille patris Genio ſolennia dona ferebat,
Hinc populi ritus edidicere nouos.
At quōdā, dū lōga gerūt pugnacibus armis
Bella, parentales deſeruere dies.

mortuoꝝ cadauera adurebant, ergo ſingulis ānis pyrę ipſę referebant, niſi intelligeř malimus pyras, pyramides in qbus oſſa recumbebāt ſeu ſepulchra ipſa. Paruo pe. dixerat pua munera ferēda eſſe, nunc illud cōfirmat qꝺ parua a Manibus petant nō eſſe apud inferos auaritiā. Manes, quaſi Dij inferi, tñ ꝓprie boni dñr. inde mane quod eſt bonū, niſi qꝺ tunc dies manere incipiat intelligamus. Petūt parua, mūera. s. Pie tas, q̄ſi piū offm̄. Eſt grata ꝑ munere dini te, q: magis illis placēt pietatis mūera, q̄ opu lentię. Styx, ſpēs pro gn̄e, ſeu pars ꝑ toto, hic eſt inferi ipſi, naꝫ

De ſtyge palude

ſtyx palus eſt inferni, et proprie moeſtitiā ſign̄at, a ςτυτναξω qꝺ eſt moereo, ſeu ςτυτξω qꝺ ē odio hēo. Styx, tñ ab Heſiodo Oceani, et Thetyos filia dř, q̄ ex Pallāte Victoriā genuit, quā adeo gigāteo bello Dijs fauit, vt Dij ꝑ mrem peierare nō audeāt. Hero. aūt tradit ſtygē quā eſſe aquā in Arcadia in ciuitate q̄ dř Nōaris, ex petra q̄dā ꝓfluētem, q̄ quidē aq̄ (Pli. teſte) licet neq; odore, neq; colore ſit aboiabilis, illico tñ pota necat. Styx, ergo ipſa inferni palus.

Nō hēt Deos auidos, cupidos, aut auaros, vt magna expoſcāt, ſed modico ſunt cōtenti. Tegula, quibus dēas Manes exaturare. Tegula, q̄ a tegēdo dicta eſt. Tegula, hoc eſt teſta. Velata, ornata, circūdata, ſeu coopta. Porrectis, appoſitis.

Coronis, factis. s. e floribus, aut ex viridibus. Satis, ſufficit ad ſacra hęc, et ſatis sūt. Fruges ſpar. ē par. mi. ſa. hoc eſt mola ipſa, q̄ erat farre et ſale mollito, vt Var. inqt, et ſępe diximus. et ſatis ē. Ceres mol. hoc eſt panis mollitus. In me. non in vino aq̄ imixto, ſed in mero. Et vio. ſo. nō inſertę ſed ſolutę et circūſparsę, his manes ꝯtenti ſunt.

Teſta re. in me. via hēat hęc, ponant hęc in ipſa tegula, et relinquātur in media via, nā circa viam conſtruebant. ē nos apud barbaros in Africa, Cilicia, et oī fere Aſiatica ora ſeruari vidimus. Nec ma parua qdē dixit Manibus offerēda, non tñ inhibent maiora, ſed puis exaturant Manes, addēdę quoq; ſunt p̄ces accēſis luminibus. Nec ve. ma. munera. s. offerri nō prohibeo ꝙ maiora facias ſacrificia. Sed ē vm. aīa extincti corpis, q̄ vmbra eſt. vñ Hor. Puluis ē vmbra ſumus. Eſt pla. placari ſeu ſaturari pōt. His per. s. oblatis muneribus.

Horatius

Iuſta ſacra pro mortuis

Adde p̄. ipſis numeribus. Et ſua ver. nā poſſes addere p̄ces non tñ ſua verba, ē iō. Sua ver. quaſi ꝓpria, cōgrua, ſeu cōuenientia defunctoruꝫ expiationi. Accēſis fo pro accēſis luminibus, vti ē nos xp̄iani facimus. Hūc mor. cōuerſio orōnis ad Latinū Italię regē, ꝙ in eius regnū Aeneas morem hūc expiationis. s. aīaꝝ attulerit. O iuſte Latine, vt eum ab ęqtate. q̄ pollkit cōmendaret iuſte dixit. Latinū genitū ex Fauno et Marica nympha Vir. dixit. Diony. autem duos filios his in locis vbi Roma eſt, religiſſe dicat Pallātē ex Euādri filia natum inqt, Latinū vero ex Hypbōde puella q̄dā, quā dante p̄re obſidē extulit, ſeruauitq; quodā tpe caſtā, ſed cū deinde nauigaſſet in Italiā adamatā impleuit, traiecturusq; iā Argos, Aboriginū regi Fauno collocauit, q̄ cā multis opinādi fuit, nō Her. filium Latinū fuiſſe, ſed Fauni. Euſtachius aūt ait Latinuꝫ Vlyſſis ex Circe filiū. O iuſte ergo Latine Aeneas idoneus auctor pietatis, quaſi religioſi officij. Pietas de inferiore ad ſuperiorē eſt. Aeneas āt inſigne fuit pietatis exēplū, nā pius in patrē, pius in p̄riam, pius in Deos. Idoneus idē in oībus eſt, q̄ſi idē Aen. ipſe in oībus pietatis officijs. Attulit hūc morem, hanc annuā conſuetudinē pro mortuis ſacrificādi, nam pro patre quotānis ſacrificabat. In terras tuas, in latium, vnde morem accepere poſteri.

ANT. FAN.

PATRIS Ge. vmbrę p̄ris quā colebat, vt loci genium. eſt. n. genius interdū vniuſcuiuſq; loci Deus. Sed de hoc alias. Solēnia do. anniuerſaria, vt Solēnes tū forte dapes, et triſtia dōa Libabat cineri Andromachę. Parētales deſer. dies, Romani bellis impediti dñr olī parētalia intermiſiſſe, cuius ipietatis poenas luerūt morte multoꝝ. Ominoſa ab iſto, ominoſa infauſta ipietate. Quid. n. aliꝺ ſibi ominat impius q̄ irā Deoꝝ. Suburbanis incaluiſſe rogis, cuꝫ multi interirent, q non lōge ab vrbis moenibus vrebant, creditū eſt iratos Manes parentalibus intermiſſis Romanos ea calamitate multaſſe. Et hoc eſt quod auctor ait, Nō impune fuit. Neq; enim placet interp̄teris, non impune qꝺ nocturnis vlulatibus territi ſint q̄ parentalia intermiſiſſent, ſed qꝺ ea negligentia ſiue impietas Romanis multorum interitu cōſtitit. Quod q: exploratum et certū non erat, Ouid. ſi eius verba expendis, ita loqtur, vt dubitare videatur. Prodigijſq; venit funeribuſq; modus, ceſſauerunt multorum interitus et prodigia ac mortuoruꝫ quęrimonię parentalibus reſtitutis. Significat. enim modus hoc loco finem. Dum tamē hęc fient, viduę ceſſate pullę, dum hęc ſacra mortuis perſoluunt religioſum eſt nubere quemadmodū et menſe Maio, teſte Porphyrione, quo Lemuria celebrātur a Romulo inſtituta, vt occiſi Remi vmbrę placarent. Legimus idem aliquādo cuſtoditum et mēſe Martio, quo Minerua Martē viciſſe dicitur, et obtēta virginitate Neriene appellata.

Parētalia ſacra

ILLE, AENEas. s. Ferebat dona ſolennia, quaſi annua dona. Genio patris, Anchi. ſciliāt Genium, vt Pomp. inquit, Deū appellabant, qui vim obtineret rerum omniū gerendarum. Auſuſtius, Genius inqt eſt Deorum filius, et parēs hominis, ex quo hoies gignūtur, et propterea Genius meus nominatur, qui me genuit. Alij Genium putarunt

PAV. MAR.

De Deo Genio

vniuſcuiuſq;

minuſcuiuſq; loci Deum, et pro hoc vltimo hic accipere poſſes. Genio pa. Deo loci pro ipſo loco, in quo pater erat ſepultus, et Virg. in. v. Ænei. ad Anchi. tumulum, Incertus Genium ne loci hinc ab ipſo Æne. Populi, Latini. Edidicerꝰ ri. ordines, mores. Pios, qꝛ ꝓ patribus, ſeu pro maiorꝫ vmbris.

Non impune fuit, nam dr̄ omine ab iſto
　Roma ſuburbanis incaluiſſe rogis.
Vix equidem credo, buſtis exiſſe feruntur,
　Et tacitę queſti tempore noctis aui.
Perq; vias vrbis, latoſq; vlulaſſe per agros
　Deformes animas vulgus inane ferunt.
Poſtea pręteriti tumulis redduntur honores,
　Prodigijſq; venit, funeribuſq; modus.
Dum tamen hęc fient, vidue ceſſate puellę.
　Expectet puros pinea tęda dies.
Nec tibi, quę cupidę matura videbere matri.
　Comat virgineas haſta recurua comas.

Poeta aſſignat ordinem huius moris pietati Aen. Verum longe ante illum Pluto morem docuit honorum mortuis exhibēdorum. Nam de Æn. Dio. inquit, Plutonem volunt ſepulchrorū, funerumq;, atq; honorum, quę mortuis impendunt, vſum introduxiſſe cū antea nulla rerꝫ harum apud hoīes eſſet conſuetudo. Quę cauſa extitit vt vita functis dominari exiſtimaret. Antiquitate illi huius curę principium tribuente. At quondam, ſed dum bellis incubuere Romani intermiſere hęc interdū. ſed non impune, naꝫ egreſſę e ſepulchris defunctorum feruntur vmbrę, erranteſq; cum q̄relis et per vrbis vias, ē per agros, qđ quidem magno erat oſtento, ſed cum intermiſſa, et extinctis debita reſtituerentur, ceſſaſſe ꝓdigia hęc.

At, ſed. Quondam, pro aliqn̄. Dum, populi ipſi. Gerunt longa bella, dum diu bellanꝫ. Armis pugnacibus, cum quibus pugnaꝫ. Deſeruere di. parē. dies parentalium ſacrorum, in quibus pro parentibus ſeu maioribus extinctis epulę ſepulchris ferebanꝫ, vnde et ferales et ferialia dicta ſunt, et parentare, quod eſt ipſa ſacra pro mortuis facere. Non fuit hoc impu. deſeruiſſe. s. parentalia. Nam dr̄, refert ſe ad rumoreꝫ. Ab iſto omine, quaſi ab hac mala, velut infauſto omine cauſa, qꝛ malum fuit illa deſeruiſſe. Dicitur Roma incaluiſſe rogis, arſiſſe rogali, ē ſuburbano igne, vel (vt alij dicunt) non ꝙ incenſa fuerit rogorum cauſa vlla ex parte, ſed incaluit bellis ciuilibus, quę portenderunt, quę egreſſę ſunt e ſepulchris vmbrę.

Suburbanis, vt denotet ſepulchra extra vrbē fuiſſe in ſuburbijs, nam extra vrbem et adurebanꝫ et ſepeliebanꝫ corpora. Suburbana ſunt, quę extra vrbem ſunt, tamen ſub vrbis iuriſdictione. Vix equidem credo buſtis exiſſe fe. Pythagoreum ſe eſſe oſtēdit, cum id non credat circa ſepulchra vmbras errare. Vix equidem, ego quidem. Credo, vix poſſum adhibere fidem. Feruntꝫ aui, quaſi maiores extincti. Exiſſe buſtis, a ſepulchris. Et tacitę q̄ſti, q̄relas fudiſſe. Tempore noctis, per noctem.

Opinio de aīs varia

Et ferunt, dicunt. Animas deformes, vmbras tetras et pullas per appoſitionem. Vulgus in. quaſi multitudinem leuem et vacuam, nam vtrunq; inane ſigt̄, vacuam qꝛ ſine corpore. Vlulaſſe, qđ luporum eſt. Per vias vrbis, per vias, qbus ī vrbeꝫ itur, et ꝑ vias, quę in vrbe ſunt. Et ꝑ latos agros, per lata arua, vt apud Lucanum de Syllanis Manibus et de Mario legimus, Inſonuere tubę et q̄to clamore cohortes Miſcentur, tm̄ nox atra ſilentibus aruis Edidit et medio viſi conſurgere campo Triſtia Syllani cecinere oracula Manes, Tollētemq; caput gelidas Anienis ad vndas, Agricolę fracto Marium videre ſepulchro. Poſtea, ceſſauere hęc (vt diximus) cum ſepulchris honores debiti reſtituerenꝫ. Poſtea, poſt hęc. Honores p̄teriti .i. intermiſſi ipſa feralia ſacra derelicta.

Reddunꝫ tumulis, reſtituunꝫ ſepulchris.

Et venit modus, quaſi finis ꝓdigijs huius portentis et mūſtris.

Et funeribus, ſpecies Metonymię ē, quaſi defunctis ſeu funeratis. Dum tamen hęc, dūꝫ feralia hęc pro mortuis fiunt, quę nuptę ſunt ſecubant a viris, quę maturę et nubiles, neq; ſe comāt, neq; coniugiuꝫ ineant, includenda quoq; ſunt inter templa Deorum ſimulachra, neq; illis ſacrificādum, nam erant extinctorꝫ vmbrę his diebus, vt depaſcanꝫ appoſitas epulas, durareq; debent ſacra hęc ad finem vſq; menſis, et tot diebus hęc obſeruāda ſunt, eruntq; dies. xi. Dum tamen, dum pro donec. Fiunt hęc, ſacra feralia. Ceſſate puellę viduę, quaſi vos puellę, quę nuper nuptę eſtis. Ceſſate, a matrimonio, quaſi ſeccubate a viro, et ideo viduę. i. illis diebus viro diuiſę, nec itelligas ꝺ his q̄ nuptę nō ſūt. Nā has explicat v̾ſibus ſubſeq̄ntibus.

Ne puellę nubāt in ſacris feralibus

PINEA tęda parte totum accipimus, hoc eſt a face nuptiali oēm nuptiarum celebritateꝫ. Dies puros, non ferales, quales ſunt vndecim dies reliqui Februarij, vt aperte auctor oſtendit. Nec tibi, monuit viduas nubendi cupidas, nunc admonet virgines viro maturas ne diebus impuris ſe ad nuptias p̄parent. Comat virgineas haſta recurua comas, non dicit eburneū inſtrm̄, vt q̄dam volūt, quo diſcriminat capillus, nec calamiſtrum, vt alijs placet. Vnde Cicero calamiſtratam comam appellat. Eſt enim acus maior, qua (vt inquit Var.) calefacta in cinere capillus ornaꝫ, vnde cinerarij ac ciniſlones dicti ſunt miniſtri calamiſtrorꝫ, qbus matronę capillum criſpabant, ſed haſtam ſignificat qua nubentis caput comabaꝫ, vt Plu. et Feſtus meminerunt, ita vt haſtę cuſpide coma diſcriminaretur, dicebaꝫ aūt hęc cęlibatis, quā ſtetiſſe oportebat in corpore gladiatoris occiſi, ideoq; ea ornabatur nubentis caput, vt ſic vxor ꝯiuncta cū viro eſſet in ipſa cū ī gladiatoris corpore fuerat, vel qꝛ matronę in Iunonis Curetis, ſiue Curitis tutela ſunt, q̄ ab haſta ferenda ita dicebaꝫ, ꝙ Curis lingua Sabinorum haſta (vt diximus) vocareꝫ. Vnde nonnulli

ANT. FAN.

Calamiſtrum

Haſta q̄ nubentes caput comabanꝫ

Iunonis Curetis appellatō

eam Curitim dicunt, non Curetim, cuius ſtatuę vt plurimum haſtę innixę cernebant, vel vt omẽ fieret virorum fortium gignendoꝝ, vel ꝙ nuptiali iure imperio viri nubens ſubijcit̃, ꝗ haſta ſumma armoꝝ et imperij eſt, quā ob cām viri fortes ea donabant̃, et captiui ſub eadem vendebant̃, vel ꝗ prima ꝯnubia violenta fuerunt, vel vt diſcerent vxores ſeuerum et minime effoeminatum ornatũ ꝓbare, vel ꝙ ſolo ferro nuptię dirimẽdę ſint. Recurua vero haſta hoc loco dr̃, ꝙ depri mi ſoleat dũ eius ferro diſcriminatur coma nubentis. Dij q̊ꝗ tem. fo. cę. opertis, clau dũtur Deoꝝ templa, dum manibus iuſta ſoluunt̃, et quaſi intermittit̃ Deoꝝ cęleſtium honor. Thure vacent arę ſtentq; ſine igne foci, ceſſent ſacra cętera, et ſacroꝝ ignes, ſed reluctari nobis vr̃, qđ infra legimus. Ara ſit hic ignem curua fert ruſtica teſta. Item illic, Lanigeri pecoris tibi Termine fibris Sacra iubet fieri ſextus ab vrbe lapis. Dicendum igit̃ ea lege cęteroꝝ Deoꝝ ſacra ceſſare, vt non omittant̃ quę pręſcribit neceſſitas. Nunc aię tenues, manifeſta ratio. Mortui enim nihil cęleſtibus dñt, auctore Ser. et errãtibus vmbris oĩa fere polluunt̃, vnde non vident̃ poſſe Dijs ſuperis pura ſacra exhiberi, niſi feralibus abſolutis. Corpora functa ſepulchris, vmbrę ſepultorum, quę vocant̃ corpora, ꝗ reuera vmbrę tres dimenſiones recipiunt. Nõ tñ hęc vltra, deeſt verbum, et eſt ſenſus, quę dixi non vltra cuſtodienda ſunt, q̃ quot dies ſuperſunt ad implendũ Februarium, et quot pedes nr̃is carminibus ꝯtinent̃. Significat aũt. xi. dies qbus mortuoꝝ vmbrę putabantur errare ac paſci ſilicernio. Hexametrum. n. cũ pentametro xi. pedibus ꝯſtant. Hanc ꝗ iu. fe. di. fe. lu. | Scilicernium

Conde tuas Hymenęe faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias moeſta ſepulchra faces.
Dij quoq; temploꝝ foribus cęlentur opertis,
Thure vacent arę, ſtentq; ſine igne foci.
Nunc aię tenues, & corpora functa ſepulchris
Errant, nunc poſito paſcitur vmbra cibo.
Non tñ hęc vltra, q̃ cum de menſe ſuperſint
Luciferi, quot habent carmina nr̃a pedes.
Hanc, ꝗ iuſta ferunt, dixere feralia lucem,

PAV. MAR. TÆDA pinea, quaſi fax matrimonialis. Tęda ex generibus pinus eſt, cuius accenſę vſus in ꝯnubijs erat et in ſacris. Vnde Pli. de tęda, Flãmis atq; lumini ſacroꝝ ẽt grata, hanc mares dũtaxat ferunt, nõ illam mulieres ſed mares ferebant. Pinea ergo tęda, et ſpẽs Metonymię, eſt fax ipſa coniugalis, q̃ſi ꝯiugium. Exoptat, vel expectat puros dies non funereos, non moeſtos, ſed imaculatos re funebri claros et lętos. Nec tibi, quę nubilis eſt non ſe comat, non incumbat cultibus, hoc eſt ornatibus, et eſt apoſtrophe ad nubilẽ ipſam. Nec, o tu. Quę ma. adulta, nubilis, viripotens. Videbere, videberis. Matri cupi. nam cupit hoc mater, vt filia placere ſtudeat, vt citius viro iũgat̃, et ĥ vt ſe comat, ergo nunc his diebus. Nec haſta recurua, ſtylus reflexus, hoc eſt calamiſtrum. Comat tibi, quę matura matri videbere. Comat, ornat. Comas virgineas, crines peliares, dum virgo ẽ comat comas figura locutionis eſt, quę traductio dr̃, cum idem verbum reperat̃, modo in hac, modo in altera ſignificatione, vt Veniam ad vos, ſi mihi feriatus dat veniam. Conde, neq; ſunt illis diebus coniugia ſtipulanda, et eſt apoſtrophe ad Hymenęũ. O Hymenęe, υμην gr. latine Hymẽ pellicula illa eſt tunis, qua naſcit̃ infans inuolutus, inde Hymenęum nuptialem Deum multi deductũ volunt, ſed Martianus Capella Bacchi et Veneris filiũ dixit, cuius ſit officium in nuptijs ſaltare, canet̃, et limina coronare. Ponit̃ tñ a Poetis pro nuptiaꝝ Deo. Ergo o Hymenęe ꝯde, abſcõde Tuas faces, matrimoniales. ſ. Et aufer ab ignibus atris, ĥ eſt funeribus, a feralibus ipſis. Moeſta ſepulchra, moeſta ab effectu, ꝗ moeſtos oẽs reddunt. Sepulchra dñr quaſi ſeorſum a pulchro. Habent alias faces, non habent lętas, ſed moeſtas, ergo alienę ſunt a tuis. Dij quoq; tẽ. neq; eſt illis diebus Dijs ſuperis ſacrificandum, imo occludẽda ſunt eoꝝ ſimulachra intra templa, illa tamen operta ſint. Dij quoq;, dĩi etiã quaſi Deoꝝ ſimulachra. Cęlentur, abſcondant̃. Opertis, clauſis. Foribus, ianuis. Templorũ, arę. Aram Var. ab areis deducit, quę ſunt loca in vrbe pura, ꝙ ſic etiam ara Deum ſit, niſi potius ab ardore. Alij tñ dicunt a gręverbo, hoc eſt αρασμαι, hoc eſt oro, et αρα õro eſt, inde arę ꝙ in ſacrificãdo oreretur. Arę. va. thu. quaſi vacent ſacrificio, in quo thus adhibebatur. Et foci ſtent ſine igne, foci loca, vbi ignis ſit, vel ipſa ignis fomenta, ergo non accendant̃ pro cęteris ſacrificijs ignes. Nũc animę, cauſa cur hęc obſeruanda ſunt, vt his diebus nuptę a viris ſecubent. Nobiles non ſe ornent, ꝯiugia non ineant, et Deoꝝ ſimulachra cęlentur cauſa eſt ne qd ꝓfanetur, nam vmbrę extinctorũ cum ad epulas veniant, errant circa ſepulchra ne quid inficiant ab his cauendum eſt. Nũc, his diebus. Animę te. quaſi inanes vmbrę. Et cor. fun. ſepul. quaſi vmbrę corpoꝝ functoꝝ ſepulchris corporum quę humata fuere, nam inhumata centũ errant annos, et ad hęc ſacra non veniũt, ergo corporum vmbrę, quę ſepulchris non caruere. Errant, circa ſepulchra et epulas ipſas. Nunc vmbra paſcit̃, ſaturat̃. Poſito cibo, oppoſitis epulis. | Hymenęus Bacchi et Veneris filius | Sepulcrum

Non tñ, ſeruanda ſunt quę dixit, ſed non vltra dies. xi. nam totidẽ diebus errare credunt̃ vmbrę Hęc tñ, quę dicta ſunt. Nunc vltra, quaſi nõ pluribus diebus ſeruanda ſunt. Quã quot Luciferi, quot dies. Superſunt, reſtant. De menſe, Februario. ſ. nam ſi incipias a decimaoctaua die numerare uſq; ad finem, erunt. xi. dies, quod et ipſe nunc melius dclarat. Quot carmina noſtra, hoc eſt hi Elegi verſus. Habent pedes, nam alter habet ſex, ꝗ eſt hexameter, alter. v. qui pentameter, et ſic ſunt. xi. pedes. ita et. xi. dies ſuperſunt de menſe. | Hexametri et Pẽtametri comparatio

Hanc quia, ab hoc igitur ꝙ epulę ſepulchris ferantur,

Feralia ſacra q̄re

ferantur,feralis dies dicta eſt,et feralia ſacra.Vnde Pomp.Feralia Dijs Manibus ſacra feſta ferēdis epulis.et Var.ab inferis et ferendo, ꝙ ferāt tum epulas ad ſepulchrum quibus ius ſibi paretare. Dixere, ergo veteres. Hanc lu.hāc diem. Feralia, quaſi feralem,et feralia ſacrificia. Quia fe.iu. ꝙ pro mortuis iuſta ſoluūt, nam hec ꝓprie iuſta dicimus.

Vltima placandis Manibus illa dies.
Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis,
Sacra facit tacite,nec tamen ipſa tacet.
Et digitis tria thura tribus ſub limine ponit,
Qua breuis occultum mus ſibi fecit iter.
Tum cantata tenet cum fuſco licia plumbo,
Et ſeptem nigras verſat in ore fabas.

ANT. FAN.

VLTIMA Pla.Ma. illa dies, aduerte non vnam his carminibus diem oſtēdi lector ingenioſe, ſed duas ex xi.Hic.n.ſēſus eſt, Hāc diem quā et Quirinalia et ſtultoꝝ feſtum appellant etiā Feralia dixerunt, ꝙ ferēt Silicerniū ad ſepulchra et ſolui Dijs manibus iuſta incipiūt, illa vero dies q̄ Februariū terminat placādis Manibus vltima eſt,illa igitur ꝓnomē monſtrat hoc loco nō refert,et monſtrat nō propinq̄ ſed remotiſſimam diē, cum hic pronomē diē in qua nūc ſumus oſtēdat.vt.Hanc ꝙ iuſta ferunt dixere feralia lucem, dicti aūt ſunt Dij Manes quaſi boni ac proſperi ꝙ melior mors ſapiētioribus q̄ vita probetur.Vñ immanes dicimus nō bonos. Augures autem(vt diximus)tā ſuperos q̄ inferos Deos manes dicebāt,ꝙ per eos oīa manare credeuēt,auctore Feſto.Ser.vero manes inqt eſſe aīas eo tpe quo de alijs recedētes corporibus nōdum in alia tráſierunt,queq cū noxię ſint per antiphraſim Manes dicūtur,nā manum bonū eſt.Vñ mane ſm aliquos nomen accepit.Alij a manādo Manes dictos volunt,ꝙ aīs omnia plena ſint inter lunarē circulū et terrenū. Ecce anus in etc.ſacrificat hoc tēpore Mutę nymphę infernę,q̄ a loquacitate Lalar vocata eſt,et deīde Lar dēpta ſyllaba. Hęc eſt q̄ peperiſſe dr̄ lares,cum eā Mercurius cōpreſſiſſet, de quibus ſuo loco plura dicturi ſumus.Huius Deę ſacra recte feralibus iungebant,cū ei cū mortuis ſit cōmune ſilentium, cui Iuppiter dr̄ linguā,quę tacere neſcierat,abſtuliſſe. Accedat ad hoc ꝙ ipſa eſt Lariū mater,quā Mac.Maniā vocat, ipſę autē Lares aīę putabant eſſe hoīum,auctore Feſto,et in lucis piorum Manes,qui lares viales dicebant,vt Ser. ſcribit.Huic Deę vī diuinā faciētes inimicoꝝ linguas cōpeſci exiſtimabāt,quēadmodū et laribus hoſtiā imolātes hoſtes ab his arceri putabāt, vt legimus apud Feſtū.Sciēdū Deā Mutā nō eſſe Angenorā, cuius feſta Angenoralia dicebant,nam ei Deę ſilētij ꝓſuli(vt inqt Soli.)Decembri mēſe ſacra faciebāt inſtituta(vt ait Feſtus)cū Angina oē genus aīaliū conſumeret,quę po.Ro.ꝑmiſſo voto liberatus eſt, vt Modeſtus ſcripſit,teſte Mac.licet ſm Verriū Flaccum Angerona dicta ſit,ꝙ Angores atq; animorum ſolicitudines ꝓpinata depellat.Cuius ſimulachꝝ ore obligato,obſignatoq; in ara Volupię collocatū eſt,qꝺ qui ſuos dolores , anxietateſq; diſſimulat.patientię bñficio perueniāt ad maximam voluptatē Huius Deę ſacellū inter antiquiſſimas religiones cultū eſt,auctore Solino,quā quidam crediderunt eam eſſe,in cuius tutela fuerit Roma,licet alij Opē Conſiuiā,alij Ionē,alij Lunā eſſe crediderint. Et dig.tr.thu.tri.ſub li.po.ternariū numerū Ariſto.ſcripſit ad ſacra ꝑtinere,q primū imparis numeri locū tenet,vt diximus ſupra. Vñ illud eſt,Terna tibi hęc primum triplici diuerſa colore Licia circūdo. Recte igit anus (quis deliram mea ſnīa) hūc numerū ſacris adhibet, qui eſt maſculinę virtutis,vt detrahentiū linguę acrius cōpeſcantur. Cū fu.li.plum. licia ad implicandas linguas,plumbū ad reprimēdas adhibet,ut lector a ritu tēpera. Et ſeptē ni. ver.in ore fa. vt non ſolū impedirent ora obtrectatoꝝ, ſed et ſenſus hebetarent.Sane mortuoꝝ animas in Fabis eē quidā tradiderūt,vnde hoc legumē parentādo aſſumebat, auctore Pli.qꝺ(vt Feſtus tradit) Flamini Diali nec tangere,nec nominare licebat,q id putaretur ad mortuos ꝑtinere cum faba et lemuralibus iaceretur laruis,et parētalibus adhiberet ſacrificijs. Vnde Var.de vita patrum lib.i.Fabaꝫ inqt in quibusdam ſacris noctu iactabāt, dicentes ſe lemures domo extra ianuā eijcere,qua ideꝫ Var. cōfirmat Flaminē non veſci,quoniā in flore eius litterę lugubres reperiantur.Eadē et hebetare ſenſus exiſtimata eſt,ē ſomnia facere, dānataq; eſt ſententia Pythagorica,nec nō ē Ægyptiorum, qui inſtitiſſe dicunt,teſte Dio.valetudinis cā,vt fabis abſtinerētur,q̄ animato maxime cōueniunt,afferūtq; inflationem,ac vēto plenę ſunt,vt Cice.et Laer.tradiderunt,vñ et ipſe animus ꝑturbatur,ſimileſq; ſunt teſticulis,et inferni ianuis,vt ait Ariſto. Cetꝝ licet Cice.Laer. et Callima. Pythagorā fabis abſtinuiſſe teſtent,Ariſtoxenus tñ eum fabas ediſſe,et hędis teneris ac ꝑculis ſolitū veſci memorię prodidit.Lege A.Gel.li.iiij.noctium Atticaꝝ.Hoc legumēto in ſacris Deę Mutę vtebant,ſed nigro,ꝙ nympha inferna eſt,vt diximus.Vñ auctor ait. Cū fu.li.plū. ſeptem autē fabas dicit, ꝙ numerus ſeptenarius vim obtinet vinciendi, ac rerū omnium fere nodus eſt.De cuius numeri plenitudine potentia, dignitate, ac maieſtate lege Macro. in libello quo interpretatur ſomnium Scipionis. Eo mea ſententia nihil eſt legi digniꝰ.

Manes — Mutę Deę feſtū — Lalar — Lares — Angenora — Sacrificium Deę Mutę — Ternariꝰ numerꝰ — Mortuoꝝ aīę in fabis — Faba dānata eſt

ILLA Dies,vltima.ſ.eſt. Placandis Ma.ad placandos Manes illa dies eſt vltima , quę feralis appellatur . feralia et ferales fe longa et bre.

PAV. MAR.

Ecce anus, inter hęc feralia fiebant ſacrificia Deę Mutę, quę et ſi poeta ad fabellam referat quam paulo inferius explicabimus, ſacrum tamen erat quoddam magicū ad compeſcendas detrahētium linguas, quo vtinam et nos ſciremus et poſſemus vti ad allatratus Cerberi reprimendos, qui cum ſapientiam profiteri velit ab omni ſapientię munere profecto vacat , qui cum alios con-

Quodq; pice astrinxit, qđ acu traiecit ahena,
Obsutum menta torret in igne caput.
Vina quoq; instillat, vini quodcũq; relictũ ẽ,
Aut ipsa, aut comites, plus tamẽ ipsa bibit.
Hostiles linguas, inimicaq; vinximus ora,
Dicit discedens, ebriaq; exit anus.
Protinus a nobis, q̃ sit Dea Muta requires,
Disce, per antiquos quę mihi nota senes.

tineri moneat se ipsus cõtinere nõ potest. Qui aliena vitia hẽt ante oculos, sua autem tergo reiecit, non obloquar, ne maledicentię vobis, vt ille, ꝓbeaꝫ exẽplum. facꝫ quidem hic erat magicũ, sed a paucis intellectũ. Poeta tamen id nõ ap t, nos tñ sua verba cũ mysterio intpretemur. Quod facillimũ est nobis, qui vidimus id ideꝫ fieri pluribus in locis, eoq; mõ quo a poeta refert. Pręterea religiosus qdaꝫ in Euboica erat, q vt genere Gręcus, ita Gręcis literis eruditus, ad quem aliquãdo cuꝫ p hyberna i Calcide essemus, e triremi cõfugiebant volebat.n. interdũ, vt aliqd nrãꝝ lrãꝝ aperirem. Huc semel repi libruꝫ tenẽtẽ, cuius inscriptio erat de arcanis veneficijs cuiusdã Thessali. inter cętera gręce scriptũ hoc sacrum aduerti, q ille eo tpe voluit expiri cũ essent aliqꝺ maledici, q eum cõuitijs lacessere non desinebãt. Miꝝ qdem dictũ est, compescuit illoꝝ maledicẽtiam, ideꝫ accidit et me pñte in Hispali, et postea Rhodi. Plures.n. sunt per oẽm Gręciã qui hmõi venificia exercent. Quod oĩno alienum est a nrã religione, neq; fides est hmõi veneficijs adhibẽda, quę plerunq; auctorẽ in pnicie trahũt. Sed interptando poetã, mutuabimus a Calcidico rõnes. Ecce anus, vetula annosa plena annis. Residens in me. puel. inter medias puellas.

Miꝝ de sacris tes salicis

Facit sa. ta. Deę Mutę. Nec tñ ipsa tacet, q: silẽtibus cęteris loquit ipsa, q: icãtationibus vtit. Et ponit tria thura. i. tria thuris grana. Tribus di. subli. et, cur sublimine, q transituri essent detractatores, quoꝝ linguas cõpescere volebãt, vel ipso thure fiebat suffumicato loco illi qua trãsituri erant, vel sic in foramine ponebãt sub limine, ideo inqt. Qua, ea parte q̃. Mus bre. paruus. Fecit sibi iter oc. quasi in foramine nõ humana manu facto, nõ ferro, sed qꝺ sub limine mus sibi fecit. Tũ postea. Tenet, ipsa anus. Lycia cantata, fila licia quoꝝ in his vsus est. Pręcipue q̃ venerit virginea manus. Cantata, incãtata. Plũbo, fusco non intelligas tũc eam filare pro plũbo verticulũ, quod est in fuso. Sed plũbo, plũbi lamina, quę in rebus magicis adhibebat. Fusco, a colore ipsius. Plũbo fusco, vel potius illaborato, ea rõne plũbum adhibebat, q: ad Saturnũ refert. Nam vt auꝝ assignat Ioui, et Lunę argẽtum, ita plũbum Saturno, cuius insidus gelidę ac rigẽs esse naturę constat. Adhibebat ergo Saturni rõ ad furorẽ, et ardorem linguaꝝ cõpescẽdum.

Plũbum fuscum

Et versat septẽ fabas nigras in ore, per fabas nigras mortui referebant, quibus vt silẽtium datũ est, ita detrahentibus silẽtium incurreret. versabant in ore, q: ex ore detrahentium verba erumpũt. Fabę.n. ad mortuos ptinent, vñ apud Põpeium, Flamini diali nec tãgere nec noiare fabam licet, q ea patẽ ad mortuos ptinere. nam et lemuralibus iacit larvis et parentali

Faba ad mortuos

bus adhibet sacrificijs. et in flore eius luctus lrę apparere videt, sed cur septẽ, et nõ plures neq; pauciores rõnem dicam, cũ hic mos a Gręcis emanarit, gręce lrę considerandę sunt, quę vt et nrę in cõsonãtes et vocales diuidunt. Consonãtes nihil per se, sed cũ vocali sonãt. Vocales p se vocem plenã faciunt, ergo quot sunt vocales gręce ad maledicorum voces reprimendas tot fabas accipiebant, sunt aũt septem αεηιουω.

Septenarius numerus

ANT. FAN.

QVODq; di. astrin. quod acu. tra. ahe. Obsutum mẽta torret in igne caput, in hmõi sacris ficta p veris hri solent, quam ob cãm anus Mutę rem diuinam faciens humãni capiti pice illitũ, siue cõfecti effigiẽ igne torrebat in eoꝝ poenã, q denuncebant. Sic et excãtatores interdum in sacris q̃ Cocytia nũcupabant, duas imagines formare cõsueuerunt e cera, et lana, quaꝝ cerea ad ignẽ liquescebat acubus infixa in eoꝝ suppliciuꝫ, quos insectabant. Lege Porphyrionem. Oui. alibi, Deuouet absentes simulachraq; cerea fingit, Et miseꝝ tenues in iecur vrget acus. Sciẽdum mẽtę odorẽ (vt inqt Plin.) animum excitare, et saporẽ ac auiditatẽ in cibis. Sunt qui mẽta accusatiuũ pluralem esse velint, ab eo qꝺ est mẽtum. Qꝺ si est licet claudicare versus videat, sustentat tamen cęsura, vt Mittit Hypmestra de tot modo fratribus vni. Id magis placet, q id herbę genus nõ congruit huic sacro. Legẽdum igitur figurate, obsutũ menta, vt accipias capitis simulachrũ mẽtum obsutũ habẽs. Vina quoq; instillat, quibus sępe neq; pes, neq; mens suũ satis facit officium, similiter et lingua.

Mentę odor

Quę sit Dea muta requires, vult Iuturnã sororẽ Turni a Ioue dilectaꝫ fuisse, ac nymphã Almonis filiã contempta Iouis maiestate nõ solũ admonuisse Iuturnã, vt sibi caueret, sed ẽt tãti Dei amores aperuisse Iunoni. Vñ meruit lingua priuari, qua poena mulctata Mutę nomẽ accepit, et q̃ Latij nympha fuerat, nũc est paludis infernę. Fabula ita manifeste hic traditur, vt pene expositione nõ egeat. Coryleta, a corylo arbore sic deducit coryletũ, vt a myrto myrtetũ. a pomo pometum. Cognatas, q: Iuturna re vera fons est, vt diximus supra. Potes et aliaꝝ nympharum aquas, et Almonis accipere.

Muta Dea

PAV. MAR.

QVOD Pice, posset aliqs caput hoc ad effigies viriles et muliebres referre, quas cõpitalibus in cõpitis suspẽdebant, putãtes Deoꝝ infeꝝ esse, quos Lares vocãt, vt viuis. s. parceret, pcipue cũ nũc de Dea Muta agat, q lariũ mr, sed nihil ad rẽ. nam sacꝝ hic alteꝝ est ab illo, et illę effigies erãt laneę, hę vero alter fiebãt. Torret ergo in igne, qsi calefacit ad ignẽ caput obsutũ circũsutum. Mẽta, herba illa odora. Mẽta, a suauitate odoris dicta. Pli. dixit aliqñ mintã appellatã. Qꝺ caput. Astrinxit pice, astrictũ ex pice cõpositũ. Quod traiecit, pforauit.

Menta et minta herba

nit. Acu abena,acu ęrea,traijciebatur allt caput hic circa os,vt ſicut'ligua figebaẗ acu,ita maledicẽtis transfigereẗ. Vina quoq;,dũ calefit ad igneʒ caput illud vinũ ſuperius inſtillaẗ guttis qdem exiguis.Vinũ illud,quo caput abluebaẗ,ſi quo mó potuiſſent,maledico bibẽdum tradebãt. Quod aũt ex ipſa inſtillatione ſuperérat et anus et comites bibebant. Vina quoq; inſtillat,ſup caput.s. Quodcũq; eſt relictũ vini, oẽ qͦ nõ eſt ſuperius inſtillatũ. Aut bibit ipſa, anus. Aut comites puellę,et ipſa et comites bibunt. Tñ ipſa plus bibit, qꝛ anus.ẽ. Hoſtiles, egrediẗ poſtea e loco anus peracto ſacro,et hęc. Dicit,anus. Viximus. *Viximus a,vincio cis* a vincio vincis.i.alligauimus. Linguas hoſtiles et ora inimica,vt ob loqui et carpere non poſſit. Dicit hęc anus diſcedẽs,cuʒ diſcedit et exit ebria,et hoc qꝛ plus alijs bibit. Protinus a nobis,retulit ſacruʒ,qͦ ſit Deę Mutę, nunc q̃ ſit Dea Muta,nymphã fuiſſe refert Almonis fluuij filiaʒ, quę ex linguę vitio Lalara dicebaẗ.Hęc cũ Iuppiter Iuturnã nympham arderet,et ipſam Iuturnã, vt caueret,monuit,et Iunoni Iouis amores detexit, indignatus Iuppiter linguam illi abſtulit, iubetq; Mercurio illã pro inferna nympha ad inferos ducere,qui intereũdum eius amore captus,gaudium reddit peperitq; ex Mercurio lares duos,q ſeruant compita,inde Cõpitalia feſta et dies attributi laribus,qbus in cõpitis ſacrificabaẗ. Inquit ergo poeta. Protinus,ſubſequẽter. Regres a nobis quę ſit Dea Muta,diſce q̃ mihi nota.s.ſunt. Per antiquos ſenes,p veteres. *Fabula Iuturnę* Iuppiter,aggrediẗ nunc ipſos Iouis ignes,q multa q̃ non debuerat amore ꝑpeſſus. Iuppiter captus imodico,nõ modico, ergo nimio amore Iuturnę nymphę,quę ſoror fuit Turni,de qua plura ſupiore lib.diximus. Multa tulit,multa ꝑpeſſus. Non patiẽda a tãto Deo, quę pati nõ debuiſſet Iuppiter rex et Deus oĩpotẽs.

Iuppiter ímodico Iuturnę captus amore
Multa tulit,tanto non patienda Deo.
Illa modo in ſiluis inter coryleta iacebat,
Nunc in cognatas deſiliebat aquas.
Cõuocat hic nymphas Latium qcũq; tenebãt
Et iacit in medio talia verba choro.
Inuidet ipſa ſibi,vitatq;,quod expedit illi,
Veſtra ſoror,ſummo ſuccubuiſſe Deo.
Cõſulite ãbobus, nã q̃ mea magna voluptas
Vtilitas veſtrę magna ſororis erit.
Vos illi in prima fugienti obſiſtite ripa,
Ne ſua fluminea corpora mergat aqua.

Illa modo,fugiebat illa ſemꝑ Iouẽ nunc in nemoribus latitans,nũc in aqs. Illa,Iuturna. Modo iacebat in ſiluis,iacẽs latebat i nemoribus. Inter coryleta,coryleta a corylis,vt querceta,pineta,vineta.Coryli ſunt arbores et fructus, q̃ a nobis auelanę(dñr. Nũc deſiliebat in aq̃s cognatas,in fluuios nymphaꝝ latinarum, q̃ cognationis vinculo ſibi vinctę erãt, de cognatis ſuperius diximus. Cõuocat,vbi illam Iuppiter inſequẽdo non proficiebat latinas nymphas cõuocauit, atq; illas ita allocutus eſt. Hic Iuppiter.s. Cõuocat in cõcilium vocat. Nymphas quęcũq; teneban Latiũ.i.oẽs latinas nymphas. Et iacit talia verba q̃ua ſequũẗ. In me.cho.nymphaꝝ ipſarum.

INVIDET ipſa ſibi ſtulta vtilitati ꝓprię aduerſatur. Annuerant oẽs tyberinides vndę, nymphę oẽs fluuij Tyberini,Tyberinis patronymicũ foeminimũ eſt a Tyberino deductũ. Queq; colũt thalamos Ilia Diua tuos,aut idẽ dicit,qͦ Poetę ꝑſępe faciunt.Ilia.n.vt auctor i Ennius,in Tyberim iuſſu Amulij p̃cipitata ẽ. Quare huic eũ fluuio nupſiſſe fabulanẗ.Vñ illud eſt Hora.in p̃rio Carminũ,Ilię dum ſe nimiũ q̃renti iactat vltorem vagus et ſiniſtra Labiẗ ripa Ioue nõ probante Vxorius amnis.Aut p Ilię thalamos accipimus Aniẽnẽ.De quo ingt Sillius, ſulfureis gelidus qua ſerpit leniter vndis Ad genitorẽ Anio labens ſine murmure Tybriʒ.Huic.n. antea matrimonio iuncta credit. Decurrit auteʒ hic fluuius ex Alba,vt inquit Stra.ẽ Tyberim intrat. Forte fuit Nais lar noĩe prima,ſed illi Dicta ẽc.Dea Muta Lar olim vocabaẗ,quod nomẽ in eius filios trãſlatum eſt,ſed antea Lalar ei nomẽ fuit ex loq̃citatis vicio poſitum. nam λαλεω idem qͦ loquor ſignificat,et λαλουσ greci linguaces vocãt,vt A.Gel.ſcribit.Placet igitur primã ſyllabã accipias pro pria ꝑte ſyllabę,hoc eſt L.lr̃a,quę in Lalar noĩe geminaẗ. Nonimus.n.vt prior ad vnũ,ſic ẽ primũ ad plura referri,teſte Priſciano. Nais a nao.i. fluo dicta eſt. Sępe illi di. Al.hic fluuius eſt Vrbi proximus ac celeberrimus, vbi(vt ait Vibius Seq̃ſter)mr̃ Deũ.vi.calen.Apri.lauabaẗ.ſimiliter et cultros Samios ferunt in eodeʒ lauari ſolitos.qbus furẽtes Galli inter ſe digladiabanẗ.Luc.Et lotã paruo reuocãti Almone Cybellẽ. Sillius.Quiq; hoſtia Thuſci Amnis amãt tepidoq; fouent Almone Cybellẽ.Sta.in ſiluis, Quaq; Italo genitus Almone Cybelle Ponit et idęos iam nõ reminiſcitur ãnes.Cadit aũt hic fluuius in Tyberim. Oui.infra,Eſt locus in Tyberim qua lubricus influit Almo,Et nomẽ magno ꝑdit in ãne minor. Iuturnę ſta.ſo. de Iuturna diximus ſupra. Sororẽ vocat,qꝛ nympha dr̃. Miſerataq;.n.miſerata Iunonẽ et alias nuptas, de qbus mariti male mereneẗ cum pellices quęrũt. Eripit huic lin.me rito qui nõ intẽdendus eſt in Solẽ digitus,et q̃uis exigua virtus ſit rebus p̃ſtare ſilẽtiũ, grauis tñ culpa eſt q̃ tacẽda ſunt eloq. Locus il.ſilẽ.ap.nõ eſt aptior locus Mutę inferis,vbi ꝑpetuũ eſt ſilẽtiũ.

INVIDET,hęc fuerũt verba Iouis ad nymphas, vt amori ſuo et Iuturnę vtilitati cõſulerẽt. Vr̃a ſo.Iuturna.s. Ipſa ſibi inuidet,ſuę felicitati,quã conſeq poſſet. Et vitat,fugit. Quod illi expe. qͦ illi vtile eſt.qd vitat. Succubuiſſe,pro ſuccũbere. Sũmo Deo,hoc eſt mihi Ioui,hoc illi plurimum cõferret. Cõſulite am.et Iuturnę ẽ mihi.

*ANT. FAN.* *Tyberinis p̃ronymicũ* *Anio flu.* *Lalar* *Nais* *Almo flu.* *Almo fl.* *PAV. MAR.*

Feſt. Quã ob cã3 Decẽber genialis ob voluptates potuit appellari. Quoties. n. voluptati opam damus indulgere dicimur genio teſte Seruio, vnde genialis nomen deducit̃. Iuuena. Genialis agat iſte dies. Gaudet. n. noſter genius voluptate ad quã natura pcliuiores ſumus. Quare genialia curare dicit̃ qui lautius viuit, auctore Donato, et genium fraudare dr̃ qui neceſſaria et iucunda naturę ſubtrahunt ter ſuum defraudantes Geniũ. Eſt aũt Genius (vt qdã volunt) nãlis Deus vniuſcuiuſq; loci, vel rei, vel hoĩs. Nullus. n. locus eſt ſine Genio, vt placet Seruio, qui per anguẽ plerũq; oſtendit̃. Perſi. Pinge duos angues pueri ſacer eſt locus. Et nos cum naſcimur duos ſortimur genios, quorũ alter hortat̃ ad bona, alter deprauat ad mala. Licet qdam dixerint ad oĩa qdem honeſta impelli nos Genio, et numine quodã familiari nobis naſcentibus dato, parua ṽo nr̃a mente nos cupere q̃ ſua ſponte mouet̃, nec fieri poſſe, vt praua voluntate numinũ faciamus qbus nihil malum pſtat placere. Huic Deo frõs dicata eſt, vt auris memorię, dextra fidei, genua miſericordię, quẽ Feſtus refert deorũ filiũ eẽ ac parẽtẽ hoĩum, ex quo hoĩes gignunt̃, ppꝓaq; meus Geniũ noĩari qz me genuit. Alij Geniũ appellari Deũ, q vim obtinet rerũ oĩum gerẽdarũ. Sunt ẽ q geniales Deos dixerũt aq̃, terrã, ignẽ, aerẽ, vt auctor ẽ idẽ Feſt. Hęc. n. ſunt rerũ ſemina. Duodeci3, q; ſigna et Lunã ac Solẽ inter hĩ cõputabãt, qs geniales dixere a gerẽdo, qz plimũ poſſe putant̃, vñ et eos geniales appellarũt. Martia ter ſenos &c. Romulus ac Remus Martis filij creuerant ad annos. xviij. na3 adoleſcere interdũ eſt creſcere, vt Lu. prima nouis adoleſcit frondibus ętas. Vnde adoleſcentes dicti.

Quare genialia ſe ſta curãt q lętius viuunt

PAV. MAR. NEC Ta. o pau. Fau. ve. opes, qbus. s. Romulũ educauiſtis ſub vr̃o tugurio. Veniet ve ho. o Fauſtule et Laurentia. Cũ di. cum ſcribã Laurentalia, nã feſta illa in Decẽbri appellata fuere Laurẽtalia ab ipſa Laurentia. Aliqui tñ dicunt Laurẽtinalia. Decẽber ac. Ge. ha. il. Laurentalia. s. Et ſi ſupius dixi Geniũ eſſe Deũ, q vim hẽret rerũ gerẽdarũ, ẽ Genium Deorũ filiũ, et parentẽ hoĩu3, et vniuſcuiuſq; loci Deũ, ponit̃ tñ interdũ ꝓ voluptate, vt cũ dicã Indulget Genio, hoc eſt indulget voluptati. Dicimus ergo December acceptum genijs ob Saturnalia, quę eo menſe fiebant, conuiuia voluptuoſa celebrabant.

Iliadę fratres iura petita dabant.
Sępe domū̆ veniunt ꝓdonum ſanguine lęti,
Et redigunt actos in ſua iura boues.
Vt genus audierant, aīos pater editus auget,
Et pudet in paruis nomen habere caſis,
Romuleoq; cadit traiectus Amulius enſe,
Regnaq; longęuo reſtituuntur auo.
Moenia condūtur, quę, quāuis parua fuerūt,
Non tamen expediit tranſiliiſſe Remo.

brabantur. Martia ter, educati fuere hi a Fauſtulo et cōiuge. Sunt tñ qui dicant Numitorē conſciū alimēta clam ſuggeſſiſſe, vt Plu. refert, et liris apud

Vñ dictus ſit Romulus et Remus

Gabios eruditos, Romulū autē et Remū vocatos, quoniam rumas .i. lupę mamas emūgere comperti ſunt. Erāt indole haud quaq̄ ſeruili, ſed quę magnitudinem quandā, et probitatē pręſe ferret, cum ambo adoleuiſſent viribus ac aīo ꝓditi quo queq; res factu difficilior erat, eo audacius ſe cōferebāt, ea de ſe ꝓſtabat Romulus, q̄ potius imperatorio viro, q̄ ſeruo apertiora eſſe videbātur ꝯtribulos, et queq; ex infimo loco viruꝫ ambo ad ſe contrahebant. Nec pluris regis ꝓſides, et regij pecoris magiſtros exiſtimabant, minas, et alioꝝ in ſe furorem parui ducebāt, victu et cōſuetudine liberali prę cęteris vtebant̃, id in primis haud quaq̄ ingenui hoīs officiū eſſe rati, ſi otio aut ignauia deſipiſcere animos ſinerent, ſed curſando, venādo, ꝓdones profligando, fures capiūdo, violētiſſimis quibusq; manus inferendo, gloriā ſibi parare poſſe putabant. Hęc ex Plut. quę quidē et poeta delibat. Et in natali, vbi de eorum educatione agit̃, Suſcipit tunc illos Euādri Fauſtulus Arcas Gente ſatus, ſecūq; refert, et tradit alendos Vxori clarū cui tunc Laurētia nomen Educat hęc, creſcunt cęleſti ſemine nati. Iam pueri, iam tum iuuenes, iā pectore forti. Non his cura greges, armētaue paſcere, non hos Paſtoꝝ cultus, et fiſtula pacta iuuabat, Sed ſtudiū ludis primam exercere iuuentā, Aut iaculo, aut nuda corpus laſſare palęſtra. Et ſophię Gabijs ambo incubuere pelasgę. Fauſtuleas tutant̃ opes, cędūtq;, fugantq; Latrones, et cura fuit cui viuere rapto. Martia ꝓles, Martis filij. Adoleuerat ter ſenos annos, creuerant in octauū et decimum ānum. Adoleſcere n. creſcere eſt, inde adoleſcens dr̃, et adolere eſt vrere, vt apud Virg. Verbenas adole pingues. et adolere augere, honorare, ꝓpitiare. vt illud Cura Poenū ſtruere et flammis adolere penates. Et noua barba, noua lanugo. Suberat flauę comę, flauis crinibus.

ANT. FAN.

Iliadę

ILIADÆ, Patronymicū abuſiuū ab eorum matre Ilia. Animos pater editus auget, q2 ferūt accepiſſe Romulum a Fauſtulo, q̄ eſſet Martis filius, aperuit autē Romulo eā rē Fauſtulus metu ſubactus. Lege Liuium. Romuleoq; cadit traiectus Amulius enſe, Amuliū ē Remus ē Romulus obtrūcarunt q̄tuꝫ e Liuio et alijs colligit̃, quoruꝫ Liuius vndiq; inq̄t, Regi dolus nectitur. Romulus nō cuꝫ globo iuuenum (nec. n. erat ad vim apertam par) ſed alijs alio itinere iuſſis certo tpe ad Regiam venire paſtoribus ad Regē impetuꝫ facit, et a domo Numitoris alia cōparata manu adiuuat Remus, ita Regem obtrūcant. Cęterum Florus ſtatim inquit, Prima iuuenta patruum Amuliū Romulus ab arce deturbat. Regna, regnū Albę interfecto Amulio Numitori reſtitutum eſt. Non expedit, non fuit vtile. Eſt autē figura Liptote, ac ſi dicat Pernitioſiſſimum fuit Remo trāſiliſſe vrbis moenia, ob id. n. dicitur interemptus.

Romuli ędificatio

Æternę vrbis, Virg. Imperiū ſine fine dedi. A te principium Romano ducimus anno, ab eo mēſe, queꝫ a nomine tuo denominauimus. i. a Martio, quē tum eo tempore ſola denominauerat volūtate, naꝫ ſequitur, Patrioq; vocat de nomine menſem. Ante oēs Martem coluere priores, Latini Marteꝫ etiam ante Romulū pręcipue coluerunt cum eos militia delectaret ac belli ſtudium.

PAV. MAR.

FRATRES Iliadę, Romulus Remusq; Ilię filij. Dabant iura petita, reddebāt ius ac domini. Omnibus agricolis, agroꝝ cultoribus. Et miniſtris armētorum, hoc eſt paſtoribus, quibus curę erant armēta. Sępe domū, ſi quādo ꝓdones abegiſſent armēta recuperabant illa ꝓdonum cęde. Sępe veniunt domū, redeunt domum. Lęti ſanguine ꝓdonuꝫ, quos ipſi vulnerauerāt. Et redigunt, reducunt. Boues actos, pro abactos a prędonibus. In ſua iura, in ſuam ptātem, q̄ modo fuerāt in poteſtate ꝓdonum. Vt, poſtq̄. Audierant genus, vnde originē haberent. Pater editus, manifeſtatus a Fauſtulo ipſo, qui Romulo reꝫ aperuit. Auget animos, et ſi magnanimi erāt, tunc longe maioris facti ſunt animi. Et pudet, eos. Habere nomē, hoc eſt famā et laudē. In paruis caſis, hoc eſt in villulis, nā decuiſſet eos vrbibus dominari.

Hiſtoria de Romulo et Remo

Romuleo, vt ex Plu. et Diony. excerpſimus orta cōtentione inter Amulij, Numitoriſq; paſtores, ob pecorum pabulationeꝫ. Ro. et Re. aduerſantes oppreſſere, et intacti cum ꝓda domū rediere, indignatus Numitor his inſidias ſtruit, occupatoq; in ſacris Ro. Remus captus eſt, ductus regi, cuius ſupplicium Numitori cōceſſum eſt. Sed motus Numitor et indole et cōſtātia Remi coepit interrogare q2 eſſet, relata expoſitione gemellorū percuſſit Numitoris animū nepotum memoria. Romu. interea fratris auxilio cū magna manu accurrēs Fauſtulo rem omnē aperiente, cogniti ſunt ambo Numitoris nepotes, irruenteſq; in Amuliuꝫ illum obtrūcant, Albanorumq; regnū. Numitori reſtituunt. Cadit ergo Amulius traiectus, transfixus. Enſe Romuleo, Romuli gladio. Et regna reſtituunt̃ auo longęuo, Numitori auo materno iaꝫ ſeniori. Moenia cōduntur, Numitor ijs cōceſſit vt illuc, vbi educati fuerant, coloniam traducere poſſent. Ædificata ergo ſunt ibi moenia vrbis Romę quę cum ꝓter edictum tranſiliſſet Remus a Celere, qui moenibus ꝓerat obtrunca-

Iam,modo q̃ fuerant ſiluę,pecorũq; receſſus,
Vrbs erat,ęternę cum pater vrbis ait.
Arbiter armorum,de cuius ſanguine natus
Credor,& vt credar pignora multa dabo,
A te principiũ Romano ducimus anno,
Primus de partio nomine menſis erit.
Vox rata fit,patrioq; vocat de noĩe menſem,
Dicitur hęc pietas grata fuiſſe Deo.
Et tamẽ ante omnes Martẽ coluere priores,
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuis.
Pallada Cecropidę,Minoia Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypſipylęa colit,

mus eſt,licet alia de eius morte cauſa referat,quam ſuperiore libro attigimus,et inferius latius explica/bimus. Moenia ergo,Romana.s. Condunt, ędificantur. Quę q̃q̃ fuerunt parua, tunc cum primum noua erãt. Non tamen expedit, vtile fuit. Remo trãſiliiſſe,tranſaltaſſe,q: ob id extin ctus eſt. Iã modo, loca vbi Roma cõdi/ta eſt prius erãt incul ta et nemoroſa et fe/rarũ ſaltus.ideo hic. Iam mõ, et ſi idem videat ſignificare,diſ/ferũt tamen. Iam erat vrbs qua,ea parte qua. Modo,paulo ante. Fuerãt ſiluę et receſſus,ſemotiones ſeu loca ſemota. Pecorũ,beſtiarum. Cuius pater vrbis, hoc eſt Romulus. Ait, dixit verba quę ſequũtur. Arbiter,longa rerum relatione ad hoc venit vnde primus anni menſis Marti dicatus fuerat a Romulo.s.ipſo,qui condita vrbe Romani anni principiũ Marti geni tori dicare voluerit. hęc ergo fuere eius verba.

Oro Romuli ad Martem

O arbiter armorũ,o bellorum domine, aut o ar/mis p̃ſidens. De ſanguine cuius credor,ego.s.na tus. Et dabo multa pignora,quaſi multã fidem. Vt credar.s.ex te natus,nõ ſtat adhuc ſententia, ſed ſequitur. Ducimus,pro deducimus,vel dici mus. A te principiũ anno Ro.vt a Martio inci piat. Primus mẽſis anni erit de patrio nomi/ne,q: a Marte Martius dicẽ in Dei patris venerẽ/tiam. Vox,ipſius Romuli. Fit rata,firma,q: ſeruauit quod dixit. Et vocat mẽſem de nomi/ne patrio,quid Martiũ a Marte. Hęc pietas,hoc filij officiũ erga patrẽ. Dicitur fuiſſe grata Deo, ipſi Marti, q: placuit eo affici honore, et habere primũ menſem ſibi conſecratũ. Et tamen,et ſi a Romulo principiũ anni a Marte ſumptum eſt, Martẽ tamen longe ante Romulum Italos coluiſ/ſe conſtat,q: ipſa natura bellica gens. Et tamẽ priores.Latini.s. Coluere Martem ante omnes, Deos.s. Bellica turba,qualis eſt Latina. Dede rat hoc ſuis ſtudijs, ſuę militari diſciplinę, ſuę ar/morum peritię,ſed poſſet per hypalagem reſolui, quaſi ſua ſtudia debere hoc,vt Martem.s.colerent. Bellicę turbę,Latinę multitudini bellis aſſuetę.

ANT. FAN.

Cretẽſes Dianã colunt Dyctina Britomars

CECROPIDĘ, Athenienſes a Cecrope,ij iure Palla dem coluerunt,a qua ferũt Athenis fuiſſe nomen impoſitum,nota eſt fabula. Minoia Creta Dia/nam, Cretẽſes Dianam colunt,quam ibi a retibus Dictynnã dictam nonnulli volunt. Lege Stra.lib. x.eius Geographię.Solinus auctor eſt Cretẽſes Dia/nam,quã religioſiſſime venerantur, Britomartem gentiliter nominare, qđ nomen ſermone noſtro ſonat Virginẽ dulcem, cuius ędes Dędali manus oſtentat, quã nemo niſi veſtigia nudus ingredi/tur. Vulcanum tellus Hypſipyles colit, Lemnon dicit Ægei maris inſulã celeberrimam,vbi regna uit Thoas pater Hypſipyles, qui liberi filius fuiſſe dicitur,teſte Lactan.grãmatico.In hac Iuno Vul canum ſuũ ac Iouis filium e cęlo p̃cipitem dedit, vbi a ſimijs exceptus ac nutritus dicitur. Fingitur autem p̃cipitatus in hanc inſulã,q: Vulca nus ignis eſt . et con/ſtat fulmina ex aere cadentia crebro in eã deijci.

Lemnos colit Vulcanum

Sparte,Pelo/peiadeſque Mycenę, Sparta eſt vrbs Laco/nię, quam et Lacede/monem dicimus. ſed et Sparta,et Sparte re/cte dicitur.Hãc et My cenas Agamẽnonis patriam Plin. dat A/chaię.Vtrunq; oppidũ Iunonem colunt, et Mycenarum incolę cum Argiuis cõmuniter.

Sparta & Micenę Iunonẽ colunt

Faunus piniger

Pinigerum, Faunũ Bene addidit Ora Męnalis cum dixiſſet Pinigerũ.legimus.n.in Buc.Męnalus argutumq; nemus pinoſq; loquentes Semper ha/bet.et Piniferi illum etiã ſola ſub rupe iacentem Mę nalus.Sane Faunus Pici filius(de quo multa dixi mus)primus in Latio Saturno eius auo ſacra in/ſtituiſſe dicitur,vt C.Baſſus memorię prodidit, et Faunam ſororem , eandemq; vxorem ac Picum conſecrauit, ab eo qui nocte in pellibus oracula petebant in Latio fuere cõſueuerunt. Peregri/nos inſpice Faſtos,quarũdam vrbium Faſtos quę in Italia ſunt .Has peregrinas vocat, vel earum Faſtos peregrinos, quod aliquando non fuerint ijdem, qui et Romani.

Faunus

PAV. MAR.

PALLADA.quęq; externa regio ſuum habet nu/men.Latini tamẽ Martem pręcęteris colunt, Co/lunt Pallada Athenę,Creta Dianam,Lemnos Vul/canum,q Deus eſt ignis. Cecropidę,Athenienſes a Cecrope rege,qui in Attica regnauit ante prodi/tum Iliũ(vt eſt teſtis Euſebius)annis trecentis.lxiiij. Colunt Pallada,Mineruam.de qua paulo ſupe rius diximus.Erat enim Athenis in ſaxo (vt Stra. refert) vetuſtum Mineruę Poliadis templum , in quo lucis inextinctę lychin erat,et virginum do/mus,quam Ictinus cõdidit.Vrbs ſacra Palladi,cum rebus bellicis preſit, et ſtudiorum diſciplinis , qui/bus Athenę aliquando principatũ obtinuere. Vel q certans de imponendo vrbis nomine cum Ne/ptuno aſtantibus duodecim Dijs victrix fuit,vt in Odyſſea diximus. Creta Minoia, a Minoe pri/mo Iouis et Europę filio. Colit Dianam , coli/tur in Creta diana, cuius templum eſt in Dyctęo monte Cretę. Vnde Dyctinna appellata eſt,licet, a Callimacho referatur , quod Strabo non aſſerere videtur, Britomartem virginem Minois violen/tiam euaſuram e Dycte fugientem intra dyctin/na, ideſt retia piſcatorum deſiliiſſe , vnde locum Dyctinnã

Quare dicta eſt Pallas alio noĩe Bellona

Iunonem Sparte, Pelopeiadesq; Mycenę,
Pinigerum Fauni Męnalis ora caput.
Mars Latio uenerãdus erat, qꝛ p̃ſidet armis,
Arma fere genti remq;, decusq; dabant.
Quid ſi forte vacat, p̃egrinos inſpice Faſtos,
Menſis in his etiam nomine Martis erit.
Tertius Albanis, quintus fuit ille Phaliſcis,
Sextus apud populos Hernica terra tuos.
Inter Aricinos, Albanaq; tempora conſtat,
Factaq; Telegoni moenia celſa manu.

Dyctinnam appellauere. Quapropter et alij tradũt ſecutam peſtem in Creta, et ex oraculo habitum, vt ędem Dianę conderent, et inde Dyctanam appellatam. Creta aũt inſula a ſeptẽtrione (vt Strabo inquit) Ægęo abluitur. Pelago ſimul et Cretico ab auſtro abluit Aſto. Ad occidentem (vt Euſtachius ait) Egillam et Cytheram īſulas ſpectat. Ad orientẽ Carpaton. Dictaque referente eodẽ Euſtachio (vt antiqui dicunt) ab habitãtibus in eo Curetibus Cureta, et per syncopã Creta. Alij a Crete quodã Iouis filio nominatã dicunt. Arianus autẽ inquit, non Creta cognominata eſt, ſed Cres ab eo qui Iouem abſcondit in monte Dyctęo, quando Saturnus inquirebat eum perdere volens. Archias aũt Creetes illam nominauit adiectione literę e.

Fabula Hypſipyles

Tellus Hypſipylęa, hoc eſt Lemnos inſula ab Hypſipyle Thoantis filia, quę ĩ ea regnauit. Eſt enim in Ægęo mari ab oriente Troiam, ab occaſu Aton ſpectans, a borea Thraciam, ab auſtro, ſed longo tractu Cretę eſt oppoſita. In hac aliquando fuere noſtrę delitię. Colit Vulcanus, idem aſſerit Euſtachius, Colitur in ea Vulcanus tertius Ioue et Iunone natus, Quatuor enim fuere Vulcani, primus Cęlo natus, alter Nilo, qui dictus eſt Opas, quem regno Ægyptij pręfecerunt, cui etiam inuentio ignis aſcribitur. Tertius (de quo hic agimus) Iouis et Iunonis filius, qui Lemni fabricę p̃fuiſſe dicitur. Quartus qui tenuit inſulas propter Æoliam, de ijs etiam in Odyſſea diximus. Spartani, et Micenei ante alios Deos Iunonem colebant, et Arcadia Faunum.

Sparta vel Sparte Iunoni dicata

Sparte co. ſcilicet Iunonem. Sparta vel Sparte dicimus, eadẽ quę et Lacedęmon in Laconia, Taigeto monti ſubijcitur, vt Strabo inquit, ſed cur Spartani dicti Trogus libro tertio docet, qui fuere nati ex eo promiſcuo concubitu, ob notam materni pudoris ita vocati ſunt. Et Micenę Pelopeiades, a Pelope, tum quod fuit in Pelopõneſo, tum quod ea regia Pelopidarum. Micenas enim (vt Strabo refert) Perſeus condidit, cui Sthenelus ſucceſſit in regno. Hę poſt Argos ampliora ſuſceperunt incrementa propter cõmigrantes in eas Pelopidas, nam cum omnes ad Atrei filios cõſiſterent, Agamemnon grandior natu regnum adeptus, virtute duce comite fortuna regionis poſſeſſionem ampliauit, ob hoc igitur Pelopeiade Micenę, quas inter et Argos (nam ſolũ inter ſe diſtãt) .l. ſtadi. erat templum Iunonis ambabus vrbibus cõmune, in quo Policleti ſimulachra artis laude omnium pręſtantiſſima. Ora Męnalis, Arcadia a Menalo monte, vt ſuperius dictum eſt. Colit caput pinigerum Fauni, Faunum ipſum pinu coronatum, de quo in primo et ſecundo libro diximus, ſicut cętera loca habent ſua peculiaria numina, ita numen Martis peculiare erat Romanis p̃pter pręſtantiam rei militaris. Mars erat venerandus, ſumma cum veneratione colendus. Latio, in Latio a Romanis. Quia pręſidet armis, nam in ſua poteſtate ſunt arma, et bellis pręeſt.

Arma dabant fere genti, populo Ro. feroci in bello. Et rem, hoc ẽ imperium. Et decus, ornamentum et gloriam, et eſt entimema a conſequenti. Mars pręeſt armis, ẽ illi armis cęteris pręſtant, ergo colere debent Martem, qui illis fauet. Non modo Romani, ſed alij quoque latini nominis populi, etiam aliqui ex Hetruſcis menſem Martium habebant, vt in eorum Faſtis Videre licet. Verum poſtea Romano imperio ſuccumbẽtes, vt leges a Romanis, ita et anni quoq; ordinem accepere. Quod ſi forte vacat, ſi forte vacuum eſt tibi tempus ab alijs curis inſpicere. Faſtos, Faſtorum libros. Peregrinos, non intelligas gręcos aut brabaros, ſed aliaꝝ vrbium in Italia, quoniam Italorum locorum ſubiecit exempla. Erit intus, Faſtorum libris peregrinis. Erit menſis nomine Martis, erit inſcriptus Martius menſis. Albani cum annum decem menſium haberent, haberent ẽ ipſi menſem patri dicatum, eumq; tertio loco numerabant, Phaliſci autem quinto, Heraici ſexto, Aricini vero et Tuſculani eodem loco habebant, quo Albani.

ANT. FAN.

TERtius Albanis, apud Albanos Martius aliq̃n tertium in anno locum tenuit, apud Phaliſcos quintum, apud Hernicos ſextum, apud Aricinos ẽ Tuſculanos tertium, quẽadmoduꝫ et apud Albanos.

Hernici Herne Tuſculũ

Hernica terra, Strabo auctor eſt Hernicos quoꝝ nobiliſſima olim ciuitas fuit Anagnia Lauinio et Albę ac ipſi Romę eſſe vicinos, qui (vt placet Seruio) ſic dicti ſunt, qꝛ ſaxoſos montes habitant. Sabinorum enim lingua ſaxa herne vocant. Sed vt Higinius ſcripſit in libro ſecundo vrbiuꝫ (teſte Macrobio) Hernicus quidam Pelasgus dux Hernicis fuit, a quo ita appellati ſunt. Fuerunt enim vetus colonia Pelasgorum. Inter Aricinos Albanaq; tempora conſtat, ſic dictum, vt Sęnis inter ſe conuenit vrſis. i. ɔuenientia eſt. Albana aũt tp̃a vocat, Faſtos Albanoꝝ tp̃a ɔtinentes. Factaq; Te. moe. cel. ma. Tuſculum dicit a Telegono Circes et Vlyxis filio ɔditum. Vnde ait Hora. Nõ vt ſuperni villa candens Thuſculi Circęa tangat moenia. Et Silius, Moenia Laertę quõdam regnata nepoti. Hoc oppidum (vt ſcribit ſtrabo) egregijs ornamentis ĩſigne et vineta olim et tecta magnifica corona runt, vbi Telegonus Mamiliam filiam procreauit, a qua (teſte Feſto) Mamiliorum familia eſt appellata. Sane tantam fuiſſe ordinis menſium inconſtantiã verum exiſtimari p̃ot, cũ regnãte Ro

Tuſculũ ɔditũ a telegono Vlyxis filio Mamilia

> Quintum Laurentes, bis qntū Aeqculus acer,
> A tribus hunc primam turba forenſis hēt.
> Et tibi cum proauis miles Peligne Sabinis
> Conuenit, huic gēti quartus vtriq; Deus.
> Romulus hos omnes vt vinceret ordine ſaltē,
> Sanguinis auctori tempora prima dedit.

mulo (vt inquit Plutar.) ſter et rationem et ordinem menſibus vterentur. Quintum Laurentes, bis qntum Æquiculus acer, Martium apud Laurentes qntum locum, apud Æquiculos decimum tenuit. Sunt āt Aequiculi populi Sabinis finitimi. Vñ Ancus Martius ius feciale tranſtulit quoad res repetendas legati vterentur. Hos Naſo hic acres, Virgilius horridos vocat, vt horrida præcipue cui gens aſſuetaq; multo venatu nemoꝝ duris Æquicula glebis Armati terram exercent, ſemperq; recentes. Conuectare iuuat pdas, et viuere rapto. A tribus hūc primum turba forenſis habet, ſenſus eſt, Apud Æquiculos, qui in foro iudiciali verſabant, quarto loco Martium habuerunt. Sunt qui Romę ſeruatum aliquando in rebus iudicialibus eum ordinem velint, quod non placet. Alij per forenſem turbā accipiunt quatuor tribus vrbanas, in quas Fabius cenſor omnem forenſem turbam excretam coniecit, auctore Liuio. Et tibi cum pauis miles Peligne ſabinis conuenit, Sabinis ac Pelignis conuenit. i. conuenientia eſt, q vtraq; gens quarto loco Deum Martem. i. Martium habent. Vocat autem Sabinos proauos Pelignoꝝ, q funt, qui Pelignos Sānitibus tribuunt, et Samnites nouimus, teſte. A. Gel. a Sabinis ortos gēte antiquiſſima, vt auctor eſt Strabo, a qua (vt idem inquit) Picentini, Samnitesq; in colonias deducti ſunt. Eadem gens ſimplicitate ac bonitate omnes ſuperauit a religione ac Deoꝝ cultu Seuina appellata, vt Plu. ſcri. Ceteꝝ (vt ait Feſtus) Peligni ex Illirico orti ſunt. Inde enim pfecti ductu Volſci regis, cui cognomen fuit Lucullo partes Italię occuparunt. Eius nepos Pelicus fuit, a quo Peligni nomen acceperunt. Sciendum proaui vocabulum non ſemper accipi pro eo qui prope auū eſt. Nam maiores ſepe et auos et proauos et attauos appellamus. Ordine ſaltem, q dixerat, menſis in bis etiam nomine Martis erit. Ergo ſi non menſis denominatione, ordine ſine dubio reliqui a Romulo victi ſunt, a quo Martius primo loco conſtitutus eſt.

Æqculi Anni varietas

Sabini ꝓaui peliignoꝝ

Sānites a Sabinis Sabinoꝝ religio Pelignoru mori go Fertilis

PAV. MAR.

TERtius Albanis, Mēſis Martius erat tertius in ordine anni ab Aſcanio inſtituti in Alba, quę ab eo condita eſt, ita enim in Faſtorum libris et annalibus eorum conſtare dicebat. Ille, Martius. Fuit quintus, quinto loco. Phaliſcis, anno Phaliſcoꝝ, de quibus in primo diximus, qui ſunt in Hetruria, non tamen ab vrbe multum diſtantes, habuereq; originem ab Haleſo, quem alij filium, alij aurigam Agamēnonis dixere. O Hernica terra fuit ſextus apud populos tuos, Hernici populi ſexto loco Martium numerabāt. Via latina ſunt Hernici, in quibus eſt Agnania vrbs oli inſignis, vt Strabo ait. et Virgi. Hernica ſaxa colunt, quos diues Anagnia paſcit. Hi autem oriundi ſunt Pelaſgis, et appellari ita a Pelaſgo quodam duce ſuo, q

De anno Phaliſcorum

Hernicus nominabatur, cuius rel meminit Theodoſius. Idem etiā Iulius Higinius non paucis verbis pbat. Et cōſtat inter Aricinos, et Albana tēpora ē moenia celſa facta manu Telegoni, cōuenit idem ordo menſis inter Albanos, Aricinos et Tuſculanos, eundem enim ordinem ſeruare quoad ſtetit, Alba, ideo dixit Albana tempora, q ab Aſcanio ad Tullum Hoſt. qui eā ſubegit pugna trigenina victor et diruit. Aricini autē ab Aricia nō longe ab Alba, quam alij ab Hippolyto vbi reuixit, alij ab Oreſte, alij ab Archilo Siculo, edificatam volunt. Telegoni, Telegonus Vlyxis ex Circe filius, a quo Tuſculum conditum aiunt, inde Tuſculani. Laurentes quinto loco, et Æquiculi decimo loco Martiū numerabant, forenſes vero qrto. Laurentes, a Laurento oppido, vbi regia Latini fuit. Habent qntum, quinto loco. Nam qntus eoꝝ menſis appellatur. Æquiculus acer, fortis. Habet bisquintus, hoc eſt decimum. Nam decimo loco Martium menſem habebant. Æqui et Æquiculi ſunt inter Marſos, et Sabinos vtriſq; finitimi, et Alba erat Æquorum caput, et in Æquiculis primę vrbes ſunt Clyternum, et Careſeoli. Turba forenſis habet hunc, menſem Martium. Primum a tribus, primo loco poſt tres menſes, et ſic erat quartus in ordine fori prope reate in Sabinis, inde forenſes poſtea dicti fuere Foruli, et eos quoq; Strabo Sabinorum eē ait. Verum cum ſubſequente Sabinorum meminerit, putant aliqui melius dicendum turba forēſis, hoc eſt Ferentini a Ferentino oppido, quod Strabo via latina ponit, et eſt in ipſis Hernicis. Sabini et Peligni quarto loco Martium habebāt. O miles Peligne conuenit tibi, hic menſis. s. Cu3 proauis Sabinis, q eodem loco numeras tu Matium quo Sabini. Quartus fuit, Martius quartus anni menſis. Fuit huic vtriq; genti, Sabinis ē Pelignis, quos Sabinorum pronepotes oſtendit poeta, verum Pōpeius refert habuiſſe originem ab Illirico ductu Volſurij regis cui cognomen fuit Lucullo, cuius nepotes fuere Pacynius, a quo Pacynates, et Pelicus, a quo Peligni. Horum olim Metropolis erat Corphini (m nunc eſt Sulmo, ſunt enim Peligni Marſis finitimi. Cum aduerteret Romulus omnibus his populis, quos retulimus, eſſe Martium menſem a Marte denominatum, eundem accepit et ipſe, deditque Marti in anno a ſe conſtituto primum locum. Romulus, dedit. Prima tempora, primum menſem. Auctori ſanguinis, Marti patri. vt diximus in principio operis. Vt vinceret hos omnes, populos. Saltem ordine, q cum alij alio loco haberent Martium, Romulus primo cōſtituit, quod a principio diximus, cum annū alij aliter obſeruarent. Romulus ſuum decem menſiū conſtituit. Sic erat minor duobus menſibus, q fuerit annus ad Solis curſum redactus.

Laurētū Æqculi Cluternu Careſeoli

De ordīe menſiu inſtituto a Ro.

CAlendas,

Nec totidẽ veteres,quot nũc,habuere calẽdas,
Ille minor geminis menſibus ãnus erat.
Nondũ tradiderat victas victoribus artes
Grecia,facũdum ſed male forte genus.
Qui bene pugnabat,Romanã nouerat artẽ,
Mittere qui poterat pila diſertus erat.
Quis tũc aut Hyadas,aut Pleiadas Atlanteas
Senſerat?aut geminos eſſe ſub axe polos?

ANT. FAN. CALENdas,a parte totũ accipimus,hoc eſt menſes, qui decem tantũ(vt diximus)fuere ſub Romulo. Nondum tradiderat victas victoribus artes Grecia,non mirũ ſi Romulus annũ ſuũ Solis curſui accõmodare neſciuit, q2 Romani nondum a Grecis aſtrologiã acceperant,quos poſtea deuicerunt. Facũdum ſed male forte genus,Euſebius auctor eſt apud barbaras nationes, qs foecunditate agrorũ excellere videmus raro naſci homines ingenio excellẽtis. Vnde vt alimentis quidã abũdant, ita et hominibus carere videtur. Cõtra vero Grecia,que ſine cultu nihil producit homines,generat cęleſtes atq; diuinos,et ad oẽs ſcientiam natos, deditosq;(vt inquit Macro.)ocio ſapientię. itaq; inde omnis literarũ claritas effulſit,teſte Plin. quoniã (vt ſcripſit Heraclitus) vbi aer ſiccior eſt,ibi anima prudẽtior. Eadem tamen genus(auctore Li.)lingua magis ſtrenua eſt q̃ factis ferox. Cic. in .ij. Tuſcu. queſtionum,Greci autem homines nõ ſatis animoſi,ſed prudẽtes, vt eſt captus hominum ſatis hoſtem aſpicere nõ poſſunt. Illud nobis moleſtius eſt,qđ ſcribit Pli. qui vbi ait Grecos vſum olei ad luxuriam vertere, eos vocat vitiorum ciuim genitores. Diſertus erat, tanti habebatur quanti habetur hodie qui diſertus eſt. Sed re vera diſertus eſt minus q̃ eloquẽs,vt Foecũdi calices,quem nõ fecere diſertum. Atlanteas, Pleiones et Atlantis filias. de quibus alibi. Geminos &c. Axis interdũ eſt linea que ab altero mundi polo in alterum tẽdit, ſed habet et alias ſignificationes,lege Feſtũ. Cynoſura, Denius Vulcani filius Cynoſuram et Helicẽ genuit,vt quidam volũt, que cum Ioue in Idam nutriſſent, eo merito in cęlum relatę ſunt illa vrſa minor, hec maior dicit, quarum prior in nauigatione obſeruatur a Phoenicibus,poſterior Grecis inſeruit.vt Sidonis Cynoſura regit fidiſſima nautis.Et Graijs Helice ſeruãda magiſtris.Naſo in.iiij.Triſtium, Magna minorq; ferę,quarũ regis altera Graias Altera Sidonias vtraque ſicca rates. De his lege Germanicum in carmine Arateo.lege et Higiniũ.Nobis(vbi opus nõ eſt) omnes fabulas referre non placet,ſignificat autẽ Cynoſura canis caudam.

Barbarorũ regiones raro gignunt hoĩes ingenio prẽſtantes

Vbi aer ſiccior ibi ẽ aĩa prudentior

Greci nõ ſatis aĩoſi ſz prudentes

Axis

Vrſę due a nautis obſeruãt

Cynoſura

Helice

PAV. MAR. NEC VEteres habuere totidẽ calendas, tot menſes.principia menſiũ pro ipſis menſibus poſuit. Quot nũc,quot calendę,aut quot mẽſes nunc habentur. Ille ãnus veterum.ſ. Erat minor mẽſibus geminis, duobus.nã ille.x.et hic.xij.eſt. Nõdum,ideo veteres Romani habuerant annum decem mẽſium, q2 nondum in Greciã traiecerant, vnde ſcientias reportaſſent,preſertim aſtrologiã, vt ad ſiderum obſeruationem ciuilis annus redigeretur.Sed erant alię artes Romanis, nam preſtãtia rei militaris,qua ceteros ſuperabant. Nondũ Grecia,que fuit doctrinarũ parens,vnde dictum eſt,Diſciplinarum genitrix veneranda bonarum. Tradiderat artes victas victoribus,quia nõdum victa fuerat a Romanis,qui eã poſtea et totum orbem vicere.Verum arx Grecię erat Peloponẽſus, et Peloponẽſi caput erat Corinthus, ideo eam vrbem totius Grecię lumen vocat Cicero,vbi cum iniurioſius legati tractati eſſent. Romani duce L.Mummio eã vrbem funditus euerterunt. aliqui legunt, Victas artes, artes victorum, q2 eas a Grecis victis nõdum acceperant. Facũdum genus,ſed male forte, quaſi Grecia, que eloquentię et aliarum artiũ laude preſtaret, nõ autẽ animi fortitudine,qua in militia excelleret. Male in compoſitione ſignificat negationem, vt male ſanus pro inſanus. male fortis,nõ fortis. Qui bene pugnabat,qui ſtrenuus erat in bello. Nouerat artem Romanã, cum Romanis eſſent vires et animi robur,et ſcientia rei militaris. Qui poterat mittere pila,qui erat excellẽs pili,hoc eſt teli Romani iaculator. Erat diſertus,erat facundus,ſine eloquẽs. Verum plus eſt eloquẽs q̃ diſertus. nam et M.Anto. apud Cice. ait A ſe diſertos viſos eſſe multos,eloquentem autẽ neminem. Quod Fabius ita exponit,Diſertos putat dicere que oportet. Ornate autẽ dicere proprium eſſe eloquẽtiſſimi. et reliqua. Quis tunc,nõdum Romę habebatur vlla aſtrologię diſciplinę ratio.Sic nec aſtrorum curſus obſeruatus,q2 nõdum penetrauerant in Greciam Latini,nec in Phoeniciã,aut in Ægyptũ,cum Ægyptij ſeu Aſſirij primi cęlum obſeruauerint, a quibus mercatorum et nautarum commertio accepere Phoenices,et ab his Greci. Cumq; ad hos populos nondum acceſſiſſent,percipere cęli rationẽ minime potuerunt. Sola ea erat Romanorum cura, vt tenerẽt ſua ſigna,et illa tuerent. Signa autem cęleſtia non intelligebant. Quis tunc,eo tempore quo condita eſt vrbs. Senſerat Hyadas, cognouerat Succulas. Aut Pleiadas Atlanteas,Atlantis ex Pleione filias. Virg.hoc.d.quis obſeruauerat ſidera aut verna, aut hyemalia. Hyades enim ortu hyemem referunt, Pleiades vero oriũtur in vere,inde Vergilię dictę. Hyades.v.ſtellę ſunt in fronte Tauri,que fuere Atlantis ex Æthra filię, antequã ex iiſdem parentibus naſceretur Hyas, a quo Muſeus Hyades vocari dicit. Cice. vero ab ὕειν, quod eſt pluere,quia pluuię ſunt dici voluit. Pleiades ſeptem fuere. De his dicemus in principio ſequẽtis libri. Aut quis ſenſerat eſſe duos polos ſub axe,polum arcticum et antarcticum axem ſuſtinentes,et axis pro ipſo polo ponitur interdũ. De quo Pompeius, Axis inquit quẽ greci ἄξων vocant plures habet ſignificationes. nam pars cęli ſeptentrionalis,et ſtipes teres, circa quem rota ver-

Greci facũdi ſed malum genus

Vñ dicãtur Pleiades, polus et axis.

titur, et tabula ſectilis axis appellatur. Poli duo ſunt Borealis et Auſtralis. Borealis altiſſimus eſt his, qui ſunt in noſtro hemiſperio. Auſtralis imus et depreſſus, et qui a nobis videri non poſſit. Vnde et Virg. Primum de Boreali, hoc eſt de arctico polo. Deinde de Auſtrali, hoc eſt antarctico loquens ait, Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus ſtyx atra videt, maneſq; profundi.

*Eſſe duas arctos? quarum Cynoſura petatur*
*Sidoniis? Helicen Graia carina notat?*
*Signaq;, quę longo frater percẽſeat anno,*
*Ire per hęc vno menſe ſororis equos?*
*Libera currebant non obſeruata per annum*
*Sidera, conſtabat ſed tamen eſſe Deos.*
*Non illi cęlo labentia ſigna tenebant,*
*Sed ſua, quę magnũ perdere crimẽ erat.*

Quis ſenſerat eſſe duas arctos, vrſam maiorẽ et minorem, de quibus ſuperiore libro diximus. Quarum, arctorum, ſeu vrſarum. Sidonijs, hoc eſt a Phoenicibus a Sidone vrbe. Petatur Cynoſura, hoc eſt minor vrſa, ad cuius obſeruationem Phoenices nauigant.

De Cynoſura

Graia carina, per metonymiam hoc eſt gręcus nauta. Notat Helicen, hoc eſt maiorem vrſam, ad cuius obſeruationem Gręci nauigãt, hęc enim ſidera a nautis obſeruabantur. De quo in. iij. Pharſalię, Signifero quęcunq; fluũt labẽtia cęlo Nunq̃ ſtante polo miſeros fallentia nautas, Sidera non ſequimur, ſed qui nõ mergitur vndis Axis inocciduus gemina clariſſimus arcto, Ille regit puppes, hic cum mihi ſemper in altũ Surget, et inſtabit ſummis minor vrſa cherucis, Boſphoron, et Scytię curuantes littora pontum Spectamus, quicqd deſcendit ab arbore ſumma. Arctophylax propiorq; mari Cynoſura feret. In Syrię portus tendat ratis inde Canopos Excipit auſtrali cęlo contenta vagari Stella timens Borean, illa quoq; pge ſiniſtra Trans Pharon in medio tangit ratis ęquore Syrtim. Ex his conſtat Phoenices obſeruare minorem vrſam, quam primus omniũ obſeruaſſe Licurgus Phoenix traditur, gręci Helicem ſequunt. Vnde et Flaccus, Graijs Helice ſeruanda magiſtris. Poniturq; Helice pro maiore vrſa, ab Hilice oppido, i quo nata Caliſto ab Higinio fert, quę in ipſam maiorẽ vrſam verſa eſt. Cynoſuram antẽ volunt aliqui (vt Higinius meminit) fuiſſe vnã e nutricibus Iouis, appoſitamq; plauſtro, et pro minore vrſa accipit. Et quis, ſenſerat. Signa. xij. illa ſigna, quę ſunt in zodiaco. Quę percenſeat, enumeret. Frater, Solipen. Longo anno, ãno ſolari, qui conſtat ex xij mẽſibus, qbus duodecim illa ſigna Sol pmeat. nam in vno quoq; ſigno mẽſem vnũ abſumit.

Lucanus lib. iij. de ſignis cęleſtibus

ANT. FAN.

Signa zodiaci xij.

SORORIS equos, Lunę quę vocatur a Pli. ſidus nouiſſimum terriſq; familiariſſimũ. et cum ſit proxima cardini minimo ambitu xij. ſigna zodiaci, quę Sol ãno vicenis diebus, ſeptenisq; et tertia diei parte pcurrit, ac deinde remorata in coitu Sol biduo cum tardiſſime a triceſima luce rurſus ad eaſdem vices exit. Libera currebãt, nondum a nobis ita obſeruata, vt ferrent quandã ſpeciem ſeruitutis vti nũc ferre videtur. Legimus. n. ſupra, Ætheraq; ingenio ſuppoſuere ſuo. Sed ſua, nõ cęleſtia ſigna, ſed ſua. i. ſigna militaria ſiue vexilla. Illa quidem foeno, pauper ſub Romulo Romanus exercitus haſtis manipulos alligabat, quibus pro ſignis vtebatur. Vnde ſigniferi manipuli dicti ſunt, auctore Ser. Hinc Donat. Romani ingt et Latini cum ſub nouo centurione bellũ aggreſſuri deputabantur, ſertũ ſibi, vel coronas ex manipulo herbę cõficiebant, quem p ſigno ſequebantur. vnde manipulus militũ nomen accepit. Hunc Var. eſſe inquit exercitus minimam manum, quę vnum ſequtur ſignum. Eas Flauius Vegetius contubernium vocat, docens manipulum decem aliquãdo militibus cõſtitiſſe. et ſic dictum q coniunctis manibus pariter dimicabãt. Hęlianus autem in libro quem de inſtruendis aciebus ſcripſit ad Adrianũ imperatorem duas inquit centurias Manipulum cõſtituere, cui A. Gel. aſtipulatur docens fuiſſe in legione cẽturias. xl. Cohortes. x. manipulos. xxx. Quamuis ſub Romulo initio eius regni (vt Plut. auctor eſt) Legio tria tãtum millia peditum et. ccc. equites habuit, quę poſtea ita excreuit vt ſex millibus hoium conſtiterit, teſte Vegetio, quibus etiam interdũ aliqua fiebat acceſſio, adeo verũ eſt, q quidam docẽt varietatem ducum acceſſu tẽporis mutaſſe militię diſciplinam. Feſtus ſcribit ſex millium et. cc. hoium primum C. Mariũ legionem deſcripſiſſe, cum antea quatuor milliũ fuiſſet, vnde etiã quadrata vocabat. Non vr omittendum hoc loco quod legimus apud Liuium de Manipulis ac militũ ordine. Quod ingt antea Phalãges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea Manipulatim ſtructa acies coepit eſſe. Poſtremo in plures ordines iſtruebantur. Ordo. n. ſexagenos milites, duos centuriones, Vexillariũ vnum habebat. Prima acies haſtati erant. Manipuli. xv. diſtantes inter ſe modicũ ſpacium. Manipulus leuis vicenos milites aliã turbam ſcutatorũ habebat, leues autem qui haſtam tantum geſaq; gererent, vocabantur. Hęc prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior deinde ętas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen. Hos ſequebantur ſcutati omnes inſignibus maxime armis. hoc. xxx. manipulorum agmen Antepilanos appellabant, quia ſub ſignis iam alij. xv. ordines locabantur, ex quibus ordo vnuſquiſq; tres partes habebat, earum vnamquamq; primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis conſtabat vexillum. clxxxiij. homines erant. Primum vexillum Triarios ducebat veteranum militem ſpectatę virtutis. Secundum Rorarios minus roboris ętate, factiſq;. Tertium Accenſos minimę fiducię manum eo et in poſtremam aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet Haſtati omniũ primum pugnam inibant.

Mãipuli

Mãipulus militum

Contubernium

Legio Annius Rõuli

Quadrata legio

Haſtati

Pricipes

Antepilani

Primus pilus

Triarij

Rorarij

Accenſi

Quantam

Cur aqlę ſigna militum cō mitabāt

Porci effigies inter ſigna militaria

Miotauri effigies

Quantam non &c. Marius has aues Romanis legionibus in ſecūdo conſulatu ſuo ꝓprie dicauit, teſte Plinio, q ēt ſcribit penetraſſe aliqñ i caſtra gra vnguentoꝝ ita, vt aquilę, ac ſigna pulnerulenta feſtis diebus iniungerent. Vt aūt aquilę ſigna militum comitarent a felici augurio natū eſt (auctore Seruio) quod Iuppiter ad bellum egrediens aduerſus Saturnum, viſo aquilę augurio ſit victoriā ꝯſecutus. Fuit et inter ſigna militaris Porci effigies qntum locus obtinens, q: pfecto bello, inter quos pax fieret cęſa porca foedus firmare ſolebant. Ites effigies Miotauri (vt alia pꝫreā) quoniam non minus occulta eſſe debent ducū conſilia, q̄ fuit eius domicilium Labyrinthus.

*Illa quidem foeno, ſed erat reuerentia foeno*
*Quantam nūc aquilas cernis habere tuas*
*Pertica ſuſpenſo, portabat longa maniplos,*
*Inde maniplaris nomina miles habet.*
*Ergo animi indociles, ⁊ adhuc ratione carētes*
*Menſibus egerunt luſtra minora decem.*
*Annus erat, decimū cum Luna receperat orbē,*
*Hic numerus magno tunc in honore fuit*
*Seu q: tot digiti, per quos numerare ſolemus,*
*Seu q: bisquino foemina menſe parit.*

PAV. MAR. QVIS ſenſerat equos ſororis, Lunę. Ire per hęc, oīa duodecim ſigna. Vno men. nam ſpaciū ſignorum per zodiacū, qd Sol duodecim menſibus decurrit, Luna ſingulis menſibus pficit. Sidera cur. li. quaſi nondū latinoꝝ obſeruatione pcepta. Non ob. per annū ē ob id libera, q: non obſeruata ꝓ anni ratione. Sed tñ ꝯſtabat eſſe Deos, q ſideribus noīa dederant, non tñ intelligebāt ſideꝝ rationem. Illi, ꝯditores vrbis, aut ipſi veteris. Nō tenebant, non intelligebāt. Signa la. cę. rōnem occaſus ſideꝝ, ſic nec ortus. Sed ſua, tenebant, q̄ tū ſui iuris erant, tenebant ſua ſigna, qbus in bellū pdibant. Quę ſi. pde. erat ma. cri. nam ꝓ magno ſcelere hēbāt deſerere ſigna Romana, aut hoſti ꝯcedere. Sed q̄ ſigna erant mox dicemus. Illa qdē foe. pma Romanoꝝ ſigna fuere foeni manipuli, vñ manipulares milites dicti, qd ab aucupatione Albę ſumpſit initiū. De quo Plu. cum ſcribit Romulū cū paſtoribus in Amuliū irruētē et Albā ingreſſuꝫ, conſedere ingt in inferiore ciuitatis loco, cum iā intromiſſe eſſent, et partem ipſius plurimam occupaſſent, Verutis longis armati, faſciculo ſtipularum adiuncto, quos latini manipulos vocant. Vñ et nunc in exercitu pedites ab his manipularij appellant, hęc ille. Veꝝ poſtea ſigna Romanoꝝ fuere, aqlę, lupi, leones, apri, minotauri, boues. Illa qdem, ſigna. s. Foeno, ex foeno erant. Sed erat reuerentia foeni, nā oēs foenum qd pro vexillo ferebant, reuerebant non ſecus ac poſteri aqlas.

Quantam, tanta erat foeno reuerentia. Quātam cernis, vides o Germanice. Habere nunc aquilas tuas, quas tu fers in exercitu. Aqla enim erat, quę legionem pcedebat, et vnaquęq; legio ferebat aqlam. Pertica longa, non enim erat haſta expolita, ſed rudis ptica velut ex nemore erat auulſa portabat. Maniplos ſuſpēſos, manipulū foeni.

ANT. FAN. MAniplaris, Manipularis a foeni Manipulis figurate dictum verſus gratia. Menſibus egerunt &c. ꝯſtituerunt annum decem menſium. Vnde cōſequens eſt vt luſtrum. i. qnquennium eius temporis minus ſit noſtro menſibus. x. cum hoc conſtet mēſibus. xl. illud. l. Seu qd ad vſq; decem numero creſcente venit, denarius numerus in honore fuit, non ſolum q: decem digiti ſunt in hoīū manibus, et foeminę decimo menſe pariūt, ſed q: is pmus limes ſit numeroꝝ. Inde paret centum denos ſecreuit in orbes Romulus, ex obſeruatiōe denarij numeri factum eſt, vt non modo annus a Romulo in decem menſes fuerit diſtributus, ſed ēt centurię militum in decurias. Sane Curię quę ſub Romulo triginta fuerunt ſingulę decem equites dederunt. Vñ Romulus tres eqtum centurias habuit, et q denis equitibus pꝑerant Decuriones dicebant auctore Feſto, quod et Varro confirmat his verbis, Primi ſingulaꝝ decuriaꝝ Decuriones dicti, quo nomine ēt aliquando vocabatur qui turmę duoꝝ et. xxx. equitum pꝑerat. Significat tamen et aliud decurionis nomen quod intactum relinquimus, cum Laurētius Valla temporibus noſtris ea de re non pauca tradiderit in elegantijs ſuis. Cęteꝝ non belli ſolū, ſed domi centurię aliqñ in decurias diſtributę ſunt. Liuius, Rem inter ſe centum patres decem decurijs factis, ſingulisq; in ſingulas decurias creatis qui ſummę reꝝ pꝑeſſent ꝯſociant. De decurijs Columella mediaſtime ingt claſſes non maiores q̄ denum hominum faciundę, quas decurias appellauerunt antiq. Eſt aūt ordo, Romulus ſecreuit cētū in denos orbes pares. Quod ſi trium Centuriarum equitum diuiſionē acceperis, ordo erit Secreuit centum pares in denos orbes. Sed placet ſuperior expoſitio. Haſtatos inſtituitq; decem, non eſt exiſtimandum decem tñ haſtatos fuiſſe ſub Romulo. quo regnante, antēq̄ Tatius humanis rebus excederet. Plutarchus auctor eſt legionem ad ſex millia peditum et ſexcentos equites excreuiſſe. Romulum ergo dicit haſtatoꝝ centurias in decurias diſcreuiſſe, queadmodum et principum pila noruq; Eſt igitur aſſeueratio eius ſententię, Pares autem denos ſecreuit in orbes. Legimus maiores noſtros cohortes in cēturias, et centurias in ꝯtubernia diuiſiſſe, vt decem militibus ſub vno papilione degentibus vnus pꝑeſſet Decanus, q caput ꝯtubernij dicebat, vt Vegetio placet, q ēt inquit haſtatos olim in acie ſecunda pugnaſſe, vt in prima principes, in tertia q et Triarij vocabant. Alij aliter ſcribunt. Verum enī eſt quod diximus mutari militię diſciplinam. Haſtati vero dicti ſunt (vt Varro ſcri.) q: haſtis pugnarent, vt Pilani q pillis quę tela erant ferro ſubtili trigono pꝑxa, pedaliq; fine vnciaꝝ nouē. Pricipes ꝗo (vt idem ingt) a principio gladijs pugnauerūt,

Denarius nūerus i honore

Tres eqtum centurię

Decuriones

Cohors centuria cōtubernia

Pricipes Haſtati Triarij Haſtati Pilani Pricipes

Seu ꝙ ad vſq; decẽ numero creſcente venit,
Principium ſpacijs ſumitur inde nouis.
Inde pares centum denos ſecreuit in orbes
Romulus, Haſtatos inſtituitq; decem.

Principa lis porta — qui poſtea commutata re militari minus illuſtres fuere. Ab his et principia in caſtris, et principalem portam dictam exiſtimant, cuius meminit Feſt.

Armati Peltati Velites cataphracti eqites Ferentarij — Sane Helianus bellatores, qui pedibus ſuis in terra nituntur in tres partes diuidit. Armatos, Peltatos, velites, quorum armatos grauem, Peltatos ac Velites leuem armaturam inquit appellari. Ex equitibus autem qui in Turmas diuidi conſueuerunt. Alios eẽ docet Cataphractos q toti armis teguntur. Alios Ferentarios, q arcu vel iaculis ſolẽt eminus dimicare. Alios Haſtatos, qui manus cõferunt & haſta cominus decertant, quoꝝ alios ſcutum gerere et ſcrutatos dici.

Scutati contati Haſtati — Alios tradit ſine ſcuto haſta pugnare, quos inquit et Haſtatos et Contatos vocari. Idem etiam docet nullam haſtam ſumi oportere decem cubitis breuiorem.

PAV. MAR. — INDE, Ab his foeni manipulis. Miles manipularis, pro manipularis. Habet nomina, qꝛ ide manipularij dicti ſunt. Et Varro inqt Manipulos exercitus minimas manus, quę vnum ſequuntur ſignum. Ergo, vt concludat ſimplicitate quadam, et ſiderum imperitia, Annus tantummodo.x.mẽſium conſtitutus eſt. Ergo animi indociles, qui nihil diſcere poterant. Et adhuc carentes ratione, pro rationibus.i.rerum cauſis, quas ignorabant. Egerunt, conſtituerunt. Luſtra minora.x. menſibus,

de luſtro minore tempore Romuli — nam vt minores anni, ita minora luſtra. Luſtrum n. cum ſit ſpatium quinq; annoꝝ, vt ſuperius oſtendimus, et annus conſtaret ex.x.mẽſibus. Continebat tantũmodo illud.L.menſes, et cum cõputatur annus ex.xij.menſibus luſtrum cõſtabit ex lx. ſic eo tempore.x. mẽſibus erat minus. Licet poſt Romulum a Tullo Hoſtilio luſtrum fuerit inſtitutum, ſed per hęc verba poeta voluit oſtendere anno, naturali, duos menſes a principio defuiſſe.

De numero denario — Annus erat, decimo quoq; lunę peracto curſum ciuilem tunc annum computabant, ex eo qd denarius numerus perfectior ſit, et in honore erat, vel qꝛ.x. digitos continent hominum manus, vel quod decimo menſe parit foemina, vel qꝛ cuꝫ numeramus ad decimum vſq; aſcendimus. Erat annus cum Luna receperat orbem decinum, cuꝫ decies in rotunditatem ſe repleſſet. Hic numerus, denarius.s. Erat tunc, Romuli tempore. In magno honore, ex qua perfectior numerus. Seu qꝛ tot digiti ſunt.s.in hominum manibus. Per quos ſolemus numerare, plerũq; enim digitis numeros computamus. Seu qꝛ foemina, parit bisquino, hoc eſt decimo menſe, de quo plura circa pn̄cipium primi libri diximus. Seu qd venimus vſq; ad decimum numero creſcente cum numeramus, aſcendimus vſq;.ad.x. poſtea reſumitur p̄mus numerus decimo additus, vt.x. poſtea.xi.xx. poſtea xxi. ſic de reliquis. Inde, a decem. Sumit principium numeri.s. quod eſt illud vnum. Nouis ſpatijs, per quę numeramus. Inde pares, non modo in anni computatione ſeruatus eſt denarius numerus, ſed etiam in militia cum Centurias, Haſtatos, Principes, Pilanos, Equites, et omnes ordines denario numero diuiſit. Quod vt facilius intelligatur ordinem aciei referemus, qui poſtea ſeruatus eſt in plures ordines inſtruebant. Ordo enim ſexagenos milites, duos Centuriones, Vexillarium vnum habebat. Leues autẽ qui haſtam tantum geſaq; gererent, vocabãtur. Hęc prima frons in acie floreꝫ iuuenũ pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ętas, totidem manipuloꝝ, quibus principibus eſt nomen. Has ſequebantur Scutati oẽs, inſignibus maxime armis. Hoc trigeſimum manipuloꝝ agmen. Ante Pilanos appellabant, qꝛ ſub ſignis iam alij quindecim ordines locabantur. Ex quibus ordo vnusquisq; tres partes habebat, earuꝫ vnamquamq; primumpilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat. Vexillum. clxxxij. homines erãt. Primum vexillum Triarios ducebat veteranuꝫ militem ſpectatę virtutis. Secundum Rorarios minus roboris ętate, factisq;. Tertium Accenſos, minime fiducię manu, eo et in poſtremam aciem reijciebantur, vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet. Haſtati omnium primum pugnaꝫ inibant. Si Haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo, eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat. Haſtati ſequebant. Triarij ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus, ꝗ vallo ſepta inhorreret acies tenentes. Si apud principes quoq; haud ſatis proſpere eſſet pugnatum a prima acie, ad Triarios ſenſim referebant. Inde rem ad Triarios rediſſe cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij conſurgentes vbi in interualla ordinum ſuorum principes et haſtatos recepiſſent, exemplo comperſis ordinibus velut claudebant vias vnoq; continente agmine. Iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtes incidebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſequuti nouam repente aciem exurgentem, aucto numero cernebant. Hęc ex Liui.viij. primę deca. libro. Inde, ex ea ratione denarij numeri. Romulus ſecreuit, diuiſit. Centum, Centurias ipſas, quę (vt Varro inquit) ſub vno Centurione ſunt, quarum centenarius iuſtus numerus. Inde nos orbes pares, in decem ęq̃s circũnumerationes, nam denario numero diuiſit. Et inſtituit.x. haſtatos, quo denario quoq; numero diuiſit, naꝫ in ſingulis ordinibus.x. erant, et poſtea ad ſexagenos auctus eſt numerus. Haſtati (vt Varro inquit) dicti qui primi haſtis pugnabant.

ET Totidem princeps totidem pilanus habebat corpora, principum ac pilanorum decani pręfecti contubernijs, ſiue manipulis totidem, hoc eſt decem militibus p̄erant, & decuriones, decani, duces, primi, ac p̄ſtites dicebãtur, vt auctor eſt Helianus, qui tradit vltimum in decuria tergiductorem appellari. Neq; enim placet hoc loco, vt per principeꝫ — ANT. FAN. — Tergiductor

accipias

accipias primę cohortis Centurionem. Lege Vegetium ne tibi omnia recitem. Laurentius Valla vocet primipilum, qui primipilatum gerit, primipilarem vero qui geſſit nuncupari. Liuius de primipilo, Centurio erat quem nunc primipilum appellant. Legitimo, non ſtrigoſo, ſed quali legitimum equitem vehi oportebat ne a cenſoribus notaretur. Diximus ſupra equites q₃ fuiſſe in decurias diſtributos. Quinetiam partes totide₃ Titienſibus ille. Quosq; vocant Ramnes Luceribusq; dedit, conſtat tres partes po. Ro. fuiſſe ſub Romulo, quas tribus dixerunt. vnam Titienſium a. T. Tatio duce Sabinorum appellatam. Aliam Ramnenſium a Romulo. Tertiam Lucerum, quorum nominis et originis cauſa incerta eſt, vt Liuius ſcribit, quamuis Feſtus Luceres doceat appellatos a Lucero Ardeę rege, qui Romulo aduerſus Tatium bellanti auxilio fuit. Varro autem a Lucumonibus, quod quidam id vocabulum Thuſcum exiſtimauerint. Ferunt enim Romulum (vt ſcribit Seruius) dimicantem contra. T. Tatium a Lucumonibus auxilia poſtulaſſe. Vnde quidam venit cum exercitu, cui iam recepto. T. Tatio pars vrbis data eſt, a quo in vrbe Thuſcus vicus nomen accepit. Thuſcia enim (vt idem inquit). xij. Lucumones habuit, ideſt reges, vt Gens illi triplex populi ſub gente quaterni. Plutarchus vero a luco Aſyli Luceres dictos putat, in quem multi fuga delati ciuitate donati ſunt. Has tribus tres fuiſſe nomen ipſum declarat, a quibus tribuni dicti. Vnaqueq; autem tribus decem continuit Curias, auctore Plutarcho. Vnde origo fuit turmę dictę, q; ter deni equites e tribus tribubus darentur, auctoribus Feſto et Varrone. Sciendum Titienſe₃ tribum, quā pleriq; non recte Tatienſem dicunt, a. T. Tatij prenomine appellatam eſſe, auctore Feſto, cuius locum deprauatum inueni, ſecundum quem ea tribus Titienſis dicenda eſt non Tatienſis. Illud quoque non ignorandum quod admonet Columella multiplicatas tribus nomen priſtinum retinere, ſicut Centuria a centum iugeribus vocata, vt idem inquit. Mox duplicata idem nomen retinuit. Vn̄ ait Feſtus, Centuriam in agris ſignificare ducenta iugera, in re militari centum homines. Ide₃ Romę inquit. xxxv. tribus curias appellari.

primipilus

primipilaris

Tribus tres Titiēſes Rānenſes Luceres

Thuſcus vicus

lucomones. xij.

Tribuni.

Turma

Centuria in agris Cēturia in re militari

> Et totidem princeps totidem pilanus habebat
> Corpora, legitimo quiq; merebat equo,
> Quinetiam partes totidem Tatienſibus ille,
> Quosq; vocant Ramnes, Luceribusq; dedi.
> Aſſuetos igitur numeros ſeruauit in anno,

PAV. MAR.

ET Totidem corpora habebat princeps, hoc eſt principum numerus continebat. x. milites, nam ē denario numero diuiſi principes, qui (vt oſtēdit Varro a principio gladijs pugnabant, et poſt commutata re militari minis illuſtria ſunt. Totide₃ corpora habebat pilanus, nam et pilanorum numerus in, denos quoq; diuidebatur. Pilani qui pilis pugnabant. Verum (vt Var. inquit) Pilani Triarij quoq; dicti, q; in acie Triario ordine, extremis ſubſidio deponebantur, quod hi ſubſidebant ab eo ſubſidium dictum, a quo Plau. Agite nunc ſubſidite omnes quaſi ſolent Triarij. Et qui, et ille qui. Merebat, militabat. Sed merere ſine diphthongo quot ſcribere, ſtipendium militare eſt. nam poeta in Amoribus ait, Iuſſit et in caſtris ęra merere ſuis. Equo legitimo, lege ſibi conceſſo, nec corrupte legas hunc locum, vt alij fecere, Quiſq; merebat equo, non enim q₃q; ſed quiq; dicendum eſt, nam de equitum turma intelligit i denas quoq; partes diuiſa, nā in vnaquaque tribu decem. Turma enim (vt oſtendit Var.) Terma eſt, e in u abijt, quod ter deni equites ex tribus tribubus Titienſium, Ramnenſium, et Lucerum fiebant. Itaq; primi ſingularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt, et nunc terni.

Mereo habeat ſigata

Quin, etiam. Ille, Romulus. Dedit totidem partes Titienſibus et Luceribus, et quas vocant Ram. etiam denario numero diuiſit tribus Titienſem, Ramnenſem, et Lucerem, nam vnaquęq; tribus in decurias decem diuiſa eſt. De harum appellatione ita Var. inquit, Ager Romanus primum diuiſus in partes tris. A quo tribus appellata, Titienſium, Ramnenſium, et Lucerum nominatę, vt ait Ennius Titienſes a Tatio. Ramnenſes a Romulo. Luceres (vt ait Iunius) a lucomone. Sed omnia hęc vocabula Thuſca, vt volumus, qui Tragędias Thuſcas ſcripſit dicebat. Et Pompeius inquit Titienſem Tribum a prenomine Tatij regis appellatam videri, et Titiam quoq; curiam ab eodem rege dictā. Et Plutarchus aſſerit, In compoſitione rerum cu₃ Sabinis Centurias tres deſcriptas et appellatas, primam a Romulo Ramnenſem, alteram Titienſem a Tatio, et a Luco Lucerem, vbi erat conſtitutum Aſylli templum. Centurię tribus dictę ſunt, qui ijs pręerant tribuni vocati. Pompeius autem inquit Lucerenſes et Luceres, quę pars tertia po. Ro. eſt diſtributa a Tatio et Romulo, appellati ſunt a Luceo Ardeę rege, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium. Aſſuetos, cum et in diuiſione populi, de quo ſuperius et in militia denarium ſeruaſſet numerum, ſeruauit et in anno ea etiam ratione, quam a principio retulimus, per totidem menſes a funere coniugis vxor Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo. Seruauit igitur, Romulus. Numeros aſſuetos, et in populo et in militia ſeruauit ēt. In anno, in anni ratione.

Vnaq̄q; tribu hēbat dece₃ decurias

Luceres dicti a Luceo Ardeę rege

ANT. FAN.

HOC Luget ſpatio, ēc, Numa Pompilius lugendi modum ſtatuit, auctore Plutarcho, voluitque puerum non lugeri citra trimatum, licere autem natu grandiores lugere tot menſibus quot annos vixiſſent ad decem vſq;, prolixiore vero fletu ętatem lugere nullam, ſed longiſſimum tempus eſſe menſium decem. Frondes ſunt in honore nouę, ingrediente Martio (vt inquit Macrobius) in regia, curijs, atq; Flaminum domibus laureę veteres nouis laureis mutabantur. Ianua tunc ēc. domus regis ſacrorum, quem et regem ſacrificulum

Lugendi modus

Laureę veteres nouis mutabāt

vocant calendis Martijs ornari noua lauro conſueuit,quę arbor eſt Phoebi. Curia priſca, de hac Varro,Curię inquit duorum generum vbi curarét ſacerdotes res diuinas,vt Curię veteres, et vbi Senatus humanas,vt curia Hoſtilia, quã primus ędificauit Hoſtilius rex,ante hanc roſtra. Laurea cana,calendis Martijs ẽ laureę veteres ędis Veſtę mutabantur, ẽ accẽdebaẽ nouus ignis, teſte Solio. Iliacos autem focos dicit, quia Aeneas Veſtę ſacra ex Troia dicitur attulisſe. Vnde illud eſt. Et vos virginea lucentes ſemper i ara Laomedonteę Troiana altaria flammę. Anna, huius ſupra fecimus mentionem, quã pennam vocaruntvt ſuo loco dicemus, et celebrarunt hoc menſe,vt annare, perennareq; commode liceret. Hinc etiam veteres init memorant honores Ad ſpacium belli perfide Poene tui, lege Liuium,apud quem inuenies et poſt ſecundum bellum punicum idibus Martijs initum ꝯſulatum.

Curia duplex

Nouus ignis accendebatur

Cures oliuſerę

> Hoc luget ſpatio foemina moeſta virum.
> Neu dubites, primę fuerint quin ante calendę
> Martis,ad hęc animuȝ ſigna referre potes.
> Laurea flaminibus quę toto perſtitit anno,
> Tollitur,& frondes ſunt in honore nouę.
> Ianua tunc regis poſita viret arbore Phoebi,
> Ante tuas itidem curia priſca fores.
> Veſta quoq; vt folio niteat velata recenti,
> Cedit ab Iliacis laurea cana focis.
> Adde ꝙ arcana fieri nouus ignis in ęde

PAV. MAR.

HOC Spatio x.menſium. Foemina moeſta, vidua.et ob id moeſta. Luget virum, in mortem. decem.n.menſibus lugubris ſeſe domi ꝯtinebat,vt in primo lib.oſtendimus. Neu dubites,vt conſtet calen.Martias fuiſſe anni principium,ea ſigna refert,quę in principio huius libri retulimus ex Macro.et in regia,et in curijs, et in flaminum domibus,et in templo Veſtę laureas veteres nouis mutari. Quod ꝗ olim in principio anni Romulei fiebat,ſeruabatur etiam ſuo tempore, et nouus ignis a Veſtalibus accendebaẽ. Neu, vt non. Dubites, ſed vt certior fias. Quin,quod ita hoc in loco exponat quin pro quod, nam crebrum hoc reperiẽ in epiſtolis Ciceronis, vt non dubito quin eo ſis animo,quo ego eſſem, ſiquid tu me rogares, hoc eſt certus ſum ꝙ eo ſis animo,quo ego eſſem. Terẽtius,Non dubiuȝ eſt quin vxorem nolit,quaſi certum eſt ꝙ nolit. Ponitur etiam pro quid non, vt eſt illud Saluſtianum,Quin igitur expergiſcimini. Ponitur etiam pro inſuper,vt apud Virgiliũ,Quin protinus omnes Perlegerent oculis, ergo hoc in loco. Neu dubites,certus ſis. Quin, qđ. Fuerint. ante primę calen.Martij menſis fuerint prius primę,nam in anni principio. Laurea quę perſtitit toto anno flaminibus,corona ex Lauro,quę a principio anni ad finem permanſit,aut pependit in flaminum domibus. Tollitur, remoueẽ. Et nouę frondes ſunt in honore, nam reiecta veteri laurea,noua apponitur. Tunc,calendis Martijs. Ianua regis,ianua regię,et de regia conſuluȝ intellige,quę erat in palatio. Viret, viridis tunc videtur. Poſita arbore Phoebi, appoſita lauro ,quę

Quin ꝓ qđ i hoc loco

ſub Phoebi tutela eſt propter Daphnem virginem, quam amauit in eam arborem demutataȝ. Curia priſca,quaſi virens vt etiam vetus curia. Itidez,ſimiliter. Ante tuas fores, appoſita ſcilicet lauro, nam illud repetendum poſita arbore Phoebi. Curię(vt Var. inquit) duorum generum, cum et vbi curarét ſacerdotes res diuias,vt curię veteres etvbi ſenatus humanas , vt Curia hoſtilia , ꝙ ̃pmus ędificauit Hoſtilu.rex. Añ hãc roſtra, cuius id vocabulum ex hoſtibus capta fixa ſũt roſtra. Et alio loco inquit. Curia vbi ſenatus remp. curat. Illa et etiam curia dicitur ,vbi cura ſacrorum publica,ab his Curiones.Et Põpi. iij. de ſignificatu ver. Curia inquit locus eſt vbi publicas curas gerebant. Calabra curia dicebatur, vbi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Curię etiam nominantur, in quibus vniuscuiusq; partis po.Ro.quid geritur. Quales ſunt hę in quas Romulus populuȝ diſtribuit numero trigeſimo. Quibus poſtea additę ſunt quinq; ita, vt in ſua quisq; curia ſacra publica faceret,feriasq; obſeruaret. Hisq; curijs ſingulis nomina curiarum virginum impoſita eſſe dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerant. Laurea cana,laurea vetus, nam canas ſenes dicimus a canis crinibus. Cędit ab Iliacis focis, remouetur a templo Veſtę, cuius ſacra ex Ilio aduecta.

Curia vetus

Calabra Curiata Tributa

Vt Veſta quoque niteat,vt Veſtalis ara, aut templi ianua. Niteat velata,tecta. Folio recenti,nouis lauri frondibus, nam inde etiam veteres laureę remouebantur, et nouę ponebantur. Adde, ad hęc quod dicitur fieri nouus ignis in ęde arcana,in penetralibus Veſtę nouus ignis accenditur,arcana dixit, quia non licebat ingredi maribus. Flamma refecta, noua quę tum ſuccenſa. Capit'vires, cum paulatim vehementius accendatur. Nec,et ex hoc etiam argui poteſt menſem hunc anni principium fuiſſe quod in eo menſe, vt et Macro.aſſerit ad annam perennam ſacrificatum itur,vt annare,perennareque commode liceat,quodque calendis Martijs comitia auſpicabãtur,qui quidem mos vsque ad bella Punica ſeruatus eſt.Tunc enim primum coepere auſpicari comitia calendis Ianua. Alia ratio, cum dicamus Quintilem quinto loco, ſic Sextilem ſexto, ſic vsq; ad Decembrem,qui eſt vltimus et decimus a Martio,ſignificat Martium fuiſſe primum. Nec mihi parua fides,ſed magna fides habenda eſt, quaſi credendum eſt. Hunc, a Martio. Eſſe, fuiſſe. Annos priores,incepiſſe veteres annos, ſeu anni principia fuiſſe. Quod hoc menſe eſt coepta coli Anna

De anna penna

si Anna perenna, quod hoc menſe Martio coepere fieri ſacrificia Annę perennę, cum eſſet tunc anni principium. quo (vt Macro. inquit) annare et perennare commode liceret. Sed de Anna inferius dicemus. Hinc, ex hoc menſe.

Dicitur, & vires flamma refecta capit.
Nec mihi parua fides ānos hinc eſſe priores,
Anna q̧ hoc coepta eſt mēſe perenna coli.
Hinc etiā veteres initi memorant honores
Ad ſpacium belli perfide Poene tui.
Deniq; quintus ab hoc fuerat quintilis, & idē
Incipit, a numero nomina q̄squis habet.

Memorantur, referuntur. Initi, ab in eo ſis. Honores veteres, magiſtratus priſci. quaſi referuntur comitia auſpicata et initi magiſtratus. Honor enim (vt Caliſtratus iuriſconſul. inquit) eſt municipalis adminiſtratio reipublicę cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue cum erogatione contingens. Ad ſpatium, quaſi vsq; ad tempus. O Poene perfide, o Afri ſeu Carthaginenſes foedifragi, de quibus Silius, Te Marte ſiniſtro Iuratumq; Ioui foedus, conuentaq; parum Sydoni fregere duces, atq; impius enſis Ter Placidam ſuaſit temerando abrumpere pacem, inde foedifragi dicti. et in prouerbio fuit Punica perfidia. Belli tui, vsq; ad bella punica. Deniq; quin. Iulius qui prius Quintilis dicebatur, vt in primo diximus, Quę ſequitur numero turba vocata fuit. Fuerat quintus ab hoc, quintus a Martio. Et inde, a Quintili. Quisquis, menſium. Incipit, cuiuscunq; ſit initium. Habet numina a numero, nam Sextilis a ſex. September a ſeptem. October ab octo. et ſic de reliquis.

Poeni foedifragi

ANT. FAN.

OLIVIFERis, ager Curium, vnde T. Tatius et Numa Pompilius exciti ſunt oliuetis, ac vinetis egregie prępeditus fuit, vt auctor eſt Strabo Non placet hic repetere quę ſuperius dicta ſunt. lege Macrobium. Samio, Pythagora, qui (vt ſcribit Iuſtinus) Sami natus eſt patre Demarato. Vnde illud eſt Virgilij, Erat hic ortu Samius, ſed fugerat vna, Et Samon et dominos, odioque tyrannidis exul Sponte erat. Ariſtoxenus tamen (vt inquit Laertius) Tyrrhenum hunc eſſe voluit e quadam inſularum, quas eiectis Tyrrhenis Athenienſes tenuerunt, cuius patrem alij Veſcarem fuiſſe tradiderunt, alij Mamarchum, alij Meneſarchum annulorum ſculptorem. Illud dubium non eſt Italicę philoſophię principem hunc fuiſſe, cum Ionica ab Anaximandro Thaletis diſcipulo fluxerit, dictamque Italicam philoſophiam, q̧ eius auctor Pythagoras in Italia plurimum philoſophatus ſit. Cum enim e Samo in Ægyptum, et mox Babylonem ad perdiſcendos ſiderum motus, originemque mundi ſpectandam profectus ſummam ſcientiam conſecutus eſſet, regreſſus inde in Cretam, & Lacedęmona ad cognoſcendas Minois et Lycurgi leges in Italiam venit, vbi multum, diuque philoſophatus eſt Targuinio regnum obtinente, cui cognomentum ſuperbus fuit, vt A. Gel. docet. Quare ſine dubio fabuloſum eſt q̧ aiunt Numę Pompilij pręceptorem fuiſſe Pythagoram. Vnde ait Liuius, Auctorem eius doctrinę, quia non extat alius falſo Samium Pythagoram edunt. Et Cicero, Quinetiam inquit arbitror propter Pythagoreorum admirationem Numam quoque regem Pythagoreum a poſterioribus exiſtimatum, nam cum Pythagorę diſciplinam et inſtituta cognoſcerent, regisque eius ęquitatem et ſapientiam a maioribus ſuis accepiſſent, ętates autem et tempora ignorarent propter vetuſtatem eum qui ſapientia excelleret Pythagorę auditorem fuiſſe crediderunt. Sciendum tamen ſcripſiſſe Caſſium Heminam (vt ait Plinius) Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa rex ſitus fuiſſet, in eademque eius libros repertos, in quibus ſcripta eſſent pręcepta philoſophię Pythagoricę, eosque combuſtos a Q. Petilio pretore. Sed meminiſſe debemus quod Plutarchus tradit putaſſe nonnullos Pythagoram quendam Spartiatam olympiade decimo ſexto cuius anno tertio Numa rex creatus dicitur, Numę congreſſum eſſe, ac ſimul cum eo regnum conſtituiſſe. Sane Pythagoras Samius (vt Ariſtippus Cyreneus putauit) ideo Pythagoras appellatus eſt, q̧ vera non minus Pythio loqueretur, a quo vnum e tribus generibus braſicę, quę a Catone ponuntur Pythagoricum dicitur, quod eſt extentis folijs et caule magno. Eundem philoſophum Ariſtoxenus ait cuncta animata in cibum permiſiſſe pręter bouem aratorem, arietemq;. Et Liuius, Seruio Tullio regnante Romę in vltima Italię ora circa Metapontum, Heracleamq;, et Crotonam iuuenum ęmulantium ſtudia coetus habuiſſe. Dion ſius quoq; ſcribit fieri non potuiſſe vt Numa Pythagorę Samij diſcipulus. fuerit. Qui poſſe renaſci nos putat, notum eſt voluiſſe Pythagoram eſſe animas immortales, et renaſci nos animis in noua corpora tranſeuntibus. Oui. alibi Quoniam non corpora ſolum Verum etiam volucres animę ſumus, inq; ferinas Poſſumus ire domos, pecudumq; in viſcera condi.

Pythagoras Samius

Pythagoras Italicę phię auctor

Pythagoras Sptiata

PAV. MAR.

PRIMVS, et primo libro diximus anno Romuleo Numam duos menſes addidiſſe. Nunc idem refert, Romulus annum decem menſium computarat a Martio incipientem, qui conficeretur diebus.ccciiij. vt ſex menſes, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, tricenum eſſent dierum. Quatuor vero, Martius,

Annus p Numa iſtitutus

Maius,Quintilis, October,tricenis & ſingulis expedirentur.Numa quinquaginta dies addidit, vt in cccliiij.dies,quibus duodecim Lunę curſus confici credebat, annus extenderetur. His quinquaginta a ſe additis adiecit alios ſex retractos illis menſibus ſex,qui.xx.habebant dies.i.de ſingulis ſingulos,factosq; quinquaginta et ſex dies in duos nouos menſes pari ratione diuiſit, ac de duobus priorez

> Primus oliuiferis Romã deductus ab aruis
> Pompilius menſes ſenſit abeſſe duos.
> Sine erat a Samio doctus qui poſſe renaſci

De ordie ãni ſecũdũ diuerſos auctores di gna q̃dã

Iannarius nuncupauit.Secundum dicauit Februo Deo luſtrationum. Paulopoſt in honorem imparis numeri, ſecretuz hoc,et ante Pythagoram parturiẽte natura.Vnum adiecit diem,quem Ianuario dedit,vt tam in anno q̃ in menſibus ſingulis , pręter vnum Februarium impar numerus ſeruaretur.Nam q? duodecim menſes ſi ſinguli , aut pari impari numero putarentur,cõſumationem parem facerent.Vnus pari numero inſtitutus vniuerſam putationem imparem fecit,Ianuarius,Aprilis,Iunius, Sextilis, September,Nouember,December.Vnde tricenis cenſebãtur diebus,Martius,Maius,Quintilis, October dies tricenos ſingulos poſſidebant.Solus Februarius viginti et octo retinuit dies,quaſi inferis et diminutio et par numerus conueniret . Hęc ex Macro.de anno a Numa inſtituto , cui poſtea Cęſar addidit decem dies,et inſtituit in fine cuiusq; q̃rti anni,vt dies vnus intercalaris adderetur ad ſupplementuz quartę partis diei,ſed de his in principio diximus.Si quis plenam aut cumulatam rationẽ intercalationis ſcire cupit,legat ipſum Macro.

Primus Pompilius, Numa Pompilius Pompilij Pomponij viri illuſtris filius. Deductus Romaz ab aruis oliuiferis,accitus in regẽ ex Sabinis aruis olea abundantibus . Reſpexit poeta ad ſua tempora,nõ autem ad tempora Numę,nam et Pli. referente oleam Theophraſtus celeberrimus Grecoruz auctoribus vrbis Romę anno circiter.ccccxl. negauit,niſi intra.xl.millia pas.a mari naſci.Feneſtella vero omnino non fuiſſe in Italia,Hiſpania , atq; Africa Tarqnio Priſco regnãte,ab annis popu.Ro. clxxxiij.Ergo Numę tempore oliuiferi nõ erant.

Quatuor ętatibus Pythagoras poſterior fuit a numa Pom.

Senſit Numa habeſſe duos menſes,anno ſcilicet a Romulo conſtituto,ſenſit deeſſe mẽſem,qui Iano Deo Principiorum debebatur . et alterum qui Deo purgationum. Sine doctus,hęc.s.quę inſtituit. A Samio,a Pythagora philoſopho,qui Samius fuit ex Samo Ionica. Qui,Pythagoras.

Putat nos poſſe renaſci,putat animã eſſe imortalem,vt eſt. Sed cum a corpore auellitur in alia quoq; corpora trãſire.De quo latius in Metamorphoſi,O genus atonitum gelidę formidine mortis, Quid ſtyga,quid tenebras, et inania regna timetis Materiam vatum et reliqua. Numã multi volunt Pythagorę philoſophi auditorem fuiſſe.ſed(vt Diony.inquit)repugnant tempora.Naz quatuor ętatibus Pythagoras poſterior fuit Numa ſextadecima olympiade media Romanum accepit imperium.Pythagoras poſt quinquageſimaz olympiadem in Italia manſionem habuit.Pręterea,quando a Romanis in regnum Numa euocatus eſt, nondum erat vrbs Croto,vbi Pythagorę ſedes fuit, ſed condita quatriennio poſt anno tertio decimę ſeptimę olympiadis ita in ea vrbe,quę nõduz fuerat,diſcipulus eius eſſe nõ potuit.De hoc eodem Liuius auctorem inquit doctrinę eius,q? non extat alius,falſo Samium Pythagorã edũt. Quẽ Seruio Tullio regnante Romę, cẽtum poſt ãnos amplius in vltima Italię ora circa Metapontũ,Hercleamq;,et Crotonam,iuuenũ ęmulãtium ſtudia coetus habuiſſe conſtat.Ex quibus locis,et ſi eiuſdẽ ętatis fuiſſet,quę fama in Sabinos, aut quo lingue cõmertio quemquã ad cupiditatẽ deſcendi exciuiſſet.Quoue pſidio vnus per tot gentes diſſonas ſermone,moribusq; perueniſſet. Suopte igitur ingenio temperatum animũ virtutibus fuiſſe opinor magis,inſtructũq; non taz peregrinis artibus q̃ diſciplina tetrica,ac triſti veterũ Sabinoruz,quo genere quondã nullum incorruptius fuit.Hęc ille.Plut.vero vbi aliorum opiniones retulit,et poſteriorem Pythagorã dixit.Addit nõ hunc Pythagoram,ſed Pythagorã Spartiataz, qui ſtadiũ in olympia viciſſet,olympiade ſextadecima cuius anno.iij.Numa in regnum conſtitutus eſt,in Italiam errabũdum veniſſe,Numęq; cõgreſſum,ac ſimul regnũ conſtituiſſe.Quare nonnulla ex Laconibus Romanis inſtitutis doctore Pythagora admixta ſunt,et reliqua.Sed vt de euocatione Numę in regnũ aliquid dicamus ex hiſtorijs noſtris mutabimur,Poſt mortem Romuli cũ inter reges per annum regnaſſent,et plebs et regez expoſceret,permiſſa eſt populo ptãs, decreuerunt.n.patres,vt cũ populus regẽ iuſſiſſet,id ſic ratũ eſſet,ſi patres auctores fierent.Tũ inter rex concione aduocata,Quod bonum,fauſtũ,felixq; ſit,inquit Quirites, regẽ create,ita patribus viſum eſt.Patres deinde ſi dignum, qui ſecũdus a Romulo numeretur,creabitis,auctores fient.Adeo id gratũ plebi fuit,vt ne victi beneficio viderentur,id modo ſciſcerent, iuberẽtq;,vt ſenatus decerneret,q Romę regnaret . Inclyta iuſtitia,religioq; ea tempeſtate Numę Pompiliũ erat.Curibus Sabinis habitabat,cõſultiſſimus vir, vt in illa quisq̃ ętate eſſe poterat,oĩs diuini,atq; humani iuris.Audito noĩe Numę patres Romani, quamq̃ inclinari opes ad Sabinos,rege inde ſumpto videbatur,tamẽ neq; ſe quisq̃ nec factionis ſuę alium, nec deniq; patrũ,aut ciuium quemq̃ pręferre illi viro auſi,ad vnũ omnes Numę Pompilio regnũ deferendum decernũt. Accitus ſicut Romulus augurio vrbe cõdenda regnuz adeptus.De ſe quoq; Deos conſuli iuſſit.Inde ab augure,cui deinde honoris gratia,publicũ id,perpetuumq; ſacerdotiuz fuit,deductus in arcẽ lapidem ad meridiem verſus conſedit. Augur ad leuam eius,capite velato ſedem ceperit.Dextra manu baculũ ſine nodo aduncum tenens,quem lituum appellaĩ, inde vbi proſpectum vrbem , agrumq; capto , Deos precatus regiones

Variam opiniõez de Pythagora

Etiã aliũ Pythagorã fuiſſe tpe Numę qui quõ ꝯſtitutus fuerit ĩ ipio ſ3 Liuiũ hic põit

ab oriẽte

Nos putat, Egeria ſine monente ſua.
Sed tamen errabant etiam tunc tēpora, donec
Cęſaris in multis hęc quoq; cura fuit.
Non hęc ille Deus, tanteq; ꝓpaginis auctor
Credidit officijs eſſe minora ſuis.
Promiſſumq; ſibi voluit prenoſcere cęlum,
Nec Deus ignotas hoſpes inire domos.
Ille moras Solis quibus in ſua ſigna rediret,
Traditur exactis diſpoſuiſſe notis.

ab oriente ad occaſum determinauit. Dextras ad meridiem partes, lęuasq; ad ſeptentrionem eſſe dixit. ſignum contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finiuit. Tum lituo in lęuaȝ manum tranſlato, dextra in capite Numę impoſita, precatus ita eſt, Iuppiter pater, ſi fas eſt hūc Numam Pōpiliū, cuius ego caput teneo, regē Romę eē, vti tu ſigna nobis certa ac clara ſint inter eos fines, q̄s feci. Tum ꝑegit verbis auſpicia, q̄ mitti vellet, quibus miſſis, dcla ratus rex Numa de templo deſcēdit, qui regno ita potitus vrbem nouam, conditam vi, et armis, iure, legibusq; ac moribus de integro ꝯdere parat. Sed hęc hactenus. Que ideo retuli, vt his quoq; cōmentarijs adderem morem creandorum regum.

ANT. FAN. Egeria

EGeria ſine monente ſua. Egeriam nympham nemoris Aricini amicam ſuam eſſe Numa Pōpilius finxit ad affirmandam legum ſuarum auctoritatem, vt ferum populum religio molliret, exiſtimantem omnia ab eo rege iuſſu Egerię fieri. Statius in ſiluis, ſic ſacra Numam, ritusq; colendos Mitis Aricino dictabat nympha ſub antro. Hanc veteres crediderunt vnam eſſe e nouem muſis, qbus Numa ędem ꝯſtruxit, qui hac ratione pſuaſit ppło cum Egeria ſe habere ꝯgreſſum, cū multos ad cōuiuium inuitaſſet, iiſq; ante horam ductis nihil ſcire paratum eſſe oñderet, eoſdem veſperi cum duxiſſet magnificentiſſimum apparatum oſtendit. Hęc Nympha ab egerendo (vt Feſto placet) Egeria dicta eſt, cui pregnantes ſacrificabant, q; ad conceptum partum egerendum eis fauere putaretur.

Egeria ab egerēdo dcā. Annus iſtitutus a caio Cęſa. qui nunc ſeruatur

Sed tamen errabant etiam tunc tempora, nondum annus Solis curſui accōmodatus fuerat. Lege Macrobium ē Solinū, Iulius Cęſar poſtea rem tātum ſuſcepit, impleuitq;, ſed tum quoq; per ſacerdotes vitio admiſſo Auguſtus annum reformauit. Non pigeret varios intercalantium errores referre, niſi vereremur ne et ipſi obiter erraremus lecto ri faſtidium afferentes.

PAV. MAR. Fabuloſa qdam ex Dioy. ſio d Numa ē pythagora

SIVE monente, inſtruente, ſeu docente. Egeria ſua, quam ſuam coniugem eſſe fingebat. Egeriam enim (vt Diony. inqt) fabulati ſunt nymphā qdam fuiſſe Numam docentem ſapientiam regiam. Alij non nympham ſed muſaꝝ vnam. De ea tñ plura inferius dabiť dicendi locus. Sed tñ, poſt Numę ordinationem anni. Errare videbant tempora, q̄ a Solis curſu annus non ꝑficiebatur, vnde coeptum eſt intercalari Grecoꝝ more, et in hoc etiaȝ erratum eſt Cęſar, qui in Deos referendus erat. Reȝ dignam ſe ratus, vt cęlum prenoſſet, obſeruauit cęleſtia, et in primis ſolarem curſum, incrementuȝ, ē decrementum dieꝝ. Nam cum Sol a Capricorno in Cancꝝ venit dies creſcunt, decreſcūt vero cū a Cācro in Capricornū redit. Sic ꝑpetua alternatione obſeruata, ad eius rationem annum ciuilē conſtituit. ſuperaddito itercalari die in fine quarti cuiuſq; anni, vt diximus etiam ſuperius. Sed tamē etiam tunc, eo tempore a Numa ad Cęſarem. Errabant tempora, q; annus ad Solis curſum non ꝑficiebatur, et menſes verni factum eſt eo errore vt hyberni aliquando eſſent. Donec, vſq; quo. Hęc q̄ cura Cęſaris in multis, hęc etiā inter multas curas, taȝ bellicas q̄ vrbanas. Fuit vna, quaſi fuit inter cęteros ꝑcipua, vt annuȝ ad certiorem ordineȝ redigeret. Sed cum in tercalationibus eēt erratum, rem emendauit Auguſtus, ſublato omni errore intercalari, vt diximus in primo quoq; lib.

ANT. FAN.

ILLE Deus, Iulius Cęſar, q in Deos relatus eſt (vt diximus ſupra) quod Iuppiter ꝓmiſerat Veneri. vt Hunc tu olim cęlo ſpolijs orientis onuſtū Accipies ſecurā vocabiť hic quoq; votis. Nec De. igno. ho. inire do. ſenſus eſt. Voluit Deus cęlum inire nō hoſpes, hoc eſt cęli pene ciuis eo ꝓcognito. Moras Solis, oē tps qd abſumit donec Sol a Capricorno per Cancrum redit ad Capricornum. Exactis no. ſignis exqſitis. Eſt. n. exigere interdū exqrere, vt Tēpus ſecum ipſa modūq; Exigit, et Socijsq; exacta referre Sunt aūt oium anni dieꝝ notę in Faſtis, quę colligunť. ccclxv. qbus anno intercalari vnam adijci Cęſar inſtituit. E pleno tpa quarta die, plenum diē e quatuor tpibus. Eſt. n. figura hypallage. Dicit aūt diē q ꝑficiť ex quadrantibus quatuor, vt diximus ſupra, vocaturq; dies intercalaris, qm̄, vt ratio Solis ꝯueniat, interponiť, legiť et Quinta die, vt in hoc codice. In lu. ac. de. quarto anno intercalari dēt ꝯſumata. i. ꝑfecta ex quadrantibus dies. De luſtro diximus ſupra. Si licet oc. mo. au. Deo. Vatibus, vt certe fāma licere putat, verecunde petit a Marte, quam ob cām matronę calendas Martias colant. Officijs viri. billo, Vnde Numa (vt Plu. arbitrať.) ideo Martium a Marte cognominatū e ꝓma ſede mutauit, qd in oībus vellet rē vrbanā bellicę in honore ꝓferri. Ianus, vñ Ianuarius nomen habuit dr ferū et ſilueſtres cultū in vrbanū, ciuileq; mutaſſe. Dic mihi matronę cur tua feſta colāt, cum Romulus aduerſus. T. Tatiū pugnās fugientibus Romanis Ioui ſtatori ędē nouiſſet. Exercitum Matrōę reſtitit, et raptę in medium ꝓceſſerunt ac pacem Martis ꝯciliarunt, quā ob cām dicatas matronis cal. Mar ſtum cotias putant, et Matronalia ſacra (vt inqt Plut.) eis lebant tributa compoſiti belli monumentum. Hinc ē qd Matrōa/ Hora. dicit admirari Mecoenatē, vt ab eo cal. Martie celebrenť qui matronā. i. vxorē nō hēat, vt Mar tijs cęlebs qd agā calendis. Sciendū matronā differe a matrefamilias Matronā. n. dictā ꝓprie tradiderunt, vt placet. A. Gel. q̄ in matrimoniū cū viro

Intercalaris dies

Matrōa Matrſa milias

conueniſſet,in eoq; matrimonio manſiſſet etiā ſi liberi nondum nati forent.Matrem aūt famili/ as eam eſſe volunt,quę in mariti manu manci/ pioq; eſt,aut in eius in cuius maritus manu, mā cipioq; eſſet,qm̄ non ī matrimoniū tantū, ſed in familiam quoq; mariti,et in ſui hęredis locum ve niſſent. Alij matrōas virgines nobiles dicūt ijdemq; matresfami/ lias, quę in matrimo nium per coemptiōeſ venerunt,et per q̄daſ iuris ſolemnitates in mariti filiam migra/ rūt. Vlpianus āt ma/ tremfalias inq̄t acci/ pere debemus eā, quę non inhoneſte vixit, quā q̄ a cęteris foemi/ nis mores diſcernūt. Vnde nihil intererit nupta ne ſit an vidua,inge/ nua an libertina. Nam neq; nuptię, neq̄; natales matremfamilias faciunt,ſed boni mores.Nonius, Veteres inquit matronam accepiſſe quę ſemel pe/

Matrōa/ rū vittę̄ ſtolę perijſſet,Matremfamilias quę ſępius. Matronarū (vt ait Seruius)crinales vittę erant quę meretrici/ bus non dabanť,ſiľr et ſtolę. Vnde Feſtus matro/ nas inquit appellabant eas fere q̄bus ſtolas haben/ di ius erat.Hę(vt auctor eſt idem Feſtus) a magīa/ tibus non ſummonebanť ne pulſari, ɔtrectarique viderenť, neue grauidę ɔcuterenť, nec earum viri ſedentes cum vxoribus in vehiculo deſcendere co/ gebanť.Eodem auctore materfamilię non ante di cebatur q̄ vir eius paterfamilię dictus eſſet, nec plu res pñt hoc noīe in vna familia appellari,quo nec vidua,nec quę ſine filijs eſt vocari poteſt.

ILLE Deus,Cęſar,qui iam in Deos relatus eſt.

PAV. MAR. Et auctor tantę ꝓpaginis,tantę ſobolis, quaſi pr̄ Auguſti,Auus Tiberij,et ꝑauus tuus o Germani/ ce. Non credidit hęc,hanc tempoꝝ curā. Eſſe minora,quaſi minus digna,ſe bene ɔuenientias.

Suis officijs,muneribus et actionibus imperato rijs,tam in rebus bellicis q̄ vrbanis. Voluit Cęſar p̄noſcere cęlum,anteq̄ aſcenderet voluit cognoſce/ re indagatione,et obſeruatione ſiderum et cęli ra/ tionem. Promiſſum ſibi,nam ꝓmiſerat id Iup/ piter Veneri a temporibus Ænee, qđ a Virgilio re/ fertur,Iouem loquentem introducens, Hūc tu olī cęlo ſpolijs orientis onuſtum Accipies. Nec Deus, nec voluit ipſe Cęſar. Hoſpes,tanq̄ hoſpes et pere/ grinus. Inire,ingredi. Domos ignotas,ſed prę cognitas,voluit p̄noſcere loca cęleſtia, ad quę ven/ turus erat. Ille tradiť,dicitur. Diſpoſuiſſe notis exactis,ſignis et terminis diffinitis et conſtitutis.

Moras Solis,hoc eſt tempora quę eundo et redeū do Sol abſumit, Aut ipſa ſolſtitia intellige, hyber/ num et ęſtiuum,tunc.n.remorari Sol videtur, añ octauum calendaꝝ Iuliaꝝ,et ante octauum calen daꝝ Ianuariaꝝ. Quibus moris,quibus ſolſtitijs.

Rediret in ſua regna,rediret Sol e Cancro in Ca pricornum, et e Capricorno in Cancrum. Ab his

*Is decies ſenos tercentum & quinq; diebus*
*Iunxit,& e pleno tempora quinta die.*
*Hic anni modus eſt,in luſtrum accedere debet,*
*Quę conſumatur partibus,vna dies.*
*Si licet occultos monitus audire Deorum*
*Vatibus,vt certe fama licere putat.*
*Cum ſis officijs Gradiue virilibus aptus,*
*Dic mihi matronę cur tua feſta colant.*
*Sic ego,ſic poſita dixit mihi caſſide Mauors,*

igiť conuerſionibus Solis.Nam conuertit ſe Sol ex inferiore gradu Capricorni ad altiꝰ gradum Can Annus i cri. Sic ex Cancro in Capricorno,ideo Gręci Solſti ſtitutus a ſtium Tropiton dicunt,cum τροπη conuerſio ſit. Iulio Cę/ cęſar conſtituit ſpacium ciuilis anni. Is, Cęſar. ſa re i di/ Iungit,ad anni terminationem. Decies ſenos, es.ccclxvi ſexagenos dies. Ter/ et ſex ho. centum et quinq; die bus,coniunxit ſimul. ccclxv.dies. Et tem/ pora quinta,quintos quosq; annos. Die expleto, die integro,q tunc intercalať,vt dū hęc ꝓfiteremur,q̄ po/ tius caſus, q̄ ratio de/ duxit,eo.n. die hunc locum legimus,q qui dem dies ad intercala tionem Februario ſu/ peradditus eſt. Anno ſalutis.M.cccclxxvi. Tempo/ ra quinta dixit, non quod quis annis fiat interca latio,ſed quaternis,hoc eſt in fine cuiuſq; anni.Sed q2 de quinto in quintum numerando vtrūq; in/ tercalatum,vt q̄rtanam febrem dicimus,q2 de q̄r/ to in quartū,et tñ duo ſunt intermedij dies,ſed nu merať a die febris ad alterā febrem, ita ab anno intercalationis ad alteraſ intercalationē, iō ſubdit.

Hic an.mo.terminus et diffinitio anni. Dies vna,intercalaris. Quę ɔſu.perficiť et expleť. Par tibus,ſenis cuiuſq; anni horis,ſic in fine quarti an ni accipiť vna dies integra. Debet acce. in lu.in quinquennium,nunq̄ in fine q̄nquēnij addat di/ es,ſed numerando ab intercalato ad intercalatuſ efficies q̄narium numeꝝ,vt a.lxxvi.ad.lxxx.q̄nari um cōplecteris. Si li.cum videať poeta iam ſatis euagatus in hac anni diſputatione,redit ad inſti/ tuta,hoc eſt ad ipſa feſta.calendis.n.Martijs Mar tis feſtum a matronis celebrať. Cām poeta ab ipſo Marte reqrit,non.n.ɔuenire vř, vt mulieres colāt feſta Dei armoꝝ p̄ſidis. Si li. ſi fas eſt. Vatibus au.occul.mo.Deoꝝ,arcanas Deoꝝ inſtructiones, et eruditiones. Vt cer.fa.pu.lice.vt dř et arbitranť omnes licere,cum et vates habeant aliquid numi/ nis. Dic mihi a Gradiue,o Mars, et in fine ſupe/ rioris libri diximus quare Mars Gradiuus dictus, vel a gradiendo,vel ακραδαινειν, vel a gramine.

Cum ſis aptus officijs et viribus,per Endyadim, hoc eſt officijs virilibus, nam inde Mars a mari/ bus dictus. Cur matronę co.celebrent. Tua fe/ ſta,Calendas tui menſis,quo die eſt tuum feſtum.

Sic ego,vbi ita precatus eſt poeta,Mars depoſita (vt ille orauerat)galea reſpondit,et hęc primum in quit. Aduocor nunc primum in pacis ſtudia,q bellis p̄ſum,placetq; et ſtudioſe,et pacis militię prę/ eſſe,ne id ſoli Palladi aſcribatur. Diſce igitur qđ tu ſtudioſe poeta requiris,et relaturus cauſam, ab vrbis principio repetit. Sic ego, locutus ſum.

Sic dixit Mauors,Mars magna vortens. Poſi/ ta caſſide, galea , vt ſuperius orauerat , Et nitida s caſſide ſalue comas.

IN dextra

ANT. FAN. IN DEXtra miſſilis haſta fuit,qꝛ relaturus eſt bellum Sabinoꝝ,quoruȝ eſt Curis.i.haſta.vñ Romulus Quirinus dictus. Nec piget incepti, liptote eſt et hoc dicit,Placet maiorem in moduȝ verſari nunc in ſtudijs pacis,ne Minerua mihi anteferat, quę et bello et paci p̄eſt. Latinoꝝ vat.opoſe dierum,cuius opera.i.labor abſumitur circa Faſtoꝝ dies. Spes huius, magnifice vt nunc ē. Propꝛius,oia Romanę cedēt miracula terrę, Natura hic poſuit qcquid vbiq; fuit. Aſpice de cāna ſtraminibuſq; domũ, Virg.in.viij.Æneī.Romuleoq; recens horrebat regia culmo, vbi Ser.ait Curiam Calabraȝ dici,quã Romulus texerat culmis. Oui.ſupra Romuli regiam caſam vocauit, vt Dum caſa Martigenam capiebat parua Quirinũ. Hęc poſtea ſummę apud Romanos religionis fuit. Et tñ ex illo venit in Aſtra toro,qꝛ nõ diuitijs,ſed virtute,cuius comes eſt gloria,cęlum petit̄. Ea eſt q̄ iter pandit ad ſuperos,teſte Seneca. Spernebat generos inopes vicinia diues,Liui.ſcribit miſiſſe Romulũ qui ſocietatẽ,connubiumq; nouo populo peterent, legatoſq; nuſq̄ benigne auditos.

Calabra curia

Sed tamē in dextra miſſilis haſta fuit.
Nunc primũ ſtudijs pacis Deus vtilis armis
Aduocor,& greſſus in noua caſtra fero.
Nec piget īcepti,iuuat hac quoq; p̄te morari,
Hoc ſolum ne ſe poſſe Minerua putet.
Diſce Latinorum vates operoſe dierum
Q đ petis,& memori pectore dicta nota.
Parua fuit(ſi prima velis elemēta referre)
Roma,ſed in parua ſpes tamē huius erat.
Moenia iam ſtabát populis anguſta futuris
Credita,ſed turbę tunc nimis ampla ſuę.
Quę fuerit noſtri ſi quęris regia nati,
Aſpice de canna,ſtraminibuſq; domum.
In ſtipula placidi capiebat munera ſomni,
Et tamen ex illo venit in aſtra toro.

PAV. MAR. SED TAmen ha.mis fuit in dextra, ne penitus ab armis diſcederet,depoſuit galeã, et retinuit haſtam.Miſſilia tela dicimus quę lõgę mitti p̄nt.

Deus vtilis armis,ego qui bellis p̄ſum.et vtilis ſuȝ in re militari Nunc primũ aduocor ſtudijs pacis,ad pacis officia,qui ſemper exercui bellica.

Fero greſſus in noua caſtra,in militiaȝ pacis, et poeticaȝ.Fero greſſus dixit,vt alluderet ſuo cognomini cũ Gradiuus a gradiēdo dicatur. Non piget incepti,nõ mihi graue eſt p̄ſequi qđ aggreſſus ſum. Iuuat,delectat. Morari,in mora detineri. Hac quoq; p̄te,hac etiã militia lr̄aria,ẽ pacis ſtudio. Ne Minerua,Pallas a minando,ſiue minuēdo vt alias dictum eſt. Putet ſe ſolã poſſe hęc,putet ſe ſolam poſſe vtrunq;,et armis et paci ſeu lr̄is p̄eſſe. Diſce tu vates opoſe,ſtudioſe.

Dieꝝ Latinoꝝ,Faſtorum Romanoꝝ. Qđ petis,hoc eſt cãm cur matronę colant mea feſta.

Et no.d.pe.me.quę ego dicã memoria teneas.

Parua fuit,cãm ipſam aggrediēs principiuȝ ab vrbis initio ſumit vſq; ad raptum Sabinaꝝ, pro quo illata ſunt Romanis bella.Sed cuȝ raptę iam matres eſſent bellũ dirimerũt, de quo paulopoſt addit et alias duas cauſas,vel qđ Ilia de eo matre fuerit, vel qꝛ Iuno eſt eius mater, qua rõne mr̄es colunt feſtum.Nũc hoc primũ dicit ab initio Romam fuiſſe paruã,ſed in illa ſperabat̄ futura magnitudo.Regiamq; Romuli fuiſſe caſam exiguaȝ e paluſtri cãna,et in ſtipula ſolitum regeſcere. Inde tamē cęlum aſcendiſſe.cętera ſuo ordine proſequemur. Parua,inquit. Fuit Roma ſi velis referre pria elemēta,q̄ſi ſi velis memoria repetere ipſa vrbis primordia.

Sed in parua, quã ta tunc fuit. Erat ſpes huius,tãta quanta nunc eſt, qꝛ ab illa parua futuram hanc vrbis magnitudinem ſperabamus. Iam ſtabant moenia, Romana a Romulo cõdita. Anguſta, arcta,qꝛ exigua tũc vrbs quę tm̄ mille paſſus ambitu cõplecteretur. Sic erát tunc anguſta futurę multitudini.

Cõmēda tio Romuli a paup̄tate

Populus futuris, q̄ſi quę cape non poſſet futurã multitudineȝ, adeo coaluit populus Roma. Sed tunc,in ipſo principio. Credita ſunt nimis ampla turbę ſuę, et ſi perexigua erat vrbs tamē ampla et ſpatioſa erat nimis ipſis conditoribus,qꝛ non erát tot cum Romulo,vt eã implere poſſent. Si quęris quę fuerit regia,domus regis. Noſtri nati,Romuli. Aſpice domũ de canna, extructã e paluſtribus cãnis. Et ſtraminibus,nã,ſtramine et tecta et inſtrata,caſa Romuli cãnis et viminibus cõſtructa magnę fuit apud poſteros religioni,et quoties de ea aliquid vetuſtate foedabatur, ſacerdotes inſtaurabant, vt integra ſeruaretur, ideo Mars Aſpice dixit, quia etiã tunc ſupererat. de ea plura diximus in primo libro.

Capiebat munera placidi ſomni,quaſi dormiēs Romulus requieſcebat. In ſtipula, et eſt commendatio Romuli a modeſtia et frugalitate, quia non regio luxu et ornatu vtebatur domi, nõ delicate viuebat,ſed duriter. non in plumis et ſericis toris,ſed in ſtipula requieſcebat. Et tamen ex illo toro, ex illa ſtipula. Venit in aſtra, relatus eſt in Deos. Iamq; loco maius, iam coeperat Romanum nomen apud finitimos extolli, maiuſq; habebatur q̄ re eſſet, iunctę tamen affinitates cum quoquam minime erant, cum vicinę ciuitates contemnerent Romanos generos,nec Romulus habebatur Martis filius. Educatio p̄terea paſtoralis, et inopia nocebat. Aues et venata animalia habent vnde poſſint ſobolem propagare, Romanus ipſe nõ habebat, non repudiantur externi,repudiabãtur Romani, cuȝ ita fieri viderem inſpiraui mentem filio, mitoq; conſilio rapuit ille virgines,hęc nunc inqt Mars vſus eſt hac iſinua

ſione,vt oſtendat iuſtā fuiſſe cām rapiendaꝝ virginum. Iamq; Romanus hēbat maius nomē loco,erat po. Ro.iam maioris nōis et famę,q̄ ipſa re locus eēt,erat.n.vrbs parui nōis. Nec illi,Romano. Erat coniux nec vllus ſocer, nec cōiugē, nec ſocerum hēbant, q꜡ cōtrahere affinitatē cum his nemo volebat.

Iamq; loco maius nomē Romanus hēbat,
Nec coniux illi,nec ſocer vllus erat.
Spernebat generos inopes vicinia diues,
Et male credebar ſanguinis auctor ego.
In ſtabulis habitaſſe,&̄ oues pauiſſe nocebat,
Iugeraq; inculti pauca tenere ſoli.
Cū pare quęq; ſuo coeunt volucresq;,feręq;,
Atq; aliquá,de qua procreet,anguis habet.

Diues vicinia,Sabini et finitimi. Spernebat inopes generos,cō temnebant illi et repudiabāt Romanos generos,cuꝫ eſſent inopes. Et ego Mars. Male credebar, non credebar. Auctor ſanguinis, nemo credebat Romulum eſſe filiuꝫ Martis. Et Liui. inquit,Ro.legatos circa vicinas gētes miſit,qui ſocietatem,cōnubiumq; nouo populo peterēt, vrbes quoq; vt cętera ex infimo naſci.Deīde qua ſua virtus ac Dij iuuēt magnas opes, magnumq; nomē ſibi facere,ſatis ſcire origini Romanę, et Deos affuiſſe,et nō defuturam virtutem ꝓinde ne grauarentur hoīes cum hoībus ſanguinem ac genus miſcere.Nuſq̄ benigne legatio audita eſt , adeo ſimul omnes ſpernebant,ſimul tantā in medio creſcētem molem ſibi ac poſteris ſuis metuebant, pleriſq; rogitantibus dimiſſi,et quod foeminis quoq; Aſylū aperuiſſent.Id.n.demū compar connubium fore etc. Nocebat,Romulo. Habitaſſe in ſtabulis, cum paſtoribus. Et pauiſſe oues, naꝫ educatus a Fauſtulo inter paſtores aliquando oues pauiſſe credit,et id illi nocebat, q꜡ pudebat finitimos affinitates cōtrahere. Et nocebat tenere iugera parua,habere exiguū agrum.Iugerum tn̄ eſt , quātuꝫ vno iugo boum exarari pōt. Soli inculti , non prius cultę terrę.Ipſa ergo inopia cogebat habere repulſam.Et cōtemnebant eos, et erant (vt Diony. inquit) vicinę vrbes Romanis infenſę,tētauit Romulus et illas cōciliandas, et ad ꝓpagandam ſobolem cōtrahere cū illis cōiugia,quod cū aſpernarentur,Numitorē conſuluit. Statutumq; vt ꝑ raptum virginū promiſcuū affinitate iungerent, qꝺ vim illatam ferrēt ęquiore aīo,cętera paulopoſt.

Quęq; volucres,et quęq; ferę coeunt cū ſuo pare, aues et ſilueſtres beſtię habēt paria,cum qbus iungantur. Atq; anguis,ſerpens. Habet aliquaꝫ de qua procreet,monet ex hoc loco cōmiſerationē in Romanos,et indignationē in finitimos, quod et ferę et ſerpentes,qbus nihil eſt truculētius, habēt parem,vn̄ ſobolem poſſint ꝓpagare , et Romanis miſeris iniuria finitimoꝝ coniugia nō dantur.

Cōnubia,mr̄imonia,hoc eſt ipsę ꝯiuges dātur.

ANT. FAN.

EXTERnis dātur connubia gentibus,non videbatur negādum Romanis qꝺ in Italia cōcedebāt grecis et barbaris. Dicunt hęc ad excuſationē Romuli,vt videatur ad rapiendas Sabinas neceſſitate

Cōſualia

compulſus. Feſta para Cōſo,Cōſualia dicit,quę (vt ſcribit Plut.).xiiij.calen.Septembris celebrant,q꜡ eo die Sabinę raptę fuerint Conſualibus ſimulatis,hoc eſt ludis quos(vt inquit Feſtus)in honoreꝫ Conſi faciebāt,quem Deū conſilij putabant.Vidēs

Conſus

n.Romulus deeſſe cōiugia per legatos ea petijt (vt diximus)a finitimis ciuitatibus , qbus negatis in honorē Conſi.i.Neptuni equeſtris(vt qbuſdam placet)Conſualia ſimulanit,ad quę cū vtriuſq; ſexus multitudo conueniſſet , dato ſigno virgines raptę ſunt.

Ara cōſi

Ara cōſi in Circo maximo fuit , auctore Plut.qui Deus templū habuit ſubterraneum et optum , q꜡ non ſolum Neptunus eques dicebatur , ſiue Poſidon,vt Diony. ſcribit. Vnde in eius honoreꝫ ludi eq̄ſtres celebrabantur, ſed cōſiliorum Deus teſte Ser.Nouinius aūt oportere arcanum ac tectū eſſe cōſilium.Quare Fidei pāno velata manu ſacrificabatur,q꜡ Fides tecta eſſe debet et velata.Ferunt aūt Romanos ideo dicatu Conſi ſimulachro Sabinus rapuiſſe, vt initum de rapiēdis conſilium tegeret.Ad huius Dei araꝫ in equeſtribus tm̄ certaminibus dabat acceſſus, cum reliquo anni tpe lateret.De hac Varro,Cōſualia inquit dicta a Conſo,q꜡ tum ferię publicę ei Deo , et in circo ad Ará eius a ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinę raptę.Sane Neptunus Hippius ſiue equeſter dictus eſt,teſte Feſto,vel q꜡ Pegaſus ex eo ē Pegaſide natus ſit,vel q꜡ equuleus(vt putant)loco eius ſuppoſitus Saturno fuerit, quē pro Neptuno denorauit vel q꜡ tridētis ictu terrę equuꝫ excuerit,cui ob hoc in Illyrico nono quoq; anno quaternos equos in mare iaciebant . Cōſualibus equi et aſini coronis ornabantur , et otiari ꝑmittebantur, auctore Plutar. quoniā inſtituta nauigatione cū multa nauibus veherent,otium quoddam et remiſſio iumentis data eſt . Plura de his ludis lege apud eūdem Plutar.ac Diony.nam Liui.paucis rem expedit. Conſus ti.cę.di.Deus cōſilij in ipſa ludorum celebritate ſuppeditabit, quę agendo fuerunt ne deſint coniugia.

Neptunus equeſter

PAV. MAR.

EXTERnis gentibus, nō negantur coniugia ab Italis his,qui Itali non ſunt.Eos.n.appellamus externos,qui in noſtra regione non ſunt,et Hiſtorici vocāt externos quicunq; non ſunt Itali. At nulla fuit quę vellet nubere Romano, nulla fuit quę vellet matrimonio iūgi Romanis ciuibus.

Indolui,ęgre tuli. Et Romule,ꝑ Apoſtrophen dedi tibi mentem patriā,inſpiraui tibi mentem, et conſilium meum. Dixi tolle p̄ces,noli amplius p̄cari finitimos. Arma dabunt quod petis, ipſas cōiuges,quaſi experiere violentiam , q꜡ vim illatam ferent ęquiore animo, hoc autem conſilium fuit Numitoris. Para feſta Con. Deo conſiliorum. Conſus dicet tibi cętera , ipſe conſilij Deus inſpirabit tibi quid ſis facturus. Illo die, ludorum.s, Deum canes ſua feſta ſacra,dum tu

celebrabis

Externis dantur connubia gentibus, at, quę
Romano vellet nubere, nulla fuit.
Indolui, patriamq; dedi tibi Romule mentē,
Tolle preces dixi, quod petis, arma dabunt.
Feſta para Conſo, Conſus tibi cętera dicet,
Illo feſta die dum ſua ſacra canes.

celebrabis eius ſacra, tunc ipſe conſilium tibi ſuggereret, huius Dei feſta conſualia dicta ſunt, de quibus Varro, Conſualia inquit dicta a Conſo, qd tūc ferię publicę ei Deo, et in Circo ad aram eius ab ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinę raptę. Et Pompeius inquit, Conſualia ludi dicebātur quos in honorem cōſi faciebant, quē Deus conſilij putabant, de hoc Diony. Primū inquit Deo arcanaꝝ cōſultationum duci. ſi volus ſibi ex ſententia eueniret ſacrificium quotannis, et ferias agendas vouit. Poſtea vero ſenatui rem aperiens, vbi ipſis etiam conſilium illud placuit, diem feſtum et ludos indicens Neptuno agēdo, circūmiſit in vrbes proximas conuocans quicunq; vellent, et certaminum, et mercatus eē participes, erāt n cuiuſq; generis certamina acturus erat equorum et hominum. Conuenientibus itaq; ad ludos hoſpitibus multis cum vxoribus, et filijs vbi ſacra Neptuno peregit, et certamina die vltimo quo nundinas diſſoluturus erat, iuuentuti edicit, vt cum ſignum extuliſſet, Virgines quique raperent, quaſcūq; contingerent, ſeruarentq; ipſas omnes ea nocte caſtas, dieq; poſtero ad ſe ducerēt. Diuiſi igitur per compita iuuenes, vt elatum viderē ſignum, ad raptus virginum repente diſcurrūt. Ingenſq; ſtatim ſecuta eſt perturbatio, fugaq; hoſpitum, malum aliquod maius ſuſpicantium. Productis autem ſequenti die Virginibus, ignominiā earum conſulens Romulus, quod non ad contumeliam, ſed ad nuptias raptę eſſent, ęquum eſſe cēſebat vt datos eis viros a fortuna diligerent. Dinumeratiſq; poſtea puellis ſexcentis et octoginta tribus numero inuentis, viros cęlibes totidem delegit, quibus puellas ipſas ſm leges patrias, vniuſcuiuſq; earum conſuetudineſq; locauit, in communionem panis et aquę connubia ipſa concilians, ſicut etiam hucuſq; faciunt, et paulopoſt ſacratas illam ſolemnitatem. Nunc etiam Romani perficiunt Conſualia vocantes, in qua etiam ara ſubterranea conſtructa iuxta Circum maximum circūfoſſa terra, ſacrificijſq; igneis, et ſolemnitatibus colitur. Curſuſq; equoꝝ agitur iunctorū ē nō iūctorū. Vocat autē is Deus, cui hęc perficiuntur Conſus a Romanis. ſ. quem quidem interpretantes in linguam gręcam Poſſidona Syſicthona eē dicūt. Et Liuius proſequitur ad ea quę adduximus, Agere id Romana pubes paſſa, et haud dubie ad vim res ſpectare coepit. Cui tempus, locumq; aptum vt deret Romulus ęgritudinem animi diſſimulans, ludos ex induſtria parata Neptuno equeſtri ſolēnes Conſualia vocat. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet, quantoq; apparatu tum fiebant, aut poterant concelebrant, vt rem claram, expectatāq; facerent. Multi mortales conuenere ſtudio etiam videndę nouę vrbis, maxime proximi quiq;, Ceninēſes, Cruſtumeni, Antēnates, iam Sabinorum omnis multitudo, cum liberis, ac coniugibus venit. Inuitati hoſpitaliter per domos cum ſitum, mœniaq; et frequentem tectis vrbem vidiſſent, mirantur tam breui rem Romanam creuiſſe. Vbi ſpectaculi tempus venit, deditęq; in eo mētes cū oculis erāt. Tūc ex compoſito orta vis, ſignoq; dato, iuuentus Romana ad capiendas virgines diſcurrit. Magna pars forte, vt in quēq; inciderat, raptę. quaſdam forma excellentes primoribus patruꝫ deſtinatas, ex plebe homines quibus datum negociuꝫ erat, domos deferebant. Et Plutar. inquit, It interea fama per finitimas vrbes, q̄ ſacram cuiuſdam Dei aram in ſubterraneo ſpecu abditam offenderit, quem Conſum Romani vocant, vel potius (vt Proculo placet) Neptunum equeſtrem, hanc igitur cum aperuiſſet, illico ſacra, ſolēneſq; ludos ſimulat ſe facturum. Conuenit ex finitimis ingens multitudo cum vxoribus & filijs. Signum autem dederat Romulus, vt cum aſſurgeret, et purpuream chlamidem complicaret, omnes in Sabinas irruerent. Triginta a nonnullis raptas fuiſſe traditur. Vnde. xxx. curię appellatę ſint. Vale. Antias. dxxxvij. fuiſſe tradit. Iobas vero dclxxxiij. A quarum contagine Romulus penitus abſtinuit, poſtq̄ Herſyliam vnam habuit, ex q̄ duos filios genuit, alteram foemellam Promam vocatam, Alterum Aolium dictum ab ea ciuiū multitudine cōuocata. Sed poſtea mutatis literis. Abyllum vocatum. Reliqua vero ſuis in locis ſatis ample ac ſuccincte inferius proſequemur.

ANT. FAN. INTVmuere Cures, ab eo q̄ continet id quod cōtinetur accipimus, et a parte totū, hoc ē Sabinos a Curibus eoꝝ oppido. Cęteꝝ Cruſtumeni, Ceninēſes, et Antēnates, ad quos iniurię pars pertinebat bellū mouere. Sed (vt inquit Liuius) nouiſſimum a Sabinis bellum ortum eſt, quod multo maximum fuit, ij nihil per iram aut cupiditatem egerunt, nec oſtēderunt bellum priuſq̄ intulerunt. Raptę autem dicuntur a Romanis triginta virgines tantū, quāuis nonnulli raptas fuiſſe tradiderint. Dxxxvij. alij Dclxxxiij. Raptę matrum quoq; nomen hēbant, omnes raptę iam fere pepererant, poterantq; non ſolum raptę, ſed et matres vocari.

PAV. MAR. INTVmuere Cures, Diony. inquit, Vbi de raptu virginum, deq; connubijs in vrbes proximas rumore vulgatum eſt, Alias quidem id factum ī irā vertit. Aliq; quo affectu id factum eſſet conſiderantes moderate rem tulerunt. Recidit igitur res poſt tempus aliquod in bella, alia quidem facilia. Vnū vero cum Sabinis magnum, atq; difficile, ſed exitus felix fuit, ſicut Romulo prędixerant Oracula. Et Liui. ſcri. bella Romanis illata, et, Romuli victoriam de Ceninenſibus, Antēnatibus, et Cruſtumenis, et ſubſequit, Nouiſſimum bellum ab Sabinis ortum, multoq; id maximum fuit. Nihil enim per iram, aut cupiditatem actum eſt, nec oſtenderūt

Inq; ſinu natos pignora chara tenent.
Vt mediū campi ſciſſis tetigere capillis,
In terram poſito procubuere genu
Et, quaſi ſentirēt, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua ſuos.
Qui poterat, clamabat auū tūc deniq; viſum,
Et qui vix poterat, poſſe coactus erat.
Tela viris, animiq; cadūt, gladijsq; remotis
Dantur ſoceri generis, accipiuntq; manus.
Landataſq; tenēt natas, ſcutoq; nepotem
Fert auus, hic ſcuti dulcior vſus erat.

ANT. FAN. Pignora chara, q: nihil magis amāt a parentibus, q̄ filij qui ſunt pignus parētum. Quaſi ſentirent, quaſi intelligerent rē quam per ętatē re vera intelligere nō poterant. Poſſe coactus erat, exprimēte vagitu primam aui literā. Tela viris, animiq; cadunt, vi pietatis quę penitus et in penetralibus animi reconditur. Liui. Mouet res tum multitudinē, tum duces, ſilentium et repentina fit qes. Soceri generis, ſoceri dicti ſunt q: ſibi generū aſſociēt. Generi q: aſſumantur generandi cauſa. Scutoq; nepotē Fert auus, auus ab ęuo nominatus putatur, q: patre antiquior ſit. Nepos vero dictus vř quaſi natus poſt. Oebalię, Sabinę. Vt.n. diximus ſupra, Sabini volunt Lacedęmoniorū ſe fuiſſe coloniam. vñ illud eſt, Protinus Oebalij rettulit arma. ti Lacedęmoīj aūt Oebalij dicti ſunt ab Oebalo Argoli filio, q in Laconia regnauit. Per Sabinas autē ſiue Oebalias accipe Romanas matronas, quarum multę a Sabinis progenitę ſunt. Vel q: erat de me feliciter ilia mater, prima ratio qua matronę calen. Mar. colebant hęc fuit, q: Sabinę ſtrictis mucronibus interpoſitę Martia bella finierunt. Secūda eſt, vt fauore Martis eas felicitatē conſequerentur in filijs, quam videbatur is Deus Ilię cōceſſiſſe, quę a Marte cōpreſſa Romulum ſummę felicitatis filium peperit. Tertia deinde ſubiūgitur, q: mēſe Martio terra foecūda eſt, quales matronę fieri cupiūt. Item quarta, q: calen. Mar. Iunoni Lucinę templū datum eſt ad Exquilias. Additur et qnta, q: Mars Iunonis dicitur filius, quę coniugijs pręeſt.

Soceri Generi Auus Nepos

Sabini Lacedęmonijs oriundi Oebali

Cur Matronę calē. Martias colebant

PAV. MAR. ET TEnent in ſinu natos, quaſi ferunt filios ex Romanis natos complexos. legitur etiā Ferunt. Chara pignora, q: nil charius filijs. Vt, poſtq̄. Tenuere mediū cam. quaſi fuere in medio cāpo, vbi paratę erant acies. Capillis ſciſſis, et paſſis et ſciſſis crinibus. Procubuere, inflexere ſe. Genu in terrā poſito, more ſupplicum ante Deos et reges ſummos. et Diony. Poſt legationem et Herſylię verba inqt, His dictis procubuerūt omnes ad regis genua, ſimul cū filijs, permāſeruntq; humi proſtratę donec eas aſtantes erigerent, moderata oīa pro viribus ſe facturos polliciti. Ita nunc poeta pcubuiſſe eas dicit. Et nepotes, ipſi infantes, quos in vlnis ferebant mulieres. Tendebāt, extendebant. Parua brachia ad auos ſuos, ad Sabinos. Blādo clamore, leni vagitu, quo auorū mutites ad miſerationē alliciebant. Quaſi ſentirent, quaſi cognoſcerent ipſos, aut quaſi ſentirēt de qua a matribus agebatur. Qui poterat, ex illis infantibus. Clamabat auum, q erat bimus aut trimus, vt per ętatem poſſet verbū proferre. clamabat auum etiā ſi verbum non pferebat, vagiebat. et alluſit poeta ad puerilem vocē. nam illa eſt a. ſic prima litera videbatur auū clamare. Tum deniq; viſum, quem tandem tum primū viderat. Et qui non poterat tunc vagire, aut clamare. Erat coactus poſſe, cogebat a matribus vt vagiret et clamaret. Tela viris animiq; cadunt, et Liuius, Mouet res tum multitudinē, tum duces. ſilentium et repentina fit quies. Inde ad foedus faciēdum duces prodeunt. Nec pacē modo ſed ciuitatē vnam ex duobus faciunt, regnum cōſociant, imperium omne conferunt Romā. Ita gemināta vrbe, vt Sabinis tamen aliqd daretur Quirites a Curibus appellati. & reliqua, eadē fere ab alijs quoq; referuntur. Tela et animi cadunt viris, cōcidere arma e manibus illorū, et hoſtiles animi cōmoti ſupplici filiarum oratione et nepotū aſpectu. Et remotis gladijs, reiectis vtrinq; enſibus. Soceri, Sabini. Dant manus generis, Romanis. Et accipiunt, q: alter alterius dextrā tangebat. Generi autem et nurus appellatione, vt Vlpia. inquit, Sponſus quoq; et ſponſa cōtinentur. Item ſoceri et ſocrus appellatione ſponſorum parentes cōtineri videntur. et titulo de verborum ſigni. Generi inquit appellatione et neptis et pronepotis tam ex filio q̄ ex filia editarū, cęterarumq; maritos contineri manifeſtum eſt. Et tenent, ipſi Sabini parentes. Natas, filias. Laudatas, dignas laude, aut laudatas, et cōmendatas ab earum pietate, quę bellum dirimerūt et honores ob id habiti. vt ab ipſis. xxx. curię denoīarent̄, licet ſint qui aliter ſentiāt. Pręterea vt ab omni labore eſſent liberę pterquam a lanificio. Auus, Sabinus. Fert nepotem ſcuto, imponebat et ferebat nepotem ſcuto velut in cuna. Hic vſus ſcuti, inferendo in concordia et pace nepotem. Erat dulcior, q̄ fuerit in diſcordia, et bello. Inde, ex illo.

Vlpianus de ſpōſo et ſpōſa et ſocero et ſocrus

Matres Oebalides, Laconicę, ideſt Sabinę. Nam (vt Plutar. inquit) Sabini Lacedęmoniorum colonias fuiſſe volunt. Sed de hoc in primo latius.

Habent non leue munus, habēt ipsę Sabinę matres, et ab his progenitę magnum hoc munus.

Celebrare diem et primas meas calēdas, diem calendarum Martiarum mihi dicatarum. Sacrificabant Marti matres Romanę calendis Martijs, nō quod eo die eſſent Conſualia, ſed in honorē Martis. Nam (vt Plutar. inquit) conſtat tantum facinus a Romanis perpetratum die octaua ac decima menſis Sextilis, quem nunc Auguſtum vocāt Qua quidem Conſo Conſualia feſta celebrabant. Hęc ille in vita Romuli. Sed vt oſtendit in Problematibus Problemate. xlvij. Eo die Conſualiorum

equos

equos et aſinos coronis exornāt, et otiari ſinunt, et has rationes adducit. An ꝙ Neptuno equeſtri diem feſtum agunt. Aſinus autem propter equū pari fruitur licentia. An illud potius ꝙ inſtituta nauigatione, cum multa nauibus veherentur otium quoddam, ac remiſſio iumentis data eſt.

Exquilina dicta eſt vna quatuor tribuū, in quas vrbs a Seruio Tullo diuiſa eſt. Eę fuerunt Suburbana, Palatina, Collina, Exquilina. Sane Romulus bello Sabino in Exquilijs excubias egit, inde Exquilię dictę. A nuribus Latinis, nurus eoq; nubāt dicuntur nomē accepiſſe. Nurus

Aut qꝛ, hac ratione matres Marti ſacrificant, vel qꝛ auſę ingredi medias acies, bellis finem impoſuere. Vel illę recordatione, quę ex me Romulum peperit. Aut qꝛ auſę ſunt ipsę matres. Committi ſtrictis mucronibus, cōmittere ſe euaginatis enſibus. Finierant Martia bella, finem impoſuerant bellis, quibus ego preſum. Suis lachrymis, fletu et querelis ſuis. Vel ꝙ Ilia virgo Veſtalis, Numitoris filia. Erat de me mater, pepererat ex me Romulum. (Ilia virgo Veſtalis) Feliciter, qꝛ felix fuit ille partus, quę erat tantam vrbem poſiturus. Matres, Romanę. Rite, ex ritu et conſuetudine. Colunt ſacra et diem meum, celebrant et ſacrificant mihi calen. Martijs.

> Inde diē, primaſq; meas celebrare calendas
> Oebalię matres non leue munus habēt.
> Aut quia cōmitti ſtrictis mucronibus auſę
> Finierant lachrymis Martia bella ſuis.
> Vel ꝙ erat de me feliciter Ilia mater,
> Rite colunt matres ſacra, diemq; meum.
> Quid? ꝙ hyems adopta gelu tūc deniq; cedit,
> Et pereunt lapsę Sole tepente niues.
> Arboribus redeunt detonsę frigore frondes,
> Vuidaq; ī grauido palmite gēma tumet.
> Quęq; diu latuit, nūc qua ſe tollat in auras
> Fertilis occultas inuenit herba vias.
> Nunc foecūdus ager, pecoris nūc hora creādi,
> Nunc auis in ramo tecta, laremq; parat.
> Tēpora iure colunt Latię foecūda parentes.
> Quarum militiam votaq; partus habet.

Publica facta, ſacrata, neq;.n. exiſtimare debemus vnius diei ſpacio, et coeptā ędem, et perfectam fuiſſe. Feſtus auctor eſt Iunonis ędem calen. Martijs coli coeptam. (Iunonis ędes)

Quid moror? deſcēdit ad vltimam rationem, qua docet iure fieri, vt Matronę calēdas Martias colant.

Gaudet florentibus herbis Hęc Dea, Iuno floribus gaudet, vnde creditur Mars tacto flore a Iunone conceptus. Hunc Feſtus exiſtimare nonnullos refert Gradiuum dictum ꝙ gramine ortus ſit, quod interpretatur (vt idem inquit, et nos diximus ſupra) qꝛ corona graminea in re militari maxime honorationis eſt. Ego ex flore Martem cōceptum fingi exiſtimauerim, qꝛ ſepenumero e re nullius momenti concipitur diſcordia et bellum oritur.

Quid? ꝙ hyems, tertia ratio cur matres celebrāt calen. Martias, quia tunc eſt tempus foecundum, quo omnia putreſcere incipiunt et procreare ſuos foetus. Et quę foecunda eſt, aut foecunda eſſe cupit, principium foecundi temporis colit, inde matres Marti eo die ſacrificant. Quid? dicam s.

Quod hyems, hyemale tempus. Adoperta gelu, quaſi quę terras glacie et niuibus tegit. Tūc deniq; cedi, cum ego referam vernum tempus, cedit tunc hyems.

ANT. FAN. ET PEREunt lapsę Sole tepente niues, Virg. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Vuida gemma, vuidum eſt quod aliquid humoris habet intrinſecus. vnde vua dicta exiſtimatur, nam humidum eſt quod humorem habet extrinſecus. (Vuidum humidū) Militiaȝ votaq;, deſiderat mulier partum, ſicut et miles prelium, q̄uis non ſine periculis illa ad partum, hic deſcendat ad p̄lium.

Excubias vbi rex Romanus habebat, ſcripſerūt quidam (vt ait Varro) Exquilias ab excubijs regis dictas. Alij ꝙ exculte a rege Tullo fuerint. Ser.n. Tullus, quem Solinus Exquilinum dicit Quirinalē et Viminalem colles vrbi addidit, et auxit Exquilias, teſte Liuio, ibiq; ipſe (vt loco dignitas fieret) habitauit, vbi et Virg. domum habuit, auctore Seruio, iuxta hortos Mecoenatis, qui eo in loco ab eo conſtituti ſunt ob aeris ſalubritatē, cum Exquilina regio ante ſepulchris vacaret. Ab Exquilijs (Exqlię)

PAV. MAR. ET NIues lapsę, collapsę, qꝛ in aquas reſolutę labuntur. Sole tepenti, qui cum tepidior ſit q̄ in hyeme fuerit. Pereunt, ab ipſo Sole liquefactę. Frondes detonsę frigore, quę rigore frigoris deciderant ex arboribus. Redeunt arboribus, quia renaſci incipiunt. Gemma vuida tumet in palmite vitis, turgeſcit in ipſis vitium ſarmentis, vuidum dicimus quod habet humorem interius, ſicut vua. humidum vero quod exterius. Gemma pro oculo vitis ponitur, vt in primo diximus, ipſe tamen non poteſt dici vuidus, ſed ex eo vuida naſcuntur. (Gēma p oculo vitis) Palmite tenero, dixit propter redeuntem ſuccum.

Et herba quę diu latuit, hoc eſt per hyemem ſub terris fuerat. Latuerat tamen aut ſemē, aut radices herba vero aruerat. Inuenit herba ipſa fertilis vias occultas, nam ſubterraneas.

Qua, parte ſcilicet hoc eſt quibus vijs. Tollat ſe in auras, emergat in aera et attollat ſe. Nunc verno tempore. Nunc, in vere. Ager eſt foecundus, parit foetum, qꝛ naſcuntur et creſcunt fruges in ſpicas. foecundus a faciendo dicitur ꝙ fructum faciat. Nunc eſt hora, eſt tempus.

Creandi pecoris, redit enim amor et coniunctionis appetitus pecoribus ipſis, et quod quidem, vt Cicero oſtendit, commune eſt omnium animantium procreandi cauſa, pariun-

tur ergo verno tempore pecora, p̄ſertim et hedi et agni. Nunc auis parat in ramo, in ramis arborum. Tecta et larem, tecta vt ſit ſub frondibus. Larem, nidum vt pariat in eo, et educet pullos. Iure, merito igitur. Parentes latię, Romanę mulieres. Colunt foecūda tempora, celebrant principium veris, hoc eſt calen. Me as, quę tempora ſunt foetus referentia.

Quarum, mulierum. Militiā et vota habet partus, quaſi quarum ſtudiū et votum eſt ipſa in pariendo foecūditas, nam pro militia laborem partus ſignificat, pro voto deſiderium, quoniā partus mulierum laborioſus eſt et deſideratus. Adde q̄ excubias, quarta ratio, q̄ calendis Martijs in valle Exquilina nuptę templum Iunoni Lucinę dedicarunt, pro

Quare calen. Martię dicatę ſunt me tronibus

aſſequenda foecūditate, de quo latius diximus ſuperiore li. Cumq; Iuno p̄ſit nuptis, et ſit Martis mater, iure ob Martis reuerētiam Marti mulieres calēdis Martijs ſacrificāt. Adde quod vbi rex Romanus agebat excubias, vigilias, et cuſtodias, et ſuperiore libro diximus auctore Var. Exquilias dictas ab excubijs regis, vel ab eo q̄ exculte a rege Tullo eſſent.

Qui collis habet nūc nomina exquilias, vocant nunc exquilię ab excubādo, ſeu excolendo. Illic, in exquilijs. A nuribus Latinis, mulieribus Romanis. Sunt facta templa publica Iunonis, publice fuere cōſecrata templa Iunonis Lucinę, de q̄bus ſuperius. Hac die ſi memini, calēdis meis ſi recte recordor. Quid moror? q̄d detineo te in mora. Et onero tua pectora varijs cauſis, quaſi cur affero tibi tot rōnes. Quot tu petis, quaſi ratio huius rei. Ecce eminet ante oculos tuos, ecce tu me vides Iunonis filium, q̄ ſum huiuſce rei cauſa. Mater, Iuno. Amat nuptas, p̄eſt connubijs, et nuptę ſunt illi curę, q̄ eas amat. Turba matrum frequētat me, celebrat diem meū, et frequētes eunt matres in ędem meā. Hęc cauſa tamen pia, qua pię matres me colunt. Precipue, quaſi in primis. Decet nos, et me et matrē, aut me Iunonis filium. Mars.n. ex Iunone et gramine natus eſt, vt inferius dicemus. Ferte Deę, hortatur nuptas vt Iunonem colāt, ferantq; capita ſertis coronata, p̄centurq; vt parturientibus adſit, quo ſine dolore poſſint partum edere. Ferte, offerte. Flores Deę, Iunoni Lucinę. Hęc Dea, Iuno. Gaudet herbis florentibus, gaudet offerri ſibi flores, et floridas herbas. Cingite, coronate. Caput, veſtrum. De tenero flore, ſertis ex tenellis floribus contextis.

Adde, q̄d excubias vbi rex Romanus agebat
Qui nunc exquilias nomina collis habet,
Illic a nuribus Iunoni templa Latinie
Hac ſūt (ſi memini) publica facta die.
Quid moror? & varijs onero tua pectora cauſis?
Eminet ante oculos q̄d petis ecce tuos.
Mr̄ amat nuptas, matrū me turba frequētat
Hęc nos pręcipue tam pia cauſa decet.
Ferte Deę flores, gaudet florētibus herbis
Hęc Dea, de tenero cingite flore caput.
Dicite, tu nobis lucem Lucina dediſti,
Dicite, tu voto parturientis ades.
Si qua tn̄ grauida eſt, reſoluto crine p̄cetur,
Vt ſoluat partus molliter ipſa ſuos.

TV Nobis lucē Lucina dediſti, q̄ ope Iunonis Lucinę partus in lucē edit. Si qua tamē grauida eſt, nō expectent quę grauidę ſunt pariendi tempus, vt tunc dicūt Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro, ſed incipiant calendis Martijs p̄cari Iunonē, vt cum tēpus aduenerit pariendi eius ope partus molliter emittat. Quis mihi nūc dicet quare cęleſtia Martis Arma ferant Salij, Mamuriū q; canant, anno octauo regni Numę cum peſtis Italiā occupās, Romam quoq; inuaſiſſet, ferunt breue ſcutum e cęlo lapſum in Numę manus, qui ſe ait ex Egeria, muſisq; audiſſe ſcutū ad vrbis ſalutem miſſum ſeruari oportere, alijs vndecim ad eius ſimilitudines factis, q̄bus id miſceretur ne internoſci poſſet. Datum eſt igit negocium Mamurio

ANT FAN.

Ancilia Martis feruntur a Salijs calen. Mar.

Scutum e cęlo lapſum Salij

inclyto fabro, ſūmoq; artificibus cęteris diffidentibus, deſperātibusq;, vt ſimilia eius ancilia fingeret. Quod opus cū ille arte exq̄ſitiſſima abſoluiſſet ita, vt neq; ipſe Numa iā ſcutum cęleſte dignoſceret, et ei quodcūq; peteret p̄mium ſe exhibiturū polliceret, artifex non pecuniam ſed gloriā pro mercede perit, vt videlicet Salij inter carmina ſuū nomen canerēt, quod p̄ multa tp̄a obſeruatum eſt. In Saliorū n. carminibus cū Pyrrhichij modulo abſolutis Veturius Mamurius canebat Licet q̄daꝫ dixerint veterem memoriā cani, vt Plut. et Var. ſcripſere. Eidē Mamurio legimus diē cōſecratum eſſe, quo pelles virgis feriebāt ad artis ſimilitudinē. Conſtat aūt Salios Ancilia cuſtodiſſe, quę hoc tp̄e circūferre cōſueuerunt. Erāt.n. Martis ſacerdotes a Numa cōſtituti, ac dicti Salij, nō (vt q̄dā fabulant) a viro Samothrace ſeu Mātnneo, ſed a ſaliēdo, q̄ (vt inq̄t Ser.) circa aras ſaliant et tripudiēt. Id.n. in ſacris quotannis et facere ſolēt et debēt, vt inq̄t Var. vbi ſuauiter mouebant conuerſiones ac mutationes celebri et crebro numero robuſte, leniterq; reddētes. Saltabatur aūt in religionibus, teſte Ser. q̄ nullā maiores noſtri corporis partē eſſe voluerunt, q̄ non ſentiret religionem. nā vt cantus ad animum, ita ſaltatio ad mobilitatē corporis p̄tinebat. Hic ſacerdotes (vt ait Plut.) induti puniceis tunicis, ęneisq; balteis ſuccincti ęneas capitū galeas ferebāt, ac paruis gladijs arma pulſabant, q̄bus p̄ni Liui. Numa tunicę pictę inſigne dedit, et ſuper tunicā ęneum pectoris tegmen, ijdem dextra virgā, lęua peltam gerebāt. De qua loco ſuo dicemus. Virgil. eos Herculi dedit quāuis antiquitas ſacrauerit Marti. vt Tum Salij ad cantus incenſa altaria circum Populeis adſunt euincti tempora ramis. Quod recte poetam feciſſe

Macro.

Macrobius docet, q Hercules apud pontifices idem, qui et Mars habebatur, et Chaldęi ſtellam Herculis vocent, quam reliqui omnes Martis appellant. *Salioꝝ nũerus* Saliorum numerum Tullus Hoſtilius dicitur dupli caſſe cum Numa .xij. tantum ex patricijs iuuenes ſpectatiſſimos ad id ſacerdotium legerit, quod quã ti fuerint hinc facile coniectare licet. Quod Appius claudius vt triũphalis Salius vſq; ad ſenectutem fuit, et pro gloria obtinuit q inter collegas optime ſaltaret.

Quis mihi nunc dicet quare cęleſtia Martis
Arma ferant Salij? Mamuriumq; canant?
Nympha mõe nemori, ſtagnoq; opata Diãę,
Nympha Numę coniux ad tua feſta veni.

Neq; abhorruiſſe ab eodem ſacerdotio dicuntur, Africanus et .L. Florius Bibaculus, quorum poſterior tulit Ancilia, pręcedentibus ſex lictoribus cum pretor eſſet. *Saliares epulę* Hinc epulę ſplendidę atq; opiparę ab Horatio Saliares dicuntur, vt Nunc Saliaribus ornare puluinar Deorum tempus erit dapibus ſodales. Saliebant autem hi ſacerdotes non ſolum circa aras, ſed per vrbem .xij. Ancilia circunferentes, ne illa firmo intuitu cerni poſſent. Nympha mone, inuocat Egeriam omnium Numę conſiliorum conſciam, cum qua is credi voluit ſe habere congreſſum ac frui ſecreto eius collogo, vt conſilia qbus reſp. ab eo rege adminiſtrabat maximam auctoritatẽ haberent. *Artemiſium* Cęterum nonnulli eum hydromantia vſum exiſtimant, vt futura pnoſcent. Nemori, ſtagnoq; operata Dianę, Artemiſium dicit Dianę lucum, vt inquit Strabo, cuius templum ſilua circundata, cui lacus more pelagi fluctuans adiacet. Dicebat autem id templum ędificium Tauricę, vbi *Taurica a tauris* Oreſtes Dianę ſimulacrum collocauit, quod e Scythia Taurica creditur attuliſſe, ſic dicta a Tauris loco eius regionis, vt eſt locus in Scythia Tauros dixere priores. *Faſcelis Nemorẽſis diana* Id ſimulachrum faſce cęlatũ dicit, quo ipe ab Oreſte ſurreptum eſt. vnde Dianam faſcelidem phibent nuncupatam, eadem et Aricina dicebat, q haud longe eſſet ab Aricia. Item (vt quibusdam placet) nemorenſis a nemore Aricino. De quo ait Luca. Qua' ſublime nemus Scythicę qua regna Dianę. Et Cato in primo originum, teſte Priſcia. *Artemis Opari* Lucum Dianũ in nemore Aricino Egerius Libius Tuſculanus dedicauit. Hunc Artemiſiuꝫ veteres dixerunt a Diana, quę Artemis dicit̃ auctore Macro. quaſi ęrotemis .i. aerẽ ſecans, ipſa .n. eſt Luna, vt Diximus ſupra. *Aricia* Vult aũt Egeriaꝫ eſſe Dianę Aricinę miniſtram. Vnde ait. Operata, qd interdũ de ſacris dr̃ auctore Seruio, eſt ſane Aricia oppidũ non longe ab vrbe, a qua diſtare dr̃ ad deceꝫ mil *Cynthianum* lia paſſuum, et prope Albam, a qua diſtat ſtadijs xx. in eius nemore oppidum eſſe aiũt, quod hodie dicitur Cynthianum. *PAV. MAR.*

*Diod. ait Lucinaꝫ ... filiam* DICIte, vos nuptę. Tu Lucina dediſti nobis lucem, q te duce ad lucem venimus, ſuperiore libro diximus Iunonem Lucinam Dianã eſſe, licet Diodo. Lucinam Iunonis filiam dixerit, et alio in loco poeta Lucinam a Iunone miſſam, et hic pro Iunone intelligi velle demonſtrat. rõ ẽ quę ex Macro. ſumitur, Veteres putaſſe Iunonem et Lunam eandem eſſe, q Luna per aerem meat, vnde αέρτεμιν nuncupauerunt αεροτομιν, quod aera ſecat. et Iuno aeris arbitra eſt, cui menſium initia conſecrauerunt, vt in .i. lib. diximus, Dicite tu Iuno.

Ades voto parturientis, cum a parturiente vocaris fer opem et ſerua illam. Tamen ſi qua eſt grauida, cum cal. Martij. ita Iunonem nuptę pcari debent, ſi qua ex his grauida eẽt. Precetur crine reſoluto, crinibus ſolutis et paſſis. Vt illa, Lucina. Soluat partus ſuos, incluſum partum ſoluat vt edere poſſit. Molliter, leniter ẽ ſine vllo dolore. Quis mihi nunc, hactenus cum Marte locutus eſt, nunc ſcripturus feſtum Saliorum Egeriam nympham implorat. de qua paulopoſt. Et (vt ſuperius diximus) Numa ſacrorum inſtitutiones in octo partes diuiſit. Sexta pars (vt Alycarnaſeus inquit) his diſtributa eſt, q vocant̃ a Romanis Salij, quos Numa ex patricijs creauit. Iuuenes .xij. ſpectatiſſimos diligens, quoruꝫ ſacra manebant in palatio, vocatiq; Palatini, hi q dem Agonales, a quibusdam Collini dicti, quoꝝ ſacrarium erat in Collino monte poſt Numã ab Hoſtelio rege conditũꝫ ex voto. Hi Salij omnes ſaltatores et laudatores armatoꝝ Deorum. Tunicas verſicolores balteis ſuccincti ęneis, apices capitibus imponentes pileos altos, quos Grę. cirbaſias appellant, *Pileos cirbaſias* accincti omnes gladio, dextra lanceam, aut virgam tenent, lęua peltam Thraciam, ea eſt ſcuti cuneati ſpecie arctiora habentis latera, qualia ferũt apud grecos, qui Curetum ſacra perficiunt, vnum leſſe dicunt cęlo demiſſum, inuentumq; in regia Numę, nemine inferente, nec viſa apud Italos tali forma, Veritum Numam inſidias et furta, Ancilia huic cęleſti ſimilia multa paraſſe dicunt. Cum Mamurio quodam opifice, ita vt incerta inſidiaturis et indeſcreta fieret diuini illius natura, nec internoſci poſſet, et reliqua. Hęc autem a poeta multis verſibus explicantur. Feſtum vero ipſum calendis Martijs celebrabatur. Sed cętera quę ad rem faciunt ſuis in locis referemus. Quis nunc dicet mihi, quaſi a quo diſcere potero. Quare Salij Martis, qui ſacerdotes ſunt Martis. Ferant arma cęleſtia, ancilia ipſa, et illud quod e cęlo cecidit.

Mamuriumq; canant, cantando Mamurij nomen repetunt. Voluit enim ipſe Mamurius i mercedem clypeorum, quos fecit inſtar illius cęleſtis, cani carminibus Saliorum. Sed de eo paulo inferius. Mone, inſtrue, ẽ doceas tu me. O Nympha, et periphraſi Egeriam oſtendit, de qua paulopoſt.

Operoſa, officioſa. Nemori' et ſtagno Dianę, quia nympha eſt fontis, qui in nemore Cynthię eſt, vbi nunc oppidum appellatur Cynthianum, cuius fontis riuulus ſtagnum init prope Ariciam. O nympha, o Egeria. Coniux Numę, cum qua Numa congreſſum ſe habere dicebat. Veni ad tua feſta, ad ea feſta quę tuo conſilio ſunt inſtituta.

ANT. FAN.

ANTIqua religione, qꝛ Oreſtes in eo luco cum Iphigenia ſorore templū ſacrarunt, ꝙ neceſſe eſt fuiſſe paulopoſt Troiā dirutā, et longe añ Romā ꝯditam. Nota ſunt quę de Oreſtę poetę fabulant̄, q̄uis multa ſint, quoꝝ Sophocles et Euripides meminerunt. Vnde illud eſt. Scriptus et itergo nec duꝫ finitus Oreſtes. Hic

Vallis Aricinę ſilua precinctus opaca
Eſt lacus, antiqua relligione ſacer.
Hic latet Hippolytus loris diſtractus equoꝝ,
Vnde nemus nullis illud aditur ęquis.
Litia dependent longas velantia ſepes,
Et poſita eſt meritę multa tabella Deę.
Sępe potens voti frontem redimita coronis
Foemina lucentes portat ab vrbe faces.
Regna tenēt fortes māibus, pedibusq; fugaces,

Hippolytus Aricię latuit Virbius

la. Hip. &c. cum Hippolytum equi traxiſſent laceraſſentque Diana eum ab inferis ꝑ Aeſculapium reuocauit ac Nymphę cōmēdauit Egerię, et Virbiuꝫ quaſi bis viꝝ vocari iuſſit. Sed re vera (vt inquit Serui.) Virbius ē numen Dianę ꝯiunctum, vt Veneri Adonis. Nec nos moueat Horatius, qui ait, Infernis Neq; in tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytū, quē Virg. ſcribit, Ad ſidera rurſus Ætherea, et ſupas cęli veniſſe ſub auras Pęonijs reuocatum herbis et honore Dianę. Nō.n. quod Hora. dicit ad illud referri debet, qꝺ poſt diſtractionem quā ab eqs eſt paſſus Hippolytus ī vitam reſtitutus dr̄, ſed ad ꝯditionem mortalitatis, quā ante reuocationē effugere non potuit fauore Dianę, is fuit Theſei filius ex Anthiope, ſiue Hippolyte Amazone, qui apud Pittheum Troezenę educatus eſt. De qua Oui. Hic tecū Troezena colā Pytheia regna. Vnde nemus nullis illud adit̄ equis, Virg. in. vij. Æne. Vnde etiam templo Triuię, lucisq; ſacratis Cornipedes arcentur equi, qꝺ littore curꝝ, Et iuuenēꝫ monſtris pauidi effudere marinis. Idē et ſcripſit Callimachus, teſte Seruio. Litia dependent longas velantia ſepes, tabellę pictę ac lino ſuſpensę ab his qui vota ſoluerunt. Quod et maiores noſtri facere ꝯſueuerunt. Vnde illud eſt Tibulli,

Tabellę pictę ī tēplis

Nam poſſe mederi Picta docet templis multa tabella tuis, et hac ętate non pauci faciunt. Scimus aūt Dianam morbo affectis opem afferre. Quare

Lien

Siculi eam (teſte Diomede) Lien appellarunt a Poty lio.i. ſoluo, quaſi ſolutricem maloꝝ, ꝙ ea placata

Foeminę accenſis facibus Aricia currebāt

laborantes morbis finem malis inuenerunt. Potens voti, foemina voti cōpos, et cōſecuta quicquid petijt a Diana, ſepenumero accenſis facibus ex vrbe Roma ꝯfert ſe ad Artemiſium, vt agat Deę gratias vel vota ꝑſoluat. Regna tenent manibus fortes, pedibuſq; fugaces, Sacerdos Dianę Aricinę rex

Rex Nemorēſis

olīs dicebat̄. Vnde illud eſt, Immittis Aricia regni. Et Sueto. ait in Caligula, Nemorenſi regi ꝙ multos iam annos potiret̄ ſacerdotio validioreꝫ aduerſarium ſubornauit. Erat autem hic ſacerdos fugitiuus. Fuit enim in hoc templo poſt mutatum ritū ſacrificioꝝ arbor quędam (vt ſcribit Serui.) de qua infringi ramum non licebat. Dabat̄ tamen fugitiuis poteſtas, vt ſiquis inde ramum potuiſſet auferre, monomachia.i. ſingulari certamine cum templi ſacerdote pugnaret, qui fugitiuus erat (vt quidā putant) ad imaginem fugę Oreſtis, qui poſt occi

Oreſtis fuga dianę Tauricę

ſum regē Thoanteꝫ in regione Taurica cū ſorore Iphigenia fugit, et ſimulachꝝ inde ſublatū haud longe ab Aricia collocauit. Dabat̄ aūt facultas dimicandi, quaſi ad priſtini ſacrificij reparationem, apud Tauros.n. Diana humano ſanguine placabat̄, cui tranſlatę in nemus Aricinū ſeruos tātum aliqñ imolarunt. Sed cūꝫ poſtea Romanis ſacroꝝ crudelitas diſpliceret, Diana ad Laconas tranſlatū dr̄, vbi ſacrificioꝝ ꝯſuetudo adoleſcētuloꝝ verberibus ſeruat̄, qui (vt ſcribit Cice. in. ij. Tuſc. q̄ōnum) ad arā ſic verberant̄, vt multus e viſceribus ſanguis exeat quoꝝ nemo exclamatur, nemo īgemeſcit, cum q̄dam verberibus afficiant̄ ad necē. Eundē templi ſacerdotem fugitiuum fuiſſe Strabo quoq; teſtatur his verbis, Barbaricus q̄dam Scytharumq; circa templum mos obtinet, qui.n. victimę mactator ꝑus extiterit, ſacerdos inſtituit̄, fugitiuus q̄dā vir gladium tenens et inſultus ſemꝑ circūſpectans ad tutandum ſtrenue paratus. Sane mutatum ſacrificij ritum oñdit Vir. in. vij. Æne cū ait, Pinguis vbi et placabilis ara Dianę. Sciendum igit̄ fugaces pedibus hic accipi fugitiuos, qꝛ nō niſi fugitiuus ſacerdos ſiue res creari poterat. Nam ſi diceres regnū tenere ſtrenue pugnantes ac celeriter fugientes, non recte acciperes ſenſum auctoris, reluctareturq; tibi et Seruij et Strabonis auctoritas. Quomodo.n. ad tutandūꝫ ſtrenue paratus eſt qui fugit? vel qūo fugitiuum vocat Seruius qui cum ſacerdote regnuꝫ obtinente nondum monomachia pugnauit?

PAV. aMAR.

VALlis Aricinę ſilua, relaturus poeta, quę et vbi ſit Egeria, facit topographiam, hoc eſt loci deſcriptionem. Locum.n. eſſe dicit in Aricina valle, vbi latet Hippolytus, et Dianę ſimulachruꝫ eſt ex Taurica aduectū, cui minore iā ritu fiunt ſacra, inde riuulus defluit, aquas Egeria ſuggerit, quę muſis grata Numę vxor et conſilium fuit. Sed quoniam exigit locus vt de Egeria dicamus, de ea plura repetenda ſunt. Numa accepto imperio effrenum populum religione compeſcuit, de Egeria (vt Diony. inquit) ſermonem confinxit. Quo facilius ipſiuꝫ attenderent, qui diuina verebant̄, et impoſitas ab eo leges prompte ſuſciperent tanq̄ a Dijs latas. Imitatus exemplū Minois Cretenſis et Licurgi Lacedęmonis, quoꝝ alter colloquio ſe frui Iouis aiebat, pergens in Dictęum montem, vbi Iuppiter educatus eſt, deſcendebat in ſpecum ſacram, vbi lege componens, quas a Ioue accipere affirmabat, illas ad populum ferebat. Licurgus Delphos ꝓfectus, doctum ſe eſſe ab Apolline dicebat legūꝫ ꝯſtitutionē, quas Lacedęmonijs tradebat. Sic Numa Egeriam Deam prętferebat, &c. Et Liuius inquit, ſimulat ſibi cum Dea Egeria congreſſus nocturnos eſſe. Eius ſe monitu quę acceptiſſima Dijs eſſent

Licurgus dicebat ſe doctuꝫ ē ab Apolline Delphico leges

ſacra

ſacra inſtituere. Et Lactan. ille Firmi. cũ antiquorꝫ ſacrificia dãnet, ſic inquit, Harꝫ vanitatũ apud Romanos auctor et cõſtitutor Sabinus ille rex, q maxime aĩos hominũ rudes, atq; imperitos nouis ſuperſtitionibus implicauit. Quod vt faceret aliqua cuꝫ auctoritate ſimulat cũ Egeria nocturnos ſe habere cõgreſſus. Erat qdam ſpelunca ꝑopaca in nemore Aricino, vñ riuus ꝑenni fonte manabat. Huc remotis arbitris ſe inferre ꝯſueuerat, vt mẽtiri poſſit monitu Deę coniugis ea ſacra populo ſe tradere, quę acceptiſſima Dijs eſſent, videlicet aſtutiam Minois voluit imitari, qui ſe in antrum Iouis recondebat, et ibi diu moratus leges tanq̃ ſibi a Ioue traditas aſſerebat, vt hoĩes ad parendum non modo imperio, ſed ẽt religione cõſtringeret. Nec difficile ſane fuit ꝑſuadere paſtoribus. Itaq; Pontifices, Flamines, Salios, Augures creauit, Deos ꝑ familias deſcripſit. Sic noui populi feroces aĩos mitigauit, et ad ſtudia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cum alios falleret, ſeipſum tamẽ non fefellit. Nã poſt annos plurimos, Cornelio, et Bebio cõſulibus in agro ſcribę Petilij ſub Ianiculo, Arcę duę lapideę ſunt repertę a foſſoribus, quarum in altera corpus Numę fuit, in altera ſeptem libri Latini de iure põtificio. Item Gręci totidem de diſciplina ſapientię ſcripti. Quibus religiones, nõ eas modo quas ipſe inſtituerat, ſed oẽs prętera diſſoluit. Quare ad ſenatũ delata, decretũ eſt hi libri abolerent. Ita eos Q. Petilius ꝑtor vrbanus in cõcione populi cõcremauit, et reliqua.

Libri nume Põpilij inuenti in arca

Eſt lacus precinctus, circũdatus. Silua opaca, vmbroſa. Vallis Aricinę, ab Aricia, q̃ diſtat ab Alba viginti ſtadijs. Sacer antiqua religione, hoc ideo dictum, ꝙ cõſecrata ibi ara Dianę ante Albã conditam. Nã cum Iphigenia, cuius in primo lib. meminimus, ꝑeſſet arę Dianę Tauricę in Scythia, vbi hoſpites mactabant, appulit illuc Oreſtes, cui cum eũ agnouiſſet, pepercit. Querẽtibus Scythis illam Oreſtẽ non mactaſſe, tumultũ verita aufugit noctu cũ fratre, ablato Dianę ſimulachro, venitq; in Italiam, et in ſilua Aricina templum Dianę conſecrarũt. Hic, in hac ſilua.

Latet Hippolytus, Theſei ex Hippolyta ſiue Anthiopę filius. Diſcerptus lor. habenis. Equoruꝫ i. ab eqs frenatis et loris implicitis tractus, laceratusq; eſt, et q̃uis Cic. fabulam eſſe putet, hiſtoria tamen fuit, ſed in Tragoedias ſic et in fabulas relata. Phędra Deucalionis Cretẽſis filia, Theſei vxor, ob denegatũ ab Hippolyto cõcubitum, euꝫ viro appetiti cõcubitus falſo accuſat. Theſeus cum eſſent ſibi tria vota a Neptuno cõceſſa, vt in fabulis eſt, Hippolyti interitũ optauit, de quo apud Annęum in Tr. Genitor ęquoreus dedit, Vt vota prono trina concipiã Deo, Et inuocata munus hoc ſanxit ſtyge, En ꝑge donum triſte regnator freti, Nõ cernat vltra lucidũ Hippolytus dieꝫ, Adeatq; manes iuuenis, irato patre. et reliqua. At Neptunus monſtruꝫ ingẽs imiſit, quo exterriti eq Hippolyti, fugiẽtes euꝫ diſiecere, et loris implicitũ laceraueꝛe. Sed vt in hiſtorijs legimus, cũ ferretur curru Hippolytus, ei audita nouercę calũnia labenti aĩo, frena e manibus exciderunt. Turbati eq, excuſſis habenis, currũ pręcipiteꝫ egerũt. Quo effracto Hippolytus veſtibus implicitus, atq; ad terrã delatus interijt. Poetę vero cũ Æſculapij ope reuixiſſe dñt, Virbiuꝫ mutato noie appellatũ, de quo alio loco dicet. Retinuitq; Dianã Aricinã eum apud ſe dicunt. Alij Egerię cõmendatum, qd oſtendit etiaꝫ. Vir. in fine. vij. Ænei. cum dicat, Egerię nemoriq; religatũ. Appellatumq; Hippolytuꝫ volunt, ab ἵππος equus, et λύω lacero, ſiu diſcerpo. Vñ, ex quo. Illud nemus, Aricina ſilua.

Quare Hippolytus ẽ dictus etiaꝫ quare Virbius

Aditur nullis eqs, ex eo qd equi iuuenem diſcerpſerũt, illud nemus ĩgredi nõ poſſunt. et Vir. Vnde ẽt Triuię tẽplo lucisq; ſacratis Cornipedes arcentur eq, ꝙ littore circũ, Et iuuenẽ monſtris pauidi effudere marinis. Licia dependent velantia, tegentia. Longas ſepes, alligabant tabellę inſcriptę litijs, et appendebant ſepibus, vota teſtãtes. Sepem a ſepiendo dicimus, et plura ſunt genera ſepimẽtorum, de qbus agit Varro in re ruſtica. Et multa tabella, inſcripta noibus ſeruatorum. Eſt poſita meritę Deę, Dianę q̃ vota exaudiuit. Sępe foemina potẽs voti, hoc eſt voti cõpos. Redimita frontẽ coronis hoc, eſt coronata. Portat faces lucẽtes ab vrbe, portat faces accenſas ex vrbe Aricia cũ aſſecuta eſſet, qd voto optabat. Regna tenent fortes, regnum appellat poeta, eo ꝙ ſacerdos Triuię illic rex vocabat, et ſicut dicimus Aricĩa nemoralem, ita et regẽ nemorenſem, et regna Dianę dicta. Lucanus in tertio Pharſalię, Qua ſublime nemus, Scythicę qua regna Dianę et in ſexto, Parua mycenęę q̃tum ſacrata Dianę Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma. et Sueto. in vita C. Caligulę, Nemorẽſi regi quod multos iã annos potiret ſacerdotio, validiorem aduerſariuꝫ ſubornauit. ſic et Naſo regna dixerat. Fortes, ergo. Manibus tenẽt regna, ipſius Dianę. Et fugaces pedibus, ille n. efficiebat rex, qui et viribus corporis, et pedis celeritate ꝑſtaret. opus. n. erat dimicatione, et qui validior erat, alterꝫ pellebat. Stra. cũ de hoc agit, ita inquit, Eſt et Dianę lucus. i. Artemiſiũ, ſic. n. vocãt, e ſiniſtra vię regione, ex Aricia ad Aricinã ſiluã conſcendẽtibus, qd templum noiant ędificiũ Tauricę. Nã barbaricus qdam, Scytharũq; circa tẽpluꝫ mos obtinet. Qui. n. victimę mactator prius extiterit, Sacerdos inſtituit, fugitiuus quidã vir, gladiũ tenens, et inſultus ſemꝑ circunſpectãs, ad tutandũ ſtrenue eſt paratus. Tẽplum aũt ſilua circũdat, cui lacus inſtar pelagi fluctuãs adiacet. Circũcirca montanuꝫ imminet ſupcilium cõtinenter, vnũq; ꝑaltum. Caua inde regio tẽplum, aquamq; excipit. Fõtes ſpectare licet, e qbus lacus explet. Horꝫ ſacra ſub cuiuſdam Dęmonis appellatione hñt, hoc ĩ loco ſcaturigines obſcurę ſunt, et reliqua. Hęc verba Stra. indicãt euꝫ lacũ montibus circundatũ, qui eſt vltra Albã. vbi eſt ab vno latere oppidũ Cynthianũ, ab altero nemus, ſic. n. alteruꝫ oppidũ nunc vocant. His in locis aliqñ adoleſcenti mihi delitię fuerant ęſtiuę, iã diu ab illis abfui. Verꝫ in eodẽ templo olim humana victima imolabat. Sed cuꝫ poſtea (vt Honoratus inqt) Romanis ſacrorꝫ credulitas diſpliceret, q̃q̃ ſerui imolarent ad Laconias eſt Diana trãſlata, vbi ſacrificij cõſuetudo adoleſcentulorꝫ verberibus

Tẽplũ nemorale Dianę Tauricę

Cynthianũ oppidum

ſeruat,qui vocabat βωμοι καὶ ἀποτου βαμου.i. ara,καὶ αικια.i.verberatio,ęrumna,ſupplicium,q2 aris ſuppoſita contendebant,qui plura poſſent verbera ſuſtinere.

ANT. FAN.

ET PErit exēplo poſt modo quiſq; ſuo,qui cęde aliena rex Nemorēſis creatus eſt,cum occurrit for tior aduerſarius, priuatur et regno et ſacerdotio dū interficit, quēadmodum et ipſe aliū interfecit. In certo murmure, q vix percipit ſenſu aurium. Hic riuus fluuit e fon te cuius nympha putatur Egeria.

Et perit exēplo poſtmodo quiſq; ſuo.
Defluit incerto lapidoſus murmure riuus,
Sępe,ſed exiguis hauſtibus inde bibi.
Egeria eſt,q̄ pbet aq̄s,Dea grata Camoenis,
Illa Numę coniux,conſiliumq; fuit.
Principio nimiū prōptos ad bella Quirites
Molliri placuit iure,Deumq; metu.
Inde datę leges,ne fortior omnia poſſet,
Coeptaq; ſunt pure tradita ſacra coli.

PAV. MAR.

ET QVISQ; ex illis regibus nemorēſibus. Poſtmō perit ſuo exemplo, q2 validior alios opprimit. Defluit,per lucū Cynthię. Riuus lapidoſus,inter lapides fluēs. Incerto murmure,quaſi tam leni ſuſurro,vt vix auribus percipiat. Inde,ex eo riuulo. Sępe bibi,ſed exiguis hauſtibus,bibi sępe ſed parum aquę hauſi.

ANT. FAN.

DEA GRAta Camoenis,Liui. Camoenis eum lucum ſacrauit,q̄ dearum ſibi cōſilia cum coniuge ſua Egeria eſſent.Plutar.in Numa, Pręterea opus eſſe camoenis locum eū,et quę circum locū prata ſunt ſacrare,quo frequēter ad ſuum cōgreſſum veniant.Hęc Numa ex Egeria audiſſe apud eūdem inquit auctorē. Lege vtrunq;. Principio nimiū promptos ad bella Quirites Molliri placuit iure, Deumq; metu,docet quale fuerit Numę ſtudium, a po.Ro.feritas religione mollita eſt, et ad quietem redacta.vn̄ illud eſt Hora.Romulum poſt hos priius,an quietū Pompilij regnum memorē? deinde vt oſtendat cur Salij ferentes Ancilia Mamurium canant,dicit regnante Numa largiſſimas pluuias cum fulminibus decidiſſe,ē ſuaſiſſe Egeriam Numę vt fulminum expiationē a Pico et Fauno peteret,a q̄bus Iuppiter ſecreta quadā arte elicitus, expiandi fulminis ritum Numā edocuit,eiq; pollicitus eſt certa ſe Romani imperij pignora traditurum.vn̄ cum Numa cōuocato populo rem diuinam ageret,breue ſcutū e cęlo delapſum eſt,vt diximus ſupra.Hunc regē conſtat iuſtitia, prudētia, et religione excellentiſſimum fuiſſe,ac po.Ro. traduxiſſe ad pacem et ſacrificia celebrāda, cum oēm diuini cultus inſtitutionem in octo partes diſtribuiſſet,quarum meminit Diony.Tricurionum, Flaminum,Ducū,Celerum,Augurum,virginum Veſtalium,Saliorum,collegij Fecialium et Pontificum. Vnde tantę apud externos populos auctoritatis fuit,vt nemo eo regnāte Romanis bellum intulerit.Hęc ita vulgata ſunt,vt referri a nobis ſuperfluum videat. Inde datę leges, ſine quibus pax eſſe nō poteſt, quę niſi forent violentia ſibi omnia vendicaret. Armiſq; potentius ęquum eſt, plus q̄ arma ęquitas poteſt. Sane leges mēbra ſunt

Numa fuit rex iuſtitia prudētia et religione excellē tiſſimus

iuris, Æquitas eſt qua ęquum et bonum dicimus, ideſt quod ſine lege et conſuetudine ab omnibus probari ſolet.

PAV. MAR.

EGERIA Eſt quę pbet aquas,quaſi Egeria eſt illius fontis nympha,quę aquas fundit. Dea grata Camoenis,muſis.Nam(vt Pomp.inquit) Camoenę muſę a carminibus ſunt dictę, vel q̄ canunt antiquorum laudes, vel q̄ ſint caſtę mentis pſides, ſed poeta Egeriā Camoenis gratam dixit, q̄ alij putauere eam eſſe vnam ex muſis,vel q2 locus ille Camoenis eſt cōſecratus. de quo Liuius inquit, Lucus erat quem mediū ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua. Quo,q2 ſe pſępe Numa ſine arbitris,velut ad congreſſum Deę inferebat,Camoenis eum lucū ſacrauit,q̄ Dearum ſibi cōſilia cum coniuge ſua Egeria eſſent,et ſcli Fidei ſolenne inſtituit. Ad id ſacrariū Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit. Manuq; ad digitos vſq; inuoluta,rem diuinā facere,ſignificantes fidem tutandam, ſedēq; eius etiā in dextris ſacratam eſſe etc.Plutar.vero vbi de Salijs agit,inquit,Annum iā octauum regnāte Numa morbus peſtifer Italiam occupans, Romā inuaſerat, moerentibus cunctis traditur Peltā ęneam e cęlo delapſam.in Numę manus,in eā mirabilia quędam dixiſſe regē,ſe ex Egeria muſiſq; audiſſe, Peltam in vrbis ſalutē miſſam oportere eam ſeruare, alijs.xi.ad illius figuram effectis.Pręterea opus eſſe Camoenis lucū eum,et q̄ circum lucū prata ſunt ſacrare,quo frequēter ad ſuum cōgreſſum veniāt etc.Inde eſt illud Iuue.Hic vbi nocturnę Numa cōſtituebat amicę.et paulopoſt ſubdit,Et deiectis mēdicat ſilua Camoenis In vallē Egerię deſcēdimus. Egeriā volunt dictā ab egerēdo,ex eo q̄d Pomp.inquit,Egerię nymphę ſacrificabāt pręgnantes,q̄ eā putabant facile cōceptam aluū egerere. Illa,Egeria. Fuit coniux Numę,et. Conſiliū, q̄d dicebat ſe hr̄e cum ea cōgreſſum,et cōſulere de rebus agendis,vt iā late oſtendimus. Principio nimiū, Numa regno ita potitus(vt Titus inq̄t) Vrbem nouam cōditam vi ē armis,iure, legibuſq;,ac moribus de integro cōdere parat, q̄bus cū inter bella aſſueſcere videret nō poſſe q̄ppe efferos militia aīos, mitigādum ferocē populum armorum diſſuetudine ratus,Ianū et infimū Argiletum,indicē pacis, belliq; fecit,aptus,vt in armis eſt,ciuitatē, clauſus pacatos circa oīs populos ſignaret. et paulopoſt, Ne luxuriarēt otio animi,quos metus hoſtiū, diſciplinaq; militaris cōtinuerat,oīum primum rem ad multitudinē imperitā et illis ſeculis rudē efficaciſſimam,Deorum metum inijciēdum ratus eſt. Qui cū deſcēdere ad aīos ſine aliquo cōmēto miraculi nō poſſet,ſimulat ſibi cum Dea Egeria cōgreſſus etc. q2 de alijs

Lucus camoenarū conſecratus a Numa

Iuuenalis de Egeria

Tēplū Iani ad infimū argiletū a Numa inſtitutum

Exuitur feritas, armiſq; potentius ęquū eſt,
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.
Atq; aliqs modo trux viſa iam vertitur ara,
Vinaq; dat tepidis, farraq; ſalſa focis.
Ecce Deus genitor rutilas per nubila flāmas
Spargit, & effuſis ęthera ſiccat aquis.
Non alias miſſi cecidere frequentius ignes,
Rex pauet, & vulgi pectora terror habet.
Cui Dea ne nimium terrere, piabile fulmen
Eſt ait, & ſęui flectitur ira Iouis.
Sed poterunt ritum Picus, Faunuſq; piandi
Tradere, Romani numen vtrunq; ſoli.

de alijs iam egimus non immoremur. Sed de geſtis et moribus eius ſic Alycarnaſeus inquit, vnde pauca hęc excerpſimus, Plebeios pauperes ſuſcepit diuidens eis ex agro, quem Romulus poſſederat. Et ex publico partem exiguam. Patricijs prioribus nihil ademit. aduentitijs alios quoſdam honores tradidit. Diſſidētes cōpoſuit, diſpoſito congrue populo, duo hęc tractauit, docuitq; populum, qbus ornatam ciuitatem fieri felicē, et magnam putabat cultum diuinorum, qa Dij eſſent bonorum omnium mortalibus largitores. Deīde iuſtitiā, per quam data a Dijs bona, honeſtos ferre poſſeſſoribus fructus afferebat &c. Principio, quaſi ab initio. Placuit, Numę. Molliri, leniri ē mites fieri. Iure, iuris obſeruantia. Et metu Deum, religione, nam ea demum vera religio eſt, cū Deum timemus Inde volunt Deum dictū, q̄ δέος metus ſit, et Papinius non ab re dixiſſe videt, Primus in orbe Deos fecit timor. Et Pomp. inquit, Deus dictus, q̄ ei nihil deſit, vel q̄ omnia commoda hominibus dat, ſiue a gręco δέος quod ſignificat metum, eo q̄ hominibus metus ſit, ſed magis conſtat id vocabulum ex gręco θεὸς eſſe dictum, aſpiratione dempta, qui mos antiquis noſtris frequens erat. Numę ergo placuit iuris obſeruantia, et religione frenare et manſuefacere. Quirites, Romanos. quaſi Quirites a Curibus dicti. Nimiū promptos ad bella, bellicoſos, quos romulus armis ſemper exercuerat. Inde, ex eo. Datę leges, a Numa. s. dedit. n. populo leges, quas ab Egeria accepiſſe ſimulabat. Ne firmior, validior, et potentior. Poſſet omnia, ne omnia potentioris arbitrio adminiſtrarentur. Dedit leges, qbus iuſtitiam ſeruare diſcerent. Sacra tradita, quaſi cerimonię et ritus ſacrorum et Deorum cultus, quos ipſe tradidit. Sunt coepta coli, et ab ipſis Romanis. Pure, caſte. Feritas exuitur, cum eſſent prius feroces iam ipſam feritatem exuerunt, et induerunt manſuetudinem. Et ęquum eſt potentius armis, q̄ arma et vires ab ęquitate vincunt. Illudq; dicimus ęquū et bonum eſſe, quod ſine lege ac conſuetudine ab omnibus comprobat, ſpectareq; ad ius naturale dicitur. Nam Paulus iuriſconſultus de iuſtitia et iure, Ius inquit pluribus modis dicitur. Vno modo quidem id quod ęquum et bonum eſt dicitur, et eſt ius naturale. Altero modo, q̄ omnibus, aut pluribus in quacunq; ciuitate vtile eſt, vt ius ciuile, neq; minus ius recte in ciuitate noſtra ius honorarium &c. Vulpia. inquit, Ius a iuſtitia dictum. Et vt legem diffiniamus. Cicero, Lex inquit eſt certa ratio e mente diuina manans, quę recta ſuadeat, prohibeatq; contraria. Et Papinianus ait Lex eſt commune pręceptum virorum prudentium. Demoſthenes ſic diffinit, Lex eſt cui omnes homines debent obedire. Et Chryſippus, Lex eſt diuinarum et humanarum rerum notitia. Et Modeſtinus, Legis virtus hęc eſt, imperare vetare, punire, permittere. Et pudet, iam. Conſeruiſſe manus cum ciue, pudet inter ſe pugnare, non enim aut p agris, aut alijs bonis armis decertabāt, ſed iuſtitię ſuccūbebant.

Æquum et bonū quid ſit (margin)

Deus (margin, manuscript)

Lex (margin, manuscript)

VISA iam vertitur ara, molleſcit religiōe qui antea ferus et paratus, ad violentiam fuit. Effuſis ęthera ſiccat aquis, ęthere p aere poſuit, vt illa lene fugiens raptim ſecat ęthera pēnis. Hic exonerat atq; ſiccatur dum pluit et terra imbrem excipit. Cōtra vero fit dum pluuię imminent, vt Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent. Ne nimium terrere, imperatiuus modus eſt cui aptius ne iungitur q̄ non, vt Ne pete Dardaniam fruſtra Theti mergere claſſem, et Ne pueri ne tanta animis aſſueſcite bella. Legimus tamen in Pharſalia Lucani, Non qua tellure coacti Quodq; procul tectis captę ſedeatis ab vrbis Cernite. Flectitur ira Iouis, cōtra Epicuros, qui eſſe Deos dicunt, ſed nihil curare, vt auctor eſt Cicero de natura Deorum. Sed poterunt ritum Faunus, Picuſq; piandi Tradere, hi Dei per Auentinum montem errare dicebant, auctore Plut. cum is neq; vrbis pars eſſet, neq; habitaretur, quos cepiſſe Numam fabulantur, cum vinum et mel fonti ex quo bibere cōſueuerant, miſcuiſſet, qui vbi ſomno excuſſo, quem potus fecerat, viderunt tenaciſſimis ſe vinculis cōprehenſos edocuiſſe regem dicuntur fulminum luſtrationem, q̄uis quidam (vt idem ait Plu.) eam luſtrationem non a Pico et Fauno, ſed a Ioue traditam dicant ab ijsdem Dijs arte magica deuocato. Qui cum dixiſſet luſtrationem fieri capitibus oportere, et Numa ſubdidiſſet cepar, Iuppiter hominum inquit. Rurſus vero cum Numa pcepti acerbitatem inuertens interrogaret capillis? reſpondiſſe Iouem ferunt aīatis, et tunc Numam piſciculis menidibus ſubieciſſe. Itaq; diu obſeruatum eſt, vt per cepas, crines, et menides piſciculos fulmina luſtrarent. Romani nu. vtrunq; ſoli, q̄ Picus regnauit i Latio Saturni filius, et Fauno pr̄ Picus fuit. Vir Fauno Picus pr̄, iſq; parētē Te Saturne refert. Arte, dolo, q̄ aūt ars ſine dolus fuerit ſeq̄ntia indicant. Numen ineſt, denſę arbores atq; intactę, necnon et aqua pennis Numen eſſe ibi oſtendebant, et bene lucum more Virgiliano ſacrū dicit.

ANT. FAN. (margin)

Fulminum expiatio (margin)

Picus (margin)

ATq; aliqs mō pauloante. Trux, ferus, ē crudelis. Vertit iā viſa ara, qui truces prius et exper-

PAV. MAR. (margin)

ts religionis,vertit ia viſa ara, ia mites redditi, ē religioſi,cum primum viderint aram vertunt ſe, et ſacrificatum eunt. Et dat vina et farra ſalſa, hoc eſt mola ex farre et ſale mollito. Tepidis focis,aris vbi fit ignis ſacrificij. Ecce Deum, iam exposito Numę ſtudio dirigit narrationem, ad iquirendam anciliorum narrationem, et iquit eo tempoř emiſſa ab Ioue creberrima fulmina, ſic ē creberrimas fuiſſe pluuias. Vñ forte exortus ē peſtifer ille morbus,quē ex Plutarcho retulimus. Ecce geni. Deum, Iuppiter. Spargit flāmas rutilas,coruſcos ignes.i.ignea ē corruſcātia fulmina. Per nubila et ſiccat ęthera, aera. Aquis effuſis,effuſione aquarum, bene aūt exoneratur,atq; ſiccaẗ aer ꝑ pluuiaꝝ effuſionem. Non alias, q̄ſi nunq̄ hactenus, ſeu ad ea vſq; tempora. Cecidere frequētius,crebrius. Ignes miſſi,fulmina e cęlo miſſa. Rex pauet,expaueſcit Numa.
Et terror habet pectora vulgi, omnis multitudo exterrita eſt.et Plu.ea peſte moeſtos fuiſſe cunctos oſtendit. Cui Dea,Egeria territum Numam conſolatur,monſtratq; Iouez poſſe placari,ſed id oſtēdit,quo pacto fieri poſſit,debere a Pico, et Fauno, docuitq; nympha,qua rōne eos cogeret, et ab ipſis ritum edoceretur. Cui, Numę. Dea, Egeria ait.
Ne nimium terrere,non exterrearis nimium.
Fulmen eſt piabile,quaſi cauſę,vel,delicta, qbus iratus eſt Iuppiter,et fulmina emittit pn̄t ſacrificiis expurgari. Et flectiẗ,mitigaẗ,ſeu placaẗ. Ira Iouis ſęui,irati. Sed Picus et Faunus poterit tradere ritum piandi, quo ritu ſacroꝝ mitiges iratū Iouem. Vtrunq; numen Roma.ſoli,quaſi vterq; Deus Latium tueẗ,nam Latij fuere reges. Picus.n. Saturni filius,quem in Picum auem Martiaz Circes veneficio verſum dicunt,vnde et Vir.Facit auē Circe,ſparſitq; coloribus alas. Sed Latini eum pro Deo coluerunt,vnde eſt illud Plutarchi,Quod Latini eum ꝑcęteris colant. At aues eius nois Picos Martios vocat Plu.cognomine inſignes,et in auſpicijs magnos,et poſtea ſubdit ipſe, Principales Latio ſunt in augurijs a rege,qui huic aui nomē dedit. Faunus,non intelligas de pane, aut vino,q et Faunus dř, Arcadum numine, de quo ſuperius egimus.Sed de huius Pici filio,patre Latini, ꝺ quo Lactantius,Sed vt Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptaꝝ religionum fuit,ſic ante Pompilium Faunus in Latio,qui et Saturno auo Nefaria ſacra conſtituit,ē Picum patrem inter Deos honorauit,et ſororem ſuam Faunam, eandemq; coniugem conſecrauit.Et de his intellexit Cice.cum inquit in libris de Diuinatione, Sępe etiam in ꝑlijs

Nec ſine vi tradent,adhibe tu vincula captis,
Atq; ita,qua poſſint edidit arte capi.
Lucus Auentino ſuberat niger ilicis vmbra,
Quo poſſes viſo dicere,numen ineſt.
In medio gramen, muſcoq; adoperta virenti
Manabat ſaxo vena perennis aquę.
Inde fere ſoli Faunus, Picusq; bibebant,
Huc venit,& fonti rex Numa mactat ouē.
Plenaq; odorati diſponit pocula Bacchi,
Cunq; ſuis antro conditus ipſe latet.
Ad ſolitum veniūt ſilueſtria numina fontē,
Et releuant multo pectora ſicca mero.

audiri Fauni, et ī rebus turbidis veridicę voces ex occulto miſſę eſſe debentur,,et Var. ait, Fauni dei latinorum ita,vt Faunus et Fauna ſint ī verſibus, quos vocant Saturnios, in ſilueſtribus locis traditus eſt ſolitos fari,quo fando Faunos dictos, et Honoratus quoq; oſtendit Faunum et Faunaz dictos a vaticinando.i.fando. Nec tradent, ipſi non docebunt te placare Iouē. Sine vi,niſi viribus cogas. Adhibe tua vincula captis, q̄ſi cus eos occupaueris alliges tuis vinculis, vel cum inueneris dormientes,capias, et alliges. Atq; ita edidit, dixit et docuit Numam Egeria. Qua arte,quo dolo,quibus inſidijs. Poſſent capi, apꝑhendi, appoſito.s.vino in eo loco, quo illi potare confueuerant. Lucus Auentino, topographia eſt.Erat in Auentino colle ſilua aquę ſolo aſpectu ineſſe aliquid numinis idicabant,locuſq; erat herbidus, vnde et aqua ſcatebat, de qua Picus et Faunus haurire conſueuerant,ibi oue mactata, diſpoſitiſq; circa poculis Numa in inſidijs latuit. Suberat Auentino lucus, erat ſilua ſub Auentino monte. Niger, obſcurus. Vmbra ilicis,quod erant ibi denſę vmbroſę ilices.Verum alio loco legimus fuiſſe in Auentino ſiluam lauriferam. Sed quare Auentinus dictus dicemus in quarto. Quo, luco. Viſo, inſpecto.
Poſſes dicere ineſt numen, quia indicabat alicui numini eſſe ſacrum ob vmbram, et horrorem,quem incutiebat vt de luco Maſſilienſi apud Lucanum,Arboribus ſuus horror ineſt. In medio gramen, erat gramineus ſeu herbidus in medio locus. Et vena aquę perennis, perpetuo fluentis. Adoperta,tecta. Muſco, illa tenui herba quę naſcitur circa aquas. Nitenti,viridi, aut nitenti aquę aſpergine. Manabat e ſaxo, ſcaturiebat e rupe. Inde,ex ea aqua. Soli fere, quaſi ſoli ipſi. Faunus et Picus bibebant,quia raro alij illuc penetrabant. Rex Numa venit huc, ad hunc fontem. Et mactat ouem fonti immolat ouem.
ODORATI,Odori, nam odoratum eſt proprie (vt diximus) quod aliunde odorem accipit. ANT. FAN.
Gelido Numa prodit ab antro,vbi eum intelligimus latuiſſe Egerię conſilio, ne a Pico et Fauno ad fontem venientibus cerneretur. Si ſcelus ingenio ſcitis abeſſe meo, affirmantis eſt Si coniunctio hoc loco non dubitantis. Magna petis,quia in poteſtate Iouis fulmina ſunt, ius autez Deorum agreſtium agri,nemora,monteſq; ꝑſcribunt. Dixerat hęc Faunus,par eſt ſententia Pici, ſi Fauno Picus př eſt,cur Faunus prior rn̄dit? cur

non

non ceſſit parenti? dicemus ne ingenioſum poetã hoc loco dormitare? at qui fandi arbitrium iure Fauno tribuit, cui qdem a fando nomẽ inditũ putãt, cum Picũ verſum in auẽ Martiã fabulent.

Nubila ꝓmiſſi ſtyx mihi teſtis erit, iurat p Stygiã paludem. Notũ eſt cur Dij per eã iurare ac fallere timeãt. Eſt aũt Nubila adiectiuũ nomẽ atrũ ſignificãs. Hinc Vir. ait, Sub pedibus ſtyx atra videt Maneſq; profundi.

Vina ꝗes ſequit̃ gelido Numa ꝓdit ab antro,
Vinclaq́; ſopitas addit in arcta manus.
Sõnus vt abſceſſit, pugnãdo vincula tentãt
Rumpere, pugnãtes fortius illa tenent.
Tũc Nũa, Dii nemorꝶ factis ignoſcite nr̃is,
Si ſcelus ingenio ſcitis abeſſe meo,
Quoq; modo poſſit fulmẽ monſtrate piari.
Sic Numa ſic q̃tiens cornua Faunus ait.
Magna petis, nec q̃ monitu tibi dicere nr̃o
Fas ſit, habẽt fines numina noſtra ſuos.
Dii ſumus agreſtes, ⁊ q dominamur ĩ altis
Montibus, arbitriũ eſt in ſua tecta Ioui.
Hunc tu nõ poteris per te deducere cęlo,
At poteris noſtra forſitan vſus ope.
Dixerat hęc Faunus, par eſt ſententia Pici.
Deme tamen nobis vincula Picus ait.
Iuppiter huc veniet sũma ꝑductus ab arce.
Nubila promiſſi ſtyx mihi teſtis erit.
Emiſſi laq̃is quid agant, quę carmina dicãt
Quaq; trahant ſuperis ſedibus arte Ionẽ,
Scire nefas hoĩ eſt. nobis conceſſa canentur,
Quęq́; pio dici vatis ab ore licet.
Eliciunt cęlo te Iuppiter, vnde minores

ſuſcepit. Quicquid fatidicorum librorum Gręci, Latiniq; gñis nullis, vel parũ idóneis auctoribus vulgo ferebatur ſupra duo millia contracta vndiq; cremauit, ac ſolos retinuit Sibylinos &c. Vbi, poſt quam. Sextus Phoebus, ſextus Sol menſis, ſic ſextum diem ſignificat. Scandet, aſcendet. Æthera, quaſi ex inferiore parte in altũ. Olympum dicit cęlũ ꝯuexũ. Carpet ęthe. carpet iter p ęthera. Eqs alatis velocibus, iõ alatis dixit et quatuor ſunt vt oſtendimus. Quiſquis ades et colis penetralia, ſacella ſecretiora. Veſtę caſtę, de Veſta omnia quę ad res faciunt in .vi. lib. dicemus, et aliquid ſuperius attigimus. Gratare, p gratulare vel ipſi Veſtę, vel tanto pontifici. Et pone thura focis Iliacis, aris Veſtalibus, vbi ęterni ſunt ignes, ex Ilio aduecto. Nam Æneas Veſtę ſacra ex Troia in Italiam aduexit. Honor pontificalis, ipſa dignitas pontificatus. Acceſſit, addita eſt. Titulis innumeris Cęſaris, multis dignitatibus. Quos ille, Cęſar. Maluit, potius voluit. Mereri, ſubintelligendum, quã habuit, tamen voluit meritis omnes dignitatis gradus, et titulos aſſequi, non ambitione, aut aura populari, ſed propria virtute, ſi ad Iulium Cęſarem referret, qꝫ fuit Quęſtor edilis, Pontifex totes, Conſul, et Dictator, ſi ad Auguſtũ, qꝫ omnes magiſtratus aſſequutus, adeptus eſt ad alios quoq; titulos, nam et Augu. cognominatus eſt, & Pater patrię. Numina ęterni Cęſaris, qui relatus eſt in Deos immortales, nam vterq; eorum relatus eſt in deorum numerum, et quoniam de Augu. in cęlum relato in primo libro diximus. de Iulio Cęſa. paulo inferius dicemus. Pręſunt ęternis ignibus, Veſtalibus ſacris, quę per pontificẽ maximum adminiſtrabantur, nam ignem inextinctum virgines ſeruabant. Vides pignora imperij iuncta, hoc eſt Veſtales ignes et Pontificem Cęſarem, quę ſunt duo imperij pignora, nam quoad ſeruãtur inextincti Veſtales ignes, et incolumis domus Cęſarea ſeruatur incolume imperium.

*Iulius Cęſar nõ dr cognatus Veſtę pp Iuliũ Aſcaniũ filiũ Æneę filij Veneris*

Dij veteres, orat nunc Deos Troianos pro ſalute cognati pontificis Nam cum Iulius Cęſar ab Iulio Aſcanij filio progenitus fuerit, videtur cognatione attingere Veſtam, cuius ſacra e Troia aduecta ab Ænea patre Aſcanij fuerint in Italiam. Eſt et alia cognatio, ſiquis altius inſpiciat. Nam Veſta Saturni filia fuit, quę ſtructuram domus inueniſſe dicitur, auctore Diodoro, ſic illa ſoror Iouis, et Iuppiter Veneris pater, a qua emanauit genus Iuleũ. Ea omnino cognatio eſt, et Augu. Iuleam domũ adoptatus, ea quoq; cognatione Deos attingebat.

Dij Troię veteris, antiquę. O Veſta et Dij penates. Pręda digniſſima ferent, Ænee quos e medijs hoſtibus tanquam prędam eripuit.

*ANT. FAN.*

QVA Grauis Æneas tutus &c. grauis hic non refertur ad animum ſed ad corpus. Cognatum caput, Auguſtum qui a Troianis originem ducit, nam Æneam ferunt Veſtam e Troia in Latiũ tráſtuliſſe. Vocauit autem Auguſtum ſacerdotem, quia fuit pontifex maximus, vt hoc loco auctor oſtendit. Quos ſancta fouet ille manu, quia legimus ſupra, Sancta vocant Auguſta patres, iure Auguſti manus ſanctę a poeta dicuntur. Hę fouent ignes Veſtę, cum ſacris Veſtę ac cęteris conſtet pontificem maximum pręſidere.

*Pontifex Ma. pſidebat feſtis Veſtę & cęteris Veiouis feſtũ nonis Mar.*

Lucos Veiouis ante duos, duo luci ad quos nonis Martijs Veioui, ideſt Ioui paruo ędes dicata eſt, fuerunt ſub rupe Tarpeia vbi et Aſylum, de quo ait Cornelius Tacitus, Tum diuerſos Capitolij aditus inuadunt iuxta lucum Aſyli et Qua Tarpeia rupes Centum gradibus aditur. Liuius vero, Locus, inquit, qui nunc ſeptus deſis ſentibus inter duos lucos eſt Aſylum aperit.

*Aſylum vbi duo luci*

De his lucis dixiſſe Martialem exiſtimant illinc, Pompeij dona, nemusque duplex. Fuerunt et multa circa vrbem loca Dijs attributa, quę lucos vocabant, quorum prouentus in ludos conferebantur, teſte Plutarcho. Eſt autem Veiuppiter (vt diximus) paruus Iuppiter, ſicut Ouidius ſentit hoc loco, cuius ędes fuit (teſte Au. Gel.) inter arcem et Capitolium. Sed idem vult Veiouem eſſe non iuuenem ſiue paruum Iouem, ſed Iouem vim nocendi habentem, non iuuandi poteſtatem, quod vt Diiouem dicimus, Lucetiumque, quoniam nos die ac luce quaſi vita ipſa afficit et iuuat, ita et Veiouem appellauerunt dempta atque detracta iuuandi poteſtate, cum conſtet Deos quoſdam vt proſint celebrari, quoſdam ne obſint placari.

*Veiuppiter*

Ve enim particula modo intenſionem ſignificat, modo minutionem. Vnde quędam vocabula, quibus ea pręponitur ambigua ſunt, ac diuerſam ſignificationem capiunt. Quare Veſcum ſalem dicimus ex edendi intentione, et aliter Veſcum cum edendi faſtidio, quo vocabulo Lucretius pro edaci vſus eſt, teſte Feſto. vt Nec mare quę impendent Veſco ſale ſaxa pereſa. Virgilius vero (vt placet Nonio) pro minutim conciſo, vt Veſcas ſalicum frondes. Vbi Seruius Veſcum inquit ſignificare ſiccum ac tenerum. Alibi vero aliter.

*Ve pticula aliqñ auget aliqñ diminuit Veſcum*

Simulachrum Veiouis habuit aliquando ſagittas, quare eum Deum plerique Apollinem eſſe dixerunt, cui capram immolabant, cuius animalis effigies erat apud eius ſimulachrum. Coluerunt et Cãpani

*ſimulachrũ Veiouis*

Iouem

Vna nota eſt Martis nonis,ſacrata ꝙ illis
Tẽpla putant lucos Veionis ante duos.
Romulus vt ſaxo lucum circundedit alto,
Quilibet huc dixit confuge,tutus eris.
O q̃ de tenui Romanus origine creuit,
Turba vetus q̃ non inuidioſa fuit.
Ne tñ ignaro nouitas tibi nominis obſtet,
Diſce quis iſte Deus,cur ne vocetur ita.
Iuppiter eſt iuuenis,iuueniles aſpice vultus,
Aſpice deĩde manus,fulmĩa nulla tenet.
Fulmina poſt auſos cęlũ affectare gigantes
Sumpta Ioui,primo tẽpore inermis erat.

Iuppiter imberbis

Anxyrus Iuppiter

Anxur

Iouem imberbem,qui a Virg. Anxyrus dicitur.vt Quis Iuppiter Anxyrus aruis preſidet, & viridi gaudens feronia luco.A quo nõnulli Anxur Volſcę gentis oppidum noiatum putant. Ipſe autem Anxyrus dictus eſt,ꝙ barbam nunq̃ raſiſſet,quaſi anei xyras.i.ſine nouacula,vt ait Ser.vel ab anei cai xyro.i.rado. Lucum,luci partem,quã Romulus Aſyli ſtructura cõplexus eſt.Fuit hic lucus, teſte Diony.inter Arcem & Capitolium. Huc dixit confuge tutus eris, Aſyli locum oſtẽdit, dicti a poti a cai ſylan.i. a nõ auferẽdo. Vel (vt alijs placet) a poti a cai ſyro, quod eſt traho,inde.n.nullus abduci poterat,qđ non fuit in oĩbus tẽplis, vt Ser.docet, ſed in his tãtum quibus id erat cõſecrationis lege cõceſſum . Primi autem Aſylum inſtituiſſe dicunt apud Athenięſes Herculis filij,cum eos inſequerẽtur,qui ab Hercule oppſſi fuerant. Alij nõ a filijs Herculis, ſed a nepotibus id Aſylum.i.templum Miſericordię inſtitutũ dicunt,vt Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.Qđ Romulus imitatus ipſe quoq; Aſylum cõdidit,ementitusq; eſt id ſe Apollinis oraculo cõdidiſſe.Quidã tamen Cadmum primo Aſylũ inſtituiſſe ferunt, cum ad Thebas cõdendas multitudinem deſideraret. Placet Aſylum potius deducas ab a cai ſylao q̃ aliunde.

PAV. MAR.

QVA,p̃da. Æneas grauis,onuſtus. Fuit tutus ab hoſte,ab hoſtium inſidijs,qꝛ ſoſpes euaſit.
Sacerdos ortus ab Ænea, Cęſar ab Iulio nepote Ænee ꝓgenitus,et de Auguſto potes intelligere Diui Iulij ex adoptione filius,et gloriabaẽ ipſe quoq; ab Ænea genus ducere. Tangit cog.nu.Veſtam et penates,de cognatis ſuperius diximus. O Veſta tuere,defendas et ſerues. Cognatum caput, Cęſarẽ Augu. O ignes,Veſtales. Bene viuitis, inextincti eſtis,bñ ſub optimo põtifice. Quos ille,Cęſar Augu. Fouet,quaſi q̃bus fomites ſuggerit. Manu ſancta , alluſit ad Auguſti cognomen,q̃m auguſta ſancta dicunẽ , vt oſtendimus in primo. Viuite p̃cor inextincti et flãma et dux,quaſi viuatis ęterni et ignis et Cęſar,et nunq̃ extinguamini. Vna nota,nonis Martijs feſtũ eſt Veionis.i.parui Iouis.Quo die ſacrata fuere ei templa ante lucos Aſyli in Intermontio,cuius rei myſteriũ illud eſt,vt Iuppiter paruus poſteaq̃ adultus eſt cęlo regnauit,ſic vrbs Roma parua ab initio,vbi Romulus aperuit Aſylum, paulatim coaluit,et ad ſummũ imperij culmen aſcendit , ideo conſecrauere tẽplum parui Iouis eo in loco,vnde ſumpſit initium augmẽti. Vna nota, vnus titulus,vna in faſtis inſcriptio.naȝ nota interdum in bonam partem accipitur , vt in primo diximus. Eſt nonis, Martiis.ſ. Quod illis , nonis. Putant ſacrata , conſecrata. Templa Veionis, parui Iouis , ſed de hoc nomine paulopoſt. Ante duos lucos, ante lucos Aſyli. Nam locus erat , vt Liuius de Aſylo inquit , ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos, ante hos duos ergo dedicatum fuit. Romulus vt,poſtquaȝ.
Circundedit,ſepſit.

Septĩo die Martij eſt feſtũ Veionis.i.pui Iouis

Lucum , quercetum in Intermontio. Alto ſaxo, alij exponunt moenibus, alij per hypallagem intelligunt , hoc eſt ſaxum circundedit luco, ſed ita intelligendum eſt , aperuit lucum ſaxo , hoc eſt rupibus circundatum , quia hincinde erant altę rupes capitolinę. Dixit, Romulus. Quilibet huc confuge, confugias in hoc Aſylum.
Tutus eris, quia nemo te inde abſtrahet , de Aſylo egimus in ſecundo. O quam, pro quantum creuit. Romanus , populus. De tenui origine, de exiguo principio in magnam coaluit ciuitatem. Quam, quãtum. Vetus turba, priſci Romani. Fuit non inuidioſa, quia tam paruus populus, tam exigua ciuitas,vt nullus inuideret . Nam in ꝺſus nomina (Gellio teſte) in vtranq; poſſunt accipi ſignificationem , vt inuidioſum , et inuidentem dicamus , et cui inuidetur. Tamen ne nouitas nominis , quia Veionis nouum tibi nomen videtur, ne hęc nouitas. Obſtet,ad intelligẽdum feſta. Tibi ignaro,qui ignoras nominis rationem. Diſce quis iſte Deus,quis Deus ſit hoc nomine appellatus.
Cur ne vocetur ita , vel cur ſit hoc nomine vocatus . et duo proponit , quis Deus , et cur illud nomen.

ANT. FAN.

FVLMIna nulla tenet, quę barbatum decent, non puerum Iouem. Cęlum affectare , quoniam gigantes affectu dicti ſunt ad oppugnationem cęli non recta voluntate.Hinc ipſe alibi , Affectaſſe ferunt regnum cęleſte gigantes. Capra, Amalthęe caprę effigies,quę ſuo lacte Iouem infantem nutriſſe dicitur. Nymphę pauiſſe feruntur Cretides , putantur Melyſſa et Amalthea Melyſſi regis Cretenſis filię Iouem aluiſſe. Vegrandia farra coloni,quę male creuerunt. Veſcaq; parua vocant , vult Vegrande compoſitum eſſe a ve particula priuatiua,et ſignificare minutum, quod et Feſtus ſcribit,vt Vegrande frumentum.Idem tamen nomen valde grande interduȝ ſignificat,teſte Nonio,vbi ve particula vim augent

Vegrande.i. nõ grande

Ignibus Oſſa nouis, et Pelion altior Oſſa
Arſit, & in ſolida fixus Olympus humo.
Stat quoq; capra ſimul, nymphę pauiſſe feruntur
Cretides, īfanti lac dedit illa Ioui.
Nunc vocor ad nomē, vegrādia farra coloni,
Quę male creuerūt, veſcaq; parua vocāt.
Vis ea ſi verbi eſt, cur nō ego Veiouis ędem,
Aedem non magni ſuſpicer eſſe Iouis?
Iamq; vbi cęruleū variabunt ſidera cęlum,
Suſpice, Gorgonei colla videbis equi.

Pegaſus orit̃ nonis Martis veſpi

di habet, vt Nec vitę vegrandi datur. Veſcuꝫ quoq; paruum ſignificat. Vñ Feſtus, Veſcus inquit faſtidioſus, ve.n. pro puſillo vtebātur. Iamq; vbi cęruleum variabāt ſidera cęlum, Suſpice, Gorgonei colla videbis equi, ſigna q̄ heliace oriūtur in principio noctis videri nequeūt, quippe cū vt nox iniēs occaſum oñdit heliacum, ita et deſcendēs ortum eiuſmodi nobis offerat. Senſus ergo eſt, vbi nox aduenerit ſuſpice ad eius ſinem videlicet nō noctis initio, qꝛ eq Gorgonei collum videbis in ortū heliacuꝫ ferri. Eſt aūt ortus matutinus equi cui Pegaſo nomen eſt ſcd̃m Columellam.iiij. nonas Martias, ſcd̃m Manilium Sole.xxi.ptem Piſcium obtinēte. Higinius vero idem ſignū inquit cū Aquario et altero Piſciū cuꝫ quo occidit, exoriri. Eius pars antecedit hoc tpe Solem cū Piſcibus orientem. Cōſtat aūt Pegaſus (vt auctori placet hoc loco) ſtellis.xv. vt Higinio.xviij. qui ꝙ tin piſin.i. fontē produxerit, Pegaſi nomen accepit. Nota eſt fabula. Gorgoneus vero dictus eſt quod ex ſanguine Meduſę Gorgonis eū natū fabulant, cuius domus Gorgones fuerunt inſulę, teſte Pli. bidui nauigatione diſtātes a cōtinenti, quas q.dam Gorgades vocant, quo penetrauit Hāno Poenorum impator. Sunt.n. cōtra Atlantē montem ad fines Mauritanię. Vñ nonnulli alias fuiſſe Heſperides, alias Gorgones recte arbitrant. Nā Heſperides habuiſſe hortos dicunt ad Lixon Libyę. Sciendum de huius ſigni ortu, atq; occaſu pleroſq; ita diuerſa tradere, vt fere videre non ſit vnum cum altero congruentem.

Gorgoneus equus Heſperides habuiſſe hortos ad Lixō Libyę

PAV. MAR.

IVPPIter eſt iuuenis, quaſi imago Iouis, quę eſt in eo templo iuuenē euꝫ monſtrat. Aſpice vultus iuueniles, quos in imagine refert. Aſpice deinde manus, etiā iuueniles. Nulla tenet fulmina, nā cum iuuenis erat, ea nōdum acceperat.

Fulmina ſumpta Ioui, q̄ſi accepit Iuppiter fulmina. Poſt auſos gigātes affectare cęluꝫ, poſtea q̄ gigātes affectarunt regnū cęleſte, ē auſi ſunt oppugnare cōſtructis montibus. de qbus in primo diximus. Primo tpe, in adoleſcētia. Erat inermis, nā non habebat fulmina. Oſſa, mons.

Pelion Oſſa et Olympus

Arſit nouis ignibus, nouis fulminibus. Et Pelion, ēt arſit. Altior Oſſa, ꝓpterea qḋ Dicearchus altiſſimū eum ꝓdit. Et Olympus eſt fixus in ſolida humo, hoc eſt ita fixus vt iā auelli nō poſſit, ſed de his latius dictū eſt a nobis ī eo loco primi libri, ſic petit cęluꝫ &c. Stat quoq; capra ſimul, extat ēt cum Iouis imagine effigies Amaltheę capręq̄ ſuo lacte Iouē pauit, vt illud indicat aliq̄ſi Iouem paruuꝫ fuiſſe. Capella.n. Amalthęę nymphę vberibus ſuis aluit īfantē, de qua Germanicus Cęſar in Aratheo carmine ſic ait. Illa putat̃ Nutrix eē Iouis, ſi vero Iuppiter infans Vbera Cretę mulxit fidiſſima capręSidere q̄ claro gratum teſtat̃ alūnum, huius capellę corio vſuꝫ eſſe pro ſcuto Iouē contra Titanas dimicātēꝫ, Muſeus auctor eſt, vñ a poetis Ægiocus nominat̃. Nymphę Cretides, Cretenſes. Ferunt̃, dñr. Pauiſſe Iouē, naꝫ Melyſſa et Amalthea Melyſſi regis antiqs. ſimi in Creta filię, qui (vt Didimus inquit) primus dijs ſacrificauit. Illa, capra.

Melyſſa et Amalthea nutrices Iouis

Dedit lac Ioui, quia aluit infantē, ſed de his plura agemus in ſequēti libro. Nūc vocor, nunc ipſiuꝫ nomen diffinit, qꝛ Veiouis paruus eſt Iouis, et a ſimili arguit, quia ue grādia male, hoc eſt nō grādia dñr, hęc.n. particula ue diminutionem facit in cōpoſitis, vñ et Pompeius Vegrāde inquit ſignificat male grāde, et vecors, veſanus, malicordis, maleſanus. Alij paruū ſiue minutū intelligunt, vt vegrāde frumētuꝫ &c. Nūc vocor ad nomen, ad aperiendā nōis ſignificationē. Coloni, agroꝝ cultores. Vocāt far.ve. q̄ male creuerūt, quę nō habuere ſuū incremētum, ſic parua ſunt.

Veſpticula mō auget modo minuit

Et ve.vo.par. hodie etiam in Marſis noſtris, lingua vernacula q̄ parua ſunt veſca dñr, vt cuꝫ dicunt maluāueſcaꝫ, de ea quā Romę paruā vocāt, intelligunt. ē Feſtus inqt, Veſcus faſtidioſus. Ve.n. pro puſillo vtebant̃. Lucretius veſcū dixit edacem, cū ait, Nec mare quę impendēt veſco ſale ſaxa pereſa. Si ea vis eſt verbi, ſi ea eſt ꝓprietas vocabuli, vt veſca parua dicātur, et vegrandia non grādia.

Cur ego nō ſuſpicer, putē. Ædem Ve. eſſe ędem non ma.Io. tēplum parui Iouis. Iamq; cęruleum, veſperi nonaꝝ oriri inqt Pegaſum equū alatum, quē Higinius Aratū adducēs, et alij cōplures, Neptuni et Meduſę filiū dixere. Sed, vt alij, ex ipſo Meduſę ſanguine, quā Perſeus interemit, natus ē. Peruolauit ī Heliconā, vbi ſaxū vngula feriēs fontem aperuit, q ex eo Hippocrene eſt appellatus, ſed hic apud Pyrrhenē Corinthiū, fontem captus, vnde Stra. Fama eſt equū Pegaſuꝫ cū potaret hoc in loco a Bellerophōte dephenſum fuiſſe, alatū inq̄ caballū e Meduſę ceruice, et de Gorgonis execto gutture ꝓſilientē. Vulgatū eſt ēt Caballinū fontem in Helicone erupiſſe, cum ſubiectā ibi tellurem fieret vngula. Hęc ille. Bellerophō poſt interfectā Chimerā, cū altius hoc equo vſus euolaret, decidit equus inter ſidera collocatus exiſtimat̃, qui (vt Higinius ipſe oñdit) Arcticum circulū ſpectans pedibus ęſtiuo orbe niti, extremo ore caput Delphini tangere videtur. Aquarij manum dextrā ceruici ſuę coniungēs, huius in ſtellis corpus apparet vſq; ad vmbilicum, q occidit cum Piſce de duobus primo, q ſupra tergum eius eſt fixus, exorit̃ cum Aquario toto, et Piſce cuꝫ quo occidit, et manu Aquarij dextra.

Pegaſus equus apud Pyrenē in Helicone captus fuit

Bellerophōtis fabula ex hiſtoria ſumpta

xtra. Hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras, i capite vnam, in maxilla vnaȝ, in auribus ſingulas, in ceruicibus quatuor obſcuras, ſed maxīe lucet, q̄ proxima capiti apparet in humero claram vnā, in pectore vnam, in ſcapulo vnam, in vmbilico nouiſſimam vnam, in gentibus ſingulas, in poplitibus ſingulas. Poeta oriri dicit veſperi nonarum Martiaꝝ. Plini. vero pridie idus Auguſti, ſed ortū poetę accipiamus heliacum, nam occidente Sole, tum in alto cęlo videtur, quod aperte oſtendit, cum Suſpice dicat, quaſi furium aſpice. Iamq; vbi ſidera variabunt cęluȝ, varium et pictum oſtendent in nocte. Ceruleuȝ cęlum, inquit cum videtur ſimilis color cęli qui ē maris. Suſpice, attollas oculos et cęlum reſpice.

Videbis colla equi Gorgonei, Pegaſi nati ex ſanguine Gorgōis, h̄ ē Meduſę a Gorgadibus īſulis.

Creditur hic cęſę grauida ceruice Meduſę
Sanguine reſperſis proſiluiſſe comis.
Huic ſupra nubes, & ſubter ſidera lapſo
Cęlum pro terra, pro pede penna fuit.
Iamq; indignanti noua frena receperat ore,
Cum leuis Aonias vngula fodit aquas.
Nunc fruitur cęlo, quod pennis ante petebat,
Et nitidus ſtellis quinq;, decemq; micat.

CREditur hic, bene creditur de re fabuloſa, tale et illud eſt, Illa putatur Nutrix eſſe Iouis Pegaſuȝ alij e ſanguine Meduſę natum volunt, cui Perſeus caput dicitur abſtuliſſe, alij Neptuni et Meduſę filium dicunt et alatum fuiſſe fabulant̄. Cęlum, aer, hoc loco, is eſt volantium ſolum. Noua frena, q: poetę finxerunt Pegaſum captum a Bellerophonte, qui poſt domitam Chimeram hoc equo vſus dicitur, vnde altius volans decidit, quo tempore Pegaſus in cęlum tranſlatus eſt. Aonias aquas, Hippocrenem fontem Boeotię dictum ab equo, vt eius nomen oſtendit. De quo ait Perſius, Nec fonte labra Prolui Caballino. Hinc illud eſt, Dicite quę fontes Aganippides Hippocrenes Grata Meduſęi ſigna tenetis equi. Strabo, Vulgatum eſt etiam Caballinum fontem in Helicone erupiſſe, cū ſubiectam ibi tellurem feriret vngula. Protinus aſpicies venienti nocte Coronam, Corona Ariadnes. viii. idus orit̄ cronice, quam (vt placet Manilio) xv. pars Virginis in ortum dicit, cui Oui. aſtipulatur hoc loco. Alij tamen (vt Higinius) cum Scorpione Coronam exoriri dicunt. Alij cum Libra, vt Columella et Pli. Alij eius partem cum Libra, totam vero cum Scorpione exoriri volunt, quę occidit mane orientibus Cancro et Leone. Conſtat autem ſtellis noueȝ. Et eſt Corona Vulcani opus, quā Venus, cum Liber pater Ariadnē vxorem duceret, ei donaſſe dicitur, quāq; ad vxoris inſigne idem Deus inter ſidera collocauit. De cuius ſitu legimus in. viij. Meta. Tenues volat illa per auras, Dumq; volat gēmę ſubitos vertuntur in ignes, Conſiſtūtq; loco ſpē remanente Coronę, Qui medius nixique genu eſt, anguēq; tenentis, Prę ſtat in hac Corona cęteris fulgore ſtella quędam, quę. viij. idus Octob. occidit Cęſari, teſte Pli. Hanc et cęteras Coronam conſtituentes Cretenſes olim vti ſidus peculiare ſequebantur. Sciendum Ariadnē a Theſeo raptam, atq; in Naxo relictam eſſe, vt quibuſdam placet quam Bacchi ſacerdos dicitur excepiſſe. Alij memorię prodiderunt eam diu apud Theſeum permanſiſſe, et ex eo duos filios ſuſcepiſſe. Alij in Cypro grauidam a Theſeo relictam ferunt, vbi excepta a mulieribus Cyprijs antequam pareret e vita dicitur exceſſiſſe. Scriptores autem Naxij duos fuiſſe Minoes tradiderunt, et totidē Ariadnas, prioremq; Bacchoq; nupſiſſe in Naxo inſula. Alteram vero a Theſeo deſtitutam in eandem inſulaȝ nauigaſſe. De hac Corona non eodem modo omnes fabulant̄ur. Lege Higinium.

ANT. FAN. — Hippocrene — Corona orit. viij. id. Martias Corona ariadnes — Varia eſt opinio d Corona ariadnes

PAV. MAR.

CREditur hic, equus. Proſiliſſe, procul ſaliſſe vel ſaltans exiuiſſe. Grauida ceruice Meduſę cęſę, creditur ſaltaſſe ex execta ē foeta Meduſę ceruice, quam Perſeus execuit, cum eam interemit. Comis reſparſis ſanguine, tum cum reſectum a ceruice caput, legitur etiam Iubis. Cęlum, aer. Fuit terra, loco terrę. Huic, equo. Lapſo, volanti.

Supra nubes et ſubter ſidera, quaſi volanti altius inter ſidera et nubes, et ideo cęlum fuit pro terra, q: per aera volabat, ac ſi per terram curſum intendiſſet. Pēna fuit pro pede, erat alatus, vtebat̄ alis pro pedibus. Iamq; receperat noua frena, iā apud Pyrenem ſub Acrocorintho deprehēſus fuerat a Bellerophonte, et acceperat noua frena. Ore indignanti, reluctanti. Cum vngula, Pegaſi. Leuis, q: alati equi. Fodit aquas Aonias, aquas Gorgoneum, ſeu Caballinum, ſeu Pegaſeum fonteȝ in Holicone ab Aonia montana regione Boeotię.

Nunc, ipſe equus. Fruitur cęlo, q: cęlo locatus eſt. Quod an̄ petebat pennis, in quod prius euolabat. Et nitidus micat, lucet. Quinq; et decem ſtellis, cum conſtet quindecim habere ſtellas. At Higinius inquit decem et ſeptem, et in numero earum, quas ipſe commemorat, ſunt decem et ſex. Non igitur abſurdum eſſet, ſi locus diceret. Sexque decemq; micat, q: deceȝ et ſex numero ſunt. Protinus aſpicies, octauo idus Martias, et octaua die menſis oritur Corona de qua dictuȝ eſt, O nimiū effulgens cęli de parte ſerena, O oculis nimiū grata Corona meis. Aſpirato mihi ſi quid tua numina poſſunt, Humani ętherео ſi quid ab axe vides. Dum procul Iliacę decus Immortale coronę, Et quo nunc celeri non licet ire via. Gnoſiacaȝ liceat tantum obſeruare Coronam, Sint tua pro latijs ſidera ſideribus. Naȝ quoties orta fulges nitidiſſima nocte, In radios toties lumina tollo tuos. Funduntur q; genis lachrymę, dum mente voluto Nō noſtro Iliacam poſſe fruere ſinu, et reliqua. Coronaȝ hanc ex auro et gēmis a Vulcano factam volunt et Veneri datam, quę poſtea cum Ariadne Baccho nuberet ei, a Venere oblata eſt. Hac volunt aliqui Theſeum pro lumine vſum in Labyrintho. Qui

Corona donata Baccho a Venere ad reducendam matrem ab īferis fabulāt

autem Argolica ſcripſere, aiunt Coronam hanc a Venere acceptam Bacchum ſecum tuliſſe, cum ad reducendam matrem ab inferis accederet, ſed doctus iter ab Hippolirno promiſſo, quod peteret, Coronam diuiſit in loco, qui ab ea στεφανοσ appellatus eſt, reducens matrem, Coronam inter ſidera collocauit. Vulgatior tamen fama habet Ariadnę a Theſeo derelictę in Dia inſula, Baccho poſtea nuptę a Venere traditā, Bacchumq; deuictis Indis Indorum regis filiam pręſtantem forma ſecum ducentē, cū quereret Ariadne, Bacchus eā cū corona iter ſidera collocauit. Coronam humero ſiniſtro prope cōtingeret Arctophylax uidetur, quę autē Engo quaſi dextri pedis calce coniungit. Hęc Cancro et Leone exoriente occidere, cū Scorpione exoriri perſpicitur. Habet autem ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas, ſed ex his tres clarius cęteris lucentes. De ortu autem Coronę Plinius cum poeta non concordat, ſic enim inquit, Sexto nonas Octobris Atticę Corona exoritur. Mane Aſię et Cęſari quito calendas Eniochus occidit matutino tertio calendas Cęſari Corona exoriri incipit. Et poſtea ſubdit. viij. idus Octobris, Cęſari fulgens in Corona ſtella exoritur, Idibus Corona tota, Verum alter heliacus, alter coſmicus ortus ē.

Ariadne in Dia inſula relicta a theſeo fuit

Protinus, ſubſequēter. Venienti nocte, poſt noctem nonarum ſequenti nocte.

ANT. FAN.

GNOſida, Cretenſeȝ a Gnoſo Cretę oppido, vbi fuit Minois regia. Virgilius, Gnoſiaq; ardentis deſcendat ſtella Coronę. Ingrato viro, Theſeo, a quo nonnulli Ariadnem abactam ac derelictam volunt, de qua incerta feruntur. Lege Plutarchuȝ in Theſeo. Notum eſt beneficio Ariadnes Theſeum e Labyrintho regreſſum eſſe. Ouidius alibi, Cum tibi ne victus tecto morerere recuruo, Quę regerent paſſus pro duce fila dedi. Sorte tori gaudens, lęta quod ei Bacchus pro Theſeo contigiſſet, ac ꝓ mortali Deus. Depexos crinibus Indos, Oneſicritus auctor eſt, vt ſcribit Strabo, Indos cęteris quidem in rebus frugales eſſe, circa ornatum vero curioſos. Ad eos ſecundum Megaſthenem (vt idem ait Strabo) nemo extrinſecus cum exercitu profectus eſt, pręter Herculem, Liberum patrem, et Macedonas. Filia regis, vnam captiuarum dicit Indorum regis filiam, quę Baccho placuiſſe dicitur.

Oneſicritus et Strab. de Baccho ē Hercule

Similes audite querelas, quales audierant fluctus, cum Ariadne de Theſeo quereretur. Nomine mutato, Theſei in Bacchum. In deſertis mo

rituram Liber harenis Seruabas, Chij inſulę, vel Naxi harenas dicit ſecundū Senecam, moriturus autem principium aptitudinem hic non actum ſignificat.

PAV. MAR.

ASPICies Coronam Gnoſida, Cretenſem. Nam Ariadne Cretenſis fuit a Gnoſo vrbe, vbi fuit regia Minois. Eſt facta Dea, ipſa Ariadne eſt in cęlum relata.

Theſeo crimine, perfidia Theſei, qui eam in India reliquit.

Iam bene mutarat Bacchum periuro cōiuge, Iam bene viruȝ commutauerat, naȝ pro homine Deum, pro periuro et perfido fidelem acceperat.

Quę, Ariadnę.

Quę dedit fila regenda viro ingrato, alluſit ad illud Virgilianum, Cęca regens filo veſtigia. Nam Ariadne dederat filū Theſeo, quo ſciret e Labyrintho regredi, et in Heroidibus, Cum tibi ne victus tecto morerere recuruo, Quę regerēt paſſus pro duce fila dedi, Et paulopoſt, Nec tibi quę reditus monſtrarent fila dediſſem, Fila per adductas sępe recepta manus. At ille non retulit bn̄ficij gratiam. Sorte to. gau. iam cum gauderet thalami, ſeu coniugij fortuna. Dixit quid flebam ruſtica, quid flere debebam me ab illo relictaȝ. Ille, Theſeus. Fuit nobis perfidus, periurus, proditor. Vtiliter nobis, quaſi ſua perfidia fuit nobis vtilitas, quia Deo nupſimus. Interea Liber, poſteaquam Ariadne Baccho nupſerat, ad Indicam expeditionem Bacchus profectus eſt. Cumque victor rediret, ducens ſecum Indorum regis filiam, verens Ariadne, ne illius amore a Baccho relinqueretur, coepit miſerabiliter queri, non ſecus ac fecerat, cum a Theſeo relicta eſt. Interea, dum ſe felicem tanto coniuge ariadne exiſtimabat.

Bacchus in Indiā ꝓfectus ad militiam

Liber, Bacchus. Vicit Indos, et hoc quoq; attigimus in primo libro, quia triennio totam Indiam domuit, perque omnem orbem exercitum circunduxit, et plura reliquit trophea, ſtatuasq; ſuarum expeditionum teſtes. Depexis crinibus, ſicut eſt eorum mos pectere et enutrire comas et barbam. Et redit diues, quaſi cum ingenti pręda. Ab orbe Eoo, ab oriente. Filia regis, Indorum ſcilicet. Pręſtanti facie, quę pręſtabat cęteris forma. Inter puellas captiuas, quę captiuę ex India ducebantur. Erat nimis grata Baccho, mirum in modum placebat. Amans coniux, ariadne. Flebat, cum audiſſet illum illam ducere et gratam eſſe. Spatiataq; littore curuo, cum ſpatiaretur, hoc eſt cum deambularet per

littus

Protinus aſpicies venienti nocte Coronam
 Gnoſida, Theſeo crimine facta Dea eſt.
Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchū,
 Quę dedit ingrato fila regenda viro.
Sorte tori gaudens, quid flebam ruſtica dixit?
 Vtiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea Liber depexos crinibus Indos
 Vicit, & Eoo diues ab orbe redit.
Inter captiuas facie pręſtante puellas
 Grata nimis Baccho filia regis erat.
Flebat amans coniux, ſpatiataq; littore curuo
 Edidit incultis talia verba comis.
En iterum fluctus ſimiles audite querelas,
 En iteruȝ lachrymas accipe harena meas.
Dicebā (memini) periure, & perfide Theſeu,
 Ille abijt, eadem crimina Bacchus habet.

littus ſinuoſum. vt eſt illud in Arte, An tu modo Pompeia lętus ſpatiare ſub vmbra. Edidit talia verba, ita loquuta eſt. Comis incultis, crinibus non ornatis, ſed ſolutis. En iterum fluctus, q̄rela Ariadnes ꝙ adducta eſſet ei pellex a Baccho. Querebat primum de Theſeo, nunc ſimilis cauſa data eſt flendi, ꝓfunditur in queſtus et lachrymas, et vndiq; monet cōmiſerationem. O fluctus, o marinę vndę. En iterum audite ſimiles q̄relas, quales audiniſtis prius, cū a Theſeo eſſem relicta. En iterum, o harena accipe meas lachrymas ſicut tunc acceperas. Dicebaȝ, tunc cum me ille perfidus reliquiſſet. Memini, me.s. ſic dixiſſe. O Theſeu periure, et per fide, appellabam illuȝ periurum, et fidei violatoreȝ. Ille abijt, diſceſſit a me, nec reuocatus redijt. Bacchus habet eadem crimina fieei.s.violatę, q: adducit pellicem.

ſeq; mihi candida pellex, proprie dicit pelliceȝ quę cum eo corpus miſcet q̄ habet vxorem. Eſt autem hoc loco ironia vbi Ariadne ſe fuſcā, et pellicē candidam dicit, quā figuram illuſiones vocant, teſte Quintiliano, quę aut ꝓnunciatione intelligit, aut perſona, aut rei natura. Inquinat, vitio nigredinis qđ Ariadne ſuſpicatur in Bacchum poſſe trāſferri. Matrem, Paſiphaen, ex qua et Tauro natus eſt Minotaurus. Nota eſt fabula.

Nūc quoq; nulla viro, clamabo foemīa credat,
Noīe mutato cā relata mea eſt.
O vtinā mea ſors, quo primū coeperat, iſſet?
Iamq; ego p̄ſenti tempore nulla forem.
Quid me ī deſertis moriturā Liber harenis
Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.
Bacche leuis, leniorq; tuis, q̄ tpa cingūt
Frōdibus, ī lachrymas cognite Bacche meas,
Auſus es ante oculos adducta pellice noſtros
Tā bene compoſitū ſollicitare torum.
Heu vbi pacta fides? vbi q̄ iurare ſolebas?
Me miſerā quoties hęc ego verba loquor.
Theſea culpabas, fallacemq; ipſe vocabas,
Indicio peccas turpius ipſe tuo.
Neſciat hoc q̄ſq̄, tacitiſq; doloribus vrar,
Ne toties falli digna fuiſſe puter.

PAV.i MAR. QVID ſeruabas me morituram, cū iam moritura eſſem cur opem attuliſti. In harenis deſertis, incultis, cum eſſem in deſerto littore. Potui ſemel, carere morte.s. Hęc particula de ſępe in compoſitione deficientem vim ſui ſimplicis indicat, vt ſęuit deſęuit, diſco dediſco, tego detego, ſic doleo dedoleo. Bacche leuis, inconſtans. Et lenior tuis frondibus q̄ cingunt tpa, leuior pampinis q̄bus coronaris. nam vt illi decidūt ex arboribus, nec ſeruāt viriditatem. ita tuus animus ſua incōſtantia agitur. Cognite Bacche in lachrymas meas, qua ꝓ tu cauſa es cum pellicē ſuperinducas. Es auſus ſollicitare, ſollicitum et anxiū reddere. Torum, thalamum. Tam bene cōpoſitum, tam bene ingali iure munitū. Adducta pellice, cum pelliceȝ adduxeris ante oculos noſtros. Pellices nunc q̄dem appellātur alienis ſuccūbentes, non ſolum foeminę, ſed etiam mares, Antiqui eam ꝓprie pellicem nominabāt, quę vxorem ſuā habenti nubat', cui generi mulieꝝ etiaȝ poena cōſtituta eſt a Numa Pompilio hac lege, Pellex arā Iunonis ne tangito, ſi tanget Iunoni crinibus dimiſſis agnā foeminā cędito. hęc Pompeius. Maſſurius libro memorabilium, Pellicē apud antiquos eā habitam ſcribit, q̄ cum vxor nō eſſet, cum aliquo tñ viuebat, quam nunc vero nomine amicā paulo honeſtiorē concubinam appellari. C. Flaccus in lib. de iure Papyriano ſcribit pellicem nūc vulgo vocari, q̄ cum eo cui vxor ſit corpus miſceat, quoſdā eam quę vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quā gręce παλλακην vocāt.

Nunc quoq; clamabo nulla foemina credat viro, nunc etiam illud cū clamore dicam, non eſſe a puellis adhibendam viris fidē, nam omnes ſunt deceptores. Cauſa mea, ob perfidiā virilem. Et relata mutato noīe, nam querebar de Theſeo, nunc de Baccho, ita nomē mutatum de Theſeo in Bacchum. O vtinam, remanſiſſem inq̄t vtinaȝ deſerta in littore, nec me Bacchus reperiſſet, nā iam extincta non hos ſentirem dolores. O Vtinam mea ſors, mea fortuna. Iſſet quo primū coeperat, perſeueraſſet in tenore incepto. Iamq; in pręſenti tpe nulla forem, q: eſſem extincta, et muliebris locutio eſt, cū dicat nulla, ac ſi ſpiritus nō ſuper fuiſſet. Quid me, Ariadnem in Dia inſula a Theſeo relictam, ex eius epiſtola in Heroidibus late conſtat. Liberum illi opē tuliſſe, in cōiugem accepiſſe, et in Metamor. et in Arte amandi, et in Annęi Tragoedia refert, et pauloante retulimus. Nūc queritur ſeruataȝ a Baccho fuiſſe, nā mortua rurſus eundem minime dolorē ſentiret, appellatq; illuȝ leuē, q̄m adduxerit pellicē, violariq; fidem, qđ turpius eſt, quod q Theſeum dānabat, eiuſdē criminis poſſit accuſari. O Liber, Bacche. POTVI dedoluiſſe ſemel, potui vbi me Theſeus reliquerat morte dolorem deponere. Theſea culpabas, q: carere debet omni vitio, qui in aliuȝ paratus eſt dicere. Neſciat hoc quiſquam, ne mea culpa bis derelicta vel decepta videar. Pręcipue cupiam cęlari Theſea, cupio neſcire Theſeuȝ ꝙ et Deus quoq; me ſpreuerit. Prępoſita eſt ſu-

Cōq̄ſtio ariadnes relicte a Theſeo ī inſula Dio

ANT. FAN.

Heu vbi pacta fides, vbi ea quā promiſiſti fidem. Vbi q̄ ſolebas iurare, per quā iurabas. Me miſerā, dico.s. Quoties ego loquor hęc verba, quoties cogor ita loqui, nam primū perfidia Theſei, nunc vero Bacchi, facit vt ita loquar. Culpabas Theſea, damnabas Theſeum a perfidia, q: me reliquiſſet. Et tu ipſe vocabas fallacem, quia periurus. Tu ipſe peccas tur-

Pellex Iunonis

C. Flaccus in libro de iure Papyriano

Prępcipue cupiam cęlari Theſea, ne te
Conſortem culpę gaudeat eſſe ſuę.
At puto ꝑpoſita eſt fuſcę mihi cādida pellex.
Eueniat noſtris hoſtibus ille color.
Quid tñ hoc refert? vitio tibi gratior ipſo eſt.
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.
Bacche fidem ꝑſta, nec ꝑfer amoribus vllam
Coniugis, aſſueni ſemper amare virum.
Ceperunt matrem formoſi cornua tauri,
Me tua, ſed lędit ille pudendus amor.
Ne noceat qđ amo, nec.n.tibi Bacche nocebat
Quod flāmas nobis faſſus es ipſe tuas.
Nec ꝙ nos vris, mirum facis, ortus in igne
Diceris, et patria raptus ab igne manu.
Illa ego ſum, cui tu ſolitus ꝓmittere cęlum.
Hei mihi pro cęlo qualia dona fero.
Dixerat, audierat iādudum verba querentis
Liber, vt a tergo forte ſecutus erat.

pius, reprehenſibilius. Tuo iudicio, qꝛ qui perfidum et fallacem illum iudicabas, nunc cū in eodem ſis crimine, ex eo ꝙ illum damnabas, longe magis damnari mereris. Neſciat hoc, vellet inquit hoc omnes latere, ne qs putet me toties mea culpa derelictaꝫ, et in primis latere velim Theſeū, ne gaudeat nunc Deū in me fuiſſe fallaceꝫ, nam numinis exemplo culpam ſuam extenuaret. Neſciat quiſq̄, hoc me.s.a Baccho fuiſſe deceptam. Et vrar, abſumar ego. Tacitis dolori bus, ne cui ſint cogniti, ſed tacita ipſa adurar. Ne puter, ne exiſtimer. Fuiſſe digna toties falli, meruiſſe aliqua mea culpa toties a viris decipi. Pręcipue, in primis. Cupiam cęlari Theſea, cupiaꝫ hoc eſſe illi occultum. Ne gaudeat te eſſe cōſortem ſuę culpę, te fuiſſe eiuſdem fallacię ſtudioſum. At puto, ironicus ſermo, vt pellicem in cōtemptum adducat, ꝑfers inquit mihi illam candidam, cum illa patrio colore fuſca ſit, et Ariadne candida. At puto eſt prępoſita, in amore tuo. Mihi fuſcę, nigranti. Pellex cādida, captiua, quam pro amica ducis niueę faciei. Ille color, fuſcus qui eſt in iſta pellice. Eueniat noſtris hoſtibus, quaſi nō amici ſed hoſtes ſint ita nigri, vt illa eſt. Tamen quid, cur refero hęc. Eſt tibi gratior, iucūdior. Ipſo vitio, ipſa nigredine, qđ vitium eſt corporis. Nam (vt Modeſtinus de verb. ſigni. inquit) morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatem verum eſt, Vitiū vero perpetuum corporis impedimentum. et ſubdit, Nam et luſcus vtiq; vitioſus eſt. Morbum apud Sabinuꝫ ſic diffinitum eſſe ſciendum eſt, Habitum cuiuſq; corporis contra naturam, qui vſum eius ad id faciat deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. Id autem alias in toto corpore, alias in parte accidere. Namq; totius corporis morbus eſt, puta febris. partis veluti cęcitatis. licet homo ita natus ſit. Vitiuꝫ a morbo multū differre, vt puta ſiquis balbus ſit. nam hunc vitioſum magis eſſe q̄ morboſum, et reliqua. Plura.n. de his agit Vlpi. Iuriſcon. de quibus alias. Quid facis, o Bacche qui illā amas. Illa inquinat, polluit. Tuos amplexus, cōmaculat tua brachia ſuo colore. nā nigredinem contrahent. Bacche fidem pręſta, adhibe mihi fidem. Ne pręfer, noli ꝑponere. Vllam amoribus coniugis, qꝛ magis te

Vitiū eſt ꝑpetuuꝫ corporis īpedimētū, morbus ē cuꝫ acceſſu & receſſu

amat coniux, q̄ ancilla, ergo ne pręferas vllaꝫ mihi. Semper aſſueni amare virum, nam prius Theſeum, deinde te ardentiſſime amaui, ſeruauiq; fidem inuiolatam. Cornua tauri formoſi ceperunt matrem, quaſi Paſiphae mater capta fuit cornibus tauri pulcherrimi. nota eſt fabula Paſiphaes vxoris Minois, quę tauro ſuccubuit, vnde natus eſt Minotaurus, ſed de his cumulatius in vi. Ęne. diximus. ME TVA, exemplo matris cui taurus placuit cornibus ꝑdi, tus, nam et Baccho a poetis dant cornua. Baccho vt Accedāt capiti cornua Bacchus eris. vel ꝙ primos tauros iugo ſubiecerit, et arare docuerit, vel ꝙ nimio vino (vt inqt Feſtus) hoies truces fiūt, per cornua.n. ſignificatur proteruitas et cōtumacia, teſte Porphyrione. Vñ illud ē, Addis cornua paupi. Cęteruꝫ plures fuerūt Diony. teſte Diodoro. Ortus in igne Diceris, Bacchum ignigenam dicūt, ꝙ Semele matre a fulmine percuſſa ab eius aluo ereptus eſt. Pro cęlo qualia dāna fero, Pathos ab eo quod eſt ꝑter ſpem. Mihi iuncta vocabula ſumes, vt me Liberum vocant, ita et te Liberam nominabunt.

ANT. FAN.

Cornua dantur Baccho

Per cornua Bacchus ſignificat ꝑteruus, ſed plures fuerūt Dionyſij

Monumenta Coronę, Corona q̄ referetur in cęlum, vt monumentū amoris Liberi in Ariadneꝫ, non ꝙ eā Bacchus Ariadnę dederit, ſed ꝙ in cęlū relaturus ſit, quam et retulit in eius grām. Eſt aūt monumētum quicqd in poſterum memorię cauſa prodiē, et quicquid ob memoriā alicuius fit, vt Fana, Porticus, Carmina, et ſimilia, et a monendo dictū exiſtimatur. Per ſtellas nūc micat illa nouem, Ser. ſcribit ſex ſtellas eſſe quibus in cęlo Corona hęc declaratur, alij nouē. vnde illud eſt, Inde nouem numero Creſſam fecere Coronā. Id ſignū maxime lucere cernitē. vt Hic illa eximio poſita eſt fulgore Corona. Oui. alibi, Bacchi coniux redimita Corona Pręradiat ſtellis ſigna minora ſuis. Sex vbi ſuſtulerit, totidemq; demiſerit orbes. iij. idus Martias iteruꝫ Equiria celebrantē, dicta (vt ait Var.) ab equorum curſu. Eo.n. die currunt in cāpo Martio, cuius admirabilis magnitudo (vt inqt Stra.) curules curſus & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditabat. Dicit autem altera Eqria, qꝛ ſupra legimus, Iamq; duę reſtāt noctes de menſe ſecūdo Marsq; citos iunctis curribus vrget equos. Hos ludos diximus a Romulo inſtitutus eſſe Marti pr̄i, qui (ſi forte hoc tpe, quo flumina imbribus augeri

Monumētum

Equiria iij. Idus Martias

Equiria fiebāt in campo Martio vel in cęlio mōte

augeri ſolet,campū Martium aq̄ Tyberis occupaſſent)transferebātur ad Celium montem.vñ ait Feſtus.Martialis cāpus in Celio monte dicit,q̄ in eo Equiria ſolebant fieri, ſi qñ aque Tyberis cāpum Martiū occupaſſent.Ad hunc montē via fuit propemodum plana.vt Celius ex alto qua mons deſcendit in equuz, Hic vbi nō plana eſt, ſed prope plana via eſt. Dictus aūt eſt Celius (vt Feſto placet)a Celio quodam ex Hetruria,q̄ Romulo auxiliuz aduerſus Sabinos prebuit, et in eo domicilium habuit. Vel (vt ait Var.) a Celio Iubēno ex eadem ꝓunicia,qui dr̄ Romulo veniſſe auxilio, poſt cuius obitū Thuſci q̄ nimis munita loca tenerēt deducti dñr i planū,a qbus vicus Thuſcus ictus eſt.

Celius vñ dcūs

phis educans infans,a patre et Nyſa Diony.eſt appellatus,διος.n.grece,latine Iuppiter. Hic igit ortū in igne dicit,q̄ Iouis fulmine.Preterea (vt inquit Pomp.)cornua Liberi p̄ris ſimulachro addijciuntur,quē inuentorē vini dicunt,eo q̄ hoīes nimio vino truces fiūt. Illa ego ſum,cui tu,o Bacche. Es ſolitus ꝑmittere celum, ſepe pollicitus es me in celū referre. Hei mihi q̄lia dona fero pro celo,loco promiſſi celi ſum ita abſte relicta,et ꝑ munere pellicem indicā adducis. Dixerat, audierat, querentem ita Ariadnē Bacchus audiuit, amplexuſq; eam primū verbis cōſolat, deinde in celū retulit, coronāq; ſimul inter aſtra collocauit,nouēq; gemmas in totidē ſtellas transformauit.

Tertius ex Ioue et Semele vt ait Diodorus

Occupat amplexu, lachrymaſq; ꝑ oſcula ſiccat,
Et pariter celi sūma petamus ait.
Tu mihi iūcta toro, mihi iūcta vocabula ſumes,
Nā tibi mutate Libera nomē erit.
Sintq; tue tecū faciā monumēta Corone,
Vulcanus Veneri quā dedit,illa tibi.
Dicta facit,gēmaſq; nouē trāſformat ī ignes
Aurea ꝑ ſtellas nunc micat illa nouem.
Sex vbi ſuſtulerit, totidēq; demiſerit orbes
Purpureū rapido qui vehit axe diem,
Altera gramineo ſpectabis Equiria campo,
Quē Tyberis curuis in latus vrget aquis.
Qui tamē eiecta ſi forte tenebitur vnda,

PAV. MAR.

METVA.s.cornua capiūt,quaſi ego capta ſum cornibus tuis.nā Bacchus cū cornibus pingit, de quo paulo poſt. Sed ledit me.s.q̄ nimiū excruciat. Ille amor pudendus, amor tuus in captiuam,ideo pudēdus,q̄ ſerua eſt et fuſca.aliqui referunt illud ad Paſyphaē,q̄ pudendus amor illius que tauro ſuccubuit. Ne noceat mihi.s. q̄ amo te,ſed potius ꝓſit. Enim,q̄ Nō nocebat, ſed proderat. Tibi o Bacche q̄ tu ipſe es faſſus nobis flāmas tuas, q̄ aperuiſti nobis amores tuos, ſic prodeſſe debet et mihi, cuz ſcias te amari a nobis. Nec facis mirum, nō eſt res mirāda. Quod nos vris,q̄ vror ego tuo amore. Diceris ortus in igne,icci rco nō eſt mirum,q̄ tu natus in igne inijcis mihi flāmas. Et diceris raptus ab igne, a fulmine. Manu p̄ria,manu Iouis.nā cuz Semele exanimata eſſet fulmine editus imaturus infans femori adheſit,vbi tpa debita cōpleuit. Et ſi vnus tm̄ Bacchus,ſeu Diony.a pleriſq; poetis referat,plures tn̄ fuere.Diodo.Diony.tres fuiſſe teſtatur,Priorē Indum,q̄ primus docuerit ex vua vinum elicere,et arboꝝ curam.Scdm ex Ioue et Proſerpina,vel(vt alij)ex Cerere natum,q primus boues ad aratrum iūxerit,cuz terra prius hoīuz manibus colerent.Cui ob multa beneficia diuini ſunt inſtituti honores, additaq; ad eius ſtatuas velut inſigne quoddā cornua,ob ꝑutilez agricolis inuētionez aratri.Tertiū ex Ioue et Semele Cadmi Thebis in Boeotia natū dicunt.Semeles Iouez amore captum,et cū ea ſepius cubuiſſe ferūt.Inde Iunonem in ancillam verſaz ſuaſiſſe Semeli ab Ioue petere,vt ea ſecū maieſtate cōcumberet,qua cū Iunone cōſueuiſſet.Quo ꝓmiſſo,cū tonitru et fulmine ad eā deſcendit,q̄ territa expirans aborſa eſt.Editū ante tp̄s filium Iuppiter in femore recipit, et partus tpe in Nyſaz Arabie ciuitatē tulit. Vbi a nym/

Paſiphae eſt capta amore cornuū Tauri

Dionyſius p̄mus ex vna vinū coepit elicere, et arboꝝ curā docuit

Secūdus ex Ioue et Proſerpina vel Cerere cui dāt cornua

Dixerat,iam q̄ſta erat Ariadne. Liber,Bacchus. Iādudū,ex quo illa coepit loq. Audierat verba querētis,Ariadnes lamētantis. Vt,ſicut. Forte erat ſequutus a tergo,dum deābulans illa ꝑ harenas q̄rebatur,ſequebat a tergo Bacchus. Occupat amplexu,amplectit illam. Et ſiccat lachrymas ꝑ oſcula,oſculabat illius genas,et ſiccabat lachrymas. Et ait petamus pariter sūma celi,cōſcendamus ſimul in celi sūmitatem. Tu mihi iuncta toro,quaſi iūcta iure iugali.nā tu mea coniux. Sumes vocabula mihi iuncta,q̄ iūcta es thalamo,eris quoq; iuncta noīe. Nā tibi mutate,ex humana in Deā,ex mortali in imortalem. Erit nomen Libera,naz vt ego Liber dicor, tu quoq; Libera diceris. Et faciā ſint tecuz monumenta tue Corone,vt tecū habeas in celo Coronā tuam,aut ipſius memoriā,naz eius gēme in ſtellas trāsferent.Monumentū eſt(vt Vlpia.iuriſcon. inquit)qd memorie ſeruādē gratia exiſtit. et Florenti.Monumētum ingt generaliter res eſt in poſterū memorie cā prodita,in qua ſi corpus,vel reliquie inferūtur,fiet ſepulchrū.ſi vero nihil eoꝝ inferatur,erit monumētum memorie cā factum. Quam,coronā. Vulcanus dedit Veri,qd ſuperius diximus. Illa tibi,nā Venus tibi dono dedit. Dicta facit.nā retulit illam in celum. Et transformat,trāſmutat. Nouē gēmas,que sūt in Coronā. In ignes,in totidem ſtellas ignitas. Aurea corona,ex auro. Micat, lucet. Per ſtellas nouē,naz quot gēme fuerant,tot nūc ſunt ſtelle numero nouē. Sex vbi ſuſtulerit,tertio decimo die mēſis,hoc eſt tertio idus Mar.fiet Eqria in cāpo Martio ꝓpe Tybrim,qd ſi inundaret Tybris,vt ille locus aqs tegeret,itur in Celiū montē. ibi erūt equoꝝ curſus,quos multi ꝑtāt a Romulo inſtitutos Marti genitori. Vbi,poſtq̄. Qui,

Vlpianus

De corona facta a Vulcano Vene

Phoebus. Vehit axe rapido, refert curru veloci, nam ptem pro toto poſuit. Diē purpureum,rubicūdum. Suſtulerit,elenauerit. Sex orbes,rotunditates,ſeu ſolares orbes. Totidē,ſex etiam.

Demiſerit, deorſum miſerit, hoc eſt poſtq̄ ſexies orietur Sol ē toties occidet Sol.i.poſtq̄ fluxerit ſextus dies ab ipſo ortu

Cęlius accipiet pulueruletus equos.
Idibus eſt Annę feſtū geniale perennę,
Non procul a ripis aduena Tybri tuis.
Plebs vēit,ac virides paſſim diſiecta ꝑ herbas
Potat,& accūbit cum pare quiſq; ſua.
Sub Ioue pars durat,pauci tentoria ponunt,
Sunt quibus e ramis frondea facta caſa eſt.
Pars ibi ꝓ rigidis calamos ſtatuere colūnis,
Deſuper extentas impoſuere togas.
Sole tñ, vinoq; calent,annoſq; precantur

coronę. legit etiā ſic hoc carmen, Sex vbi ſuſtulerit,totides quoque deſerat ortus.

Spectabis altera Equiria, equorum curſus. Campo gramineo, in cāpo Martio herbido. Altera dixit, q̄ et altera fiebant in fine Februarij,de qbus ſuo loco diximus. Quē campū. Tybris vrget in latus,quaſi ambit ab vno latere aqs curuis,flexis,et ſinuoſis.campus Martius iuxta Tybrim, vbi ſępe fiebant ludi et certamina circum erant porticus pulcherrimę, et horti nemoroſi.In eo ēt erat Auguſti Mauſoleum e marmore candido,in vertice ęneū Auguſti ſimulachꝝ habēs. Qui tamen,cāpus. Si forte tenebit,occupabitur. Vnda eiecta, inundatione Tyberina,nā tunc eijcitur vnda a Tybride.

Egria altera fiebāt in fine Februarij

PVLVErulentus,qd eo non ꝑuenerint aquę Tyberis cāpū Martium inūdantis. Idibus eſt Annę &c.idibus Mar.priuatim et publice ſacrificabāt Annę perēnę,vt annare, perēnareq; cōmode liceret,vt ſcribit Macro.Hāc Deam nōnulli Lunā eſſe credidere,e cuius curſu mēſes annum implētes colligūtur.Alij Themin,quā idē eſſe exiſtimabāt quod fas eſt,auctore Fe.Alij Annā Didus ſororē. Alij vnā Atlantidū.Alij Iſidem.Alij annū quandam ſuburbanam,quę fameſcenti plebi, cū in ſacrum mōtem ſucceſſiſſet Liba dr̄ miniſtraſſe. Qd adeo gratum plebi fuit,vt eam in Dearum numerum referendam curauerit. Placet autē Sillio in viij.Punicorum,Annā perennam Didus ſororē eſſe.vt Regniſq; Æneadum germana colat̄ Eliſę, quam nymphā in Aricino agro ſiue Laurēti conſecratam a perpetuitate perēnam exiſtimant appellatam.Eius feſtū Geniale dicitur,q̄ plebei apud Tyberim genio et voluptati operā darent,et cantu et potu largiore perennem vitam ſibi auſpicātes. Sub Ioue pars durant,ſub dio nullis tentorijs,nullis frondibus tecti.

ANT. FAN.

Annę perennę feſtum idibus Martijs Anna pēna

Sillius in lib.viij.

Geniale

Cęlius,mons. Pulnerulentus, ſiccus vbi non fit inundatio. Accipiet equos , et fient Equiria in Cęlio,qui mons ita dictus,vt Varroni placet,a Cęlio Iubenno Thuſco duce nobili,qui cū ſua manu dicitur Romulo veniſſe auxilio contra Latinum regē. Hinc poſt Cęlij obitum,quo nimis munita loca tenerent,neq; ſine ſuſpitione eſſent,deducti dicuntur in planum, ab eis dictus vicus Thuſcus.et ideo ibi Vortūnum ſtare, q̄ is Deus Hetrurię,princeps de Cęlianis,q̄ ſuſpitione liberi eſſent, traductos volunt in eum locum,qui vocatur Cęliolus cum Cęlio cōiunctum.Et Pompeius ait, Cęlius mons dictus eſt a Cęlio quodā ex Hetruria, qui Romulo auxilium aduerſus Sabinos ꝑbuit, eo q̄ in eo domicilium habuit. Idibus eſt, et ſuperius diximus (Auctore Macro.) menſe Martio ſacrificatū iri ad Annam perennam,quo commode annare,et perennare liceat. Poeta vero referens Annę ſacra turbam inquit in cāpum conuenire hęc celebraturam,et pro vitę perēnitate mero indulgere,ꝓcariq;,vt quot calices exiccarent,tot annos viuerent. ita vt inde nemo diſcederet non ebrius , ſed quę Dea ſit Anna, va rias refert opiniones. Alios putare Annam ſororē Didus,alios Lunam, alios Themin,alios Iſidē,alios Pleionem,ſeu Maiam, alios Annam quādam in ſuburbanis bouillis natam. Annę autem feſtum idibus Martijs celebrabatur.

PAV. MAR.

Cęlius mōs dictus a Cęlio Hetruſco ſocio Romuli

Idibus, Martijs.s.hoc eſt.xv. die menſis. Eſt feſtum geniale,quaſi plenum voluptatis,nā Genium pro Deo voluptatis interdum accipitur . et pro voluptate ipſa.vt illud, Acceptus Genijs illa December habet. Annę perennę,quę cōmode annare,et perēnare facit. Non procul a ripis tuis o Tybri aduena,qui aliunde aduenis,nam ex Hetruria.Ergo in campo Martio prope Tybrim fiebant ſacra genialia a plebe. Plebs venit,in campum. Ac diſiecta per virides herbas , effuſa in diuerſis locis. Paſſim, aperte per gramina.

Potat et accumbit quiſq; cū pare ſua, quiſq; bibit,et eſt cum coniuge,aut ſocia. Sub Ioue,aliqui ſub dio ſunt,aliqui ſub extructorum ramorum vmbra. Pars durat ſub Ioue,ſub dio,hoc eſt ſub aere non ſub tectis . et Dios eſt Iuppiter . et Horatius,Manet ſub Ioue frigido venator Tenerę coniugis immemor. Pauci ponunt,erigunt.

Tentoria,more militum,vt ſub tētorijs ſint.

Sunt,aliqui. Quibus caſa eſt facta frondea e ramis,qui caſam faciūt ex frondoſis arborum ramis. Pars, eorum qui illuc conuenere. Stat vere calamos,erexere humi defixas harundines.

Pro colūnis rigidis, duris et firmis. Impoſuere deſup,ſuper columnas ipſas. Togas extētas, toga(vt Marcellus inqt)veſtimētum erat cōe et viris et mulieribus,tam diurnū , q̄ nocturnum,dr̄ a tenendo. Sole tamen, excaleſcunt multi tam calore Solis,q̄ exhauſto mero,orantq; vt quot Pocula deſiccauerint, totidē annorū vita cōtingat Qua qdem ratione multi erant qui Neſtoreū numerum ſuparent,et ad Sybillę numeros aſcenderent. Tamen calent,illi. Sole et vino , quod hauriunt. Et precantur annos, precibus a Dijs tot annos poſcunt.

Toga erat veſtis cōis viris et mulieribus

AD numerumq;

Q ꝗ fumant cyathos, ad numerūq; bibūt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quę ſit per calices facta Sibylla ſuos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris,
Et iactant faciles ad ſua verba manus,
Et ducunt poſito iunctas cratere choreas,
Cultaq; diffuſis ſaltat amica comis.
Cū redeūt, titubant, & ſunt ſpectacula vulgi,
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit, nuper viſa eſt mihi digna relatu
Pōpa, ſenem potum pota trahebat anus.
Quę tñ hęc Dea ſit, qm̄ rumoribus errat,
Fabula propoſito nulla tegenda meo.

ANT. FAN. (potādi mos apō priſcos) AD NVmerumq; bibunt, mite certaminis ſiue ludi genus fuit apud antiquos, qui etiam tot calices interdum exhaurire conſueuerunt quod literas amicarum nomina continerent. Martialis, Neuia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur, Quinq; Lycęe, Lyde quattuor, Ida tribus. Qui Neſtoris ebibat annos, tot calices quot annos vixiſſe dicitur Neſtor, de quo auctor alibi, Vixi annos bis centū nūc tertia viuitur ętas. Cicero in Catone maiore, Videtis ne vt apud Homerum ſepiſſime Neſtor de virtutibus ſuis prędicet? tertiam enim ętatem iam hominum viuebat. Iuuenalis, Rex Pylius magno ſi quicquam credis Homero, Exēplum vitę fuit a cornice ſecundę. Eſt autem ętas interdum annorum triginta, vt Lactantius grāmaticus, et pleriq; alij ſcribunt. Sibylla, Sibyllę decem fuerunt, vt ſcripſit Varro. Lege Lactantium Firmianum. Earum vni dilectę ab Apolline dicitur, oblatum ab eo poſcendi, quod vellet, arbitrium, quę tot annos popoſcit, quot harenas manibus hauſiſſet. Hanc eſſe nonnulli Cumęam volunt, quę fuit longe ante bellum Troianum, ac vixiſſe dicitur Roma regibus ſeruiente. (Cumęa Sibylla fuit longe ante bellum Troianū) Eſt autem hoc loco figura hyperbole, Quis.n. tot calices hauſerit vno die, quot annos vixiſſe Sibylla dicitur. Quicquid didicere theatris, carmina in theatris audita et cohęrentia voluptati, cui nunc inter vina vulgus indulget. Cum redeūt, e campo Martio vbi largius poti ebrietatem cōtraxerunt. Fortunatos, quibus vina omnem triſtitiam abſtulerunt. Prębuit Æneas et cauſas mortis et enſem, Ipſa ſua Dido concidit vſa manu, fabulantur quidem poetę, ꝗ ob Ænee diſceſſum Dido ſtructa pyra gladio incubuit, ijdemq; etiam canunt Carthaginem paulo poſt excidium Troię conditam eſſe, ſed (vt ſcribit Iuſtinus) Hiarbas decem Poenorum principibus acceſitis Didus nuptias ſub belli denunciatione petijt, quę pyra in vltima parte vrbis extructa velut placatura Sychęi manes hoſtijs cęſis eam conſcendit, et gladio vitā finiuit. (Mors Didonis) Carthago autem cōdita eſt.lxxij. annis antequam Roma.

PAV. MAR. QVOD fumant cyathos, quod plenos deſiccent vini cyathos. Et bibunt ad numerum, q; numerant quoties bibunt vt numerum teneant. Inuenies illic, in eo campo. Qui ebibat annos Neſtoris, qui toties bibat, quot annos vixit Neſtor ille Pylius, quē vixiſſe dicunt trecentos annos, de quo dixit, Iam tertia viuitur ętas. Quod ſit facta Sibylla per calices ſuos, quot etiam annos Sibyllę adęquarit, hoc ob Cumęam dictum, quę fuerit longe ante Troiana bella, et vixerit (vt a multis aſſeritur) ad Romanorum vſq; regum tempora. Nā in Metamorphoſi ipſa Ænee refert vixiſſe ſeptem ſecula, ſuperuicturamq; annos. ccc. Sibylla dicitur, quaſi Dei mens, hoc eſt conſilium. Illic et cantāt, canunt quod in theatris audiuere cani, agitāt et excutiunt manus velut eſt mos ebrior, et ſaltant depoſitis parumper poculis. Et cantant illic, in campo. Quicquid didicere theatris, nam carmina ad hunc vſum compoſita, ſed ea quę in theatris didicere, cum recitatę ſunt fabulę. Theatrum, ſpectaculum a θεάομαι, quod eſt video. (Theatrū vn̄ dr̄) Et iactant, vt ebrij ſolent. Manus faciles ad ſua verba, naȝ eas ad cantum agitant. Et ducunt iunctas choreas, ſaltationes αχορευω, quod eſt ſalto. Virg. Pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt. Syllabaq; media ad placitum ponitur vt etiam in eo verſu, Innumeres noſtri feſtas duxere choreas. Poſito cratere, depoſito parumper poculo. Et amica culta, ornata. Saltat diffu.co. paſſis crinibus. Cum redeunt, e campo domum. Titubāt, trementi et inconſtanti paſſu incedūt, nam ebrij redeuntes ſunt titubantes, et firmare paſſum nequeunt. Et ſunt ſpectacula vulgi, quia ab omni multitudine ſpectantur. Et turba obuia, quę illis redeuntibus occurrit. Vocat fortunatos, appellat eos felices, quia quo ad ebrij ſunt nec bona, nec mala diſcernunt, nec cupiditate vlla, nec ambitione mouentur. Occurrit nuper mihi pompa, turba ebriorum redeuntium et in ordinem incedentium facta eſt mihi obuia. Viſa ē digna relatu, digna quę referetur. Anus pota, ebria vetula, quę multum potauerat. Trahebat ſenem potū, ebrium. Iucundum erat ſpectaculum cum ebria ebrium duceret. Potus in vtranq; accipitur ſignificationem, et pro eo qui potauerit, vt hic, et pro eo quod potauerit, vt inferius, Clauiger et tanto eſt Albula pota Deo. Quę tamen, ſed quę Dea ſit Anna, quoniam varię ſunt opiniones, ego omnes referam. Tamen quę Dea ſit, hęc quę Anna perenna dicitur. Quoniam fabula errat rumoribus, incerta eſt, et varia refertur. Rumoribus, incertis relationibus. Nulla, fabula, ſcilicet eſt. Tegenda, velanda. Meo propoſito, ex inſtituto meo, quia de omnibus agam. Aſſerat, arcturus de Anna ſorore Didus, ab ipſius morte Didus incipit, imitatus in hoc Virgilium, qui dixit eam ſibi necem conſciuiſſe ob amorem Aeneę, quod falſum eſt, nam non ob Æneam, ſed ſeruatam pudicitiam. Cum

ab Hiarba rege pręmeretur, cogerentque eam ciues illi ſe tradere, extructa pyra ſeipſam interemit Occupata eſt ea extincta Carthago ab Hiarba, fugit inde Anna, poſtq; longos errores venit in Laurentinum littus, vbi agnita ab ea Ænea benigne ſuſcepta eſt, commendataq; Lauinię. Sed cum illa putaret adductā ſibi pellicē, parauerat Annę inſidias. Quę qdē per quietem ab vmbra ſororis monita diffugit, raptaq; eſt a Numicio amne, cum poſtea inquireretur, fertur eleuaſſe caput, dixiſſeq; ſe in nympham mutatam, et Annam perennam vocari. Dido miſerabilis, digna commiſeratione. Arſerat igne, hoc eſt amore Æneę, vt apud Virgilium, Vritur infelix Dido. Arſerat rogis extructis, lignorum cōgerie compoſita.

Anna perenna rapta fuit a flu. Nūicio ī vxorem

In ſua fata, in ſuam mortem, arſerat ergo duplici igne, et amore et igne rogali, nam extruxit pyram, qua eſſet adurendum cadauer. Deinde gladio incubuit, et in ea pyra cremata eſt. Et ignis eſt compoſitus, hoc eſt cinis, qui ex cremato cadauere ſuperfuit eſt in vrna reconditus. Et erat hoc breue carmen in marmore tumuli, hoc exiguum epigramma inſcriptum eſt tumulo.

Quod, carmen. Ipſa moriens reliquit, alludit ad illud quod in Heroidibus prius fecerat, cum in epiſtola ad Æneam Dido ita dicat. Nec conſumpta rogis inſcribar Eliſa Sichei, Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit, et ſubſequuntur hi duo verſus, quos etiam appoſuit. Aeneas prębuit et cauſam mortis, qꝛ fugiens fuit illi cauſa vt ſe ipſam confoderet. Et enſem, prębuit cauſam et prębuit inſtrumentum, nam reliquit enſem, quo ſe illa confecit. Ipſa Dido concidit, extincta eſt.

Vſa ſua manu, ad ſeipſam extinguendā. Protinus inuadunt, extincta Didone Afri duce Hiarba Carthaginem occupant. Tyrij vero omnes in fugam conuerſi ſunt. Numidę ſpeciem pro genere poſuit, hoc eſt ipſi Afri. Numidia vero pars Africę, inter Tingitanam et Carthaginenſem regionem. inuadunt, adoriuntur, et occupant. Regnum, Carthaginis ſcilicet. Sine vindice, quaſi cum nullus eſſet vindex, qui iniuriam propulſaret, quoniam Regina erat extincta, et alij reges non erant qui regnum tuerentur.

Tyrij cōuerſi ī fugā mortua Didone

MAVrus Hiarba, rex Mauritanię, quę prouincia eſt Africę ad occidentem et fretum Gaditanū. Sed idem et Numidię regnum obtinuit, quę ab occaſu ad Mauritaniam extendit, ab ortu ad Syrtes, Vnde regio Carthaginenſis incipit. Eius incolę Nu

ANT. FAN.
Hiarbas Numidę

Arſerat Aeneę Dido miſerabilis igne,
Arſerat extructis in ſua fata rogis.
Cōpoſitusq; cinis, tumuliq; ī marmore carmē
Hoc breue, qđ moriens ipſa reliquit, erat.
Prębuit Aeneas & cām mortis, & enſem,
Ipſa ſua Dido concidit vſa manu.
Protinus inadūt Numidę ſine vindicę regnū,
Et potitur capta Maurus Hiarba domo,
Seq; memor ſpretum, thalamis tn̄ inqt Eliſę,
En ego, quem toties reppulit illa, fruor.
Diffugiūt Tyrij quo quēq; agit error, vt olim
Amiſſo dubię rege vagantur apes.
Tertia nudatas acceperat area meſſes,
Inq; canos ierant tertia muſta lacus.

midę quaſi Nomades a permutandis pabulis appellantur. Hunc regem Virgi. Getulum vocat, vt captam ducat Getulus Hiarbas. Tertia nudatas, deſcriptio temporis poetica a meſſibus et vindemia. Fauillę, cineres Didus vnguenta et Annę diſceſſurę lacbrymas bibunt. Pede labitur ęquo, pſpera vtiē nauigatiōe donec ad Melitā peruentum eſt. Eſt autē pes funis quo tenditur velum, auctore Seruio. Seneca in Medea, Nunc prolato pede tranſuerſos captare Notos. Fertilis eſt Melite, Melita inſula vnde Meliteos canes dictos eſſe Callimachus putat, inter Corcyram et Illyricū eſt, vt Pli. ſcribit. Strabo imminere inquit Pachino Melitem vnde Melitei canes exportantur. Sed ſciendum et Samothraciam (vt auctor eſt idem Geographus) olim Melitam dictam. Cęterum Melita (de qua nunc agimus) in Africam verſa eſt, quemadmodum et Coſyra, teſtibus Plinio, Pomponio, et Diodoro. Vnde Ouidius ſubiungit, Quam Libyci verberat vnda freti.

Pes Melita
Meliti
Coſyra

ET Hiarba Maurus, nam et Numidarum rex erat, et Maurorum, vel (vt Euſtachius inquit) Mazicorum. Mauri in extrema ad Oceanum Libya iuxta fretum columnarum, vt Stra. inquit. Hi (vt Criſpus aſſerit) a Medis originem traxere, ſed corrupere vocabulum Libes, et pro Medis Mauros dixere. Potitur capta domo, Didus regia. Et memor, Hiarbas. Se ſpretum, fuiſſe prius, quem in coniugem Dido noluerat. Vnde et Virgi. Non ante Tyro deſpectus Hiarbas. Inquit tamen En ego quem illa, Dido Toties reppulit, quia toties ſpreuit, et in coniugem non admiſit. Fruor, nunc thalamis, toro. Eliſę, Didus quę (vt Euſtachius inquit) Eliſa nominata eſt, et ab alijs Annam quoque vocatam dicit, ſed vbi Carchedona condidit Dido dicta eſt. Carchedona vero vocauit vrbem a ſe conditam a Carchedone viro Phoenice. Sed ab Afris Carthago dicta eſt ꝙ ſonat lingua Punica noua vrbs. Tyrij, qui ſequuti erant Eliſam a Tyro vrbe Phoenicię. Quo quemque agit error, quo vnumquemque fuga duxit. Vt olim, aliquando. Vagantur, vagantes errant.

PAV. MAR.

Dubię amiſſo rege, cum regem amiſerint, dubię tunc ſunt apes, quem potiſſimum ſequantur regem. Plini. inquit, Apes rempubli. et conſilia priuatim, et duces gregatim, et, quod maxime mirum eſt, mores habere, ſemperque duce prehenſo totum agmen teneri, amiſſo dilabi, migrareque ad alio. Eſſe vtiq; ſine rege non poſſe.

Tertia

Pellit Anna domo, lachrymáſq; ſororia liqͣt
Moenia, germanę iuſta dat ante ſuę.
Mixta bibũt molles lachrymis vnguenta fa-
Vertice libatas accipiũtq; comas. (uillę,
Terq; vale dixit, cineres ter ad ora relatos
Preſſit, & eſt illis viſa ſubeſſe ſoror.
Nacta ratẽ, comiteſq; fugę pede labit̃ ęquo
Moenia reſpiciens, dulce ſororis opus.
Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyrę
Inſula, quã Libyci verberat vnda freti.
Hanc petit hoſpitio regis confiſa vetuſto,
Hoſpes opum diues rex ibi Battus erat.
Qui poſtq̃ didicit caſus vtriuſq; ſororis,
Hęc inquit tellus quãtulacunq; tua eſt.
Et tamẽ hoſpitij ſeruaſſet ad vltima munus
Sed timuit magnas Pigmalionis opes.
Signa recenſebat bis Sol ſua, tertius ibat
Annus, & exilio terra paranda noua eſt.

Tertio ãno poſt mortẽ Didonis Hiarba potitus ẽ regno

Tertia nudatas, tertio anno poſt mortẽ Eliſę, ẽ occupatam ab Hiarba Carthaginẽ, pulſa eſt ẽ Anna, quę lachrymás iuſta ſorori ſoluit, ſolutoq; ſupmo munere fugit. Tertia area, in qua terãtur fruges. Accepat meſſes nudatas, frumẽta e paleis excuſſa, ẽ ita nudatas, q2 frumẽta ipſa nudata ter i area. Et terna muſta, erãt in nouos cados, hoc inqt pręterierat iam tertia meſſis, et tertia vindemia. Et ex his tertium annum idicat. Anna pellit̃ domo, carthagine. Et lachrymans relinquit moenia ſororia, vrbem a ſorore cõditaz. Dat ante iuſta ſuę germanę, facit exequias, ſorori ſic iuſta ſoluit.

Fauillę molles bibũt vnguenta mixta lachrymis, ſpargit vnguento cineres lachrymas imiſcens. Iõ molles fauillas dixit, q2 vnguento et lachrymis miſcebantur, aut fundebant̃. vel molles q2 dulces ſorori. Et accipiunt, ipsę fauillę, Comas libatas, excerptos crines. Vertice, e capite Annę. Ter dixit vale, ſicut moris eſt extremo loco dicere. Ter p̃ſſit cineres, ter cõplexus eſt vrnam vbi erant cõditi. Relatos ad ora, q2 ter obſculatus eſt. Et ſoror, Dido. Eſt viſa ſubeſſe, q2 viſa eſt Annę Dido ſentire piũ officium, et ſubeſſe. Nacta ratẽ, vbi nauem reperit. Et comites fugę, qui eã in fuga ſequerent̃. Labit̃ ęquo pede, nõ hoc referendum ad pedes eius, q2 nõ dicitur proprie labi pedibus, ſed incedere. Sed referas ad nauem Annã ferentem, quę pedibus caret, et ęque omnis mouet̃, ẽ proprie labit̃. Aut ęquo pede pro ęquatis omniũ pedibus remigiũ in verrendo mari, aut in trahenda podia, ſeu erigẽdis malis nauium. Vnde Virg. in. v. Ænei. Vna omnes fecere pedem. Sic labitur Anna ſua naui. Æquo pede, ęquatis omniũ nautarum pedibus. Reſpiciens moenia, Carthaginis. ſ. Dulce, etiã eo tempore illi. Opus ſororis, qꝺ Dido ſoror extruxit.

Podia funis nauticus

Fertilis eſt Melite, fugiens Anna Melitez venit, ſuſceptaq; hoſpitio a Batto rege. Qui audita et morte Eliſę, et ipſius Annę calamitate, cõmiſeratus omnia ei obtulit, ſed ſeruare nõ potuit, Pigmalione ſororẽ inſequẽte. Melite eſt inſula fertilis, hęc inſula eſt in Libyco mari, inter Siciliã et Africam diſtãs a Pachino Sicilię. lx. millia paſſuũ, quo ſpacio nos ipſi in eam inſulã traiecimus, nec eo anno q̃ fuit. M. cccclxviij. a natali dñico erat fertilis ꝑꝑ ſiccitatem. Quatriẽnio. n. integro aqs pluuijs caruerat, fertile tñ ſolum hẽt cuz aquat̃. Ex ea portabant̃ catelli, quos Meliteos vocabãt. Cuius rei meminit Stra. lib. vi. Vicina Coſyrę ſterili, cũ fertilis ſit Melite, Coſyra ſterilis eſt. Inſula qdem eſt in eodẽ mari, q̃ ẽ olim, et nunc Gozus dr̃. Regnabat in Melite Battus, quẽ volunt aliq eundem eſſe, qui et Cyrenas in Africa condiderit, Cyrni regis Therrãnis inſulę filium, cuius meminit Trogus. Quaz, inſulam. Verberat vnda freti Libyci, cuz in mari Libyco ſit, Libycis pulſat̃ fluctibus. Hãc, inſulam.

Melita ĩſula in mari Libyco vñ catelli Melitei dicũtur

Petit, Anna. Cõfiſa vetuſto hoſpitio regis, fiduciaz habens in antiquo hoſpitio Batti, et fuerãt aliquãdo hoſpitia inter eos mutua, et alter alteri auxilio fuerat.

ANT. FAN.

REX IBI Battus erat, ꝺ hoc Sillius, Battus Cyrenẽ mollitum forte fouebat Impio mitis Battus, lachrymaſq; dediſſe Caſibus humanis facilis. Ideʒ poeta vult Annam a Batto nõ in Melita, ſed in oppido Cyrene exceptã fuiſſe. Lege principiũ. viij. libri Punicoꝝ. Iuſtinus, Cyrenẽ a Batto cõditam tradit, eũq; ſic dictum ꝑꝑ lingnę obligationẽ. Sed ti. ma. Pi. opes, q̃ Annę iminebat exitio. vt Ferre per ęquor Exitiũ miſerę iãs Pigmaliona docebat. Hic Annę et Didus frater fuit. Nos ſu. im. qui te armis tueri aduerſus fratrẽ non poſſumus. Cratidis, Cratis fluuius eſt Calabrię, de quo ipſe alibi, Cratis ẽ hinc Sybaris noſtris conterminus oris Electro ſimiles faciũt, auroq; capillos. Cameren inco. tur. vocat. i. quẽ. Eſt autem Camerẽ agri ꝓpriũ nomẽ ad hoſtia Cratidis. Quidã Cremerẽ legũt. Torto li. funibus, qbus vela deducũt̃, his laxatis, his abductis, vt hodie videre licet.

Cratis Calabrię

PAV. MAR.

REX Ibi hoſpes, q̃ eam ſuſcepit hoſpitio. Erat Battus diues opũ, opibus abũdãs. Qui rex poſtq̃ didicit, audijt ab ipſa Anna. Caſus vtriuſq; ſororis, ẽ Eliſę miſerabilẽ exitum, ẽ Annę calamitatem. Inqt hęc tellus, Melitea. Quãtulacũq; tua eſt, licet tenue ſit regnum, potes tuo arbitrio vti.

Sed tñ ſer. ad vltima, vſq; ad finẽ. Munus hoſpitij, qꝺ illi obtulerat. Sed ti. ma. opes Pi. timuit ingentes Pigmalionis vires. Qui iã ſororez Annã inſequebat̃. Signa recenſebat, iã fluxerant duo anni, ex quo e Carthagine fugit, veneratq; tertius, cũ inſeq̃nte Pigmalione magna claſſe, rex illã a ſe dimiſit. Rurſuſq; illa miſerrima ſe fugę credidit. Sol recẽſebat, renumerabat. Bis ſua ſigna. xij. illa, q̃ ſunt in zodiaco, ꝑ q̃ it ẽ redit annũ cõficiẽs,

Poſt duos ãnos ãñ diſcerat Carthagie a morte didus ſororis

Frater adeſt,belloq; petit,rex,arma peroſus
Nos ſumus imbelles,tu fuge ſoſpes,ait.
Iuſſa facit,ventoq; ratem cōmittit,& vndis,
Aſperior quouis ęquore frater erat.
Eſt ꝓpe piſcoſos lapidoſi Cratidis amnes
Paruus ager,Camerē incola turba vocat.
Illuc curſus erat,nec longius affuit inde,
Quam q̃tum nouies mittere funda poteſt.
Vela cadunt primo,et dubia librant ab aura.
Findite remigio nauita dixit aquas.
Dumq; parāt torto ſubducere carbaſa lino,
Percutitur rapido puppis adunca Noto,
Inq; patēs ęquor fruſtra pugnante magiſtro
Fertur,et ex oculis viſa refugit humus.
Aſſiliunt fluctus,imoq; a gurgite pontus
Vertitur,et canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars vēto,nec iā moderator habenis
Vtitur,at votis is quoq; poſcit opem.
Iactatur tumidas exul Phoeniſſa ꝑ vndas,
Humidaq; oppoſita lumina veſte tegit.
Tunc primū Dido felix eſt dicta ſorori,

confecerat iā bis illud ſpacium. Tertius annus ibat et noua terra eſt parāda exilio,cogit illa noua loca q̄rere ad exulandū. Adeſt frater,Pigmalion,q eas inſeq̄batur.De Pigmalione latius in primo Æneidos referet.non inſiſtimus in eo. Et petit,Annā. Bello,illaturus bellū apud quēcunq; fuiſſet. Rex,Battus. Peroſus bella, odio habens bella. Ait nos ſumus imbelles, nō apti ad bellū. Tu fuge ſoſpes,fuge,nunc incolumis, anteq̄ maiorem facias iacturā. Iuſſa, Anna. Fugit et cōmittit ratem vento et vndis,hoc eſt mari ventis agitato. Frater,Pigmalion. Erat illi aſperior quouis ęquore, aſpera et turbida erāt illa maria,ſed omni aſperior ac truculentior mari erat frater. Eſt prope,venit Anna fugiens ꝑram in Calabriam, cū eſſent ꝓpe Cratim fluuiū depoſitis velis nautę remis inſurrexere, vt portui ſubirent,a tēpeſtate reiecti ſunt. Eſt puus ager ꝓpe amnes Cratidis,ꝓpe Cratim fluuium. Lapidoſi,q: ex Apēninis labens ꝑ ſaxa fluit. Cratis fluuius eſt Achiuoꝝ,Herodoto teſte, a quo (vt idem ait)q in Italia fluuius ſic cognominatus eſt nomen accepit.Eſtq; fluuius Calabrię in ora Rheginorum. De quo in Met.Cratis et hinc Sybaris nr̄is contermi-nus oris Electro ſiles faciūt,auroq; capillos. et Pli. in eodem quoq; loco ponit Cratim. Accola turba,q̄ incolit ripas Cratidis. Vocat,ipſum agrū. Cameren,nā prope Cratim paruus erat ager Camere appellatus,quo prorā Anna verterat.Nec accipias pro Camarina Sicula,nā longe diſtat. Eſt n.Camarina inter Pachinū et Lylibeū in Sicilia. Illuc erat curſus,ibi curſum direxerāt nautę. Nec longius abfuit,Anna nō magis diſtabat. Inde,ab eo agro. Quā q̄tum pōt mittere funda nouies,poſſet qs ſaxū eiaculari fūda. Vela cadunt,vt mos eſt nautaꝝ,cum ꝓpe portū ſunt,vela deponūt, et remis incūbunt. Dixit nauita, vnus e nautis,aut ipſe nauis rector. Findite aq̄s remigio,iam remis fluctus vertite,et in portū tendite. Dumq; parāt,inituri portū a vento repelluntur.Notus.n.eos magno īpetu adorſus ꝑ medium fretū anguſtum in patētius ęquor īpulit, cū nimium inualeſceret tēpeſtas,Mare ipſum a profunditate merſum in miſerā cimbam ſęuiebat.

Cratis & Sybaris

Dum nautę parāt ſubducere,remouere ex antennis. Carbaſa,vela. Torto lino,aut pro torti lini,nā linea vela.aut torto voluto, nā inuoluūtur vela cū reponuntur.Aut torto lino,rotatis ſeu obuerſis antēnis,vbi linea vela erant, quo facilius deponerent. Puppis adunca, curua. Percutitur rapido Noto, celeri et furioſo meridionalis venti turbine.verū ſi nunc Notum accipe-remus nūc qui flat e medio ſpatio inter Auſtrum et Euꝝ,quē nautę Syrocchon vocant,recte dictū eſſet, naꝫ plurimus inflat in illius freti fauces,ergo ratem ipſaꝫ ꝑ medium fretum in patētiores aquaꝝ campos ille turbo tranſtulit. Fertur,ratis. In ęquor patēs,in apertū et ſpacioſum mare. Fruſtra pugnante, incaſſum reluctante, et retinēte. Magiſtro gubernatore nauis. VISA REfugit humus,dū nauis a vento repelleretur in mare,terra refugere viſa eſt. Habenis,per metaphoram,ſiue trāſlationem temonē accipimus. Phoeniſſa,Anna a Phoenicia,quę regio a Phoenice nomen accepit. Tunc primū Dido felix eſt dicta ſorori,ſic Æneas apud Virgi.O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrum Troię ſub moenibus altis cōtigit oppetere. Expoſitis omnibus hauſta perit.perijt qdem nauis,ſed Anna et cęteri, qui in ea fuerunt incolumes terrę redditi ſunt. Populos miſcueratq; duos, ſcribit Strabo Æneā vna cum Anchiſe patre et Aſcanio filio,qui et Iulius et Euryleon dictus eſt,teſte Diony.Laurētum applicuiſſe,ac nō longe ab Oſtia oppidulum ędificaſſe.Deinde vero aduentātem Latinū regem Aboriginum,q tunc loca vbi nunc Roma eſt,incolebant,cū Ænea ſocietatem iniſſe aduerſus finitimos Rutulos,ac Latinum in pugna cecidiſſe et victorē Æneam adeptum imperiū ſuos etiam Latinos appellaſſe. Licet.n.victi victorum nomina accipiant,Æneas tamen vt fauores Latij ſibi cōciliaret, Latinum nomē non ſolum victis nō ſuſtulit,ſed etiam Romanis impoſuit. Dotali, q: a Latino rege regnum acceperat Æneas dotes Lauinię. Dum ſecum Æneas,deeſt dicit,vel cogitat quid illa veniret in Latium. Quos terrę quęrat hiatus,ne videat Æneaꝫ cuius cauſa perierat ſoror. Anna per hanc iuro, Æneas ſui diſceſſus

ANT FAN.

Aſcanius dictus i Iulius & Euryleō

Æneas voluit ſuos Troia-nos did Latinos

ſeſſus cauſam in Deos reijcit, vt excuſet ſe apud Annam. Perq; Deos comites, per Deos penates, quos Æneas Lauinij collocauit. Credibili fortior illa fuit, fortior q̄ credi potuit, quę ſeipſam interfecit. Vnde Dido vocata eſt, quod nomen Phoenicum lingua viraginem ſignificat. Ne refer,

Dido vi raginē ſi gnificat

Et quęcũq; aliquã corpore preſſit humuʒ.
Ducitur ad laurens ingenti flamine littus
Puppis, & expoſitis omnibus, hauſta perit.
Iam pius Aeneas regno, nataq; Latini
Auctus erat populos miſcueratq; duos.
Littore dotali ſolo comitatus Achate,
Secretum nudo dum pede carpit iter.
Aſpicit errantem, nec credere ſuſtinet Annã,
Eſſe, quid in Latios illa veniret agros?
Dũ ſecũ Aeneas, Anna ē, exclamat Achates,
Ad nomen vultus ſuſtulit illa ſuos.
Heu fugiat? quid agat? q̄s terrę quęrat hiatus?
Ante oculos miſerę fata ſororis erant.
Senſit, & alloquit̄ trepidam Cythereius heros,
Flet tamen admonitu mortis Eliſa tuę.
Anna ꝑ hãc iuro, quã quondã audire ſolebas
Tellurem fato proſperiore dari,
Perq; Deos comites, hac nuper ſede locatos,
Sępe meas illos increpuiſſe moras.
Nec timui de morte tamē metus abfuit iſte,
Hei mihi, credibili fortior illa fuit.
Ne refer, aſpexi non illo corpore digna
Vulnera, tartareas auſus adire domos.

quoniam Anna videbatur Æneę relatura Didus ſororis interitum.

PAV. MAR.

ET HVmus viſa, quam prius viderant.
Refugit ex oculis, quia iaʒ longius eos impulerat ventus.
Fluctus aſſiliunt, vnde attollũtur magno turbine. Pontus vertitur, eruitur.
Imo gurgite, quaſi ab imo fundo.
Et alueus, curua nauis ad aluei ſimilitudinem. Haurit canas aquas, haurit vndas, quę tum maxime caneſcunt, cum vētis aguntur. Vincitur ars, iam nihil poterat rebus conſulere rector nauis ſua arte, vertit ſe in tanto periculo ad vota. Agitur per tumidos fluctus infelix Anna, tegebatq; oculos ne irruentes vndas inſpiceret. Ars, nautica.

Vincitur vento, ventorum impetu. Nec iam moderator, rector nauis. Vtitur habenis, per tranſlationem ab equis, qui habenis reguntur. Ille iam temone non regit ratem. At votis vtebatur ſcilicet. Is quoq;, votis. Poſcit opem, a Dijs ipſis Phoeniſſa exul, Anna a Phoenicia, ſic et Virg. Hunc Phoeniſſa tenet Dido, ſicut dicimus Creſſaʒ, Threiſam, vel Threſſam, Cilyſſam, ſic et Phoeniſſam. Iactatur, vt illud Terris iactatus et alto.

Anna & Phoeniſſa dī

Per vndas tumidas, per mare et tumidum, et turbulentum. Tegit lumina, oculos. Veſte humida, aquis reſperſa. Oppoſita, ipſis oculis ne videret periculum. Tum primũ, felicem ſororem extinctam, et quemcunq; e vita migraſſet, appellabat, pręſertim quibus in tellure ſolida mori contigiſſet, quoniam fluctibus non iactarentur Demuʒ appulere Laurenti littori, vbi perijt nauis. Expoſitis tamen his qui in ea erant ſoſpitibus in terraʒ.
Tum primum Dido eſt dicta felix ſorori, appellauerat prius infelicem, ꝙ ſibi mortem conſciuerat, ſed tum primum felicem dixit quoniam e vita migrauerat. Iam pius Aeneas, eo tempore

Æneas

quo Anna illuc appellebatur Aeneas in Latio regnabat. Venerat enim ad ſedes fatales vbi vrbem condidit, quam a Latini regis filia Lauinia, quaʒ inito cum rege foedere in vxorem accipit, Lauiniam appellauit, populumque ſuum Latinum appellari voluit. Primo tamen anno ſolus Troianis imperauit. Deinde extincto Latino ſimul et hoſte Turno in eadem pugna accepit regnum ſoceri, immiſcuitque ſimul Troianos et Latinos, et vtriſq; imperauit. Eo igitur tempore cũ per littus deambularet Annam aſpexit.

ɔdidit vr bē quam Lauiniaʒ appellauit

Iam pius Æneas erat auctus regno, auxerat imperium ſuum, nam pręter illud quod ipſe conſtituit ſoceri regnuʒ erat aſſecutus. Et nata, Lauinia, quam in coniugem acceperat. Et mis. ſimul iunxerat.
Duos populos. Latinum et Troianum.
Dum ipſe comitatus ſolo Achate, vt Virgi. imitetur, Vno comitatus Achate, q perpetuus comes illi datur. Verum Achatę Home. meminit. Sed ab aliquibus ab lapidis Achos, quod eſt cura et moleſtia deductum nomen putatur, tamen Æneę perpetuo adiungitur, ac ſi curam regiam ſignificaret, ꝙ cura regum ſemper ſit comes. Achates etiam pretioſi lapidis nomen eſt, Solino et Pli. teſtibus, quem lapidem Sicilia in ripis achatis fluminis primum dedit, ſed poſtea alibi quoq; compertus, nam et Pyrrhum regem hunc in annulo habuiſſe dicunt. Detinentes nouem muſarum effigies non artificioſas, ſed naturales et Apollinem ipſum cum lyra, ita diſcurrentibus maculis auctο. Pli. vt muſis quoque ſingulis ſua redderentur inſignia. Dum igitur Æneas comitatus ſolo achate carpit iter ſecretum, quaſi dum incedit remotis alijs omnibus. Nudo pe. et ꝙ pedes, et ꝙ nudis pedibus incedebat. Littore dotali, quod illi pro dote Lauinię contingerat. Aſpicit annam errantem, quę per littus errabat. Nec credere, ſuſtinet. non poteſt credere eam eſſe. Quid illa veniret in Latios agros, dicebat Hunc ſecum, ad quid illa nũc in Latiũ veniret. Dũ ſe Æne. ea ṽba diceret. Achates ex. an. eſt, agnouit et eã eē clamauit.
Illa, Anna. Suſtulit ſu. vul. ad. n. cũ audiſſet no

Achates eſt ꝑtioſi lapidis nomē de quo Pli. in Proe, li. vltimi

men ſuum ab alijs proferri, eleuauit vultum et oculos vt intueretur. Heu fu. cum Aeneas agnouiſſet, quid facere debuiſſet fugere et quo. Quid ag. quos hia. ter. ğrati quã voraginem? quam tellurẽ dehiſcentem requirat? quo ſe deijciat? Fata ſoro. mors Eliſę miſerę. Erant an. oc. cum primus vidit Æneam, venit in mente lachrymabile ſororis fatum, quę Aeneę cauſa ſibi mortem conſciuerat. Senſit, Æneas cognuit, ẽ pudorem et dolorem ac metum illius. Et he. cy. Æneas vir excellẽs cytherę Veneris filius. Nam Cytherea dicta eſt Venus a Cythera vrbe in quam cõcha delata eſt, vt Fe. inquit. Et al. tre. timentem Annam. Flet tamen, Æneas. O Eli. Dido. Admonitu, recordatiõe. Mortis tuę, non potuit continere lachrymas, cum primum recordatus eſt acerbiſſimi caſus illius.

Conſolatio Æneę ad Annã

Phoeniſſa recens a vulnere Dido Errabat ſilua in magna, quam Troius heros Vt primus iuxta ſtetit, agnouitq; per vmbram obſcuram, et reliqua. ANT. FAN.

SEV ratio te. no. ap. o. Siue De. ſiue conſulto huc veneris, ſiue te aliquod numen impulerit. Credidit, vel ſe cõmiſit ſi accuſatiuum ſubaudias, vel fidem adhibuit. Pia cauſa, ne Lauiniam ad ductam pelliceꝫ ſuſpicetur.

At tu, ſeu ratio te noſtris appulit oris,
Siue Deus, regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores, nil nõ debemus Eliſę.
Nomine grata tuo, grata ſororis eris.
Talia dicenti (neq; enim ſpes altera reſtat)
Credidit, errores expoſuitq; ſuos.
Vtq; domum intrauit Tyrios idũta paratus,
Incipit Aeneas, cętera turba ſilet.
Hanc tibi cur tradam pia cauſa Lauinia cõiux
Eſt mihi, cõſumpſi naufragus huius opes.
Orta Tyro eſt, regnum Libyca poſſedit ĩ ora,
Quam precor vt charę more ſororis ames.
Omnia promittit, falſumq; Lauinia vulnus
Mente premit tacita, diſſimulatq; metus.
Donaq; cum videat pręter ſua lumina ferri
Multa palam, mitti clã quoq; multa putat.

PAV. MAR. AT TV, Anna. Seu ratio appulit te noſtris oris, ſiue aliq̃ ratione factum, quod conſulte et induſtria ad nos veneris. Siue Deus, ſiue aliquod numen vt caſus te huc egerit. Carpe commoda regni mei, quaſi fruere commodis omnibus mei regni, et omnia carpe quę ad comodum et vſum tuum ſint. Nos memo. oſtendit gratitudinem animi. Nam memor eſt accepti beneficij. Debemus multi. cum fueris de nobis benemerita. Nil non debe. tibi multa, ſed Eliſę debemus omnia. Etenim cum ita loquimur non nihil aliquid ſignificat. Cum vero poſtponimus non ſignificat omne, magis enim poſtpoſitum non ſignificare facit, quam ante poſitum, ideo hic nil non debemus, ideſt oia debemus. Eris gra. no. tuo, quia tibi multum debeo. Eris gra. no. ſo. hoc eſt Eliſę cui omnia debeo. Talia di. cre. Anna commiſit ſe Æneę, qui ita omnia offerebat. Et expo. ſu. er. quemadmodum e Carthagine pulſa mari iactata tandem illuc appulerit. Neq; enim reſtat alte. ſpes, nihil aliud vſquam erat, vnde opem ſperare poſſit, neq; alterum erat conſilium, niſi vt Æneę ſe crederet ſibi munifice regnum offerenti. Vtq; do. vbi Æneę domum ingreſſa eſt, eam ille coniugi commendauit, dicebatq; ſe ex officio facere, nam bona illius abſumpſerat, ęquum eſt vt aliquam vicem refe rat. Vt, poſtq̃. Anna indu. Ty. pa. veſtes et ornatus Phoeniſſos. Nam Tyros in Phoenicia eſt, vt alias diximus. Intrauit do. regiam Æneę. Incipit Æne. coepit loqui. Cętera tur. ſilet, et recte, loquente enim rege tacent alij. O Lauinia con. ca. pi. honeſta et officioſa. Eſt mi. cur. tra. ti. hanc, cur Annam tibi et tuę fidei commendem. Vtitur artificio commendationis, nam arguit ab ęquitate rei, et exponit meritum et dignitatem, nam poſſediſſe regnum dicit, vt plura ſint, quibus videatur id iure facere. Ego nau. cum naufragium feciſſem in mari Libyco. Conſumpſi opes huius, quia diu fuerat Carthagine cum omni claſſe, et illam ibi refecerat opibus ipſius et ſororis. Et Dido

Nõ nihil ẽ nihil ñ in q̃ differant

Verba Æneę ad Lauiniã de beneficijs acceptis ab Anna

Anna per hanc, Æneas vult ẽpre cari culpam ſui abſceſſus, quo illam ad necem impulit. Iurat ſe fuiſſe a Dijs coactum, qui moras in Carthagine increpabant, nec potuiſſe ſibi perſuadere futurum vt illa ſe extingeret, referri vulnera nõ cupit, quoniam apud inferos vidit, offert deinde ipſi Annę emeritę omnia, quę ĩ regno Latio ſunt. Anna iuro per hanc tellurem, per terram Italicam. Quam, tu. Quondam, cum Carthagine eſſem. Solebas au. a nobis. ſ. Dari mihi ſu. pro. ſpe. feliciore. Iuro per Deos co. per Veſtam, ẽ Deos penates, quos mecum e Troia tuli. Locatos nuper, pauloante collocatos. Hac ſe. Lauinij, ẽ recte locatos dixit, q: per longa tempora alio transferri aut locari non ſunt paſſi. Nam cum Aſcanius Albam condidiſſet, tranſtuliſſetq; illuc Deos, noctu redire Lauinium. Iuro igitur, per Deos, illos, Deos. Sępe increpuiſſe moras, obiurgaſſe et accuſaſſe nimię tarditatis. Sic excuſans ſe de fuga culpam in Deos refert. Nec timui, de morte, non timuit tantum illi mali q; ſeipſam trucidaret. Iſte metus, mortis. ſ. Abſuit a me, q: id de illa non metuebam. Hei mi. cum miſeratione dictum. Illa fu. ſor. cre. hoc eſt maioris aĩ q̃ credi potuiſſet, cum morteꝫ ſibi conſciuerit. Ne refer, non referas aliquid de eius morte, quoniam mihi omnia nota. Nam ſi illa referret, dolorem et lachrymas refricaret. Aſpexi vul. non di. il. cor. quę corpus illud pulcherrimum non merebatur. Auſus adire domos tartareas, aſpexi inquam ego qui auſus ſum ad inferos deſcendere. De quo Virgilius in ſexto Æneidorum in eo loco, Quas inter

Non habet exactum quid agat, furialiter odit,
Et parat inſidias, et cupit vltra mori.
Nox erat, ante torum viſa eſt aſtare ſororis
Squalenti Dido ſanguinolenta coma.
Effuge, ne dubita, moeſtū ſoror effuge tectū.
Sub verbum querulas impulit aura fores.
Exilit, & velox humili ſuper auſa feneſtra
Se iacit, audacem fecerat ipſe timor.
Cunq; metu rapitur, tunica velata recincta
Currit, vt auditis territa dama lupis.
Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius (vndis
Credit, et ſtagnis occuluiſſe ſuis.
Sidonis interea magno clamore per agros
Quęritur, apparēt ſigna, notęq; pedum.

Dido apud Virg. Electum littore egentem Excepi, et regni demens in parte locaui. Orta, nata. Tyro, eſt. Poſſedit re. in ora Li. Tyria eſt genere, ſed regnuz habuit in Africę ora. Quā ames precor more charę ſororis, proſequaris eā amore et beneuolentia, ac ſi eſſet ſoror. Omnia, annuit illa ſe omnia facturam; comprimit tamē dolorem. Timebat. n. ne eſſet ea pro pellice adducta. Lauinia pro. omnia quę s. Æne. iuſſerat. Premit, cōprimit. Mente ta. ſecreta. Vulnus fal. dolorem intimuz iniuſtū. Non. n. iuſte dolebat. Sic falſum vulnus, q᷑ nō verū, ſed falſa cauſa.

Lauinię ſuſpicio ꝑ Anna

Et dis. me. occultat, et non palam oſtēdit. vt eſt illud, ſpem vultu ſimulat, ꝑmit altuz corde doloreȝ. Donaq; cū, Lauinia cum videret apte ab Ænea ad Annā mitti munera. Exiſtimabat longe plura mitti occulte. Concepit igiť in illam maximū odium, et inſidias quoq; parauit. Cum videat palaz, aperte. Ferri, ad Annam. legitur etiam Mitti. Multa dona, ab Ænea miſſa. Pręter ſua lu. iuxta ſuos oculos. vt apud Vir. Pręter vada feruida vexit. Putat, exiſtimat. Claȝ quoq;, etiā occulte. Mitti multa, dona ſcilicet.

ANT. MAN. NON HAbet exa. quid agat, nōdum exquiſitum habet, qua poena Annā afficiat, ſed tāto eaȝ odio proſequiť vt mori cupiat dū perdat quam pellicē putat. Tunica velata recincta, quod anguſtia temporis non videbatur pati vt tunicā cingeret.

Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius vndis Creditur, fluuius celeber morte Ænee, vt Littus adit Laurens vbi tectus arundine ſcribit In freta flamineis vicina Numicius vndis, Hunc iubet Ænee quęcunq; obnoxia morti Abluere. Suſtinuit aquas, vt annę verba exaudiri poſſent, ſuſtinuit aquas et tacitas reddidit. Amne perēne latens, Anna (vt diximus) a perpetuitate perēna dicta exiſtimatur, non, pro perēne. i. perpetuo in Numicio lateat. Lęti neſcunť in agris, lęti quod adepti eſſent quaſi peculiarem Deā, coeperunt veſci epulis et genio indulgere, quod Romani poſtea imitati ſunt. Quia mēſibus impleat annū, ſunt q Annam cui in ānū ius eſſe videť Lunam exiſtimāt, e cuius curſu menſes colligunť, qbus annus ipleť.

Numicius

Perēna āna a ꝑpetuitate dicta

PAV. MAR. NON HAbet, Lauinia. s. adhuc. Exactum, diligenter exquiſitum. Quid agat, in hoſpitam. Odit fu. non habet nūc quid aliud agat inſectať magno odio. Furialiter vero ingt q᷑ non iuſto, ſed a furijs iniecto. Et pa. inſi. qbus hoſpitā perdat. Et cu. mo. vl. cum pellicem illā exiſtimaret, vlciſci volebat iniuriā, & vita mortem non curat dum prius illā interimat. Nox erat, noctu per quietem viſa eſt admoneri a ſorore, vt fugeret, et cum fores vento crepuiſſent putauit illa hoſtes adeſſe. Exilijt, et fugę ſeſe cōmiſit. Erat nox vi. eſt Dido ſanguinolenta, plena ſanguine, nā in entus nomina ſignificant plenitudinē. vt opulētus plenus opibus, ſic ſomnolentus plenus ſōno. Coma squa. foedatis crinibus.

Aſtare ante to. ſo. ante cubiculum ipſius Annę. Dicere, eſt ēt ſic viſa dicere. Effuge, o ſoror accelera hanc fugam. Ne du. quaſi nihil verearis. Fuge te. moe. moeſtitiam allaturū.

Sub ver. quaſi in fine verborum illius.

Aura, ventus, Iuppiter cōmouit. Fores querulas, ſtridulas. nā fores cubiculi crepuere, putauit hoſtes adeſſe. Exilit, e ſtrato. s. Et ve. au. quę pauore non retardantur. Illinc, de ipſo cubiculo. Iacit, deijcit ſe. Sup ſe. hoc eſt Sup aliqua feneſtra, vt eſt illud Virg. Multa ſuper Priamo rogitās ſuper Hectore multa, hoc eſt de Priamo et de Hectore. Ipſe timor, quē conceperat ex crepitu ianuarum, fecerat audacē ad fugam. s. Et rapitur cū metu, timebat quidem illa, et cum eo timore rapiť, quaſi raptim fuga pręcipitať. Velata, cooperta. Tunica recincta, incincta. tunica veſtis longa ſine manicis. Currit, fugiens e Lauinio. Vt dama territa, quę territa eſt. Auditis lupis, cū audierit luporum vlulatus, aut ſtrepitum inſequētium. damę ex generibus caprarum ſunt, ſed ſilueſtres. vt Pli. ingt. Subdit, Damę māſueſcunt raro cū ferę dici non iure poſſunt. Cōplura namq; ſunt nec placida, nec fera, ſed media inter vtrunq;, vt in volucribus hirūdines. et reliqua.

Sup aliqua qn̄ ꝑ de ponitur

Corniger, fugientē Annam Numicius amnis rapuit. Factaq; eſt nympha, Numicius flu. qui labiť ex Aricina ſilua per Laurentē agrum vbi ſubmerſum Æneā dicunt. Corniger, oēs. n. amnes cornua habere dicūtur. Et Virg. Cornigerum Tybrim vocat Heſperidum aquaꝝ regnatorem. Crediť rapuiſſe hanc Annā. Aquis tumidis, nā tunc erat auctus imbribus, ideo tumidis cū paruus ſit flu. Et occuluiſſe, occultaſſe. Stagnis ſuis, aqs tunc ſtagnantibus. Sidonis, cum fugiſſe Annā conſtaret, miſſi ſunt qui eam inquirerent, inuenere veſtigia, non tn̄ illam. Sidonis, Anna a Sidone vrbe Phoenicię. Quęriť interea, dum illa eſſet in amne. Per agros, Latinos. Magno clamore, clamabant Annā vt illa audiret. Apparent ſigna et notę pedū, hoc eſt ipſa veſtigia. Vētum

Numicius fluuius Deus rapuit Annam

Anne ſermo ex flu. Numicio cũ eẽt facta Dea ãno rũ, quaſ alij dixerũt Themin, alij Iſim crediderũt ſecũdum Diony.

erat, qui inquirebant venere ad ripas amnis, Numicius vndarum fluentiũ ſonitus cõpeſcuit, Annaq; loqui coepit, dicẽs ſe in nympham eſſe demutatã vocariq; Annã perẽnam. illi qui vocẽ exandiuere, celebrauere diem mero. Inde mos originẽ coepit. Erat vẽtum, iam venerant, q querebant. Ad

Romana tuam in tẽpla accepimus Iſim. Nymphen Atlãtida, vnam e filiabus Atlãtis, quam volunt Ionis fuiſſe nutricẽ. In ſacri vertice mõtis erat, ſacer mons (auctore Feſto) trãs Aniene flumiũ vltra tertiũ milliarium appellat, q Ioni fuerat cõſecratus. In eum ſeceſſiſſe plebem Liui. ſcribit lib. ij. primę Decadis, Sicinio quodã auctore cũ a patribus diſſideret, cuius animis deliniti Agrippę regreſſis in vrbem oibus tribunni plebis creati ſunt. Nota eſt hiſtoria.

Sacer mons

Anieni

ripas, Numicij. Inerant veſtigia ripis, erant notę pedum in ripa fluminea. Amnis cõſcius, Numicius, qui eã rapuerat. Suſtinuit aquas tacitas, ne fluentes immurmurarent, quo vox Annę loquentis audiri poſſet vndis tacentibus. Ipſa, Anna iã nympha viſa eſt loq, et ita dicere. Sum, ego. Nympha, Dea. Placidi Numici, quaſi nolite me vlterius q̃rere, nã in nympham huius amnis conuerſa ſum. Latens, ego. Amne perenne, ppetuo delitẽs in hoc flu. Vocor Anna perenna, a perẽni aquarũ lapſu. Sic annorum Dea a perenni temporũ fluxu. Protinus veſcuntur, qui eam quęſierãt, audita voce lęti. Veſcunt in agris erratis, per quos errauerãt eam quęrentes.

Ventum erat ad ripas, inerant veſtigia ripis,
Suſtinuit tacitas conſcius amnis aquas.
Ipſa loq viſa ẽ, placidi ſum nympha Nũici,
Amne perẽne latẽs, Anna perẽna vocor.
Protinus erratis lęti veſcuntur in agris,
Et celebrant largo ſeq;, diemq; mero.
Sũt qbus hęc Luna ẽ, qa mẽſibus ipleat ãnũ,
Pars Themin, Inachiã pars putat eẽ bouẽ
Inuenies q te nymphen Atlantida dicant,
Teq; Ioni primos Anna dediſſe cibos.
Hęc quoq;, quã referam, nr̃as puenit ad aures
Fama, nec a veri diſſidet illa fide.
Plebs vetus, & nullis ẽt nunc tuta tribunis
Fugit, et in ſacri vertice montis erat.

Deſerat illis victus, victus nomen aliud quoq; ſignificat q̃ quę nobis eſui ſunt. Hic p victum panez accipimus. Vñ auctor ſubiungit. Et humanis vſibus apta Ceres, bis. n. idem dicit more poetarum. Orta ſuburbanis q̃das fuit Anna Bonillis, Bonillę ſunt nõ longe ab Vrbe ac Lanimio in agro Labicano inter Aricia videlicet et Romã. Aſconius, Poſtera die occurrit ei circa horã nonas Clodius, paulo vltra Bonillas rediens ab Aricia. Perſius, Accedo Bonillas, cliuumq; ad vibi. Hunc locũ ſuburbanũ eſſe ex Sueto. quoq; colligimus, qui ait Decuriones municipiorũ et coloniarũ Auguſti corpus a Nola Bonillas vſq; deportaſſe. a Bonillis vero equeſtrez ordinem ſuſcepiſſe, vbiq; intuliſſe, q̃uis hic nõnulli Campanię Bonillas accipiunt, qđ nobis nõ placet.

Victus

Bonillę

Et celebrant ſe et diẽ largo mero, reddũt ſe celebres ebrietate, celebrem diem, q lętum, et pompa frequentẽ. Sunt quibus, hactenus de Anna Sidonia, nũc alias opiniones refert, alios. s. putaſſe Annam perennã eſſe Lunã, ea ratione, cum ipſa mẽſes efficiat, et ex menſibus ãnus conſtet, videtur et ipſa anno quoq; dominari, ſic et Annã perennaz vocari. Alij dixere Themin, quę (Diodo. teſte) cęli et terrę filia, diuinãdi artem, et ſacra cultusq; Deorũ introduxiſſe dr̃. Et Apollo quidem traditur, cum eſſet reſponſa daturus Themin cõſulere ſolitus tãquam diuinãdi artis inuentricem, hęc ille, cũq; illa ſacra et cultus Deorũ introduxiſſet, aſſignatur illi ãnorum ratio, q ea ad anni rõnez digeſſiſſet. Sic et Anna perẽna vocatur. Multi Iſim vetuſtiſſimam Ægyptiorum Deã putauerunt, q ea quę leges Ægyptijs dederat, ãnum quoq; ciuilem illis cõſtituit. Sic et Anna dicta. Sunt, igitur aliqui. Quibus hęc, Anna perenna. Eſt Luna, aliqui qui Lunam eſſe putant. Quia impleat, perficiat annum menſibus.

Mitra

Leui mitra canos incincta capillos, hoc geſtamen Lydorũ fuit et Phrygũ, quo et meretrices vtebant, vt Ite qbus grata eſt picta lupa barbara mitra. et viri molles, vt Moenia mẽtuz mitra crinẽq; madentem Subnixus. Proprie aũt (vt inquit Ser.) eſt pileus incuruus e quo pẽdebat buccharũ tegmẽ, de quo Herodo. Aſſyrij capita crinita habẽtes mitris redimunt. Fingebat, formabat. vt figuli e luto diuerſa fingẽtes. Significat et alia verbũ fingo. Sed effingere eſt ad alterius formaz aliquid fingere, vnde effigies dictę.

Effingo

ANT. PAN. Themis

PARS Themin, Themin Deam putabãt (auctore Feſto) quę pciperet hominibus id petere qđ fas eſſet, eamq; id eſſe exiſtimabãt, quod fas eſt. Eã cęli et terrę filiam dicunt, teſte Diodoro, quam volunt non ſolũ diuinandi artem inueniſſe, ſed ſacra et Deorum cultus, quos videmus per ãnum fuiſſe digeſtos. Inachiam pars putat eſſe bouẽ, Iſidem quę Io fuit Inachi filia, et Romę culta eſt. vt Nos

PAV. MAR.

PARS putat Themin, quę in Parnaſo oracula reddebat. De quo Lucanus, Cũ regna Themis, Tripodasq; teneret. Pars putat eſſe bouẽ Inachiã, hoc eſt Iſidẽ, quę prius Io dicebat Inachi regis Argiuorũ filiam, a quo ẽ Inachus flu. q̃ violata ab Ioue, mutata deinde in vaccã, cum diu erraſſet in Ægyptum tãdem venit, vbi reſtituta illi priore forma Iſis appellata eſt, et Oſiridi Ionis filio nupſit. Sed de Iſide ẽ Oſiride aliter a Diodoro et Plut. refe runtur. Inuenies et alios. Qui dicant te nymphen Atlãnda, te Pleionẽ Atlãtis coniugem, naz cum νυμφη apud grecos ſpõſa ſit, ſponſam Atlantis intelligũt, formato pñonymico ab ipſo viro. ali

Iam quoq;, quē ſecum tulerant, defecerat illis
Victus, & humanis vſibus apta Ceres.
Orta ſuburbanis quędam fuit Anna Bouillis
Pauper, ſed multę ſedulitatis anus.
Illa leui mitra canos incincta capillos
Fingebat tremula ruſtica liba manu.
Atq; ita ꝑ populū fumantia mane ſolebat
Diuidere, hęc populo copia grata fuit.
Pace domi facta, ſignum poſuere perenne,
Quod ſibi defectis illa ferebat opem.
Nūc mihi cur cātent ſupeſt obſcoena puellę,
Dicere, nam coeunt, certaq; probra canūt.
Nuꝑ erat Dea facta, venit Gradiuus ad Annā
Et cum ſeducta talia verba refert.

qui intelligunt nympham Atlantis filiam Maiā, ꝙ id a Mercurio filio aſſecuta ſit, vt pro Dea annorum coleretur. Et te. Anna dediſſe Ioui primos cibos, et inuenies o Anna qui te nutricem Iouis eſſe dicant. Nam cum primis annis Iouem pueris, te Annam perennam vocauere. de nutricibus Iouis dictum eſt ſuperius. Hęc quoq; refert et aliam opinionem quā veriorē eſſe aſſerit. Hęc etiam. Fama, ipſius rei quā referam, mox exponā. Peruenit ad no. au. Nec diſſidet illa. A fide veri, non diſcrepat a fide, nam aliqd veritatis habet. Plebs vetus, plebs cum ꝑ ꝑ neros ob ęs alienum a patribus ſeceſſiſſet, auctore Sicinio in mōtē ſacrum, qui vt Liui. & Diony. referunt) non longe ab Vrbe eſt iuxta Anienem flu. deficiente plebi victu in eo monte, quędam Anna e Bouillis liba illi ſubminiſtrabat, recōciliata poſtea ſenatui plebe, orōne Menenij Agrippę, ſtatuam Annę erexere, et ex eo pro Dea coli coepta eſt. Vetus plebs, antiquus Po. Ro. Etiam tum tuta nullis tribunis, ad ea vſq; tempora nondum creatis ex plebe tribunis ad eius defenſionem, nam tūc primum creati ſunt. Fugit et erat in vertice montis ſacri, quo ſeceſſerat ſacer mons (vt Pōponius inquit) trans Anienem flu. vltra tertium milliarium appellat, qꝛ Ioui fuerat ꝯſecratus, et tria mil. pas. et Liuius diſtare oſtēdit. Iam quoq; victus, res ad victum facientes. Verum (vt Vlpianus de verbo. ſigni. ait) victus verbo ꝯtinentur, quę eſui, potui, cultuiq; corporis, quęq; ad viuendum hoī neceſſaria ſunt, veſtem quoq; victus hēre vicem Labeo ait. Cęteraq;, qbus inuādi, curandiq; corporis noſtri grā vtimur, ea appellatione ſignificantur. Inſtratus oē veſtimentum ꝯtinet, quod iniciatur Labeo ait. Neque enim dubium eſt quin ſtragula veſtis ſit oē pallium periſtroma, in victum ergo veſtem accipiemus. Sed poeta victum poſuit pro rebus ad eſus pertinentibus. Defecerat illis, plebeis. Quem ſe. cu. cum ex vrbe ſeceſſerat, et defecerat. Ceres, pāis. cuius vſum Ceres tradit. Apta vſibus humanis, quę conuenit vſui humanę vitę. Fuit qdam Anna orta, nata. Bouillis ſuburbanis, quę erant in ſuburbano. Nam duę fuerunt Bouillę. Alterꝫ in Latio oppidum ꝓpe Lauinium, de quo hic agit. Alterum in Campaniam prope Sinueſſam. Pauper, illa Anna. Sed anus multę ſedulitatis, diligētię, et induſtrię. Illa, Anna Bouilla. Incincta capillos canos, ſeniles. Mitra leui, innexos hēbat illa crines mitra Lydarꝫ mulierꝫ more. Fingebat, componebat. Manu tremula, ſenili et trementi.

Liuius & Diony. d mōte ſacro Annę ſtatua erecta a pplō Ro. poſt ꝯci liatos ſenatores cū plebe

Mitra geſtamen Lydarꝫ mulierꝫ

Liba ruſtica, qualia ruri fiunt. De libo primo libro diximus. Atq; ita ſolebat diuidere, ea liba. Per populum, per plebē ipſam. Fumantia mane, calida, et ob id fumantia, cuꝫ e furno eximeret. Hęc copia, abundantia liborꝫ, licet exigua eſſet. Fuit grā po. plebi, cui libis victum ſuggerebat. PACE Domi facta, orōne Menenij Agrippę. Lege Liuium. Nunc mihi cur cantent ſupereſt obſcena puellę Dicere, canebantur a puellis iocoſa quędam et obſcoena in feſto Annę, quod hęc Dea Martem intentū rebus Venereis eluſiſſet. Pendet ab officio ſpes mihi magna tuo, artificioſum exordium. Oſtendit enim ſupra qualis in Annā fuerit, vt beneuolam redderet, nunc cū ſuā ſpem ab ea pendere ſubiungit orare videtur ſibi, vt auxilio ſit, et auget beneuolentiam. Conueniunt partes hę tibi, tuum eſt talia tractare, quę Anus es. Stultam ſpem, quia non erat ſperandum fore vt Pallas abiecta prudentia flecteretur ad Venerem. Sępius inſtanti, urgenti Annam vt mandata perageret. Precibus vix dedit illa manus, bene vix vt res veriſimilis videretur. Eſt autem metaphora.

ANT. FAN. Obſcena in feſto Annę canebant

PACE Domi facta, vbi reconciliata eſt plebs patribus per Menenium Agrippam, de quo Liuius ita inquit. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam facundum virum. Et ꝗ inde oriundus erat plebi charum, intromiſſus in caſtra, priſco illo dicendi et horrido modo nihil aliud, ꝙ̄ hoc narraſſe fertur, Tempore quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes ſua cura, ſuo labore, ac miniſterio ventri omnia queri, ventrem in medio quietum nihil aliud ꝙ̄ datis voluptatibus frui, conſpiraſſe inde ne manus ad os cibum ferrent, nec ops acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac ita dum ventrem fame domare vellent, ipſa vna membra, totumque corpus ad extremam tabem veniſſe, inde apparuiſſe ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis aliquam alere eum reddentem in omnes corporis partes. Hunc quo viuimus, vigemusque diuiſum pariter in venas maturum, confecto cibo, ſanguinem comparando hinc, quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet irę plebis in partes flexiſſe mentes hominum. Agi deinde de concordia coeptum, conceſſumque in conditiones, vt plebis ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus

PAV. MAR. Menenij orō ad plebes cū fabula corpis et mēbroꝝ

Menſe meo coleris, iunxi mea tempora tecū,
Pendet ab officio ſpes mihi magna tuo.
Armiger armigerę correptus amore Mierug
Vror, & hoc longo tempore vulnus alo.
Effice Dij ſtudio ſimiles coeamus in vnum,
Conueniunt partes hę tibi comis anus.
Dixerat, illa Deum promiſſo ludit inani,
Et ſtultam dubia ſpem trahit vſq; mora.
Sępius inſtanti mandata peregimus inquit,
Euicta eſt, precibus vix dedit illa manus.
Credit amās, thalamoſq; parat, deducit illuc

auxilij Latio aduerſus conſules eſſet. Neue cui pa-
trum capere eum magiſtratum liceret. Ita tribu-
ni plebei creati duo, Caius Licinius et Lucius Albi-
nus. Hic tres collegas ſibi creauerunt. In his Sicini
um fuiſſe ſeditionis auctorem. De duob qui fue-
runt, minus conuenit. ſūt qui duos in ſacro mō-
te creatos tribunos eē
dicant, ibi ſacratam
legem latam per ſe-
ceſſionem plebis &c. Er
go vbi facta eſt pax.
Poſuere ſignum An-
nę perennę, erexit po
pulus illi ſtatuam.
Quod illa ferebat ſi-
bi opem, ſuccurrebat
Libis in ea rerū penu
ria ipſis. Defectis, cū
iam defeciſſent cibi,
propter meritum illi
us populus gratus ſta
tuam erexit. Nunc
mihi in his feſtis An-
nę obſcoeni quidam luſus referebantur, cum ver-
bis quoq; obſcoenis, eas poeta cauſam affert, q vbi
Anna relata eſt in Deos, Mars eius operam petiit
ad pallada conciliandam, cuius amore tenebatur,
q illa ſe facturam promiſiſſet, retulit poſtea ſe illas
tandē exoraſſe, et amatorem quodam ioco delu-
ſit, de quo paulopoſt. Nunc ſupereſt, reſtat mihi
dicere. Cur puellę cantent obſcoena, turpia, quod
eo turpius, cum puellę canerent. Nam coeunt,
ſimul ipsę puellę. Et canunt certa probra, vi-
tuperatione digna. Nuper, pauloante Erat fa-
cta Dea, erat Anna relata in Deos. Gradiuus,
Mars de quo ſuperius. Venit, ad Annam. Et
facit talia verba, ita loquit. Cum ſeducta, cū An-
na ab alijs ſemota. Coleris meo menſe, q celebra
tur tuum menſe Martio. Iunxi mea tempora te
cum, quaſi feci menſem meum tibi eſſe cōe, iunxi
enim tecum tempora vt tuę ferię ſint eo menſe q
mihi ſacratus, & artificioſe arguit ab hac coniūctio
ne, vt videat illa debere id agere, vt illi opem pſtet
iure neceſſitudinis. Magna ſpes mihi pendet ab
officio tuo, quaſi plurimum ſpero in tua ſedulu-
tate. Ergo armiger, qui armis et bellis pręſum.
Vror correptus amore Minerue armigerę, quaſi
vehementer amo Pallada, quę bellis pręeſt, quēad
modum ego, vt in principio huius libri diximus,
Ipſe vides manibus peragi fera bella Mineruę. Sic
nunc armiferam Mineruam vocat. Et hoc lon-
go tpe alo vulnus. a Virgilio accepit, Vulnus alit
venis, et hoc ideo dictum, quod quanto magis in
ea cura ſumus, magis augeē amor. Effice id, id
effectum reddas. Vt Dij ſimiles ſtudio, quaſi qui
in eodem officio verſemur. Coeamus in vnum,
cōiungamur. Cum enim par ſit noſtrum numen,
q ego armifer, illa armifera, cōueniens eſt, vt ſimul
quoq; cōiungamur. O comis, o benigna anus.
Hę partes, hęc officia, quaſi dare operā vt ſimul
coeamus. Conueniunt tibi, q anus es et ſedula
tuum eſt id efficere. Dixerat, illa Deum, delude-
bat Anna Martem. At cum nimium vrgeret, retu
liſſe Palladi animum inflexiſſe, paratamq; eē ad
cōiugium. Cūq; ille pararet nuptias, deducit ad eū
Anna velata luteo Flameo tanq nona nupta, et
cum ille eſſet eam oſculaturus, cognouit ſe ab illa
deluſū. Hęc igit erāt,
quę in feſtis. Annę re
ferebant. Dixerat, er
go Mars. Illa, Anna.
Ludit, deludit. De
um pmiſſo inani, va
cuo, ſine effectu, quia
non ſeruabat pmiſ-
ſa. Et trabit, protra
hit. Vſq;, ſemper.
Spem ſtultam, ſtul-
ti Martis, nam ſtul-
tū erat illud ſperare
de Pallade. Mora
dubia, incerta, dice
bat enim ſe obtempe-
raturam, ſed tempo-
ra protrahebat. Inquit inſtanti ſępius, cum ſępi
us et vehementius ille inſtaret, dixit. Peregimus
mandata, tua ſcilicet. Et victa eſt precibus, tandē
exoraui. Vix dedit illa manus, quaſi vix dedit fi
dem, ita prius repugnabat, vt vix vinci potuerit.
Aut dedit victas manus, per tranſlationem ab his
qui in ipſo pręlio capiūtur, qui victas manus por-
rigunt. Amans, Mars. Credit Pallada, ſcilicet vi
ctam. Et parat thalamos, nuptias. Nam thala-
mus torus iugalis eſt, vt alias dictum. Deducit
illuc, ad Martem.
TEGens vultus Flame. Lucanus. Non timidū
nuptę leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos ve-
larunt Flamea vultus. Veneri, quā Mars co-
gnouit, vt primus adulterium Veneris cum Mar-
te putatur Hic vidiſſe Deus. Verba dediſſe, deci-
piſſe, nam verba dare eſt decipere. Pręteritur
eram gladios in principe fixos, Idibus Martijs Iu-
lius Cęſar in Pompeij curia tribus et viginti vulne
ribus confoſus eſt, teſtibus Suetonio et Plutarcho,
licet et ſint qui tertio Idus eum interfectum dicāt.
Curiam in qua occiſus eſt obſtrui placuit, vt ſcrib.
idem Suetonius, Iduſq; Mar. parricidium noīari,
quibus ferunt vatem pdixiſſe Cęſari, vt diſcrimen
praueret, qui cū in Senatum iret vati dixiſſe tradi
tur idus Mar. adueniſſe, cui vates; Venere qdem ſed
nondum pteriere, rńdit. Eundem cędis locum a Pō-
peio ante theatrum dedicatum accepimus, Cęſa-
remq; ad baſim imaginis Pompeij a cōſpiratori-
bus interfectum, quam eius cruor magna ex par
te reſperſit, poſtea vero in Deoꝝ numerū relatum,
non ore modo decernentium, ſed opinione vulgi,
ſi qdem ludis quos ei cōſecratos heres Auguſtus ede
bat, ſtella crinita per ſeptē dies cōtinuos fulſit, quā
eſſe aīam Cęſaris crediderunt. Lege Suetonium et
Plutarchum in Cęſare. Item Appianū, quē (vt sępe
dixi) nobis omnia referre non placet. Cęſar idus
Mar. ſibi ferales notauit Scorpionis occaſu.

Officium Annę p pter qd ipſi erecta ē ſtatua a Populo Romano

armifera Minerua ſit Mars dr armifer

Quomodo Mars fuit delusus ab anna

ANT. FAN.

Dare vba eſt decipere

Cęſar in curia pompeiana tribus et .xx. vulneribus cōfoſſus a Bruto & Caſſio

ANna

Anna tegens vultus vt noua nupta ſuos.
Oſcula ſũpturus ſubito Mars aſpicit Annã,
Nunc pudor eluſum, nunc ſubit ira Deũ.
Ludis amatorem charę noua diua Mineruę.
Nec res hac Veneri gratior vlla fuit.
Inde ioci veteres, obſcoenaq; verba canuntur,
Et iuuat hanc magno verba dediſſe Deo.
Pręteriturus eram gladios in principe fixos,
Cum ſic a caſtis Veſta loquuta focis.

PAV. MAR. ANNA Tegens vultus ſuos, Flameo ſcilicet. Vt noua nupta, vt moris eſt cum noua nupta ad virum ducitur, de quo Lucanus in ſecundo Pharſalię. Non timidum nuptę leniter tectura pudorez Lutea demiſſos velarunt Flamea vultus. Flameo enim (vt Pompeius inquit) amicitur nubens boni cauſa, ꝙ eo aſſidue vtebatur Flaminia. i. Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodẽ modo tegebatur nupta Flameo, vt perpetuo cum viro maneret. Attigit in hoc Romanum morem poeta.

flameũ velamen

Mars ſum. oſcu. cũ vellet eaz oſculari. Subito aſpi. An. detecto. n. vultu aſpicit & cognoſcit illã. Nunc pu. nũc ira ſubit eluſuz Deũ, nũc pudebat illius ignominię, ꝙ ab ea eẽt deluſus, nunc ira excandeſcebat. Noua Diua, quę nuperrime facta es Dea. Ludis amatorem charę Mineruę, deludis Martem qui Mineruam amat.

Nec vlla res fuit hac Veneri gratior, nihil potuit eẽ Veneri gratius, q̃ Martem, cũ quo aliquando recubuit, ab Anna eſſe deluſum. Inde ioci veteres, qui in campo Martio referuntur. Et canuntur dicta obſcoena, turpia. Et iuuat, delectat ſpectatores. Hanc, Annam. Dediſſe verba, hoc eſt eluſiſſe, ſeu decepiſſe, nam dare verba decipe eſt, vt apud Terentiuz, Cui dare verba difficile eſt. Magno Deo, Marti. hęc in feſtis Annę referebantur.

Pręteriturus eram, idibus Martijs, Caius Cęſar interfectus eſt, et ea quidem dies parricidium nominabatur, nec ſenatus vnquam cogebatur in tãtę cędis moeſtitia. Erat hoc pręteriturus poeta, ne forte refricaret lachrymas, monitus tamen a Veſta, cuius ſacerdos fuerat Cęſar, ne vereretur, nam et cęlo receptus eſt Cęſar, et de coniuratis ſuppliciũ ſumptum. De eius morte in Epitomate Liui. libro cxvi. ſic habetur, Cęſar ex Hiſpania quintum triumphum egit, et cum multi, quãmaximiq; honores ei a ſenatu decreti eſſent, inter quos vt pater patrię appellaretur, et ſacroſanctus, ac dictator in perpetuum eſſet inuidię cauſam aduerſus eum pręſtiterunt, ꝙ ſenatui deferente hos honores, cum ante ędem Veneris genitricis ſederet, minime aſſurrexit. Et ꝙ Marco Antonio collega ſuo inter lupercos currente, diadema capiti ſuo impoſitum in ſella repoſuit. Et ꝙ Epidio Marullo, et Cęſereo Flauo tribunis plebis inuidia, et tanquam regnum affectanti mentibus poteſtas abrogata eſt. Ex his et cauſis conſpiratione in eum facta, cuius capita fuerunt, Marcus Brutus, et Caius Trebonius, et Caſſius, et ex Cęſaris partibus Decius Brutus in curia Pompeij occiſus eſt vigintitribus vulneribus, occupatumq; ab interfectoribus eius Capitolium, obliuione deinde cędis eius a ſenatu decreta, obſidibus Antonij et Lepidi liberis acceptis, coniurati a Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Cęſaris hęres ex parte dimidia inſtitutus eſt Caius Octauius ex ſorore nepos, et in nomen adoptatus. Cęſaris corpus cum in campum Martium ferretur a plebe ante roſtra crematum eſt. Dictaturę honos in perpetuum ſublatus eſt. Et Tranquillus cuz de hoc eodem agit, et acceſſiſſe in ſenatum dicit ſic proſequitur, Aſſidentem conſpirati ſpecie officij circunſteterũt. Illicoq; Cimber Tullius, qui primas partes ſuſceperat, quaſi aliquid rogaturus propius acceſſit. Renuentiq;, et geſtu in aliud tempus differenti, ab vtroq; humero togã apprehendit. Deinde clamantem, iſta quidem vis eſt, alter Caſſius aduerſum vulnerat paulum infra iugulum, Cęſar Caſſij brachiũ arrepto graphio traiecit, conatusq; proſilire alio vulnere tardatus eſt. Vtq; animaduertit vndiq; ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, ſimul ſiniſtra manu ſinuz ad ima crura deduxit quo honeſtius caderet, etiaz inferiore corporis parte velata. Atq; ita tribus et viginti plagis confoſſus eſt. Vno modo ad primum ictũ gemitu ſine voce edito. Et ſi tradiderunt quidam Marco Bruto irruenti dixiſſe, ϰαὶ συ εἶ ἐκεῖ νων ϰαὶ συ τεϰνων. Exanimis diffugientibus cunctis aliquandiu iacuit, donec lecticę impoſitum dependẽte brachio tres ſerui domum retulerunt. Hęc ille qui plures quoq; honores ei in morte collatos refert. Si quis hiſtoriam cumulatiorem cupit perlegat Plutarchum, et Appianum, cum Appianus nominatim etiam referat coniuratos omnes. Sed ꝙ in Deorum numerum relatus ſit ita idẽ Tranquillus inquit, Perijt ſexto et quinquageſimo ętatis anno, atq; in Deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed et perſuaſione vulgi, ſi quidem ludis quos primo conſecratos ei hęres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem cõtinuos dies fulſit, exoriens circa vndecimam horam. Creditumq; eſt animam eſſe Cęſaris in cęlum recepti, et hac de cauſa ſimulachro eius in vertice additur ſtella. Curiam in qua occiſus eſt obſtrui placuit, idusque Martias parricidium nominari. Ac ne vnquam eo die ſenatus cogeretur. Percuſſorum autem fere neque triennio quiſquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes alius alio caſu perijt, pars naufragio, pars prelio, nonnulli ſemet eodem illo pugione quo Cęſarem violauerant, interemerunt. Sed hęc hactenus. Eram pręteriturus, ſilentio ſcilicet, hoc eſt non relaturus. Gladios fixos in principe, in cęſare, hoc eſt cęſarem in curia trucidatũ. Cum Veſta locuta a caſtis focis, cum ita ex ara ęterni ignis Veſta admonuit.

Cęſar in[...]nto eius triũpho ge[...]ſto eũ eẽt dictator tribus et viginti vulneribus cęſus eſt ſexto et qnquageſimo

ętatis anno

Nota hic oẽm hiſtoriam

Idus Martię parricidiũ dictę

ANT. FAN. MEVS Fuit ille ſacerdos, Pontifex maximus, ipſe

alibi, Ne ue cede ſacerdotis flāmas extinguite veſte. Simulachraq; nuda reliqui, vult coniuratis in vmbram tantum Ceſaris ius fuiſſe, cum vero Ceſarem Veſta rapuiſſet in celum. Et te. in ma. tem. di. fo. Appianus, Populos coepit interfectores eius vndiq; cōquirere, funus et in medio foro edidit, tēploq; cōſtituto iuxta pyram veluti Deo ſacra exhibuit. Sane Auguſtus (auctore Pli.) Venerem exeuntem e mari nobiliſſimam Apellis picturam dicauit i ede Ceſaris patris. Legimus et plebē tanto fauore mortuum Ceſarem ꝓſecutā eſſe, vt non ſolum ad Bruti et Caſſij domuz cum facibus tetenderit, ſed ſolidam colūnam. xx. pedum lapidis Numidici in foro ſtatuerit, ad quam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, cōtrouerſiasq; interpoſito per Ceſarem iureiurando diſtrahere ꝑſeuerauit. Suetonius ſcribit pro roſtris auratam edem ad ſimulachrum Veneris genitricis collocatam.

Ne dubita meminiſſe, meus fuit ille ſacerdos,
Sacrilege telis me petiere manus.
Ipſa viruz rapui, ſimulachraq; nuda reliqui,
Que cecidit ferro Ceſaris vmbra fuit.
Ille quidem celo poſitus Iouis atria vidit,
Et tenet in magno templa dicata foro.
At quicunq; nefas auſi prohibente Deorum
Numine, polluerant pontificale caput.
Morte iacent merita, teſtes eſtote Philippi,
Et quorum ſparſis oſſibus albet humus.

Tēplū Veneri aurātū a Ceſare cōſtitutum

Morte iacent merita, Cai Ceſaris Genius (vt ſcrib. Plutarchus) terras et maria peragrans omnes eius percuſſores inueſtigauit, quorum nemo (teſte Suetonio) triennio amplius ſuperuixit, nemo ſua morte defunctus eſt. Damnati oēs alius alio caſu perierunt, pars naufragio, pars prelio. Nonnulli ſemet (inter quos Caſſius) eodem pugione quo Ceſarem violauerant, interemerunt.

Philippi

Teſtes eſtote Philippi, oppidi nomen eſt et cāporum Theſſalie, vbi victus eſt Brutus. Vtrunq; enim eo nomine ſignificari auctor eſt Porphyrio, nomen a Philippo rege deductum exiſtimatur. Ibi Auguſtus Ceſar (vt ſcribit Plutarchus) a Bruto, cōtra quez inſtructus erat, ꝓfligatus caſtra quoq; amiſit, vixq; manus hominum effugit, vt ipſe in cōmentarijs ſcripſit, ſomnio cuiuſdam familiarium admonitus. Caſſium vero in alio cornu ab Antonio victus cum ignoraret Brutum viciſſe a Pindaro liberto volens, mandanſq; occiſus eſt. Deinde iterum pugnatū eſt paucis diebus interiectis, et i ea pugna victus Brutus ſibi mortem cōſciuit, cuius caput ab Auguſto Romam miſſum eſt, vt ſtatue Iulij Ceſaris ſummitteret.

Octauianus victus a Bruto in cāpis Philippicis, et Caſſius a Marco Antonio

Oſſibus albet humus, q: īſepulti ſunt. Hec prima elemēta fuerunt Ceſaris. Laudat Auguſtum a pietate, qua factum eſt, vt extinxerit oēs Iulij Ceſaris percuſſores, auſpicatuſq; fuerit res poſtea a ſe geſtas vltione paterna, vnde Marti vltori templum dedicauit. Scorpius a prima parte videndus erit, ſecundum Chaldeos loquitur Libram et Scorpium vnum ſignum accipientes. De quo ait Macro. Scorpius totus in quo Libra ē naturam Solis imaginatur, qui hyeme torpeſcit. Dicit enim Libram, quam faciunt Scorpionis chele xvij. calen. Aprilis chronice orituram. Quod fieri neceſſe eſt noctis initio, cum Sol hoc tēpe propemodum in eo ſit, vt Arietem ingrediatur. Sane Scorpius cum chelis xix. ſtellis cōſtare dr. Nec nos moueat quod diximus ſupra idib. Martijs occidere Scorpionem. Quis enim neſciat fieri poſſe, vt eodez die et chronice? Eſt autem Scorpius Martis domus. Vn Horatius eum formidoloſum vocat, vt Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit formidoloſus. Et Virgili. Ardentem, vt ipſe tibi iam brachia contrahit ardēs Scorpius.

Scorpius occidit xvij. calē. Apriles

Scorpius formidoloſus

PAV. MAR.

NE Dubita meminiſſe, nō verearis mētionem de eo facere. Ille, Ceſar. Fuit meus ſacerdos, nā fuit pontifex maximus, de quo plura paulo ſuperius diximus. Manus ſa. ſacrilegorum coniuratorum, nam ideo ſacrilegi q: ſacra violarunt, nam ſacrum pontificem maximum confoderunt. Petiere me telis, quaſi me ipſam vulnerarunt, nam qui pontificem meum violarunt, in me ipſam manus iniecerunt. Ipſa viruz rapui, eripui ego e manibus eoruz Ceſarem, et i. celuz retuli, Et reliqui ſimulachra nuda, quaſi vmbram ſine corpore. Vmbra Ceſari: fuit que cecidit ferro, non fuit Ceſar, ſed eius vmbra in quam armis ſacrilegi ſeuierunt. Ille quidem poſitus celo, locatus inter ſidera, vt iam diximus. Et in Buc. Ecce Dionei proceſſit Ceſaris aſtrum. Vidit atria Iouis, q: in celum, et Iouis regiam aſcendit. Et tenet templa dicata, conſecrata in magno foro, in foro Romano. Et Suetonius inquit. Et pro roſtris aurata edes ad ſimulachrum Veneris genitricis collocata. At quicunq; auſi nefas, auſi indignum facinus. Polluerant, foedauerant, ſeu violauerant. Caput pontificale, Ceſaris pontificis.

Aſtrum Ceſa. Dionei

Prohibente numine Deorum, quaſi contra Deorum voluntatem. Iacent morte merita, quam meruerunt. Eſtote te. Philip. campi vbi Brutus et Caſſius principes coniuratoruz, alter ſua, alter ſerui manu confecti ſunt, et Ceſari Octauio vltori victoria parata. Philippi ciuitas eſt (vt in Odis Horatij quoq; diximus) in Macedonie finibus, que (vt Appius meminit) Datos olim dicebatur, Crenida ante Dati nomen appellata. Eum locum Philippus vt accommodatum metatus ſuper Thraces vallo ſepſit, et a ſe Philippos nuncupauit. Et quorum, et illi ſunt teſtes. Quorum oſſibus ſparſis, diffuſis. Albet humus, nam omnes illi parricide mortui, et inſepulti iacuere. Sic et oſſibus inhumatis albeſcere videbatur tellus. Hoc opus in laudem Octauij Ceſaris, qui paternam mortem ad internitionem inimicorum vltus eſt, et Marti vltori edē consecrauit. Et Suetonius inquit, Ædem. Marti pro vltione paterna bello Philippenſi vouiſſe. Sed de hoc plura dicemus in. v. Hoc fuit opus hec pietas, filij in parentem. Hec fuerunt prima Ceſaris elementa

Octauiāus iā dictatorem ad internitionē ꝑcuſſorū

elementa Cęſa. Octauij fuere magna ⁊ pia initia rerū agēdarum, qbus ad ſūmum imperium promotus eſt. Vlciſci prēm, Iuliū Cęſarem. Per iuſta arma, iuſtum .n. erat vlciſci patris necem, illud Octauius rediens ex Epyro egit, vt opem cōtra percuſſores prīs haberet, nec deſtitit quoad omnes extinxit. Poſtera cū xvij. calen. Aprilis, hoc eſt .xvi. die prima ps ſcorpionis orit̄. Scorpius .n. cuius prior pars, quę chelę dicuntur, ita ponit̄ ab equinoctiali circulo, vt eū ſubſtinere videat̄. ipſe autē pedibus Ophiulci ſubditus extrema

Hoc opus, hęc pietas, hęc prīa elemēta fuerūt
Cęſaris, vlciſci iuſta per arma patrem.
Poſtera cū teneras Aurora refecerit herbas,
Scorpius a prima parte videndus erit.
Tertia poſt idus lux ē celeberrima Baccho.
Bacche faue vati, dum tua feſta cano.
Nec referam Semelē, ad quā niſi fulmia ſecū

cauda circulum hyemalē contingere vr̄. occidit autem inclinato capite, exoritur erectus a Chelis. Hic habet ſtellas in his quę chelę dicunt̄. In vnaquaq; earum binas, ex quibus pximę ſunt clariores. Pręterea habet in frōte ſtellas tres, quarū media eſt clariſſima, inter ſcapulas tres, in ventre duas, in cauda quinq;, in acumine ipſo, quo pcutere exiſtimatur, duas, omnino ſunt ſtellę decē et nouē. Scorpius ipſe propter magnitudinē membrorum in duo ſigna diuidit̄, quorum priorem partē Libram dixerunt. Sed omnino totū ſignum hac de cauſa ſtatutum aſſignat̄, q Orion cum venaret̄, ⁊ in eo exercitaſſimum ſe eſſe confideret, dixiſſe et Dianę et Latonę ſe omnia quę ex terra oriūtur occidere valere, quare terrā permotam Scorpionē eduxiſſe, qui eū interficere demonſtratur. Iouem autem admiratū Scorpionē inter aſtra collocaſſe, vt ſpecies eius hoībus documento eſſet, ne quis eorum aliqua re ſibi cōfideret. Dianā autem pp̄ter ſtudium Orionis petiſſe a Ioue, vt illi idem beneficium daret petēti, qđ terrę vltro tribuiſſet, itaq; cōſtitutū, vt cū Scorpio oriatur, Orion occidat. Hęc ex Higinio. Poeta inqt eo die videndū eſſe Scorpiū mane a prima parte, de coſmico eius ortu intelligere non poſſumus, nā eſt Arietis, qui illis diebus oriri incipit. Ego ſic accipere videri p ortum heliacū, in occaſu tñ ita, vt ſignificet occidētem Librā. Sic Arietis ortus indicaret, qui Librę oppoſitus eſt. Sed de Ariete poſtea dicemus. Pli. tñ inquit Cęſares idus Mar. ſibi ferales ānotaſſe Scorpionis occaſu. Nos vero in fine operis plura ſimul de oībus dicemus. Cum poſtera, ſequēs. Aurora refecerit, rore madefecerit. Herbas teneras, molles. Scorpius erit vidēdus a prima parte, aut poſt primā partem, hoc eſt poſt chelas, ſiue a prima pte ſui ſigni eo modo, quo dictus eſt. Tertia. xvi. calen. Apri. hoc eſt .xvi. die Mar. feſtum erit Bacchi, qua die ad liba populus cōueniebat in eius honorem, et pueri relicta pretexta virilem togam ſumebant, profunditurq; in Bacchi laudes, et in Sileni fabulam, et in togę liberę rationem, quę omnia ſuis in locis explicabimus.

Quomō ſcorpius ē collocatus inter ſidera

Die xvi. Martij Liberalia feſta

ANT. FAN. TERTIA poſt idus lux eſt celeberrima Baccho xv. calen. Apriles Baccho ſacra fiunt, quę conſtat (teſte Ser.) Iulium Cęſarem primū Romam tranſtuliſſe. vt Daphni et Armenias curru ſubiungere tigres inſtituit, Daphnis thyaſos inducere Baccho. Dicuntur autē hęc feſta Liberalia a Libero .i. Baccho, qui repertor vini. ideo Liber dicitur (vt Feſto placet) q vino vſi omnia libere loquantur, quos ebrietas, petulantiores facit. Vnde illud eſt Neuij, Libera lingua loquemur ludis Liberalibus. licet alij a libatione Liberum dictum velint, q ipſe libationum prębuerit. Alij q pro Boeotię libertate pugnauerit. Alij a liberando dictum putent, cuius ſacra (vt inquit Ser.) ad purgationem animę pertinebant. Alij q liber et vagus ſit, nam ſecundum Ariſto. Apollo, et liber pater vnus atq; idem Deus eſt. de quo ait Neuius, Hac qua Sol vagus igneas habenas Immittit propius, iungitq; terrę. Hinc eſt q (vt ſcribit Macrobius) in ſacris religioſi arcani obſeruatio tenebatur, vt Sol cum in ſupero hemiſperio eſſet, Apollo vocaretur, cum in infero, Dionyſius, qui eſt Liber pater, quem Herodotus ſcribit, vbi editus eſt in lucem ab Ioue inſutum femori, portatumq; in Nyſam, quę eſt ſuper Ægyptum in Æthiopia vbi educatus dicitur. Vnde a Ioue, cuius grecus genitiuus eſt dios, et Nyſa Diony. dictus eſt, et eius ſacra Dionyſia, vt a Baccho Bacchanalia, a Libero Liberalia. Nam Orgia et Trieteria a nullo huius Dei nomine deducta ſunt, quorum illa nō ſolum Liberi patris, ſed Deorum omniū ſacra apud Grecos ſignificabant. Hęc autē a potis trietias .i. a triennio dicta ſunt, quo exacto (vt ait Lactan. Grammaticus) mos fuit ea celebrari. Sane Bacchus (vt quidam tradunt) primus omnium ſubactis Indis victoriā reportauit, apud quos Nyſam vrbem cōdidit, teſte Iuſtino, ad quā cū Alexander Macedo veniſſet oppidanis non repugnantibus fiducia religionis Liberi patris parci iuſſit, cū ſecutum ſe nō tantum militiā, verum etiam Dei veſtigia lętaret. Eſt et Nyſa in Boeotia. de qua inqt Lucanus, Bacchumq; auertere Nyſa. Item in Caria, in Lycia, et Ionia. Hic Deus emere et vēdere inſtituit, inuenitq; diadema regū inſigne, necnon et triumphum. vt Pli. et Mac. meminerunt, Athenięſes primi Liberales ludos inſtituerunt, vt quibuſdam placet. Scythę autem (vt ſcribit Herod.) Gręcis probro dederunt Bacchanaliū conſuetudines negantes eſſe credibile Deum inueniſſe, quo hoīes ad dementiam adigerentur. Ægyptij Baccho porcū mactabant, alij hircum, vt diximus ſupra. eidē maiores noſtri ſacrimā .i. muſtum ſacrificarunt pro vino vaſis, ac vineis cōſeruandis, cui antiquiſſimi ruſtici (auctore Feſto) cōfecta vindemia Dionyſia faciebant. Canebant autem hymni Libero patri apud Grecos greca, apud Latinos voce latina, cū hymni m̄ris Deorum vbiq; grecam linguā requireret, teſte Seruio.

Bacchi feſta .xv. calen. Apriles Liberalia

Liber

Bacchus inſutus femori Iouis

Dionyſius

Trieteria

Nyſa vrbs multis ī locis Bacchi iūcta

Iuppiter afferret, paruus inermis eras.
Nec, puer vt poſſes maturo tempore naſci,
Expletum patrio corpore matris opus.
Sithonas et Scythicos lōgū ē narrar̄ triūphos
Et domitas gentes thuris et Inde tuas.
Tu quoq; Thebanę mala p̄da tacebere m̄ris,
Inq; tuum furijs acte Lycurge genu.
Ecce libet ſubitos piſces, Tyrrhenaq; mōſtra
Dicere, ſed nō eſt carminis huius opus.
Carminis huius opus cās exponere, quare
Vilis anus populos ad ſua liba vocet.

Dithyrābici carminis auctor Bacchi geſta

Primus vero apud Corinthios Dithyrambici carminis genus cecinit Arion Methymneus, q̄ a Dithyrambo .i. Baccho id nomen accepit, ſic dicto q̄ per duas portas venerit, ventrem Semeles et Iouis femur, a quo Dithyrābici poetę nominati ſunt, q cum hymnos in Bacchum canerēt, tripodem in prēmium accipiebāt. Erant autem Bacchi ſacra non tacita, vt pleraq; alia, ſed aperta, ſicut et ſacra matris Deorum, adhibebantur .n. Orgijs Bacchi pene oīum generum inſtrumenta.

Nec referam Semelen, Bacchi matrez, ē Cadmi filiaz. Nota eſt fabula. Hęc Thyone gręce dr̄, a qua (vt placet Porphyrioni) Bacchus Thyoneus dicit̄. Vnde Bacchę Thyades dictę, Eſt autez color occupatio.

Thyōeus Thyades

PAV. MAR.

TERTIA lux, tertia dies poſt idus Martias, hoc eſt .xvi. dies mēſis Martij. Eſt celeberrima Baccho, Bacchi numine. nā celebratiſſimum Bacchi feſtum. Bacche faue vati, faue mihi. Dum cano, cantādo ſcribo. Tua feſta, diem tuis ſacris conſtitutā. Nec referam, nō agam nūc de matre tua Semele, quę perſuaſa a Iunone, non aliter credēs Ioni ſuccūbere, niſi ea ſecum maieſtate congrederet̄, qua cum Iunone, exanimata eſt, q̄ niſi illud illa experiret̄, te Iouis filium nō putabat.

Nec referam, nolim nūc referre. Semelen, matrem tuā, quę (vt Diodo. inquit) ex Harmonia Veneris filia, et Cadmo nata eſt. Ad quā, Semelen.

ANT. FAN.

PARVus inermis eras, ſenſus eſt, Niſi Iuppiter fulmine armatus veniſſet ad Semelē in infantia inermis fuiſſe, ac ſi dicat, Inter arma, hoc eſt fulmina natus es, vt cōſtaret q̄tus imperator ac Deus futurus eſſet, qui armatus erat cum ederetur in lucem. Sithonas, populos Thracię, in qua et ſtagnum Sithonium eſt dictum a rege Sithone, vt quibusdam placet ſi cum in ſacris Liberi patris verſantur, ſolutis crinibus angues et capite et manu geſtant, teſte Porphyrione, cum mos ſit Bacchātium (vt ſcribit Diodorus) comis ſerta et manibus thyrſos ferre .i. haſtas pampinis inuolutas. Et Scythicos longū eſt narrare triumphos, ſunt qui primum triūphi auctorem Diony. putent, a quo non Indi ſolum, ſed et Scythę domiti ſunt, et alij.

Sithōes

Gentes thuris, Arabes, quos Bacchum ferūt, etiaz domuiſſe. Tu quoq; Thebanę mala prēda tacebere matris, Pētheum dicit, quem Liberi patris ſacra aſpernātem ira numinis matri lacerandū dedit. Inq; tuum furijs acte Lycurge genu, Ipſe alibi, Penthea tu venerande, bipēniferumq; Lycurgum Sacrilegos mactas. Fuit autem hic Lycurgus rex Thracię, qui dū in Bacchi cōtemptum vites ſucciderent, crura ſibi faſce amputauit. Vñ eum

Lycurgus rex Thracię

abſtemium fuiſſe Ser. ſcribit, ſed hiſtoria hoc h̄et, voluiſſe Lycurgum decipere Bacchum, ex India reuertentem, cui cū regni aditum promiſiſſet, noctu milites miſit, qui in eius exercitū impetum facerēt, quod cū Deus reſciuiſſet, inſtructa acie Thraces aggreſſus Lycurgum oculis priuauit, et ſocios eius cruci affixit. Lactā. Grāmaticus duos ingt fuiſſe Lycurgos, Thracem, et Nemeuz, quibus addit̄ ab alijs Lycurgus legūz lator. Sed Lycurgus Bacchi cōtemptor is eſt, quez quidam Boreę, alij Dryantis filium dicūt, ac Phyllidis p̄rez.

Bacchus priuauit Lycurgū oculis et Thraciā Tharopi tradidit

Subitos pi. nautas, Tyrrhenos q a Baccho in delphines cōuerſi ſunt. Nota eſt fabula.

Villis anus, quę cōſueuit in feſto Bacchi vocare populum ad liba, q̄ ipſa formauerat, et ea popu. Ro. diſtribuere, vt vnusqsq; Baccho particulam offerret vel libaret. In gelidis herba repta focis, vult ante ortū Bacchum nullū ſacroꝝ vſum fuiſſe, et vbi Foci poſtea ſacroꝝ ignes continuere nihil aliud fuiſſe q̄ herbas. Primitias ma. ſup. Ioui, obtuliſſe Ioui primitias prędę.

PAV. MAR.

NISI Iup. inermis, prius tñ inermis. Afferret fulmina, q̄ poſtea ob iuratā fidem inuitus tulit.

Tu eras paruus, parui nominis, q2 non creditus Iouis filius. Nec puer, de his plura ſuperius egimus in q̄rela Ariadnes. Extincta Semele fulmine, quę abortū fecit, in Iouis femur Bacchus receptus eſt, ideo hic. Nec referam .s. Opus matris, officium maternū. legitur ēt onus. Expletum corpore patrio, hoc eſt in Iouis femore. Vt puer poſſes naſci tp̄e maturo, vt naſcereris p̄fecto tempore partus, hoc eſt decimo mēſe. Sithonas et Scythicos, nolo cōmemorare nūc victorias tuas, et triūphos toto orbe partos. Et .n. Diony. (nam et ipſe Bacchus totū orbem bellis et victorijs peragrauit) ex Aſia in Europā transfretaturus, cū amicitiam iniſſet cū Lycurgo rege Thracię, ē ab eodem inſidię in eū pararentur, vt refert Diodo. Tharope quodā rem referēte Lycurgum domuit, regnumq; Thracię Tharopi tradidit, cuius ſacra et cerimonias demōſtrauit. Ideo hic. Longū eſt memorare Sithonas, q̄ſi q2 longum eſſet, nolo nūc cōmemorare Thraces, q Sithones dn̄r a Sithonio flu. cuius meminit Pli. Inde apud Virg. Sithoniasq; niues. ē in Heroid. Nec vehit Acteas Sithonis vnda rates.

Sithones et Scythicos victos a Baccho

Quomō Bacchus totū orbē pagrauit i arte bellica

Et Scythicos triūphos, quos e Scythia retuliſti. Scythę .n. ſeptētrionales ſunt, ptim in Europa, partim trās Tanaim in Aſia. Hos ēt cuz Indis Bacchus debellauit. Diony. n. primus oīum triūphauit elephāto Indico inuectus, vt refert Diodo. Et do. gen. thuris, q̄ſi non agā de Arabibus a te victis, apud quos thus naſcit̄, naz in Carthabania regione Arabię.

gę. Sed de his latius in primo libro diximus. Et Inde tuas gentes, ſcilicet domitas. Indiam. n. (vt diximus) totam domuit. Indus fluuius Indię maximus, et Indos populos dicimus, ipſa qdem regio ſub oriente Sole iacet, de qua alias, legitur in alijs codicibus ſic hoc carmen, Et domitas gentes Thurifer inde tuas. Tu quoq; Thebanę, nec dicam nunc de Pentheo Thebano, et Lycurgo Thracio. Pětheum enim Thebis Bacchi ſacra ſpernentem, atq; prohibentē, Agaue mater interfecit, cuius fabula refert i tertio Metamorphoſeō. Et Diod. inquit ſuſtuliſſe omnes impios, q in orbe erant, ſed maxime Pentheū, ac Lycurgum. Quem ēt dicunt, dum Bacchi vites incideret, crus ſibi abſcidiſſe. Tu quoq; o Penthen. Mala prę da matris Thebanę, qui ab Agaue matre tua Thebana diſcerptus es. Tacebere, a nobis, q: non cōmemorabo, et tacebere tu. Lycurge, rex Thracię. Acte furijs, q a furijs impulſus es. In tuum genu, nam dum putabas vites incidere crus a genu abſcidiſti. Ecce libet, vellem cōmumorare Tyrrhenos nautas, ſed non pertinet ad pręſens argumentum. Bacchus crediderat ſe Tyrrhenis nautis, vt eū Naxon deferrent, qui cum illi vim inferre putarēt in delphinos mutati ſunt, de hoc etiam in Meta. Ecce libet dicere piſces ſubitos, delphinos repente factos. Et monſtra Tyrrhena, Tyrrhenos nautas in delphinos ſubito conuerſos. Sed non eſt opus huius carminis, non pertinet ad hoc carmē. Ea enim in Meta. carmine Heroico ſcripſit, nunc in hoc Elego non ſunt repetenda, pręterea non cōuenit huic argumento, q: nunc non agimus de his, ſed de libis, ad quę vocatur ab anicula populus. Opus huius carminis eſt, quaſi ptinet ad hoc carmen. Exponere cauſas quare, quibus cauſis. Vilis anus vocet populus ad ſua liba, vetula, quę liba finxerit, ad ea populum vocat. Nam ab ea accipit populus in feſto Baccho, poeta rōnē aucupatur primis libationibus, quę ab ipſo fuerunt inſtitutę, pręſertim cum victor rerum primitias magno Ioui offerret, ſic in Libero patre liba et libamina dicta. O liber, o Dionyſi, ſeu Bacche. cur Liber in primo diximus. Arę fuerunt ſine honore, ſine ſacrificio. Ante tu. ortus, antq̄ tu natus eſſes. Et herba fuit reperta in gelidis focis, in locis vbi poſt ortum Bacchi arę ſunt conſtitutę herba erat, ideo foci gelidi, q: nulla fiebant ſacrificia, nullus erat in ea vſus ignis, nulla victima torrebatur, nulla thura cremabantur. Te memorant, te dicunt o Liber. Sub acto Gange et toto orie

Bacchus maxie ſuſt ipius ? Pentheū ē Lycurgum

Liba et libamina a libero dicta

> *Ante tuos ortus arę ſine honore fuerunt*
> *Liber, & in gelidis herba reperta focis.*
> *Te memorant Gange, totoq; oriente ſubacto.*
> *Primitias magno ſuppoſuiſſe Ioui.*
> *Cinama tu prius, captiuaq; thura dediſti,*
> *Deq; triumphato viſcera toſta boue.*
> *Noīe ab auctoris ducunt Libamina nomen,*
> *Libaq;, q ſacris pars datur inde focis.*
> *Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem*
> *Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.*
> *Ibat arenoſo Satyris comitatus ab Hebro.*
> *Non habet ingratos fabula noſtra iocos.*
> *Iāq; erat ad Rhodopē, Pāgeaq; flumīa vētū,*
> *Aeriferę comitum cū crepuere manus.*

te, poſtq̄ domuiſti et ſubegiſti populos totius orientis, Indos pręſertim, per quos Ganges flu. vij. alueis fluit in orientem Solem. Suppoſuiſſe primitias magno Ioui, obtuliſſe Ioui primitias prędę ē fructuum partes. Primitię. n. fructuum dijs offerebantur, de ijs in. ij. lib. diximus, legit in alio codice, Sepoſuiſſe. Tu pmus, o Bacche Liber pater. Dediſti, obtuliſti Ioui. Cinnama, quę maxime quidem naſcūtur in Aethiopia Aethiopia Trogodis teſte Pli. At in Meta. in Panchaia Arabię regione naſci dñr, ſit diues amomo, Cynnamaq;, coſtumq; ſuum, ſudataque ligno Thura ferat, floreſq; alios Panchaia tellus. Et thura captiua, captiuorum Arabū, quos ſubegiſti, tu primus ea Dijs conſecraſti. Et viſcera toſta, cocta. De boue triumphato, de boue rapto ab hoſtibus, de quibus triumphaſti.

NOMIne ab auctoris ducunt Libamina nomē, liba quidem (vt diximus ſecundum Varronem) a libando dicta ſunt, q: libandi cauſa fiant. Libamina vero a Libero (vt Naſoni placet hoc loco) cuius feſta idem Varro ſcribit, dicta Liberalia, q per totum oppidum eo die ſacerdotes liberi ſederent hedera coronati cum libis, et foculo ſacrificantes. Ea liba e farre et melle conſtabant apta ſacris, vt inquit Seruius. Quod ſacris pars datur inde focis, dictum inquit Libum, q eius particulę focis ſacris ſiue aris libentur. Hebro, fluuio Thracię cuius prouincię mons eſt Rhodope, cui a regina Thracum Rhodope ibi ſepulta nomen inditum putant. Ibi et Pangea ſunt, quę iunguntur Macedonię, vt Video Pangea niuoſis Cana iugis. Vnde auctor ſubiungit. Pangeaq; flumina, e Pangeo fluentia, quod Thracię promontorium eſſe Beſſis conterminum conſtat, ad cuius radices fluit amnis, quem Moeſtum vocant. Aera ſequunt apes, Virg. in quarto Geor. Curetum ſonitus, crepitantiaq; ęra ſequunt. Gaudent apes (teſte Pli.) plauſu atque tinnitu ęris eoq; conuocantur, quo manifeſtum eſt, vt ides putat auditus ſenſum eis ineſſe, quis nonnulli aliter ſentiant, ijſdem inimica eſt Echo reſultanti ſono, a quo pauidę alterno ictu pulſantur, vt Aut vbi concaua pulſu Saxa ſonāt, vociſq; offenſa reſultat imago. In arbore claudit inani, nouimus apum, aluearia interdum fieri e cauis arborum truncis. Leniſq; ſe. Silenum dicit. Diſſimulatq; ſe. nemini rem aperit, vt ſolus melle auditi examinis potiretur. Millia crabronum coeunt, hę volucres ex equis creantur, di cuntur q; interficere hominem ictibus. xxvij.

Cynnama

ANT. FAN.

Libamina

Hebrus

Pangea

Apes gaudēt tinnitu ęris

Crabrōes ictibus xxvij occidūt hominem

PAV.
MAR.

LIBamina, libationes quęcunq; in ſacris liban
tur. Ducunt nomen a nomine auctoris, a Libe
ro patre, qui primus Ioui libauit, dicta ſunt Liba
mina, Et liba, a libaminibus, ſeu libando ab ip
ſo Libero. Quod pars, liborum ſcilicet. Inde, a
libationibus. Datur ſanctis focis, offertur aris,
ideo Varro oſtendit
liba dicta, quod libandi
cauſa fiunt. Fictores
dicti a fingendis li
bis, et Saturnio in car
mine, Libaq; fictores
argeos, et tutulatos.
Libum panis genus
erat, et melle infunde
batur, ſed plura dixi
mus in primo libro.

Liba fit
ex pane
et melle

Liba, ita (vt dixi
mus) infuſa melle.
Fiunt Deo, hoc eſt
ipſi Baccho. Quia
idem, Bacchus. Gau
det dulcibus ſuccis,
hac cauſa liba Baccho
offeruntur, quia dul
ces ſucci et liquores il
li grati ſunt, veluti mella, quę ipſe adinuenit, ideo
hic. Et ferunt, dicunt. Mella reperta a Bac
cho, quaſi mellis inuentorem. pri. lib. diximus. Id
nunc poeta ipſi Deo aſcribit, refertque iocoſam Si
leni fabulam, cum auidus edendi mellis, crabro
num aculeis eſt infixus, et pro medela luto deli
nire vultum iuſſus eſt. Ibat, Bacchus. Comi
tatus Satyris, qui ſunt eius comites, vt in primo
diximus. Ab Hebro arenoſo, Hebrus Thracię
flu. prope Aenon vrbem in mare Aegeum influ
it. Noſtra fabula, quam nunc referemus. Non
habet ingratos iocos ſed gratos. Iamq; erat vé
tum, iam venerat ad. Rhodopen, Rhodope mós
eſt Thracię, ſic a Rhodope regina Thracum ſibi ſe
pulta cognominatus. Et ad Pangea flumina,
ad fluuios e Pangeo ſcaturientes. Pangeum enim
Thracię promontorium Beſſis conterminum, et
Macedonię iunctum Plinius inquit, ad cuius ra
dices fluit amnis Moeſtus. Et in Pangeo auri et ar
genti fodias eſſe teſtatur Herodotus. Manus co
mitum, Satyrorum, et Menadum, et cęterorum,
qui Bacchum comitantur. Aeriferę, geſtantes
tam cymbala, quam ęrea inſtrumenta, quibus colliſis
tinnitus ederetur. Concrepuere, inſonuere, vt
eſt illud Horatij, Quis poſt vina grauem militi
am, aut pauperiem increpat. Qui locus in eam ſi
gnificationem a Nonio adducitur. Ecce volu
cres noue, apes illis tunc ignotę. Actę tinniti
bus, ſonitibus qui fiunt ex ęris verberatione. Coe
unt, congregantur. Et apes ſequuntur ęra, ęris
tinnitum. Quo mouent ſonitus, quaſi quo fi
ent tinnitus ęris eo ſequuntur et apes. Et totus hic
a Virgilio locus in. iiij. Georgi. Nunc age naturas
apibus quas Iuppiter ipſe Addidit expediam, pro
qua mercede canoros Curetum ſonitus, crepitan

Pangeus
fluuius i
Thracia

De api
bus mul
ta digna
Virgi.

Bacchus
mel rep
perit

Ecce nouę coeunt volucres tinnitibus actę,
Quosq; mouent ſonitus ęra, ſequuntur apes.
Colligit errantes, et in arbore claudit inani
Liber, et inuenti prępmia mellis habet.
Vt Satyri, leniſq; Senex tetigere ſaporem,
Quęrebant flauos per nemus omne fauos.
Audit in exeſa ſtridorem examinis vlmo,
Aſpicit, et cęlat, diſſimulatq; Senex.
Vtq; piger pandi tergo reſidebat aſelli,
Applicat hunc vlmo, corticibusq; cauis.
Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus,
Atq; auide trunco condita mella petit.
Millia Crabronum coeunt, et vertice nudo

tiaque ęra ſequutę Dictęo cęli regem pauere ſub
antro. et pauloante, cum tradit quo pacto egreſſę
ex aluearijs apes reuocentur, ſic inquit, Hinc vbi
iam emiſſum caueis ad ſidera cęli Nare per ęſta
tem liquidam ſuſpexeris agmen, Obſcuramq; tra
hi vento mirabere nubem. Contemplator aquas
dulces et frondea ſem
per Tecta petunt, huc
tu ius aſperge ſapo
res, Trita meliſphyl
la, et cerinthę nobile
gramen, Tinnitusq;
cie, et matris quare
cymbala circum Ipsę
conſident medicatis
ſedibus, ipsę intima
more ſuo ſeſe in cu
nabula condent. Sic
Ouidius hoc in loco
ſequutas tinnitus in
quit, et cauo trunco
conditas, cum id mu
neris Baccho velit aſ
ſignari. Liber, Bac
chus. Colligit erran
tes, eas ſcilicet apes tin
nitus ſequutas. Et claudit in arbore inani, va
cua, hoc eſt in cauo arboris trunco, ſiue in ipſo
alueario. Et habent prępmia mellis inuenti, ha
bent laudem inuentionis mellis, nam verę lau
des ſunt virtutis prępmia. Vt Satyri, qui deguſta
uerant mella, capti ea dulcedine, inquirebant per
ſiluas, ſi ea in cauis arboribus inueniſſent. Sile
nus putauit ea inueniſſe, cum aduerteret faui ſi
militudinem, eo tacitus acceſſit, Crabrones et veſpę
infixere illi aculeos. Vt, poſtquam. Satyri, qui Li
berum patrem comitantur. Et lenis ſenex, Sile
nus de quo plura in primo. Tetigere ſaporem,
guſtauere ſaporem mellis. Quęrebant fauos fla
uos, flauentia mella. Per omne nemus, per om
nes ſiluas. Senex, Silenus. Audit ſtridorem exa
minis, hoc eſt apes ſtridentes, vel quas ipſe apes pu
tauit, cum eſſent crabrones et veſpę. In vlmo
exeſa, Caua, quam vetuſtas exederat. Aſpicit et ce
ras, nam et veſpę componunt inanes ceras ad ſi
militudinem faui. Et diſſimulat, quia videba
tur non vidiſſe, ne alij quoque aduerterent. Et
vt piger, quia ſenex. Reſidebat tergo aſelli pandi,
recurui, ſedebat in curuo tergo aſelli. Applicat
hunc, aſellum. Vlmo et cauis corticibus, non
enim deſcendit ex aſello, ſed cum eo ad vlmum ac
ceſſit et arborem ipſam aſcendit. Ipſe nixus, in
nixus arboris trunco. Conſtitit ſuper ramoſo ſti
pite, ſuper ipſo trunco. Atque auide, cum auidi
tate. Petit mella condita, quę ipſe illic eſſe exiſti
mabat. Trunco, ipſius vlmi. Coeunt Crabro
num millia, quaſi innumeri crabrones conueni
unt. Et deſigunt, deorſum infigunt.

Silenus
Bacchi
comes i
aſello pá
do

SPICVla, aculeos, quibus affixis excitatur dolor
et tumor. Limumq; inducere monſtrat, vt in
tuentes Sileni faciem luto oblitam mouerentur
ad riſum.

ANT.
FAN.

Spicula defigunt, oraq; prima notant.
Ille cadit pręceps, & calce feritur aſelli,
Inclamat ſocios, auxiliumq; rogat.
Concurrunt Satyri, turgentiaq; ora parentis
Rident percuſſo claudicat ille genu.
Ridet & ipſe Deus, limũq; iducere mõſtrat,
Hic paret monitis, & linit ora luto.
Melle pater fruitur, liboq; infuſa calenti
Iure repertori ſplendida mella damus.
Foemina cur pręſtet, nõ eſt rationis opertę,
Foemineos thyrſo concitat illa choros.
Cur anus hoc faciat quęris? vinoſior ętas
Hęc erat, & granidę munera vitis amat.

ad riſum, perſuaſit Sileno vt ad tollendum dolorem, tumoremq; ori & capiti limum induceret, quamuis legi apud ſcriptores ac medicos probatiſſimos luti genus mederi eiuſmodi morſibus. & hauſtum cum vino, et illituꝫ cum aceto. Splendida mella, electa et pura qualia ſacris adhiberi oportet. Foemina cur pręſtet, ſi quęris cur in feſto Bacchi foemina potius q̃ vir populo liba ſuppeditet. ratio in promptu eſt, qꝛ foeminaruꝫ ac Menaduꝫ greges Bacchum ſequebantur, quas thyrſos gerentes Deus concitabat. conſtat. n. Bacchum (teſte Diodoro) peragrantem orbeꝫ duxiſſe exercitum non virorum tantum, ſed etiã mulierum. Vnde in multis Grecię ciuitatibus cum Trieteria aduenissent mulieres in vnum conueniebant, et virgines thyrſos gerentes Liberum patrem hymnis et cantibus venerabantur. Cur anus hoc faciat quęris, qꝛ vino ſenectus et gaudet et indiget, vt lacte infantia, diciturq; vinum lac ſenis.

Quare foeminę potius q̃ viri celebrãt feſta Bacchi

PAV. MAR. SPICVla, aculeos. Vertice nudo, nudato et detecto Sileni capite. Et notant, ſignant aculeis, quem ſubitus tumor ſequitur. Prima ora, vultum ipſiuꝫ in ſuperficie. Crabrones ex mulis, Veſpę ex aſinis, Fuci ex equis, Apes ex bubus naſcuntur, et de his quoq; in primo. Ille, Silenus. Cadit pręceps, decidit ex arbore cum capite deorſum.

Et feritur calce aſelli, aſellus Sileni caſu exterritus illius genu calce percuſſit. Inclamat ſocios, vt ei ferant opem. Et auxilium rogat, rogãdo petit, vt ipſi ſuccurrantur, qꝛ tollere ſe humo nõ poterat. Satyri concurrunt, ad clamorem Sileni.

Et rident ora turgentia, vultum iam tumefactum Crabronum ſpiculis infixis. Parentis, ipſius Sileni ſenioris. Ille, Silenus. Claudicat genu percuſſo, quod calce percuſſerat aſellus. Ridet et ipſe Deus, Bacchus. Non ſine artificio fabellas huiuſmodi immiſcet poeta, quoniam (vt in primo diximus) ſacra et feſta Bacchi ioco et riſu abſoluebantur, ſeruat et ipſe morem in ſacroruꝫ deſcriptione, fabellas immiſcet, quę riſum mouent.

Et monſtrat, Bacchus. Inducere limum, lutum, hoc eſt ſuperponere ori tumenti lutum.

Hic, Silenus. Paret monitis, facit qđ ille monuerat, et linit ora luto, vt augeret riſum delinit ille vultuꝫ luto. Pater, Liber ipſe. Fruitur melle, redit ad propoſitum, qꝛ mella Baccho libantur, nam eius eſt inuentum. ideo fruitur, hoc eſt veſcitur melle, cuius vſum adinuenit. Iure, merito igitur. Damus, offerimus. Mella ſplendida, nitentia. Infuſa libo, de quo agebamus. Calenti, nam tũc plus mellis haurit. Repertori, Baccho. merito liba calentia melle infuſa Libero patri offerũtur, cui mellis inuentio aſſignatur, & a quo Libamina ipſa dicuntur. Foemina, cur foemina potius q̃ mares huic liborum muneri prępoſita ſit. Eamq; rationem affert, ꝙ ſecũ Bacchus puellas comites ducat thyrſum ferentes, et in Grecia in feſtis Trietericis, et in Orgijs mulieres conueniunt cũ Thyrſis, & in choreis bacchãtes.

Miraculum Bacchi quo liberauit Silenum ab aculeis Crabronum

Non eſt opertę, ſed apertę. non occultę, ſed manifeſtę rõnis. Cur pręſit foemina, cur foemina ſit, quę ad liba populum vocet. Ille, Bacchus. Concitat, cõmouet. Thyrſo, quę eſt haſta pãpinis inuoluta. Choros foemineos, quos ſecum ducit, nã ducebat Menadas. Vt Diodo. inquit. Cur anus, nunc illuc quęrit cur potius vetula, q̃ adoleſcentula id faciat, ratio eſt, ꝙ anus plus appetit et plus vini haurit, quã adoleſcẽtulę. illa. n. ſenilis ętas cum ſit effoeta, et paruꝫ ſanguinis habeat, et ob id frigeat, vino alitur, calet, et vires ſuſcipit. vnde in prouerbio eſt, Vinuꝫ eſſe lac ſenum. Tu quęris cur anus, vetula. Faciat hoc. i. pręſit libis. Hęc ętas, ſenilis ſcilicet. Erat vi. magis hauriens vini, et ſic magis ebria. Et amat munera vitis granidę, amat vina et vuas, quę e granida vite leguntur, vnde vinuꝫ exprimitur. Vitis granidę, per tranſlationeꝫ a pręgnantibus, qꝛ quoq; foetum vitis parit.

ANT. FAN. CVR HEdera hęc cincta eſt, oportebat eandem anum cinctam hedera liba populo miniſtrare.

Hedera Baccho gratiſſima

Hedera eſt gratiſſima Baccho, Oui. in primo Triſtium, Deme meis hederas Bacchica ſerta comis. Hac Alexander coronato exercitu ex India rediijt exemplo Liberi patris, vt ſcribit Pli. cuius Dei thyrſos, galeas, et ſcuta Thraces hedera ornabant in ſolennibus ſacris, quã mirum eſt (vt idem inqt) vllo in honore habitam eſſe, cum ſerpẽtium frigori ſit gratiſſima & inimica omnibus ſatis, hinc eſt ꝙ eã Plut. tradit hominibus inutilem eſſe, ſterilemq;, ac non temere in ędibus ali, innaſciq; permiſſam. Sciẽdum apud Lacedęmonios ſimulachrum Liberi patris coli ſolituꝫ haſta inſigne non thyrſo, cuius mucro hedera tegebatur, vt ſcribit Macrobius, quod oſtendebat impetus belli vinculo quodã patientię obligandos, habet enim hedera vinciendi, obligandique naturam. Ea in tutela Liberi eſſe putabatur, auctore Feſto, quia vt ille iuuenis, ſemper ita hęc viret, vel quia ita omnia ſicut ille mentes hominum alligat, Dicta eſt autem he-

Hedera vnde appellatur

Bacchi ſimulachrũ cũ cornibus

dera ꝙ hęreat, vel ꝙ edita petat, vel quod id cui adhęſerit edat. Bacchi ſimulachrum cornua geſtabat, vt diximus, vel vt proteruitas ſignificaretur et contumatia, vel ꝙ (vt Diodo. ſcribit) ferunt Hãmonem Bacchi prẽm vſum in bello galea, cuius inſigne fuit Arietis caput. Vnde et Bacchę cornua ſumebant, et ceratophori dicebantur.

Cur hedera hęc cĩcta ẽ? hedera ẽ gratiſsĩa Baccho.
Hoc q̃z cur ita ſit dicerẽ nulla mora ẽ.
Nyſiades nymphas, puerum q̃rente nouerca,
Hanc frondem cunis oppoſuiſſe ferunt.

Puerum quęrente nouerca, Hanc frõdez cunis &c. Iunone Bacchum infantez quęrente vt perderet, ferũt Iouem euz dediſſe Mercurio deferendum ad antrum Nyſę vrbis Arabię, cuius ſupra meminimus, vbi a nymphis ſummo ſtudio educatus eſt, quas auctor hic fabulatur oppoſuiſſe Iunoni frondem hederę cunis infantis, ac arbore circunſeptis.

PAV. MAR.

CVR He. cin. eſt, quęrit hederę cauſam, nã anus illa hedera cingitur, et Menades, et quęcunq; Baccho ſacrificantes hedera vtebantur, poeta originez moris aucupatur ab incunabulis Bacchi, quoniã nymphę quę educabant, tegebant cunas hedera, ne puer a Iunone videret. Verum pro corona Liber pater eſt vſus hedera, ad cuius exẽplum (vt inquit Plin.) Alexander hedera exercitu coronato victor ex India rediuit, ſed (vt Plut. oſtendit) Flaminem Dialẽ committere piaculum ſi hederam attigiſſet, nec iter inde facere poſſe, vbi vmbraculũ aut arbuſtum deſuper promineret. et ſubdit rationes. An hoc ſimile ei eſt quod dr̃, De curru non non eſſe, choenici non inſidere, ſcopam non tranſcendere, non ꝙ hęc Pythagorici vitant, ſed ꝙ per hęc ab alijs deterreant. Nam ꝙ ſub vitem ingredi prohibent, ad vinum referebant, ꝙ ſacerdoti ebrium fieri nefas eſſet. Temulentis. n. vinum ſupra caput eſt, et deprimuntur omnes ebrij, et humiles fiunt, cum hanc ipſam voluptatẽ vincere oporteat, non ab ea vinci. Hederam vero tanq̃ ſterilem, hoibus inutilem, et pp fragilitatem adminiculo alterius ſemper egẽtem, vmbra ſolum ac viriditate oculos capientem, non temere in ędibus alij atq; innaſci permiſerunt. Quippe quę plantas complexa maxime noceret, nec ſolo extirpari facile poſſit, quo fit, vt cęleſtium tẽplis penitus amoueatur. Nec in ęde Palladis Athenis, ac Thebis quiſq̃ facile hederã videat. Nocturnis vero ſacris, & Bacchanalibus adeſt. An et hoc quoq; miſticũ quoddam ſignum erat, vt a Thyrſis, ac reliquis Bacchanationibus abſtinerent. Nam quę Bacchicis furoribus mulieres correptę fuerint, ad hederam ſtatim ferunt, et abreptam manibus diuellunt, dẽtibus lacerant, vt nõ omnino incredibilia dicere videant, qui aſſerunt hederam, ꝙ ſpiritũ habeat, quo mentes in furorez concitet, et loco moueat. Ebrietatez abſq; vino inducere, & hylares eos reddere, q in furorem ꝓclines fuerint &c. Cur anus ipſa eſt cincta hedera, cur eo die ſe hedera cingit, & coronam fert ex hedera, rationem mox ſubiungit. Hędera eſt Bac. gra. ſed quare gratiſſima. Nulla mora eſt dicere,

Alexãder cũ exercitu Hedera coronato ex India rediũt

non retardabor in dicendo hoc quoq; cur ita ſit, cur longe gratior cęteris frondibus. Ferunt, dicunt. Nymphas Nyſiades, a Nyſa vrbe Arabię, quibus ab Ioue nutriendus eſt datus puer. Oppoſuiſſe hanc frondẽ cunis, quaſi texiſſe cunas vbi puer iacebat hedera. Quęrente nouerca, cũ quęreret priuignũ Iuno, quę euz perdere volebat. Reſtat vt inueniam, ſecũda pars propoſiti. Eo Bacchi feſto menſe Mar. adulecẽtes nobilium filij relicta p̃texta virilem togaz ſumebant, cauſas eas affert, vel ꝙ adulecens Bacchus figuretur, vel q pater dicat, iure a patribus illi filios cõmendari, vel q liber eſt, in eius feſto libera accipienda toga, vti et illis liberior vita permittitur, vel ꝙ tum maxime dabatur, cum rei ruſticę veteres incũbentes vrbez in feſto Bacchi repetebant, quo adeſſent, et eo die pueris toga daretur. Verum (vt rẽ altius repetamus) pręrexta & bulla erant illuſtrium puerorum veſtes, quarum altera magiſtratuum, altera triũphantium erat De quo Vectius apud Theodoſium hęc inquit, Tarquinius Priſcus, quem Lucumonem vocitatũ ferunt, rex tertius ab Hoſtilio, Quintus a Romulo, de Sabinis egit triumphum. Quo bello filium ſuum, annos quatuordecim natum, ꝙ hoſtem manu percuſſerat, et pro concione laudauit, et bulla aurea, prętextaq; donauit, inſigniens puerum vltra annos fortem, prẽmijs virilitatis, et honoris. Nam ſicut prętexta magiſtratuum, ita bulla geſtamen erat triumphantium, quam in triumpho prę ſe gerebant, inclufis intra eam remedijs, quę crederent aduerſus inuidiam valentiſſima. Hinc deductus mos vt prętexta, et bulla in vſum puerorũ nobilium vſurparentur ad omen ac vota conciliandę virtutis ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſarunt. Alij putant eundem Priſcum, cuz is ſtatum ciuiuz, ſolertia prouidi principis ordinaret, cultum quoq; ingenuorum puerorum inter pręcipua duxiſſe, inſtituiſſeq;, vt patricij bulla aurea cũ toga, cui purpura prętexitur, vterentur dumtaxat illi quorum patres curulem geſſerant magiſtratum. Cęteris autem vt prętexta tantum vterentur indultum, ſed vſq; ad eos, quorum parentes equis ſtipendia iuſta meruiſſent. Libertinis vero nullo iure vti p̃textis licebat. Ac multo minus peregrinis, quibus nulla eſſet cum Romanis neceſſitudo. Sed poſtea libertinorum quoq; filijs prętexta conceſſa eſt, ex cauſa tali, quam M. Lęlius augur refert, qui bello Punico ſecũdo duum viros dicit ex ſenatus conſulto, propter multa ꝓdigia libros Sibyllinos adiſſe, et inſpectis his nunciaſſe in Capitolio ſupplicãdum, lectiſterniumq; ex collata ſtipe faciendum ita, vt libertinę quoq;, quę longa veſte vterẽtur, in eã rem pecuniam ſumminiſtrarẽt. Acta igitur obſecratio eſt pueris ingenuis, itemq; libertinis, & virginibus patrimis, matrimiſq; ꝓnunciantibus carmẽ. Ex quo conceſſum, vt libertinorum quoque filij,

Vectius adud Theodoſiũ de bulle cõſuetudine

Bulla aurea cum toga

Marcus Lęlius augur iſtituit de bulla nobiliũ et Libertinorum diſferẽtiam

que filij, qui ex iuſta dūtaxat matrefamilias nati fuiſſent, et totam pretextam, et lorum in collo ꝓ bullę decore geſtarent. Verrius Flaccus ait cūꝫ populus Romanus peſtilentia laboraret, eſſetq; reſpōſum id accidere, quod Dij deſpicerent, anxiam vrbem fuiſſe, qꝫ non intelligeretur Oraculum. Eueniſſetq; vt circenſium die puer de cœnaculo pompam ſuperne deſpiceret, et patri referret, quo ordīe ſecreta ſacrorum in arca pilenti compoſita vidiſſet, qui cum res geſtam ſenatui nūciaſſet, placuiſſe velari loca ea, qua pompa veheretur. Atq; peſte ſedata, pueruꝫ qui ambiguitatem ſortis abſoluerat, togę et pretextę vſuꝫ munus impetrauiſſe. Vetuſtatis peritiſſimi referunt in raptu Sabinarum, vnam mulierem nomine Herſyliam, dum adhęreret filię ſimul raptam, quam cum Romulus Hoſto cuidam ex agro Latino, qui in Aſylum eius ꝯfugerat, virtute conſpicuo vxorem dediſſet, nam natum ex ea puerum, anteq̄ alia vlla Sabiarum partum ederet, eumq; quod primus eſſet in hoſtico ꝓcreatus Hoſtum Hoſtilium a matre vocitatum, et eundem a Ro. bulla aurea, ac pretextę inſignibus honoratum. Is enim cum raptas ad cōſolandum vocaſſet, ſpopondiſſe fertur, ſe eius infanti, quę prima ſibi ciueꝫ Romanum eſſet nixa, illuſtre munus daturꝫ. Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, vt cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inſpicientes, ita demum ſe homines cogitarent, ſi cordę predarent. Togamq; pretextam his additam, vt ex purpure rubore ingenuitatis pudore regerent. De bulla autem Plutar. Prob. ci. Cur pueros monilibus, quę vocant bullas exornant. An honoris raptarꝫ cā, vt alia multa, ſic et hoc ꝯſtitutum eſſe voluerunt, his quos eis ſuſcepiſſent. An Tarquinij virtutem honorandam putarunt. Ferunt. n. Tarquinium cū puer adhuc eſſet in ꝑlio aduerſus Latinos, et Hetruſcos in hoſtes impetum feciſſe, cūq; ex equo defluxiſſet, excepto hoſtium impetu, Romanos confirmaſſe, hoſtibus in fugam conuerſis. Cum pluſq̄ ſexaginta millia hoſtium eo prelio cecidiſſent, hoc a patre, et rege decoris inſigne accepiſſe. An apud maiores nr̄os ſpecioſum ſeruum donare turpe non exiſtimabat, quemadmodum, nunc quoq; Comędię teſtimonio ſunt. Pueris autem liberis vehemētius abſtinebant, ac ſi forte accideret, vt in pueros nudos inciderent, ne ambigerent, hoc inſigne liberi ferre conſueuerunt. An vel ad moleſtiam ꝯſeruandam, hoc etiam pertinet et intemperantię, ac flagitij frenum eſt cum virum agere eos pudeat anteq̄ pueritię inſignia deponant. Nam qꝺ Varro ſcribit veriſile non eſt, cū Æoles bullā bollā ꝓferāt. Hoc ꝯſulis inſigne pueros īdui ſolere. Sed vide ne

Plutar. opionē ꝺ bulla nota ēt ſm Varronē

hoc quoq; propter Lunam ferunt, nam Lunę figura, cum plenilunium eſt, non globoſa eſt, ſed lētis formaꝫ oſtendit, et queadmodum opinat Empedocles illud ēt, qꝺ ſubiectum eſt, non modo qꝺ apparet. Hęc diximus de bulla et ꝑtexta, qua rōne pueris datę, vt intelligeret. In adoleſcentia vero relicta ꝑtexta, virileꝫ togam ſumebāt, ea erat liberior veſtis pro liberiore ętate. Inde ī Triſtibus, Liberior fratri ſumpta, mihiq; toga. Ea. s. rōne, ꝙ puerilia oīa deponerent, et virilia induerent, eēntq; vitę liberioris, ſed ad poetam redeamus.

*Reſtat vt inueniam, quare toga libera detur,*
*Lucegeris pueris candide Bacche tua.*
*Siue ꝙ ipſe puer ſemper, iuuenisq; videris,*
*Et media eſt ętas inter vtrunq; tibi.*
*Seu qꝛ tu pater es, patres ſua pignora natos*
*Commendant curę, numinibusq; tuis.*
*Siue ꝙ es liber, veſtis quoq; libera per te*
*Sumitur, ꝯ vitę liberioris iter.*
*An quia, cum coleret priſci ſtudioſius agros,*

ANT. FAN.

QVAre toga libera det, Lucegeris pueris candide Bacche tua, mos fuit apud Romanos, vt nobiles adoleſcentes in feſto Liberi patris, cum ętas poſtularet, dēpoſita ꝑtexta virilem togā induerent, quod genus veſtis a tegendo dictum, vt auctor eſt Varro, veteres ad calceos vſq; dimittebant, ſicut Gręci pallium, teſte Quintiliano, qui mirat ſcripſiſſe Plinium ſꝫ Cice. id facere ſolitum velandarꝫ varicum grā. Fuit aūt iuſto togę menſura ſex vlnarꝫ, vt ait Porphy. quā veſtem induit Virgi. (auctore Ser.) cum eſſet annorꝫ. xvij. et Auguſtus Cęſar (vt ait Sueto.) libris ſenatorꝫ protinus ꝑmiſit induere, vt celerius reip. aſſueſcerent. Sed vtebant pueri anteq̄ virileꝫ ſumerent togam, alij ꝑtexta tantum, q̄ olim regum et magiſtratuum fuit, vt Diomedes grāmaticus ſcribit. Alij toga pretexta patricij dūtaxat, atq; hi quorum patres curulem magiſtratum geſſiſſent, vt ait Macro. Id autem amictus genus, cui purpura pretexebatur, vt ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore regerentur, ab. A. Gel. toga dicit. Virilis vō toga ideo libera dicitur, vnde eſt illud Propertij, Ante Deos libera ſumpta toga es, ꝙ qui eam iduiſſent liberius viuerent. Statius in Siluis, Quem nō corrumpit pubes effrena, noueq; Libertas properata togę. Poſtea vero toga in vſum venit pauperum tantum, vt quibuſdam placet, quos interdū Martialis togatos vocat, et fœminę adulterij ꝯuictę cogebantur togatę in publicum procedere, vt ſcribit Porphyrio. Sumebant autem pueri togam virilem in feſto liberi patris ob ętatis ꝯuenientiā, quę pueris eſt iam maturis togę ſumendę, cuꝫ hoc Deo, cuius ętas media dr̄ inter pueritiam et iuuētam, vel vt cōmendarentur a parentibus Libero, quem Romani patrem vocant, vt quos pędagogi cura deſtituit, numinis tutela ſuſciperet, vel ꝙ dicere videbatur in feſto Liberi patris ſumi ab his liberam togaꝫ, qua liberioris uitę iter ingrederentur, vel vt adoleſcentium frequentia ludis liberalibus non deeſſet, cum ad eos multi non religione ſed togę ſumendę ſtudio ꝯuenirent. De ꝑtexta, toga, ē bulla puerorꝫ lege Macro. Conſtat aliqñ togā anno. xxiiij. ſumi ſolitam. Media ętas, adoleſcentia

Virilē togā iduebāt in feſto Bacchi

Togę menſura

Pretexta

Toga libera

Mulieres īpudicę cū toga ꝑcedebant

Et faceret patrio rure ſenator opus,
Et caperet faſces a curuo conſul aratro,
Nec crimen duras eſſet habere manus.
Ruſticus ad ludos populus veniebat in vrbē.
Sed Diis, non ſtudijs ille dabatur honos.
Luce ſua ludos vuę commentor habebat,
Quos cum tędifera nunc habet ille Dea.
Ergo vt tironum celebrare frequentia poſſet,
Viſa dies dandę non aliena togę.

media inter pueritiam et iuuentam. Seu qꝛ tu pater es, Romani (auctore Macro.) Martem ac Liberum vnum, eundemq; Deum eſſe voluerunt, et vtrunq; patris appellatione venerati ſunt, vt diximus ſupra. Vnde illud eſt, Huc pater o Lenęe veni. Seruius, Pater, inquit, licet generale ſit omniū Deorum, proprie tamen Libero ſemper cohęret, nam Liber pater vocatur.

Pr̄ eſt nomen generale ad pl'es Deos

PAV. MAR.

REſtat, ſupereſt. Vt inueniam quare detur toga libera, qua ratione liberior veſtis detur. Pueris, adoleſcētibus, nō eniꝫ in puerili ętate, ſed in adoleſcētia dabatur. O candide Bacche tuis lucegeris, tuis feſtis. Siue quod ipſe puer, vel ꝙ ſemper tu videris adoleſcens. Semper iuuenis, ex his duabus ętatibus, hoc eſt puero et iuuene, erit adoleſcens, qꝛ nec penitus puer, nec omnino iuuenis. Ideo ſubdit. Et media ętas eſt tibi inter vtrunq;, inter pueritiam et iuuentam, ſic erit adoleſcentia, ergo quia adoleſcens Bacchus fingitur, in eius feſto adoleſcēti toga datur. Seu qꝛ tu pater es, vel qꝛ Liber pater diceris. Patres cōmendant ſua pignora, natos, hoc eſt ipſos filios. Curę et numinibus tuis, tuo numini, et tutelę filij cōmendantur, iure eo quo pater diceris. Siue quo es liber, qꝛ a libertate tu liber diceris, et ſub tuo patrocinio ſunt vrbes et populi, qbus tu auctor es libertatis. Veſtis quoq; libera, toga ipſa liberior. Sumitur per te, hoc ē per libertatem tuam, cui tu quidem pręes, et ſumitur iter vitę liberioris, nā tū primum illa ętas ſuccūbere pędagogo deſinit et pṁā q̄ꝫ rennit diſciplinā.

In feſto Bacchi ſumebat toga libera

An qꝛ cum priſci, veteres ipſi. Colerent agros ſtu. maiore diligētia et cura rem ruſticā exercerēt. SENAtor, ſenatores quoꝙ manibus olim agri colebantur, ſed et conſules, imperatoresq; idem faciebant gaudente terra (vt inquit Pli.) vomere laureato. Dijs non ſtudijs, religioni ac Deoꝝ cultui, non cupiditati et voluptati. Vuę cōmentor, cōminiſci a con et mente dictum putatur, cum ea fingunt in mente quę non ſunt. Hinc eſt ꝙ cū cōminiſcentes noua excogitemus ē inueniamus. Cōmētor hic ꝑ inuentore ponit. Quos cū tędifera nunc habet ille Dea, Cerere, cuius ſacerdotes cum facibus diſcurrebant, ſicuti et Dea fecerat ad filiaꝫ indagandam. Papinius Tuq; actea Ceres curſu cui ſemper anhelo Votiuaꝫ taciti laſſamus lampada myſtę. Huius Deę ſacra Romanos liberalibus ꝯiūxiſſe aperte qdem auctor oſtendit hoc loco, ſed et Virgi. haud occulte q̄uis non intellectus a Seruio in. i. Geor. vt Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret, Cui in lacte fauos et miti dilue Baccho. Et latenter Claudianus, qui Bacchum ex adytis Cereris ingredientē inducit. Bacchi nomina diuerſa ſunt a Gręcis ac Latinis deducta vocabulis, quoꝝ

ANT. FAN.

Cōminiſci cōmētor ꝑ inuento re hic Sacra Cereris liberalibus ꝯiūcta

rationem ab alijs hoc tempore non male traditā ſilentio pręterimus. Tironum, adoleſcentium, q̄ Tiro nis tiro eſt nouus miles. Itur ad Argeos, Numa Pompilius multa loca (vt Liuius ſcribit) ſacris faciendis dedicauit, quę Argeos pontifices vocabant, quos Varro dictos putat a principibus, qui cū Hercule Argiuo venerſit Romam, et in Saturnia ſubſederunt, de q bus ſuo loco pl'a dicemus. Ad eos Flaminica Dialis cuꝫ iret nec capillo ꞇ pexo, vt apd A. Gel. legimus in his locis et. xvi. et. xvij. calen. Apriles Romani rem diuinam faciebant.

Argeos

ET Senator, ipſi ſenatores. Faceret. o. proſcinderet terram, effoderet, ſereret, et quod in. i. libro dixerat, Paſcebatque ſuas ipſe ſenator oues et Pli. inquit, Et ipſorum tunc manibus imperatorum colebant agri. Rure patrio, agello paterno. Et cum conſul caperet faſces, inſignia magiſtratus. A curuo aratro, dum proſcinderet agꝝ, vt eſt illud Plinij, Serentem inuenerunt dati honores Seranum vnde cognomen. Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quę prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam, ſed plura in primo li. in eo verſu, Iura dabat populo poſito modo conſul aratro. Nec eēt crimen quaſi non haberet turpe. Habere manus duras, duratas aſſiduo labore agriculationis. Populus ruſticus, qui ruri erat. Veniebat in vrbeꝫ ad ludos, diebus feſtis vrbem repetebat ex agris, vt ludis intereſſet. Sed ille honor, ludorum ſcilicet et ſolemnis celebritatis. Dabatur Dijs non ſtudijs, quaſi celebrabant diem feſtum in honorem Deorum immortalium, non ad explenda deſideria illorum, qui tunc in vrbem redibant, et ſi veniebāt, vt ludos illos viderent, tamen non Deorum cauſa, ſed Deorum immortalium exhibebant. Cōmentor vuę, Bacchus, qui ex vuis vinum exprimere, et ſeruare in vſum docuit, nam cōmentum dicimus fictum, vt in Meta. Cōmentaq; funera narrat, ideſt ficta, et cōmentum aliquem in aliqd dicimus, cum multa fingit et componit, quę pertineant ad illud aperiendum, et dilucidanduꝫ Sic commentorum vuę Bacchum dicemus, qui occultum in ea fructum aperuit, et rationem oſtendit.

PAV. MAR.

Habebat ludos ſua lu. ſuo die feſto exhibebantur ſibi ludi. Quos nunc ipſe habet cum tędifera Dea, qui hoc tempore ſibi et Cereri ſimul eduntur. Prius enim ſoli Baccho fiebant poſteritas illos cū Cerealibus iunxit, nec ab re, cum Dionyſius ſecundus Cereris filius creditus ſit, ipſaq; Ceres tędifera dicitur, quod tęda accenſa, filiam Proſerpinam quęrebat. Sacerdotesq; eius tęda quoq; ſacra celebrabant, vnde appellati ſunt δᾳδουχοι a δασδαδοσ, quod eſt tęda, ἔχω habeo. Ergo vt frequentia

Feſta Bacchi agebant cū Feſto Cereris

tironum, vt multitudo adoleſcentium frequens ex agris in vrbem redeuntiū. Poſſit celebrare, celebrem reddere diem. Dies, hęc. ſ. qua feſtum Bacchi celebratur. Non eſt viſa aliena, ſed conueniens. Dandę togę, qua toga adoleſcēti daretur. Tironum dixit per trāſlationem a nouis militibus, nam tiro nouus miles, ſic eos adoleſcētes tirones vocat.

Tiro dr̄ nouus miles ꝓprie

Mite caput, Bacchū precaī, vt faueat, quo fauente eius nomine coeptū opus ꝓſequaī. O pater, o Liber, o Bacche. Vertas huc, ad me. Caput mite. lene, ⁊ benignum. Et cornua placata, non tumida, non irata, ſed quieta, et lenia. Et des vela ſecūda

Mite caput pr̄ huc, placataq; cornua vertas,
Et des ingenio vela ſecunda meo.
Itur ad Argeos, qui ſunt ſua pagina dicet,
Hac, ſicut memini, prēteritaq; die.
Stella Lycaoniam vergit declinis ad Arctō
Miluius, hęc illa nocte videnda venit.
Quid dederit volucri ſi vis cognoſcere cęlū,
Saturnus regnis a Ioue pulſus erat,
Concitat iratus validos Titanas in arma,
Quęq; fuit fatis debita, tentat opem.

ingenio meo, trāſlatio a nauigātibus, hoc eſt aſpirato meo ingenio, quo ꝓſpero curſu proſequar, et ad finem deducā inchoatum opus. Itur ad Argeos, eodem die, quo Bacchi ſacra ſolēnia fiunt, et die qui pręceſſit, itur cum pōpa ad templuʒ Caſtoris et Pollucis, de quo templo diximus circa finē primi libri. Itur cum pōpa. ſ. Ad Argeos, ad Argeorum, hoc eſt Laconicoꝝ Deorum templa. Verum (et Var. et Pompeio teſte) Argeos vocabant ſcyrpeas effigies, quę per virgines Veſtales iaciebantur ſingulis annis in Tybrim,. de quo dicemus in v. libro. et Argea (vt Pomp. aſſerit) loca Romę appellantur, ꝙ in his ſepulti eſſent quidā Arginoruʒ illuſtres viri, hoc autem in loco poeta de Caſtore et, Polluce intelligit, vel ab Argis, ſeu ab ipſis Argeis. nam (vt arbitror) ipſa loca vbi poſtea cōſecratuʒ fuit ſacellum horum numinum apud aquam Iuturnā appellata fuere Argea. Nam ad radices Pallantij. Qui ſunt, Argei. ſ. Dicet ſua pagina, vbi inſcripta ſunt feſta ſtata. Naʒ in vetuſtiſſimis monumētis inſcriptio huius diei eſt, Pōpa ad templum Caſtoris et Pollucis duobus continuis diebus. Sic dicet ſua pagina vbi eſt ea inſcriptio, ⁊ inferius quoq; repetet ipſorum Deorum nomina.

Argei ad radices montis Pallantij

Itur hac die et p̄terita, q. xvij. et. xvi. calen. Aprilis. Sicut memini, hoc dixit, quia erat in Ponto, et diu non interfuerat his feſtis, ideo ſicut memoria repeto.

ANT. FAN.

STELLA Lycaoniā vergit declinis ad Arcton Miluius, hęc ſtella. xv. calen. Apri. oſtenditur Italię, teſte Plinio, quam qdam dicunt hoc tpe cum Libra in ortū chronicum tolli. Miluius autē auis (vt idem auctor ſcribit) e genere accipitrum eſt, quę quamuis rapaciſſima ſit, ac ſemp famelica, nihil tamen eſculenti vnq̄ rapuit ex funeꝝ ferculis, nec Olympię ex ara. Eadem flexibus caudę vr̄ docuiſſe gubernandi artē in mari, quę in cęlum tranſlata (vt auctor hic fabulatur) vergit ad ſeptētrionem, et in ortum fertur, vt Oui. tradit hoc loco. xv. calē. Apri. Iratus, Saturnus infeſtus Ioui, q eum regno deiecerat.

Miluius orit. xv. cal. Apri.

Miluius q ſua cauda docuit gubernaculuʒ in naui

Validos Titanas, gigantes. Hos (vt ait Ser.) irata terra aduerſus Deos creaſſe dicit in vltionem. Vnde et Titanes dicti apotis tiſeos. i. ab vltione. Alij aliter fabulantur. Tentat opē, vt immoletur taurus monſtroſus terrę filius, cuius mactator poterat vincere Deos immortales. Lege fatorum ſi adoleret eius monſtri viſcera. Immolat hūc Briareus facta ex adamante ſecuri, Briareus qui et ipsę monſtruʒ eſt; monſtroſuʒ animal domuit, terrę filius. Sępe. n. euenit, vt monſtruʒ mōſtri opera, et impiis manibus occidāt impiorum. Briareus ſecū dum fabulas centimanus fuit, et ipſe eſt Ægeon. Eſt autem inenarrabilis adamantis duritia, vt ait Plin. quod eius gemmę nomē oſtendit, dictę ab a particula priuatiua, et ſamazo,, qđ eſt domo, cuius vis cum ferrū, ignemq; contēnat hircino rumpitur ſanguine calido, et recenti. Iuppiter alitibus rapere imperat, recte dicimus impero tibi certare, et impero te certare.

Titanes

Briareus

Adamātis duritia

PAV. MAR.

STELLA Lycaoniam, ea nocte quę ſequitur oritur Miluius. et Plini. inquit Miluium Italię oſtendi. xv. calen. April. Sic a poeta non diſcrepat. Stella eſt in ſeptentrionali parte cęli, cuius fabula hęc refertur. Saturno ab Ioue pulſo, Titanes Ioui bellum intulerunt. Pepereratq; terra horrendū monſtrum anteriore parte taurum, poſteriore anguē. Quod ita monentibus parcis, ſtygiis eſt aquis interclusum. Cunq; fatum eſſet, qui belue adoleuiſſet exta, Deorum imperio potiturum, Briareus mactauit. At Miluius exta Ioui retulit, pro quo beneficio Iuppiter inter aſtra collocauit. Miluius ſtella, quem in ſtellam mutauit Iuppiter.

Briareus

Vergit declinis, prona ſeſe inflectit. Ad Arcton Lycaoniam, ad vrſam Lycaonis filiam, de qua in ſecundo. Hęc, ſtella. Venit videnda illa nocte, quę diem pompę ſequitur, ea quidem nocte ſe oſtēdit. Si vis cognoſcere, ſcire cupis. Quis dederit cęlum volucri, quis Miluium inter aſtra collocauit. Saturnus erat pulſus regnis a Ioue, Iuppiter filius patrem regno deiecit. inde eſt apud Virg. Arma Iouis fugiens,, et regnis exul ademptis. Iratus, Saturnus. Concitat in arma, in bella contra Iouem. Validos Titanas, fratres ſuos. ſed poeta intelligit de gigantibus. in ſubſequenti libro de Titanibus agemus. Et tentat opem, auxilium. Quę fuit debita fatis, quę fatali neceſſitudine debebatur, illi maxime qui monſtri illius exta adoleuiſſet. Tentauit ergo eam opem immolationis belue. Fuit ſatus matre terra taurus parte ſui, belua quę anteriore parte erat taurus nata eſt ex terra p appoſitioneʒ. Monſtrum mirabile, hoc eſt monſtroſa belua

Saturnus pulſus regno cęli a Ioue filio

Matre ſatus terra, mōſtrum mirabile, taurus
Parte ſui ſerpens poſteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluſerat atris
Parcarum monitu ſtyx violenta trium.
Viſcera qui tauri flāmis adolenda dediſſet,
Sors erat ęternos vincere poſſe Deos.
Immolat hūc Briareus facta ex adamante ſe-
Et iamiā flāmis exta daturus erat. (curi,
Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illi
Miluius, & meritis venit in aſtra ſuis.

admiratione proſequenda. Poſteriore, parte.s. fuit. Serpens, incipiebat a tauro, et deſinebat in anguem. Styx, inferna palus. Violenta, propterea ꝙ eſt irremeabilis vnda. Incluſerat in atris lucis, in obſcuris ſiluis. Hunc, taurū et anguem. Triplici muro, triplici murorum ambitu. a Marone locum accepit, Moenia lata videt triplici circūdata muro. Monitu trium parcarum, ita parcis iubentibus, quę tres ſunt, Cloto, Lacheſis, Atropos. Hę q̄ diſpenſant mortalia ſila ſorores. Erat ſors, erat reſponſum. vnde eſt, Hinc Lycię ſortes. Qui dediſſet viſcera tauri adolenda flāmis, qui taurum illum mactaſſet, et inteſtina cremaſſet. naȝ adolere interdum cremare eſt. vt Verbenasq; adole pingues, Et maſcula thura. Poſſe vincere Deos ęternos, ſuperare Deos bello, et potiri eoruȝ imperio. Briareus, de quo Vir. Et centuȝ geminus Briareus. et Horatius, Centimanus gigas, vnus ex terrę filijs. Immolat hūc, taurum.s. Securi facta ex adamante, ex lapillis inuiolabilibus, quorum (vt inquit Plin.) duritia inenarrabilis eſt, ſimulq; ignium victrix natura, et nunq̄ incaleſcēs. Vn̄ et nomen interpretatione gręca indomita vis accepit. & paulopoſt ſubdit, Siqdem illa inuicta vis duarum violentiſſimarum naturę rerum, ferri, ignisq; cōtemptrix, hircino rumpitur ſanguine, ac ne aliter, q̄ recenti, calidoq; macerata, et ſic quoq; multis ictibus. Tunc etiam prętereā eximias incudes, malleosq; ferreos frangens, cuius hoc ingenio quone caſu repertum, aut quę fuit cōiectura experiendi rem imméſi ſecreti, & in foediſſimo animalium omniū, profecto muneris talis inuentio hominis eſt. Nec q̄renda in vlla parte naturę ratio, ſed voluntas, vt cum feliciter rumpere cōtingit, in taȝ paruas frangitur cruſtas, vt vix cerni poſſint. Expetuntur hęc a ſculptoribus ferroq; includunt, nullam non duritiaȝ ex facili cauantes. Hęc diximus, vt credatur fieri poſſe ſecurim immixto adamante. Tali igit ſecuri Briareus beluam immolauit.

Cloto
Lacheſis
Atropos

Adamas lapis duritia inenarrabili, vt ait Plin.

Et iam erat daturus exta flāmis, quaſi tunc tūc cremare volebat exta. Iuppiter īperat alitibus, auibus. Rapere, imperat vt diripiāt exta anteq̄ adoleantur ab illo. Attulit, exta.s. Illi, Ioui.

Miluius, et venit in aſtra ſuis meritis, q2 eo beneficio Iuppiter aſtris intulit. Dicimus Miluium et Miluū, quem inter accipitrum genera refert Plin. et illud de eo inquit, Notatum in his rapaciſſimā ac famelicam ſemper alitē nihil eſculenti rapere vnquā e funerum ferculis, nec olympię ex ara, ac ne ferentium quidem manibus, niſi lugubri municipiorum īmolantium oſtento, et reliqua. Ob id quidem fabulę locus datus eſt, eripuiſſe exta ab oſtentoſa Briarei immolatione. Milui et ipſi hybernis menſibus latent, non tamen ante hirundines abeuntes.

VNA Dides media eſt, et fiunt ſacra Minerue. ANT. FAN.

xiiij. calen. Aprilis Quinquatria Minerue celebrātur, dictę (auctore Feſto) ꝙ poſt diē quintum iduū celebrentur, vt Triatrus, Sexatrus, et ſimilia. Primus .n. dies Quinquatruuȝ quintus poſt idus inuenitur. Quintum autem dicimus excluſis idibus non comprehenſis, vt ſępe fieri cōſueuit. Sic Oui. ſupra, Tertia poſt idus lux eſt celeberrima Baccho. Vbi niſi. xviij. diem menſis acceperis primum Quinquatruuȝ diem, non quintum ab atro, ſed quartum inuenies. Quinq; auteȝ diebus mos fuit Quinquatrus celebrari, quorum primus erat quidem expers ſanguinis, ꝙ eo die Mineruam nataȝ exiſtimarent, reliquis vero in harena gladiatores nudis enſibus pugnabāt. vt Hęc eſt armiferę feſtis de quinq; Minerue, Quę fieri pugna prima crueta ſolet. Quo tempore (vt inquit Porphyrio) pueri ludis inſatiabiliter vtebantur. Et quidam, teſte Plin. putandas generoſarum vitium per gulas tradiderunt. Sunt autem qui a quinq; et atro Quinquatrus volunt nomen accepiſſe, quod primum quinq; feſtorum Minerue quintum ab atro die ſit, qui poſt idus inuenitur. Sed his A. Gel. auctoritas reluctatur, qui docet, Quinquatrus dictas, q; quinq; ab idibus dierum numerus ſit, atrus vero nihil ſignificare, et eſſe nominis ſupplementum. Alij a quinq; dieruȝ numero Quinquatrus, quod Pallas a Romanis hoc tempore non vno tantum die celebratur, ſed quinq; coniunctis, quod nō placet. Scire auteȝ debemus nō modo Quinquatrus dici genere foeminino. Vnde eſt illud Feſti, Minuſculę Quinquatrus appellabant idus Iunię. Et illud Cice. ad M. Cęlium, Ita tumultuoſę conciones, ita moleſtę Quinquatrus afferebantur, ſed et Quinquatria neutro Cornelius Tacitus, Vtq; Quinquatria quibus aperte eſſent inſidię ludis annuis celebrarent, et Quinquatres Quinquatrium virili genere, teſte Priſciano. Nominaq; iunctis quinq; diebus habent, cauendum ne putemus hoc loco errare Naſoneȝ, et a doctiſſimorum ſcriptorum traditione diſſentire. Non.n. dicis Quinquatria a quinq; dieruȝ numero appellata, ꝙ Minerue ſacra diebus quinq; celebrent, ſed docet Quinquatrus nomine, non ſolum hūc diem vocari, qui primus quinq; dierum eſt, et quintus poſt idus, ſed quatuor dies adiunctos. Vnde illud eſt Iuuena. Et totis Quinquatribus optat. Senſus ergo eſt, Sacra fiunt Minerue, quę habent Quinquatruum nomina quinq; diebus adiunctis. Non errauit hic quidaȝ Iuuenalis interpres,

Quinquatria Minerue xiiij. calē. Aprilis

Quinquatrus

Palladis feſtum

Quinquatria

Quinquatres

interpres, cuius Deus omnipotens miſereatur, nuper.n.exceſſit e vita. Eius verba hęc ſunt, Quinquatria dies ſacri Minervę qui diebus quinq; celebrabantur, vt Ovi. docet, ita appellata, quoniā quinq; diebus poſt idus fiebant. Var. quantum ex eius loco, quamuis mutilatio colligitur, a Feſto, atq; A. Gel. non diſſentit. Errore.n. factum vult, vt Quinquatrus dictę credanť, ꝙ quinq; dies ſint. Sed (vt idem inquit) quemadmodum Sexatrus, et Septimatrus nomē acceperunt, non quod ſex, ſeptemue dies ſint ſed ꝙ Sexatrus poſt diem ſextum idus, Septimatrus poſt ſeptimum ſint, ita Quinquatrus appellata eſt dies, quę poſt diem quintuꝫ erat.

Quinquatrus Sexatrus Septimatrus qꝛ poſt quītū ſextū ſeptimū idus incipiāt ſm̄ Varronē et Feſtuꝫ et A.Gel.

> Vna dies media eſt, fiūt cum ſacra Minervę,
> Nominaq; a iunctis quinq; diebus habent
> Sanguine pria vacat, nec fas cōcurrere ferro,
> Cauſa, ꝙ eſt illa nata Minerua die.
> Altera, tresq; ſup ſtrata celebrantur harena,
> Enſibus exertis bellica lęta Dea eſt
> Pallada nunc pueri, tenerę q; ornate puellę,

Harēa ꝑ theatro

Altera tresq; ſuper ſtrata celebrantur harena, ſternebatur harena in theatris vbi gladiatores pugnabant, necnon et alibi. Vnde per harenam theatruꝫ accipimus, vel alia loca vbi eiuſmodi ſpectacula exhibebantur. Enſibus exertis bellica lęta Dea eſt, expeditis ē euaginatis enſibus. Eſt autem exertis participium a paſſiuo eius verbi, quod eſt exero.

PAV. MAR. VNA Dies media.xiiij.calen. Apriles, hoc eſt.xix. die Martij, incipiunt Quinquatria Minervę.v. diebus continuis celebrantur, qua quidem ratione multi putarunt a quinario dierum numero Quinquatria dicta. Alij a Quinquatro die, de quo pom. Quinquatrus feſtiuus dies dictus, ꝙ poſt dieꝫ quintum iduū celebraretur, vt Triatrus, et Sexatrus, et Septimatrus, et Decimatrus, vel Decumatrus. Et Var. ait, Quinquatrus hic dies vnus ab nominis errore obſeruatur, proinde vt ſint quinq;, dictus, vt ab Tuſculanis poſt dieꝫ ſextum iduum ſimiliter vocatur Sexatrus, et poſt diem ſeptimum Septimatrus, ſic hic quod erat poſt diem quintum Quinquatrus. Hęc Var. At ille fuit error cum numeretur ab idibus, quādo quidem numerari debuit ab atro, hoc eſt ab iduum poſtridiano. Verum hęc Quinquatria feſta poeta ita dicta oſtendit a quinq; diebus iunctis. primo.n. die fiebant ſacrificia, tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant, quinto die erat luſtratio tubarum ſonitu, et ſacrificia quoq; fiebant. Secundus Quinquatruum dies et primus gladiatorię pugnę clarus eſt ortu ipſius Naſonis. Eo.n. die natus eſt, nam (vt in quarto Triſtium inquit) de natali ſuo, et fratris intelligens, Lucifer amborum natalibus affuit idē, Vna celebrata eſt per duo liba dies. Hęc eſt armiferę feſtis de quinq; Minervę, Quę fieri pugna prima cruēta ſolet. Vna eſt dies media, inter ortū Milui et primū diē Quīquatr. vna interponitur dies, ē ſic ſignificat decimumnonuꝫ diem menſis. Et fiunt ſacra Minervę, ſacrificia Palladi. Et habet nomina quinq; diebus a iunctis, nam Quinquatria dicta ab ipſo quinario dierum numero. Prima dies vacat ſanguine, non effunditur primo die ſanguis, qꝛ abſtinent eo die a pugna gladiatores. Nec fas, non licet. Concurrere, congredi, et confligere. Ferro, armis. Cauſa, quare non concurritur. Quod Minerva eſt nata illa die, putabant eo die e Iouis vertice natam Minervam. Altera, tresq; ſuper, quatuor ſequentes dies. Celebrantur, a gladiatoribus ipſis. Harena ſtrata, harena theatri quę ſternebatur cum digladiandum erat, et alijs quoq; ſpectaculis. Vnde apud Iuue. Et latum media ſulcum deducit harena. Dea bellica, Pallas quę bellis pręeſt. Eſt lęta enſibus exertis, experimento et exercitatione enſiū in theatro. Pallada nunc, hortatur vnūquemq; vel literis, vel alijs quibuſcunq; artibus dedituꝫ, vt feſta celebrent, et placent Pallada pueri quo literarum ſtudio proficiant. puellę quo lanificio, et ſic in cęteris. O pueri et tenerę puellę ornate, colite, et celebrate. legitur etiam orate. Pallada, Palladis numen.

Sexatrus a Tuſculanis dr̄

Luſtratio tubarum

Bellona dr̄ Pallas q̄ bellis pręeſt

ANT. FAN. QVI BEne placarit Pallada, doctus erit, qꝛ Pallas et bello pręeſt vt Mars, ac Bellona dicitur, ē eſt artium Dea, poterit et rei bellicę ſcientiam pręſtare, et artium quibus in pace vtimur. Lanam mollire puellę Diſcant, conciliata Dea lanificij, artiumq; omnium, et prudentię, quam Metapontini (teſte Iuſtino) pannificijs aliquando iratam placarunt. Dicitur autem Minerva et bellorum Dea, et prudentię, qꝛ vires ſine prudentia (vt inquit Porphyrio) non tantum vanę ſunt, verum etiam ſibi aduerſarię. Eadeꝫ arcibus pręeſſe dicitur, qꝛ fertur nata e Iouis capite. Stantes radio percurrere telas, radius inſtrumentum eſt, quo ſub tegmen ſtamini a textoribus interponitur, eſt et virga qua geometrę interdum lineas ducunt. Stantes autem dicit, qꝛ ſtamen a ſtando nomen accepit, vt auctor eſt Var. qui etiam ſcribit ſubtegmen dictum, ꝙ ſubit ſtamini. Id et tramam vocant, quamuis idem Varro veſtimenti genus tramam eſſe doceat, dicti ꝙ id frigus tranet, denſumq; a dentibus pectinis nominatum oſtendat quibus feritur.

Mierua Dea bellorū et prudentię

Radius

Stamen Subtegmen

Qui maculas lęſis de veſtibus aufers, fullonem dicit, qui a Gręcis Snaphys vocatur. Artem fulloniam Nicias Megarenſis inuenit, teſte Plinio.

Velleribus quiſq; ahena paras, ſuadet his, qui lanas tingere conſueuerunt, vt Palladem collant.

Vincula plantę, calceos a quibus pedes vinciuntur. Eorum ſutores non ſunt proprie Cerdones dicendi. Cerdo enim generale nomen eorum eſt, qui artificio lucrum quęritant, vt vocabulum oſtendit, accipiturq; interdum pro humili ac plebeio. Iuuena. Poſtquam Cerdonibus eſſe Timendus coeperat. Sit Tyrio doctior ille licet, Tyrium quidam exiſtimant fuiſſe Ouidij temporibus pręclarum artificem calceorum. Nobis placet Ty-

Cerdo

Qui bene placarit Pallada, doctus erit.
Pallade placata lanam mollire puellę
Diſcant, & plenas exonerare colos.
Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine denſat opus.
Hanc cole, q maculas lęſis de veſtibus aufers,
Hanc cole, velleribus qſquis ahena paras.
Nec qſq̃ inuita faciet bene vincula plantę
Pallade, ſit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior, irata Pallade, mancus erit.
Vos quoq;, Phoebea morbos q̃ pellitis arte,
Munera de veſtris pauca referte Deę.
Nec vos turba feri ſenſu frandata magiſtri
Spernite, diſcipulos attrahit illa nouos.

Tychius

Epeus

chio legi, qui ab Homero nobilitatus eſt in ſeptimo Iliados. Is Cerdo excellentiſſimus multa fabricauit et precipue ſcutum Aiacis. Antiquo manibus collatus Epeo, hic dicit inueniſſe ad Troiaȝ equum: qui in muralibus machinis aries vocatur, fuitq; fabricator Epeus, ꝙ Metapontini teſtãtur, qui in templo Mineruę ferramenta, quibus is equum Troianum fabricauit oſtentant, vt ſcribit Iuſtinus. Legimus.n. in vita Sertorij Troiam ter captam eſſe. Primum ab Hercule ob Laomedontis equos. Deinde per ligneum equum ab Agamemnone. Tertio a Charidemo duce propter equum, qui in porta conſiſtens Ilienſibus eam claudere volentibus, impedimento fuit. Vos quoque Phoebea morbos qui pellitis arte, medicos dicit, quorum artis inuentorem alij Apollinem fuiſſe dicunt. vt Inuentum medicina meum. Alij Arabum Babylonis et Apollinis filium. Ægyptij eam apud ipſos repertam volunt. vt Plin. ſcribit. Munera de noſtris pauca, ſenſus eſt, offerte Mineruę munus aliquod ex his quę a nobis accipitis. Senſu frandata magiſtri, qꝛ ſępe diſcipuli non recte intelligũt quę magiſter ſentit et docet.

Troia ter capta

Medicinę inuentor

PAV. MAR.

QVI Bene placarit Pallada, qui ſacrificijs placauerit, et propitium ſibi fecerit Palladis numen. Erit doctus, quancunq; ſcilicet voluerit artem. Puellę diſcant mollire lanam, quaſi exercere lanificium. Pallade placata, ſacrificio ſcilicet et donis et precibus. nam ea eſt lanificij Dea. Et exonerare plenas colos, nere lanam. Tunc enim exonerantur coli, cum filantur penſa. Illa etiam erudit, inſtruit, et docet. Percurrere telas ſtãtes, firmę manentes. Radio, quaſi docet texere pannum, cum tenta in longum fila percurruntur radio, qui cum alio filo interijcitur. Deinde pectine pendenti ad coniungenda, denſandaq; fila ipſa verberentur. Ideo hic. Et denſat, denſare docet. Opus, ipſum pannum, nam quod rarum eſt ſpiſſum facit inculcando. Pectine, pectinis percuſſione. Cole hanc, Pallada. Qui aufers, auferre voles, aut ſoles. Maculas de veſtibus lęſis, infectis. i. colite eam fullones, qui veſtes et pannos ab omni macula expurgatis.

Officia Palladis

Purgatori

Cole hanc, Pallada. Quiſquis paras ahena, vaſa ęrea. Virgil. Littore ahena locant. Velleribus, quiſcunq; pro tingendis, aut pretioſo liquore inficiendis pãnis vaſa paras, ſacrificijs placato Pallada. Verum (vt Plin. inquit) qui ex Italia inficere lanas Sardi, textilia fuſum in lanificio Cleſtor filius Arachnes inuenit. linum et retia Arachne. Fulloniam artem Nitias Megarenſis.

Nec quiſquam faciet bene vincula plantę, nemo poterit bene facere calceos, ea enim ſunt plantarum vincula a vinciendo dicta, quia pedes vinciunt. Inuita Pallade, quaſi niſi Pallas fauerit. Nam ſi illa aduerſa repugnat fruſtra laborauerit Cerdo. Sit licet ille doctior Tytio, etiam ſi eſſet in ea arte Cerdonuȝ omnium pręſtantiſſimus. Aliqui legunt, Sit Batio doctior, ex eo quod Pli. dicat Batiuȝ inueniſſe Sutrinam. Alij legunt Pythio, quod qua ratione dicant neſcio. niſi referant ad Apollinem Sandalarium. Ego autem legi, et qui me ſequuti ſunt, ides fecere, ſit Tytio. Propterea qd apud Porphyrium legimus, Tytium quendam fuiſſe optimum calceorum magiſtrum. Ergo ſi ſit ille Tytio doctior, inuita Pallade calceos non bene conſuet. Et licet antiquo, ſi quis fabrili arte, aut architectura pręſtans Epeum architectum equi Troiani ſuperaret, ſi Pallas irata ſit, exercere artem non poterit. Et collatus, qui conferretur.

Tytius

Epeus eq Troiani fabricator

Antiquo Epeo ſit licet prior, quamuis eſſet ſuperior in peritia architecturę. Epeus enim fuit fabricator equi Troiani. Virg. Et Menelaus, et ipſe doli fabricator Epeus. et Cicero quoq; aſſerit. Plinius vero inquit, Epeuȝ inueniſſe equum ad Troiam, qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis. Erit mancus, quaſi manuum ope carens, aut imminutus, aut exercere ſuuȝ munus nequeat. Irata Pallade, ſi illa irata ſit, ergo id agendum vt placata ſit. Vos quoq; Phoebea, vos etiam medici libate Palladi, vt medẽdi arte pſtare poſſitis. Qui pellitis, ęgrotos, et ab his morbos auertitis. Arte Phoebea, arte Apollinea. Naȝ Apollo medicę artis repertor traditur, ſed de hoc in primo dictum. Referte pauca munera Deę, libate et offerte dona Palladi. De veſtris, muneribus ſcilicet. Nec vos turba, ſcolaſticorum ſcilicet. Pro his enim dictum eſt, qui ſub feris magiſtris nihil profecerunt. Frandata, decepta. Senſu, ſententia et peruerſa rerum intelligentia. Magiſtri feri, a feris minime differentis. indocti et inculti, ſine vllis moribus. aut feri crudelis, q nimiuȝ diſcipulos cędat, ꝙ alienuȝ debet eſſe a liberis et bonę indolis. Spernite, nolite vos aſpernari, & contẽnere numẽ Palladis. Attrahit ad ſe trahit illa.

Apollo artis inuentor dicitur repertor

Magiſtri feri dicti

Nonos di. qꝛ pęſt ſtudijs lrarũ, & ingenijs fauet.

QVIQ

Quiq; mones cęluȝ,tabulasq; coloribus vris,
  Quiq; facis docta mollia ſaxa manu.
Mille Dea eſt operꝝ, certe dea carminis illa ē,
  Si mereor,ſtudijs adſit amica meis.
Cęlius ex alto qua mons deſcendit in ęquum,
  Hic vbi non plana ē,ſed ꝓpe plana via ē.
Parua licet videas captę delubra Mineruę,
  Quę Dea natali coepit habere ſuo.
Nominis in dubio cauſa ē,capitale vocamus
  Ingenium ſolers,ingenioſa Dea eſt.
An,quia de capitis fertur ſine matre paterni
  Vertice cum clypeo proſiluiſſe ſuo.
An,qꝫ perdomitis ad nos captiua Phaliſcis

ANT. FAN. Quique cęlum,et aſtrologum accipere poſſumus et ſculptorem.Sed magis placet aſtrologum accipi, quoniam auctor ſubiungit. Quique facis docta mollia ſaxa manu, (Mollia ſaxa) mollia ſaxa, ſic Virgili.In. ſexto Aenei. Excudent alij ſpirantia mollius ęra.Facit enim ſculptor egregius,vt ęra et ſaxa molliſſima videantur. Horatius, Et molles imitabit̄ ęre capillos. Cęlius ex alto qua mons deſcendit in ęquum, (Mineruę captę Ędes) ędes Mineruę captę fuit ad radices montis Cęlij, ſic dictę, vel ob eius ingenium quod capitale, ideſt ſolers creditur, vel ꝙ victis Phaliſcis imago eius captiua Romam tranſlata eſt, vel quod ex hac ęde quicunque deprehendebatur furto aliquid abſtuliſſe, capitis poenas pendere lege cogebatur, vel ꝙ de capite Iouis nata dicitur, tempore quo Pindarus ex fabula auro inquit pluiſſe in inſulam Rhodon. Licet quidam voluerint (teſte Herodoto) Mineruam eſſe Neptuni ac Paludię Tritonidis filiam, vnde Tritogenia ſiue Tritonia dicta eſt, auctore Lactantio (Tritōia) grammatico. Alij tamen Tritoniam dictam putant, quia cum ſit Dea ſapientię in partes tres diuiditur, Intelligentiam pręſentium. Prouidentiam (Tritogenia) futurorum, ac Memoriam pręteritorum. Feſtus Tritogeniam dictam tradit a ripa Tritonis fluminis, ꝙ ibi primitus viſa ſit. Diodorus vero Cretę fluuium inquit eſſe Tritonem, (Alalcomenia) vbi Minerua orta eſt, quam Deam et Alalcomeniam dixerunt, vt ait Strabo, ab Alalcomenis oppido,vbi quidam eam natam voluerunt. Fingitur autem nata de Iouis capite, vel quia naturę ratione prudentia omnis in capite eſt . vel quia virtus, ſolis humanis mentibus prudentiam ſubminiſtrans, quam per Mineruam accipimus, vt ſcribit Porphyrio (teſte Macrobio) edita eſt de ſumma etheris parte, ac nulla rerum corporearum admixtione ab ipſo Ioue, ideſt a Deo intellectum accipimus. (Vñ nata eſt Pallas ēt v nde ſint qn quatria) Cicero auctor eſt quinque Mineruas fuiſſe, quarum tertiam e Ioue tantum genitam refert, qui cum in Iunonem vxorem ſuam ſterilem intueretur, concuſſo capite Mineruam dicitur edidiſſe. Natali ſuo, primo quinquatruum die, quo Deam natam volunt. Cum clypeo ſuo, vt intelligas Palladem etiam bellis pręeſſe. Horatius Proximus illi Tamen occupauit Pallas honores Pręlijs audax, ſignificat autem Ęgida, Quamuis et ſit Aegis eius pectoris munimentum.

PAV. MAR. Quique mones cęlum, alij ita dicunt, Nec ſpernas Pallada tu Aſtrologe, qui cęli motus perſcrutaris. Alij quoniam ſubſequenter de pictoribus agit, pro ſculptoribus dictum putant, pręſertim cum cęlum ſculptorum inſtrumentum ſit, vt illud, Cęlo fabricata Myronis. Verum quia ſubdit poſtea de ſtatuarijs, ad aſtrologos referrem. Et qui vris tabulam coloribus, hoc ē qui vſtis coloribus tabulam pingis, nam magna pars colorum ex aduſta materia fit. de quo late diſputat Plinius libro trigeſimo quinto. Et qui facis ſaxa mollia docta manu, vos ſtatuarij, qui dura ſaxa in quacunq; vultis formam vertitis, (Statuarij ēt colunt Palladem) ideo mollia dixit, qđ ad ſummum artificium refertur, pręſertim cum et minima quęque liniamenta, et tenuia in maioribus referant. Ad id enim reſpexit, cum et Maro dixit, Excudent alij ſpirantia mollius ęra. Et Martia. Molles laudentur honores. Ergo vos omnes colite Pallada, et illi offerte munera. Mille Dea eſt operum, pręeſt multis artibus, et officijs, et operibus. Certe illa eſt Dea carminis, quaſi pręeſt et illa poetis ſcribētibus carmina. Si mereor adſit amica ſtudijs meis, faueat mihi et ſtudio meo ſi dignus videor, cui illa faueat. Cęlius ex alto, in Cęlio monte apud radices templum erat Palladis captę, quod illi conſecratum eſt ſuo natali, hoc primo quinquatr. die. Eo enim nata eſt, vt diximus. Sed cur capta dicatur, aucupatur quatuor cauſas, vel quia Dea ingeniorum eſt, et ingenium eſt in capite. (Imago Palladis aduecta ē Romā captis Phaliſcis) Vel ꝙ e capite Iouis exilierit, et a capite capta dicatur. Aut quia eius ſimulachrum e captis Phaliſcis Romam aduectum eſt. Aut quia capite plectatur, qui ex eius templo quid ſurripiat. Ego autem niſi a detractatoribus lęsę maieſtatis arguerer, dicerem captam Mineruam, quod illi eo die, eo in loco legitime conſtituto auctoritate ſenatus a pontificibus conſecrato, potiſſimum ſacrificetur. Nam (Pompeio Feſto teſte) captum locum dicimus ad ſacrificandum legitime conſtitutum. Licet, quamuis. Videas parua delubra, templa. Mineruę captę, ſub appellatione captę Palladis conſecrata. Qua mons Cęlius, de quo ſuperius diximus in hoc libro.

Deſcendit ex alto in ęquum, quaſi vergit ex ſummitate in planum. Hic vbi via non eſt plana, non eſt omnino plana, ſed in ipſo montis cliuo. Sed prope, quaſi. Plana, et locum

indicat prope radices. Que, templa. Dea, Pallas. Coepit habere ſuo natali, non ab initio, ex quo nata eſt, ſed ea die menſis Mart. qua olim nata eſt, hoc eſt ipſo die Quinquat. vt paulo ſuperius, cauſa ꝙ eſt illa nata Minerua die. Cauſa nominis ẽ in dubio, licet tu videas tẽpla, tamen cauſa cur capta Minerua dicatur dubia eſt. Vocamus capitale ingenium ſolers, diligens ingenium capitale dicitur, ꝙ in capite ſedem habeat, vbi eſt ipſa mens et memoria. Ingenioſa

Venit, ꝯ hoc ſigno littera prima docet.
An, ꝙ habet legẽ, capitis quę pẽdere poenas
Ex illo iubeat furta reperta loco.
A quacunq; trahas ratione vocabula Pallas,
Pro ducibus noſtris Aegida ſemper habe.

Dea eſt, nam et ingenio valet, et ingenijs pręeſt, ĩő a capitali ingenio capta Minerua dici potuit.

Solers ĩgeniũ dr̃ capitale proprie

Aut quia fertur, dicitur. Proſilijſſe, ſaltu prodijſſe. E vertice paterni capitis, e cerebro Iouis, quod in ſummo capite eſt. Sine matre, ſine vſu matris. Cum clypeo ſuo, cum Ægide ſua. Nam Ægis pro ſcuto accipi poteſt, ea ratione, ꝙ ſcuta caprino corio decocto tegebantur, et Ægea capra dicitur. Verum (vt fertur) Amalthee capre mortue Iuppiter corium detraxit, Mineruęq; cuſtodiendum dedit, quo illa ſcutum texit. Inde dicunt ſuis ſe Ægidis appellationem. Sed Honoratus inquit, Ægida munimentum pectoris eſſe, habens in medio Gorgonis caput. Romę tamen eſt ſimulachrũ Palladis tam in pectore, q̃ in ſcuto caput Gorgonis habens. Et Higinius teſtatur caput illud in pectore habere. At quia cum clypeo profilijt e capite capta dicta. Clypeus, ſcutum a' τλυφω deductum, quod eſt ſculpo. nam ibi imagines ſculpebantur. Vnde Plinius, Scutis enim qualibus caput Troiaꝫ pugnatum eſt, continebantur imagines, vnde nomen habuerunt clypeorum, non vt peruerſa grãmaticorum ſubtilitas voluit a cluendo deduci, cluere enim pugnare eſt. Aut qꝛ perdomitis, vel quia ſimulachrum eius ſubactis Romano imperio Phaliſcis, tanquaꝫ captiuum mancipium aduectum eſt, et inde capta Minerua dicta.

Clypeus a verbo τλυφω i. ſculpo non a κλεωτω i. occultos

Signo, nota. C. litera quę in principio eſt et captiuę et capite. Furta, figurate furta pro furibus ac ſacrilegis ponit. Tubam luſtrare canorã, ſunt qui legant Tuba luſtrare canora, exiſtimantes cõſueuiſſe Romanos hoc tempore tubarum cantu luſtrare vniuerſam ciuitatem vltimo videlicet Quinquatruum die, quod quidam non indocti olim nobis pueris tradiderunt. Nos autem legendum eſſe non dubitamus, Tubam luſtrare canoram, quamuis enim luſtrarentur et alijs temporibus tubę, vt e verbis Feſti et Pompeij colligitur, qui ait, Tubiluſtria dies vocari in quibus agna tubas luſtrabant, vbi ſi de vltimo Quinquatruum die loqueretur, non dies, ſed diem diceret, tamen et hoc tempore ſacrorum tubę in atrio ſutorio luſtrabantur. Lege Varronem, quem videbis Quinquatrui tubiluſtrium ſine medio coniunxiſſe. No

ANT. FAN.

Nota textus varie expoſitum

nimus autem mortuos ad tubam deduci conſueuiſſe, auctore Seruio, cum iuberet religio (teſte Lactantio grammatico) vt maioribus tuba, minoribus tibia caneretur. Quare tubarum luſtratio neceſſaria videbatur. Sunt et qui putent Armiluſtrium hic accipi oportere, quod non placet, ideſt feſtum, quo res diuinas armati faciebãt, dum ſacrificarent tubis canentes. Sane tubę interdum cornua vocantur, qꝛ quę nũc ex ęre ſunt fiebant ex cornu bubulo. Virg. Rauco ſtrepuerunt cornua cantu. Hic here Phrixeę vellera p̃ſſit ouis, heri et here idẽ eſt. Iuuena. Res hodie minor eſt here q̃ fuit. Donatus auctor eſt non dubitaſſe antiquos propter cognationem e et i literarum here et heri, iteꝫ mane et mani, veſpere et veſperi dicere. Tu autem lector caue ne heri aduerbium hoc loco te fallat, et ducat ĩ deuia. Non enim accipere debemus diem, qui tubiluſtrium antecedit, hoc eſt penultimuꝫ Quinquatruum diem, qui eſt decimo calendas Apriles, ſed qui eſt ante ipſas Quinquatrus, hoc eſt diem. xix. huius menſis. Si enim putares fieri poſſe, vt penultimo Quinquatruum die. i. x. calend. Apriles Arietem tranſitum faceret, quem ſupra legimus. xiiij. calendas Martias iniſſe Piſcium ſignum, procul dubio fateris Solem quinq; ac triginta dies fere in Piſcibus abſumpſiſſe, quod ſi eſſet ſolſtitialis annus conſtaret diebus pene viginti ſupra. cccc. cum et reliquis ſignis zodiaci nullum non tantundeꝫ ſibi temporis vendicaret. Dicendum igitur eſt. xiij. calendas Aprilis Solem tranſire in Arietis ſignum quę pars zodiaci ad naturam Solis refertur, vt Macrobius ſcribit. Aries enim qui a gręcis Crios dicitur, per ſex menſes hybernales ſiniſtro incubat lateri ab ęquinoctio verno ſuper dextrum latus, ſicut et Sol ab eodem tempore dextrum hemiſperium, reliquo ambit ſiniſtrum. Conſtat autem hoc ſignum decem ẽ ſeptem ſtellis, quod vna cum Sagittario Cleoſtratus primum intellexiſſe dicitur, qui percepit et cętera ſigna zodiaci primus omnium auctore Plinio. Fabulantur nonnulli Arietem qui traiecit Phrixum hunc eſſe, qui inter ſigna primum obtinet locum. Alij tranſlatum in cęlum volunt Arietem, qui Baccho exercitum ducenti per exuſta Libyę fontem monſtrauit. Eſt ſane Aries calidus et humidus, qui cum Solem recepit, incipit fieri generatio. Vnde inter ſigna zodiaci meruit principatum.

Tubiluſtrium mortui ad tubã deducebãtur

Armiluſtrium

Here

Sol ĩ oriẽtẽ. xiij. cal. Aprilis

Arietis ſignum

Aries pꝛnceps ſignoꝝ Nota cauſam

AVT Quia venit ad nos, in vrbem. Captiua, imago tanq̃ captiua delata. Perdomitis Pha. cũ victi, ſubactiq; eſſent Phaliſci, de quibus primo lib. diximus. Et hoc ſigno, hac nota captiuę. s. Docet prima litera, nã. c. inde capta a captiua dicta, aut a captis Phaliſcis. An ꝙ hẽt, vltĩa cã ꝙ capite luitur furtum in eius templo cõmiſſum, ſeu receptum

PAV. MAR.

ceptum ex eodē.inde eſt et capital facinus,vt Pompeius inqt,q̄ capitis poena luitur, et(eodem teſte) capitalis lucus,vbi ſi quid violatum eſt,caput violatoris expiatur. An capta.s. Minerua dicitur. Quod habet legem capitis,quę capite plectat.

Noīa Palladis

Quę,lex. Iubet furta recepta ex illo, fures qui inde aliqd receperint, vel ſurripuerint.

Sūma dies e quinq; tubam luſtrare canorā
Admonet,& forti ſacrificare Deę.
Nunc potes ad Solē ſublato dicere vultu,
Hic here Phrixeę vellera preſſit ouis.
Seminibus toſtis ſcelaratę fraude nouercę
Suſtulerat nullas,vt ſolet,herba comas.

Pēdere poe.dare poenas ſacrilegij, et ſic capite plecti.Furtum (vt iur.con placet) eſt cōtrectatio rei alienę inuito dño. O Pallas a qua. ra.a quacunq; cauſa. Trabis voca.dicens Minerua capta. Habe Ægida,habeas et paratum teneas clypeum tuum. Pro duci.no.pro ſalute ducum nr̄orum, Tiberij et Germanici, quaſi protegas ſemper eos. Summa dies, vltima dies, vt in Heroid. Hęc tibi prima dies, hęc tibi,ſūma fuit.i.vltima. E quinq;,diebus.s. Admonet lu.circuere,et expurgare populum. Tuba ca.reſonanti. Et ſacri.Deę for. Palladi armorum prępſidi. Nunc potes ad Solem.xi.calen.Apri.Sol relictis Piſcibus init Arietē,qui quidem aureū vellus habuiſſe dr̄.Eo Phrixus in Colchos delatus eſt. Athamas.n. Thebanus Phrixum et Hellē genuit ex Nephele cōiuge,qua ſublata Ino Cadmi filia vxor adducta eſt, quę cum nouercali odio priuignos inſectaretur,toſta ſemina (ne naſcerentur)agricolis dabat.Sequuta eſt annonę caritas.Miſſum eſt Delphos ad oraculum,ad petendam opē,qui acceſſerat corruptus,retulit Phrixū et Hellem imolari debere.Cunq; ad aram mactādi velati conſtitiſſent,a Nephele matre ſuperinducta nube rapti ſunt.Datus Aries quo fugerēt,Helle in mare decidit,et ab ea Helleſpontus dictus,ſed a Neptuno cōprehenſa poena procreaſſe fertur.Nonnulli Oedonum dixerūt, Phrixum pręterea incolumem ad Æetem perueniſſe volunt, et Arietem Ioui immolaſſe,pellem in templo fixiſſe, et Arietis ipſius effigiem ab Ioue inter ſidera conſtitutam.Eratoſthenes ait Arietem ipſum ſibi pellē auream detraxiſſe,et Phrixo memorię cauſa dediſſe,et ipſum ad ſidera perueniſſe.Alij aliter dicunt, quorū opiniones ab Higinio referuntur.Hermippus ait Liberum oppugnantem Africam deueniſſe in eum locum,qui a puluere Hāmodes dictus eſt,cum in diſcrimine eſſet,et aquarum penuria, et ob id defectione militum.Aries quidam errans ad milites peruenit,quos cum vidiſſet,coepit fugere.Milites prędam petentes ſequi coeperunt vſq; ad eum locum,qui poſtea conſtituto templo,Iouis Hammonis eſt appellatus,ibi Arietem nuſquā inuenerunt,ſed(quod magis erat optandū) aquę magnam copiam nacti ſunt, corporibuſq; recuperatis,Libero ſtatim nunciauerunt, qui gauiſus eo exercitum deduxit.Iouis Hammonis templum cum Arietis cornibus ſimulachro facto conſtituit.

Ino filia Cadmi dabat ſemina toſta agricolis pp Phrixū ē Hellē occidendos

Hermippus Aries Hāmodes dictus princeps ſignorū

Arietem inter ſidera figurauit. Ita vt cū Sol in eius foret ſigno, omnia naſcentia recrearētur. Hac de cauſa q̄ illius fuga Liber recreauit exercitum, duodecimq; ſignorum principem eſſe voluit. Adducitur et alia fabula de Hammone quodam,qui pecorum multitudinem ad Liberū adduxerit,& ob id illi dediſſe agrum contra Thebas Ægyptias, et Hammonis ſimulachra inſtituta capite cornuto, vt homines memoria teneant, eū primū Poenis oſtendiſſe. Arietem memorię cauſa inter ſidera fixum dicunt,qui quidem in ęquinoctiali circulo conſiſtens, caput ad exortum habens verſus occidens primis pedibus, et exoriens caput infra triangulum, quod deltoton vocant., tenens collocatum, pedibus prope contingens caput Piſtricis. poeta nunc fabulā ipſam refert, quam aperte loco retulimus. Inus, ſcilicet nouercę Phrixi, quę cum aperte fabula videatur, Princeps tamen aſtrologorum Ioannes Germanus familiariſſimus noſter, omnia ad effectus ipſius Arietis refert, id facit in omnibus ſignis, vt non ſine cauſa a poetis ficta eſſe videantur, quęcunq; de his fabuloſa referuntur. Nunc, in hoc vltimo die Quinquatruum. Potes,tu o Germanice. Sublato,eleuato. Vultu,ad Solem dicere. Hic,Sol. Here, pro heri. vt apud Iuuenalem, Res hodie minor eſt here q̄ fuit. Preſſit, premere incipit. Vellera ouis Phrixeę, vellera Arietis, qui Phrixum in Colchos tulit, non enim fuit ouis, ſed aries. Ergo cum heri dicat, et meminerit vltimę diei Quinquatruum, debemus intelligere penultimum diem ipſorum feſtorum, ſic erit.xi.calen.Apri hoc eſt.xxij.die Mar. Herba ſuſtulerat nullas comas, quaſi nulla herba ex frumenti ſemine eruperat e terra. Vt ſolet, ſurgere ſcilicet ex omni ſeminę.

Fabula Phrixi et Helles

SEMINIbus toſtis &c.Ino Cadmi filia (vt diximus ſupra) et vxor Athamantis regis Thebarum priuignis exitium parans egit cum matronis, vt frumenta ferenda torrerent. Eadem Liberi patris nutrix fuiſſe dicitur,vt meminit Statius in ſiluis, qui Deus cum Phrixo & Helle inſaniam obieciſſet, et illi in ſilua errarent,exhibitus eis eſt a matre Nephele (quę Nepheli a Gręcis dicitur) Aries aureo vellere inſignis,quem cum aſcendiſſent, Aries eos in pelagus detulit. Helle lapſa nomen ponto dedit,quem dicimus Helleſpontum. Phrixus in Colchos ad regem Æetē tranſit,ibiq; Arietem(vt mater pręceperat)immolauit,pellemq; auream Martis templo dicauit,quam Iaſon cum Argonautis petijſſe dicitur.Quamuis nonnulli ſcribant eam eſſe in Orchemeno,quod oppidum eſt Boeotię, ex quo Myniorum familia in Theſſaliam cōmigrauit,a quibus Argonautę Mynię ſunt appellati.Or/

ANT. FAN. Phrixi et Helles fabula

Mynię

Mittitur ad Tripodas certa q̄ ſorte reportet,
Quam ſterili terrę Delphicus edat opem.
Hic quoq; corruptus cū ſemine nūtiat Helles,
Et iuuenis Phrixi funera ſorte peti.
Vſq; recuſantem ciues, et tempus, et Ino
Compulerant regem iuſſa nefanda pati,
Et ſoror, & Phrixus velati tempora vittis
Stant ſimul ante aras, iūctaq; fata gemūt.
Aſpicit hos vt forte pepēderat ęthere mater,
Et ferit attonita pectora nuda manu,
Inq; draconigenā nimbis comitātibus vrbē
Deſilit, et natos eripit inde ſuos,
Vtq; fugam capiāt, Aries nitidiſſimus auro
Traditur, ille vehit per freta longa duos.

piſeus auctor eſt Argonautas fuiſſe quatuor et quadriginta, quos alij quinquaginta fuiſſe dicunt, alij.lx. Multa hoc loco ex fabulis referre poſſumus, quę cum ſint pene omnibus nota libet ſilentio pręterire. Ad Tripodas, quod Gręci tri-

Tripos pu dicunt, nos dicimus tripos, quę menſa pręmium virorum fortium fuit, vt quibuſdam placet propter tertij pedis adminiculum, quaſi illi non bipedes, ſed tripedes fuerint, quod nobis compertum non eſt. Erant autem Tripodes (auctore Seruio) menſę in templo Apollinis Delphici, quibus ſuperpoſitę Phoebades vaticinabātur.

Corruptus cum ſemine, a nouerca Phrixi & Helles corruptus, quemadmodum et ipſa per matronas frumenta ferenda corruperat. Ciues, Thebani, quibus fames tantum pręſtabat audacię vt regem contemnerent, Quia neſcit plebs ieiuna timere. Compulerant regem iuſſa nefanda pati, cogebatur rex Athamas filios immolare, q̄ ita iuſſiſſe putabatur oraculum.

PAV. MAR. TOSTIS ſeminibus, propter toſta, hoc eſt decocta ſemina. Fraude ſceleratę nouercę, dolo Inus vxoris Athamantis nouercę Phrixi & Helles.

Mittitur ad Tripodas, ad oraculum Apollinis Delphici. nam Tridodes menſes fuere in templo Apollinis, quibus ſuperpoſitę Phoebades vaticinabantur. vnde apud Lucanum in quinto, Senſit Tripodas ceſſare furens Appius, et poſtea tandem conterrita virgo Confugit ad Tripodas. et paulopoſt, Cuſtodes Tripodes fatorum, arcanaq; mundi, Tuq; potens veri Pęan. et paulopoſt, Et ad Phoebi Tripodas redire futura. Qui reportet certa ſorte, certo Oraculo ſeu reſponſo. vt paulo ſuperius dictum in eo verſu, Sors erat ęternos vincere poſſe Deos. Quam opem, quod auxilium. Delphicus, Apollo Delphis, qui ſunt ad auſtrales latus Parnaſi. Edat, dicat.

Sterili terrę, vt ſterilitati terrę remedium adhibeatur, non tamen erat terra ſterilis, ſed ſemina decocta erant cauſa ſterilitatis, qui fructum non proferebant. Hic quoq;, qui miſſus ad oraculum fuerat. Corruptus, ab ipſa nouerca. Nuntiat, petit ſorte ab ipſo oraculo.

De Phrixo et Helle Funera Phrixi iuuenis, mortem Phrixi. Cum ſanguine Helles, cum morte etiam ſororis. Aliqui legunt, Hic quoq; corruptus cum ſemine, tunc intelligas corruptum nuntium a nouerca vti et corrupta dabat agricolis ſemina, nunciaſſeq; peti et mortem Helles et Phrixi iuuenis. Ciues, Thebani ſcilicet, propter annonę caritatem. Et tempus, ipſa ſterilitas temporis, cum videretur prouenire ex aeris intemperie.

Et Ino, nouerca. Compulerant, quaſi iam coegerant. Regem, Athamantem. Vſque, ſemper. Recuſantem iuſſa nefanda pati, pati filiorum immolationem, quam ab oraculo iuſſam arguebant, licet ille ſemper recuſaſſet, tandē pati coactus eſt.

ANT. FAN. VT FORTE pependerat ęthere mater, quia Nephele ipſa eſt nebula, nam et Nephos nubes, et Nephile (vt diximus) nebula eſt. Draconigenam vrbem, Thebas ob draconem a Cadmo interfectum, e cuius dentibus nati opem tulerunt Cadmo vrbi ędificandę. vt Hos habuit comites operis Sidonius hoſpes, Cum poſuit iuſſam Phoebeis ſortibus vrbem. Nimbis comitantibus, quia nimbi ſiue imbres a nubibus fiunt, recte Nephelen comitantur. Per freta longa Helleſpontum, vt Longi Deus Helleſponti. Eius longitudo eſt a Tenedo in Propontidem. Gemini pericli, immolationis, et tranſitus Helleſponti. Cęruleo Deo, Neptuno, cuius Helle nympha eſt. Lege Higinium, qui eam fabulatur a Neptuno fuiſſe compreſſam. Peruenit in Colchas aurea lana domos, ad Æetam regem Colchorum, qui in Scythia ſunt, qua labitur Phaſis. Ferunt Arietem ſibi pellem auream detraxiſſe, ac dediſſe Phrixo cauſa memorię, eumq; ad ſidera perueniſſe. Treis vbi Luciferos veniens pręmiſerit Eos, Tempora nocturnis ęqua diurna feres, ſeptimo calendas Aprilis erit ęquinoctium vernum, quod ſecundum Macrobium, Plinium, et Columellam eſt ad octauum calendas Aprilis, quem diem Phryges Hilaria appellabant, celebrantes lętitię exordium, cum ſperarent diem nocte longiorem. Romani (auctore Feſto) vtrunq; ęquinoctium ęquidiale dixerunt, cum nox diei potius, q̄ dies nocti annumerari debeat, quę tempora raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent, teſte Plinio. Treis autem Luciferos accipe, non a principio, ſed a Quinquatruum fine tubiluſtrio in eo numero comprehenſo. Sane Eos Aurora eſt, quę a Gręcis Ios dicitur. Vnde nos i in e longam vertentes Eos dicimus, et accipimus aliquando a parte totum, hoc eſt ab Aurora diem,

Nephele mr̄ Phrixi & Helles a Neptuno cōpreſſa

Æquoctius vernū vij. calē. Apriles ęqdiale

Eos

tu dicem, quod et Greci faciunt, vt

Quod nos verbum verbo non reddentes ſic latinũ

Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Foemina, cum de ſe nomina fecit aquę.
Pene ſimul perijt, dum vult ſuccurrere lapsę
Frater, & extentas porrigit vsq; manus.
Flebat, vt amiſſa gemini conſorte pericli,
Cęruleo iunctam neſcius eſſe Deo.
Littoribus tactis Aries fit ſidus, & huius
Peruenit in Colchas aurea lana domos.
Treis vbi luciferos veniens pmiſerit Eos,
Tempora nocturnis ęqua diurna feret.

fecimus. Multum vẽturi ſpes credula ven dicat ęui, Multa ſed extremus trũcat amice dies.

PAV. MAR. ET Soror et Phrixus velati tẽpora vittis Stant ſimul, Helle miſera cum Phrixo fratre habentes frontem ſuam vittis velatam, vt moris eſt in ſacrificijs talibus, vt ẽ apud Virgilium, Vitteq; Deum, quas hoſtia geſſi. Stant ſimul ante aras, vbi erant immolandi. Et gemunt facta iuncta, iunctam et eãdem mortem, quia ſimul mactabãtur. Mater, Nephele mater Phrixi et Helles. Aſpicit hos Phrixum et Hellem. Vt, ſicut. Forte pependerat ęthere, et recte pepẽderat aere, q: conuerſa in nebulam in aere pendet, et νεφελη nebula eſt. Et ferit pectora nuda, pulſat nuda pectora. Manu attonita, nam ipſa attonita filiorum caſu. Et deſilit, deſcendit. In vrbem draconigenam, Thoebis in Boeotia, quas Cadmus poſuit, qui in eo loco draconem interemit, ex cuius ſatis dentibus nati ſunt qui Cadmuʒ in ea vrbe condenda iuuerunt, ideo draconigenę dictę, quamquam et auctor, hoc eſt ipſe Cadmus in draconem mutatus eſt, vnde et alij draconigenam dictam vrbem putant. Comitantibus nimbis, imbribus, qui inductam nubem comitati ſunt, quandoquidem imbres ab ipſis nubibus emittuntur. Et eripit ſuos natos, Phrixum & Hellẽ. Inde, ab ea ara, vbi mactandi erant. Et vt capiant fugam, vt nouercę inſidias effugiant.

Cadmus in dracone vſus tandem.

Traditur Aries auro nitidiſſimus, dat illis Aries aurei velleris. Ille, Aries. Vehit duos, fert Phrixum et Hellẽ. Per freta longa, per maria ipſa. Foemina, Helle. Dicitur tenuiſſe cornu ſiniſtra infirma, non firma ſiniſtra manu, q: nõ valida, quemadmodum dextera, ideo ex Ariete ipſa delapſa eſt. Cum fecit nomina aquę de ſe, cum ab occaſu ſuo dictus eſt Helleſpontus, hoc eſt pontus Helles, mare illud anguſtum inter Ægeum et ẽ Propõtida, vbi toties feliciori tpe congreſſi cum hoſte ſumus. Dum fra Phrix. Vult ſuc. la. ferre opem ſorori, quę ceciderat in aquas. Et dũ vsq; porrigit extẽtas manus, dũ extẽdebat illi manus, vt eam iuuaret. Pęne, q̃ſi. Perijt ſi. ũ illa nã & ipſe in periculum fuit decidendi in aq̃s. Flebat, Phrixus. Vt amis. pſorte, ſorore q̃ in eadem ſorte fuerat. Gemini pericli, q: in eodem ambo peri-

Helleſpõtus a nomine Helles ibi ſubmersę

culo fuerant. Neſcius, ipſe Phrixus. Iunctam ſororem eſſe coniunctam. Deo cęruleo, Neptuno cęrulei maris Deo. nam decidens illa ab eo cõprehenſa, et in nympham mutata, vnde in Argonauticis, Vittataq; conſtitit Helle, Iaʒ Pancpes Tethydisq; ſoror. Tactis littoribus, poſtquam appulit littori Phrixus. Aries fit ſidus, q: detracta ſibi pelle, cęlo locatus eſt, et inter ſidera relatus. Et aurea lana huius, aureum ipſius Arietis vellus. Peruenit in Colchas domos, ad Aeetem regem Colchorum. Colchi in Scythia accolę Phaſidis finitimi Eniochis, vnde Iaſon poſtea vellus eripuit. Treis vbi Luciferos, ſeptimo calendas Aprilis, hoc eſt vigeſimoſexto die Martij, eſt ęquinoctium vernum. Verum Florentinus princeps inquit vernum ęquinoctium eſſe octauo calendas Aprilis. Autumnale octauo calendas octobris, exigua tamen differentia ex vnius ſolum diei. Vbi, poſtquam. Veniens Eos, veniens Aurora, nam ευσ Aurora eſt. Pręmiſerit, antemiſerit. Treis Luciferos, tres dies ab ipſo Lucifero, ſic numerato triduum ab vltimo die Quinquatruum, hoc eſt a vigeſimotertio die Martij erit vigeſimusquintus dies, deinde ſequentem oſtendit, ſic vigeſimoſexto die erit ęquinoctium. Feret, ipſa Aurora. Tempora diurna ęqua nocturnis, hoc eſt diem adęquabit nocti, ſic erit ęquinoctium.

Æeta rex Colchorum i Scythia

ANT. FAN. INDE quater paſtor ſaturos vbi clauſerat hędos, tertio calendas Aprilis Iano, Concordię, Saluti, ac Paci rem diuinam faciebant, quę numina aptiſſime connectuntur. Prudentia enim quam Iano tribuunt. Concordiam facit, Concordia ſalutem & Pacem. Multę autem ędes Cõcordię Romę a multis dicatę ſunt. Lege Suetonium, Liuium, Plutarchum, et Appianum. Ab ęde Salutis dicta eſt porta Salutaris, quę ei fuit proxima. Romanam autem Salutem vocat q: pro incolumitate populus Romanus ei ſacra faceret. Auentino Luna colenda iugo, pridie calendas Aprilis Dianę in Auẽtino res diuina fieri conſueuit, quo in monte Seruius Tullus Latinis populis perſuaſit, vt exemplo eorum, qui Dianę Ephesię ędem feciſſent, et ipſi ędem Dianę ędificarent, quod fecerunt. Vnde illud eſt, Quęque Auentinum tenet, algidumque quindecim Diana preces virorum caret. Et illud, Phyllis Auentinę quędam, eſt vicina Dianę. Hanc Deam Auentinam nonnulli volunt Lucinam dictam, cum Dianam ſiue Lunam Palatinam noctilucam vocarent, q: in palatio (vt auctor eſt Varro) eius templum noctilucerent. Suſpendebantur in hac ęde boum cornua non

Iano Cõcordię ſaluti ac Paci res diuina fit. iij. cal. April.

Lunę feſtũ pridie calen.

Diana Auẽtina

ﬂrnorum, ꝙ ibi Seruius rex decepto quodam Antrone Coratio bouem inſigni ſpecie, ac pulchritudine dicitur immolaſſe, et eius cornua templo affixiſſe, vt Iuba ſuis monumentis mandauit. Dianę Auentinę ſimulachrum (vt ſcribit Strabo) Romani eodem modo diſponentes apud Maſilienſes collocarunt, qui aliquando ſumma felicitate ex Romani populi amicitia floruerunt. Erit Romę templum Dianę in angiportu, qui patricius dicebatur, cuius ingreſſu viri abſtinebant, vt Plutarchus in quęſtionibus tradit.

Dianę tēplū i angiportu

> Inde q̃ter paſtor ſaturos vbi clauſerit hędos,
> Canuerint herbę rore recente quater,
> Ianus adorandus, cum quo cōcordia mitis,
> Et Romana Salus, araq́; Pacis erit.
> Luna regit menſes, huius quoq; tp̄a menſis
> Finit Auentino Luna colenda iugo.

PAV. MAR.

Concordia & Salus & pax

INDE Quater, quarto die poſt, non tamen numerata die ęquinoctij, ſed quatuor ſequentibus diebus erit feſtum Iani, Concordię, Salutis, et Pacis, quoniam his eo die ſacrificatur. De Iano, Concordia, et Pace dictum eſt in primo libro. Salutis autem ędes erat apud portam Salutarem de qua Pompeius Feſtus, Salutaris inquit porta appellata eſt ab ęde Salutis, quę ei proxima fuit. et Varro inquit, Collis Salutaris quatriceps os aduerſum eſt Pylonoris ędem Salutis, et Tranquillus inquit de Auguſto loquens, nonnulla etiam ex antiquis cerimonijs paulatim aboleta reſtituit, vt Salutis augurium, Diale Flaminum &c. Inde vbi, poſtquam. Paſtor quater clauſerit hędos ſaturos, veſperi quater reduxerit e paſcuis, et incluſerit capellas. Et herbę quater canuerint, albeſcent. Rore recente, gelido. Hac periphraſi a reductione capellarum et rore, veſpertinū et matutinum tempus ſignificat quater ſic quatuor ortus et occaſus, ergo poſt quatriduum, hoc eſt. xxx. die Martij. Ianus erit adorandus, ſacrificandum erit Iano. Cum quo, Iano. Erit mitis Concordia, adoranda ſcilicet et illi eſt immolandum. Et Salus Romana, nam in ęde Salutis pro ſalute populi erecta litandum. Et ara Pacis, vbi etiam peragenda eo die ſacrificia. Luna regit menſes, pridie calend. April. hoc eſt vltimo die Martij, feſtum eſt Dianę, cui in Auentino ſacrificatur. Seruius enim Tullus ſextus Ro. rex Latinorum populis perſuaſit vti exemplo eorum, qui Dianę Epheſię ędem feciſſent, et ipſi ędem Dianę in Auentino ędificarent. Quo effecto bos quędā Sabino mirę magnitudinis nata eſt, reſpōſum datum eum populū ſummam imperij habiturum, cuius ciuis bouem illā immolaſſet, Sabinus bouem in Auentinum egit, et cauſam ſacerdoti Romano expoſuit. Ille callidus dixit, prius eum viuo flumine manus abluere debere. Sabinus dum ad Tyberim deſcendit, ſacerdos Romanus bouem immolauit. Ita imperium ciuibus, ſibi gloriam facto, conſilioq; quęſiuit &c. Luna regit menſes, de hoc a principio diximus, ꝙ menſes a Luna computantur, et principia menſium illi ſunt conſecrata, cum eandem Iunonem et Lunā eſſe putarent. Huius quoq;, menſis Martij. Finit tempora, nam vltimus dies eſt illi ſacer. Luna, hoc eſt ipſa Diana. Eſt colenda iugo Auentino, in monte Auentino, vbi eſt illi templum a Romanis pariter et Sabinis erectum, eſt igitur eo die Dianę ſacrificandum.

Tēplum Lunę in monte Auētino

Finis Tertij Libri.

Aduerte in folio. CX a tergo, vbi eſt illud. NOTA quia ſic eſt legendū, ſi Pli. xi. calen. Septembris exoriri dicat. Tu aūt ſic accipias, Ouidium intelligere de ortu veſpertino, ꝙ oriatur cosmice poſt occaſum Solis, et Pli. &c.

# PRÆFATIO IN QVARTVM LIBRUM Faſtorum cum Declamatione orbitatis morte Fratrum. Paulus Marſus Piſcinas Po. Cl. Georgio Cornelio. M. Cor. Equitis. F. Salutem.

DEſtinatum tibi Cornelij opus maturãtem, et e medio curſu iã in portum accelerãtem Acerbiſſimę calamitatis meę nuntius, paulū ab inſtituto reuocauit, et huic honeſtiſſimo labori noſtro morã, & miſerabiles quoq; lachrymas adiecit. Namq; illud attuli, quod ad sũmam mihi infelicitatē deeſſe videbat. Quicquid. n. reliqui nobis fortuna prius fecerat, ademit, vt ad extremam lugubrēq; orbitatem redigeremur. Quã quidē miſerrimam miſeriaꝝ omnium multi putauere. Pręſertim cum & ſcboles, et propagãdę deinceps ſobolis ſpes ſublata ſit, et fouendę quoq; in poſteꝝ ſenectę. Quod ſi ea ętas a propinquis interdũ contẽni ſoleat, Quid erit orbata liberis, et rebus ꝗbuſcunq; chariſſimis, atq; omni ſolamine, & adiumẽto deſtituta. Quam miſera illa ſit, omnes apertiſſime norunt. Quę ſi ea ratione infelix dici poterit, cum in quo congeſcere poſſit, omnino careat. iure eſſe dicemus orbitatẽ infeliciſſimam, vnde ea nobis miſeria redũdabit, ſic & ego infeliciſſimus dici potero tot chariſſimis fratribus, tam numeroſa Marſoꝝ familia orbatus. Quatuordecim. n. infelix, naꝫ adhuc ſuperſtes, mater enixa filios, Decem ſub ea ipſa ętate, quę parẽtibus plurimum voluptatis affert, dulci, & iucunda pueritia fatuꝫ extinxit. Quatuor eramus reliqui. Tres hoc mihi quatriẽnium ſuſtulit. Primum ex his Angelum ꝗdem vocatum, biennio mihi natu maiorem. Ab incunabilis religioni minorum a matre deſtinatum, ſuapte natura mitem, pium atq; manſuetuꝫ, et qui me ſemꝑ habuit longe ſibi vita chariorem. Iam grauẽ, omni morum laude, et vitę ſanctitate probatuꝫ, quatrageſſimo ętatis anno mors immatura cõfecit. Duos deinde funeſtiſſima hęc Italię bella rapuerunt. Alterum Antonium nomine, quatuor ante me annis natum, Hetruſcũ ademit. alteruꝫ itidem vt ſuperior, Angelum nuncupatũ, quem ego ipſe educaueram, et bonis moribus inſtitueram, et in quo ſpem omnem futurę ſenectę, ſi ad eaꝫ me numina euexerint, tuendę collocaueram, et cui ſociam nuper thalami dederam, vt ex eo mihi eſſet illa ſobolem paritura, O me miſerum, O me infelicem, Latinuꝫ ſuſtulit. Romanam. n. militiam ſequutus, in Tuſculano in pręſidijs erat, Iuuenis quidem, & corporis robore & animi fortitudine inſignis. Dum pedes in turcũ equitem, agrum populantem irruit, & a fronte congreditur, vulnerat infeſto telo, et ſeminecem ex equo dijcit. Alter eum a tergo et eques & turcus tacite adortus, nihil ſibi inde cauentem obtruncat. Itaq; fortiſſimus ille iuuenis crudeli fato vitam exhalauit. Alteraꝫ ego miſer nec aliquid reſcire poteram. Nemo. n. erat, qui tam luctuoſam, grauiſſimã, acerbiſſimamq; calamitatem per literas ab vrbe nunciaret. Compulſus tandem meis literis, vt aliquid de fratre ſcriberet Cephalios meus rem omneꝫ aperuit. Quo quidem accepto nuntio, quid acerbius, quid infelicius, quid calamitoſum, et lugubre magis afferri potuiſſet? Hinc igitur ingenti, atq; incomparabili dolore concepto, et animi conſternatione, et lachrymis ſine fine profuſis factuꝫ eſt vt inchoatum tibi opus ad finem non deduxerimus. Nunc vero lachrymas et querelas minime repetens, nam vt de ſe poeta inquit, Non tibi ſunt moeſta ſacra canenda lyra. Ad intermiſſum modo laborem animum referemus, et proſequemur inceptum. Sequebatur enim quartus liber, vbi ratio menſis Aprilis et feſta recinuntur, in quo quidem multa ſunt, et tibi ſuauiſſime Corneli, et cęteris omnibus multuꝫ voluptatis, et vtilitatis allatura.

**ANTONII FANEN. ET PAVLI Mar. In Quartum Pu. Ovi. Naſo. Faſto. Librum enarrationes.**



**P. OVIDII NASONIS Faſtorum Liber quartus.**

Alma ſane dixi geminorum
mater Amorum,
Ad vatem vultus rettulit il
la ſuos.
Quid tibi ait mecum? certe
modo feſta canebas,

ANT. FAN.

Alma ſane dixi geminorum mater Amorum. Nõ recte ſenſit Eratoſthenes, qui poemata ad mentem et intelligentiam indicãdam non cenſuit, perinde ac poetę omnes non docendi, ſed oblectandi gratia ſcripſerint. Cum ꝯtra ſapientiſſimi viri primum q̃dam philoſophiam poeticã eſſe dixerint, et Homeri poema nihil eſſe aliud q̃ ſtudium ſapientię. Vñ poetarum figmenta non ſunt ſemꝑ accipienda ſimpliciter, ſed altius inſpicienda, q̃ quidã opinentur, vt ecce quod ad hũc locũ attinet, igneum ſemẽ e cęlo cecidiſſe in mare poetę finxerunt, et Venerem natã e ſpumis quo nihil aliud ſignificarunt q̃ ignem et aquã duplicẽ cãm eſſe naſcendi, vñ Aries calidus et humidus (vt dictus eſt) inter ſigna zodiaci obtinuit principatum, quẽ tamen multi calidum eſſe atq; aridũ tradunt. Eã ob cãm maiores noſtri Aprilẽ menſem quo nitẽt arua ſegetibus, prata herbis, arbores folijs, et ex ꝯiunctione ignis et humoris oĩa procreant̃, Veneri dicauerunt. Eumq; mẽſem Fuluius, et Iunius Gracchus, teſte Var. alijq; nonnulli, q̃ſi Aprilem noĩatũ exiſtimarunt a ſpuma, quã gręci Aphrõ vocant, vñ Aphrodite Venus a Gręcis dr̃, quã noſtri Cęligenã vocarunt, vt idem Var. auctor eſt, q̃uis Plut. in Numa, Ideo Aprilem a Venere dixerint noĩatum, ꝙ eo menſe et Deę ſacrificãt, et ad calendas mulieres lauant̃ myrto coronatę. Cingius aũt in libro quẽ de faſtis reliq̃t (vt ſcribit Mac.) ait imperite quoſdã opinari antiquos hunc mẽſem a Venere noiaſſe, cum nullus dies feſtus, nullumq; ſacrificium inſigne Veneri ꝑ hunc menſem fuerit conſtitutum, cui Cingio Var. cõſentit, affirmans Veneris nomẽ, ne ſub regibus q̃dem apud Romanos, Latinũ vel Gręcum fuiſſe. ideoq; nõ potuiſſe Aprilem a Venere noiari, ſed ab aperiẽdo dici magis putandũ, quaſi Aperile, ꝙ verna tẽperie arridente (vt ait Plutar.) plantaꝝ germina aperiant̃, cęteraq; quę continet terra. Sciendum tñ non negare Var. Flaccũ, teſte Macro. poſtea cõſtitutum eſſe, vt hoc menſe matronę Veneri ſacrũ facerent, quę Dea et mas et foemina putabatur. Vñ legimus Ariſtophanẽ eã Aphroditon appellaſſe, q̃uis (vt ſcribit Ser.) nõnulli dicãt non ſolũ Venerẽ, ſed ẽ alia numina vtriuſq; ſexus participationẽ habere. Sunt q̇ putant Romulum altiore prudẽtia ita primos ordinaſſe menſes, vt cũ ꝓcedens Marti eẽt dicatus Deo plerunq; hoĩum necatori, ſecundus Veneri dicaretur, q̃ vim eius q̃ſi bñficia leniret, nã cũ in .xij. ſignis zodiaci primũ ſignum Aries Marti aſſignatus ſit, ſequens .i. Taurus Venerẽ accepit. Lege Macro. Dr̃ autem Venus geminoꝝ Cupidinũ mater, ſed ſcripſerunt quidã plures eſſe Veneres, pluresq; Cupidines, vt Cice. q̃ duas Veneres tradit, et tres Cupidines. Primum ex Mercurio et Diana genitũ. Scd̃m ex Mercurio et ſecũda Venere. Tertiũ quem Anteron dñt. Alij hãc Venerẽ, quam ex teſtibus Cęli et maris ſpuma genitã Aphroditẽ vocant, geminoꝝ Cupidinũ mr̃em dicunt. vt Diua nõ miti generata põto, Quam vocant matres geminus Cupido. Hinc illud eſt Sillij, Cum ſic ſuſpirãs roſeo Venus ore decoros Alloquitur natos. Hoꝝ alter voluptatis eſt, quẽ Diogenes dicere ſolebat vacantiũ occupationẽ. alter pietatis. Ille .n. turpis eſt de quo ait Vir. in Buc. Nunc inſanus amor duri me Martis in armis Tela iter media, atq; aduerſos detinet hoſtes. Ille pius de quo in .i. Æne. Neq; .n. p̃rius ꝯſiſtere mẽtẽ Paſſus amor. Plato duplicẽ amorẽ eſſe dixit, Alteꝝ terreſtrẽ atq; vulgarẽ. Alterum cęleſtẽ, ſingularẽ. ac plane diuinum, et hũc q̃dem eſſe oĩ ſtudio ac diligẽtia expetendũ, illum vitãdum tanq̃ humano generi ꝑnitioſũ. ideõq; hunc cęleſtẽ amorẽ fauorem ẽt vocat, ſed ſanctũ ac diuino quodã inſtinctu ꝓueniẽtem. Sagittaꝝ Cupidinis alterã ideo auratã fingi arbitramur, ꝙ pulchritudo ſępiſſime amorẽ facit, vel ꝙ auꝝ eſt calidũ et humectum, nã ꝙ auro amor conciliari ſoleat, vt Aurea nunc vere ſunt ſęcula plurimus auro Venit honos, auro cõciliat̃ amor. Licet veꝝ ſit vt ad id figmẽtum attineat nõ putarim. Altera vero qua fugari amorẽ fabulant̃, ideo plumbũ hꝫ mea ſnĩa, ꝙ conſtat ad alligatis lũboꝝ et renũ partibus plũbi laminis ob eius frigiditatẽ impetus Veneris inhiberi, auctore Plu. Sane alma

Quid ſignificat Venerẽ natã ex ſpuma maris

Aprilis

Aphron Aphrodite

Quare Mr̃onę ſacrificabant Veneri

Cupidines tres

Amor duplex

Sagitta cupidinis aurata

Sagitta cupidinis plũbũ habẽs

Venus

Num vetus ĩ molli pectore vulnus habes?
Scis Dea reſpondi de vulnere, riſit, & aer
Protinus ex illa parte ſerenus erat.
Saucius, aut ſanus, nunq̃ tua ſigna reliqui,
Tu mihi propoſitum, tu mihi ſemp̃ onus.
Q ue decuit primis ſine crĩe luſimus annis,

Almum Venus ab alendo ſic dicit, vt Alma ceres. almus
ager. Aluntur enim per Venerem aialia, hoc eſt p̃
pagant et ſeruant ſpecies, q̃uis pereant ĩdiuidua.
Sed almus interdu3 et pulchrum ſignificat, aucto-
re Feſto, quo nullum epitheton magis Venerem
decet. Sciendum placuiſſe quibuſdam amores tres
eſſe. Alijs quinq;. Alijs
plures. Vnde illud eſt
Propertij, Hos vetuit
me numerare timor.
PAV. MAR. Alma faue dixi
geminoꝝ ma-
ter Amoꝝ. Rõ-
nẽ huius menſis, quẽ
nũc quarto loco nu-
meramus, cum ſecun
do loco a Romulo eſſet inſtitutus, a Vectio Ma-
Quare Venus dr̃ a grecis αφροδιτη crobiano mutuabimur. Sctm, ingt, menſem ncia
uit Aprilem, vt qdam putant cum aſpiratione, q̃ſi
Aphrilem, a ſpuma, quã greci αφρον vocant, vñ
orta Venus credit̃. Et hanc Romuli aſſerunt fuiſſe
rationem, vt primũ qdem menſem a p̃re ſuo Mar
te. ſcđm ab Ænee matre Venere noiaret, vt hinc po-
tiſſimum anni principia ſeruarent, a qbus eẽt Ro
mani nois origo, cum hodie quoq; in ſacris Mar
tem patrem, Venerem genitrice3 vocemus. Alij pu
tant Romulum, vel altiore prudentia, vel creti no
minis prouidentia, ita primos ordinaſſe menſes,
ut p̃cedens Marti eſſet dicatus. Deo plerunq; homi
num necatori, vt Homerus nature conſcius ait,
αρεσ. αρεσ βροτο δ'οικε μιαιφονε τειχεσιπλητα.
Secundus Veneri dicaret, q̃ vt in eius quaſi bñficia
leniret. Nam et in duodecim ſignis zodiaci, quoꝝ
cuncta certoꝝ numinum domicilia credunt, cu3
Aries Marti aſſignatus primum ſignu3 Aries Marti aſſignatus ſit, ſequẽs
mox Venerem. i. Taurus accepit, et rurſus regione
Scorpius ita diuiſus eſt, vt Deo eẽt vtriq; cõis. Nec
exiſtimat̃ rõne celeſti carere ipſa diuiſio, ſi quide3
aculeio vel potentiſſimo telo, pars armata poſteri
or, domicilium Martis eſt. Priorem vero partem,
cui ζυγοσ apud Grecos nomen eſt, nos libram vo-
camus, Venus accepit, que velut iugo ꝯcordi iũgit
matrimonia, amicitiasq; cõp nit. Sed Cingius in
eo libro, quem de Faſtis reliquit, ait imperite q̃sdã
opinari Aprilem menſem antiquos a Venere di-
xiſſe, cum nullus dies feſtus, nullumq; ſacrificiũ iſi
gne Veneri per hunc menſem a maioribus inſti-
tutum ſit, ſed ne in carminibus qdem Salioꝝ, Ve-
neris vlla, vt ceteroꝝ celeſtium, laus celebrat̃. Cin-
gio etiam Varro ꝯſentit, affirmans nomen Vene-
ris, nec ſub regibus quide3 apud Romanos, vel La-
tinum, vel Grecu3 fuiſſe. Et ideo non potuiſſe mẽ-
ſem a Venere nominari, ſed cum fere ante equi-
noctium vernum triſte ſit celum, et niuibus ob-
ductum, ſed ẽ mare nauigantibus clauſum. Terre
etiam ipſe aut aqua, aut pruina, aut niuibus cõte
gantur. Eaq; omnia verno, ideſt hoc menſe aperiã
tur. Arbores quoq;, nec minus cetera que continet
terra, aperire, ſeu in germen incipiant, ab his om-
nibus menſem Aprilem dici merito credendum
eſt, quaſi Aperilem, ſicut apud Athenienſes ανθεσ
τηριον idem menſis vocatur, ab eo q̈ hoc tempo-
re cuncta floreſcant. Valerius autem Flaccus non
negat hoc die poſtea conſtitutu3, vt Matrone Ve- Plutar. ꝺ ſacris Veneri dicatis mẽſe Aprili
neri ſacrum facerent. Plutarchus vero in vita Nu
me, Aprilem inquit, quod Aphroditis ideſt Vene-
ris habeat cognomentum. Quo menſe et Dee ſa-
crificant, et ad calen-
das mulieres myrto
coronate lauãt. Qui-
dã vo non ab Aphro
diti Aprilem noiatu3
dicunt, ſed queadmo
dum ſimplex ſe no-
men habet Aprilem
menſem vocatũ, quo-
niam verna tempie
arridente, plantarum aperiãtur germina &c. Sed
hec hactenus. Poeta Veneris menſem ſcripturus,
Venerem inuocat primo verſu. Affuit deinde illa,
et rogat an amet, cum ea vocet quid velit. O ma
ter alma, O Venus mater. Geminorum Amoꝝ
faue, mihi feſta canenti. Alma Veneri adiungitur.
Virg. Alma parens ꝯfeſſa Deam. et Alma Venus
Phrygij genuit Symoentis ad vndam, ab alendo
q̈ oia alat, vñ et Ci. Venerẽ dictam putat q̈ ad res
oẽs veniat. Geminoꝝ Amoꝝ, hoc eſt ioci et cu-
pidinis, q2 ambo filij Veneris tradunt̃. Hora. in. i.
car. Siue tu mauis Erycina ridẽs, Quã volat circũ
iocus et cupido, et Seneca in Tu. Diua nõ miti ge-
nerata ponto, Quã vocat matrem geminus Cupi
do, pro ioco et cupidine dcm̃. Alter. n. eſt q allicit,
alter q ꝯiungit. Illa, Venus. Rettulit ſu. vul. ad
va. vertit ſe ad me. Ait qd tibi me. ſ. eſt, cur me
nũc vocas. Certe mõ, pauloante, hoc eſt heri. Ca
nebas, cãtando ſcribebas. Feſta, dies feſtos. Nũ,
an. Hẽs ve. vul. amoris. In mol. in laſciuo.
Pector, amas ne nũc, ſicꝰ p̄ꝰ amabas. Rñdi, ego.
SCIS De vulnere, noſti Ouidium nunq̃ eẽ amo ANT. FAN.
ris expertem, qui vel ſanus amare ꝯſueuit. Nũq̃
tua caſtra reliqui, tractum a militibus, qui nõ mo
do non ſunt transfuge, ſed et incolumes et ſaucij
vexilla non deſerunt. Sine crimine luſimus, ipſe
in. ij Triſtium, Crede mihi diſtant mores a carmi
ne noſtro, Vita verecũda eſt, muſa iocoſa mea.
Quam ſententiam imitatus Martia ait, Laſciua ẽ
nobis pagina vita p̃ba. Potuit hoc dicere vt relega
tu3 ſe credere videret̃ ob Artẽ, quã ſcripſiſſet. Area Cõparõ ab eqs terẽtibus ẽ Area
ma. Metaphora eſt Florentinus iuriſc. Locum in-
quit ſine edificio in vrbe areã, ruri agꝝ appellari.
Varro Area3 eſſe ingt vbi frumenta ſecta trunt̃,
et areſcunt, a cuius ſimilitudine loca in vrbe pura
puta areas dici, q̃ (vt ingt Feſt.) q̈ vacua ſint, qua-
ſi exaruerint, et quicq̃ gnãre non p ſſint id nomẽ
accepunt. Bene aũt meminit auctor aree in rebus
ſacris, que ad edes Deoꝝ eſſe ꝯſueuit. Vñ ait Virgi.
Aut ante ora Deũ pingues ſpatiat̃ ad aras. Senſus
aũt eſt, In grauiore mã meum verſat̃ ingenium.
SCIS Tu Dea vul. tu ipſa Venus noſti an amẽ, PAV. MAR.
vel nõ amẽ. Riſit, ipſa. Et aer ꝑtierat ſe. ex il.
parte, q̃ſi ridẽte illa aer ea ex p̃te ſerenus redditus ẽ.
Altiusq; tendit ſñia q̃ verba, nã hoc ligdo apparet

Nunc teritur noſtris area maior equis.
Tempora cum cauſis annalibus eruta priſcis,
Lapſaq; ſub terras, ortaq; ſigna cano.
Venimus ad q̃rtũ, quo tu celeberrima, mẽſe3,
Et vatem, & menſem, ſcis Venus eſſe tuos.
Mota cytherea ẽ, leniter mea tempora myrto
Contigit, & coeptum perfice dixit opus.

quoties aſpectus Veneris, hoc eſt ipſius ſideris exo-rientis lętus, hoc eſt purus et lucidus videtur. Sere nitatem aeris indicat, ſecus in turbibus. Saucius aut ſanus, vel ardenter amauerim, vel non ita ve hementer. Nunq̃ tamen penitus ab more diſceſſi, et in libris de Remedio, Sępe tepent alij iuuenes, ego ſemper amaui, Et ſi quid faciam, nunc quoq; queris, amo. Saucius, hoc eſt cu3 vulnere. Aut ſanus ſine vulnere. Nunq̃ reliqui tua ſigna, trãslatio a militia. Nunq̃ diſceſſi a caſtris tuis, nam ſemper ſub te militaui, nec diſceſſi a ſignis, q2 non verti terga hoſtibus. Tu mihi propoſitum, de q̃ ſemper dicere propoſueram. Tu mihi ſemper onus, qui ſim in rebus tuis ſemper occupatus. Quidam legunt opus. Luſimus, ludendo ſcripſimus. Primis annis, in iuuenta. Quę decuit, quę decorũ fuit iuuenem ſcribere. Sine crimine, et hoc alio tẽ dit, q̃ ſcribat. Nam cu3 ab Auguſto damnatus ſit, velata tamen vera cauſa ob Artem, quam ſcripſe-rat. Nunc etiam vt ſe apud Germanicum excuſet, dicit ſe ea ſcripſiſſe, quę iuuenem decebat, et ſine crimine, quaſi dicat per quod damnari non meruiſſem et in Triſtibus ad Aug. Nullu3 legiſſes crimen in Arte mea, et illud, prius tamen dictu3, ſed q illud adducit, In quę meo nullum carmine crimen erit. Nunc maior area teritur noſtris eqs, maior nunc mihi ad agendum materia ſumpta eſt. Et eſt hoc in loco tranſlatio a tritura frugum ſumpta, nam vbi maior ſpicarũ copia, ibi maiore area opus eſt, ſic ipſe maiorem materiam maio-ribus annis accepit, nam poſt iuuentam.

Excuſatio Ouidij tacita de lib. amandi

ANT. FAN. MEA Tempora myrto Contigit, q2 hęc arbuſcula Veneris eſt, vt ait Plutar. Gaudet. n. littoribus, teſte Seruio, et apta eſt plurimis neceſſitatibus mulierum. Vnde iperatores (teſte A. Gel.) Corona myrtea vtebant, qui ouantes vrbem introibant, qbusq; incruenta victoria obuenerat, cui facilitati aptam eſſe frondem Veneris crediderunt, q̃ nõ Martius, ſed quaſi Venereus qdam triumphus ouantiu3 foret, a quibus corona myrtea oualis dicitur, auctore Feſto. Introibant autem vrbem ouantes, vel cũ bella indicta non erant, vel cum ſine ſanguine cõfecta fuerant. Ferunt Romanos, Sabinosq; cu3 pp raptas virgines dimicare voluiſſent, myrtea verbena depoſitis armis pacem firmaſſe in loco, qui poſtea ſigna habuit Veneris Cluacinę Cluere. n. antiqui pugnare dicebant, teſte Plinio, qui arborem myrtum, ideo tunc electam dicit, q2 ꝯiunctioni & myrto Venus pęſt. Huius arboris virgę geſtatę viatori ꝓdeſſe dñr in loco itinere impediti.

Myrtus. Myrtea corona. Cluere vñ Cluacina Venus.

PAV. MAR. TEMpora cum cauſis, hoc fuit noſtri ꝓpoſiti, vt tempora ſcriberemus, cum ortu et occaſu ſignorum. Venimus iam ad Aprilem tuũ o Venus mẽ-ſem, faueas igitur tuo vati, tua nunc quoq; tempora canenti. Cano, cantando ſcribo. Tempora, annum, menſes, dies, feſtos, & ꝓfeſtos, feſta ſtata, & non ſtata. Cum cauſis, cum rationibus, vt i ꝑn-cipio quoq; diximus. Seu cum originibus, hoc eſt cum fabulis, ſiue hiſtorijs, vnde quid originem habuerit. Et qm̃ cum originibus dixerim, neſcio qui interpretem fideliſſimum viꝝ piu3, et ab oi maledicentia penitus abhorrentem nuperrime fuerint inuecti, quaſi fuerit in eo verbo maieſtas naturę lęſa. Carpant licet in puerilibus ludis, et in nomen meũ paſſim allatrent, non tñ efficient, vt ab inſtituto diuellar. Illud enim mihi tam a natura datũ, q̃ vitę inſtitutione ſeruatum, ne quemq̃ verbis pronocent, ne maledicendo cuiuſpia3 aures offendã. Fruſtra quidem laceſſunt, nondum. n. maledicere didici. Nec ſi quid fieri poteſt, ſine vlla maledicẽtię nota rñdebo. Turpiſſimum enim eſſet duci cũ quouis milite certamen. Sed hoc tantum dicere liceat, quod apud Luca. Cęſar vanam ſpẽ mortis honeſtę concipis, haud inquit iugulo ſe polluet iſto Noſtra Metello manus, dignus te Cęſaris ita Nullus honor faciet. Sed ſatis ſit. Quãuis et illud Tragicum adduci queat, Domi lyciſſam quid ꝑaniſſe profuit, vt illa roſtro Sanguinem hauriret truci, ſed redeamus ad rem. Cum cauſis, cum originibus, ſeu cum rõnibus, vt ab initio diximus. Nã toto opere poeta cauſam, aut pro rõne, aut ꝓ origine ponit. Eteni3 plerunq; refert, qua rõne quid fuerit, inſtitutum, et vnde originem habuerit, vt i primo lib. cu3 agit, cur Priapo mactet aſellus, Cauſa pudenda qdem, ſed tamen apta Deo, refertq; vnde aſinorũ immolatio habuerit originem. Et poſtea i Carmentalibus, Vnde petam cãs horũ, moremq; ſacrorũ, quo pacto intelligemus hoc in loco cãs? ꝓ meritione? an pro origine et rõne? Sed ne nimiu3 imoremur, q2 frequentes loci ſunt huiuſmodi, vbi cãm pro origine ponit, nam mox ſubijcit vñ pricipium res ipſa habuerit. Et q2 non credit, euoluamus dilucidiores locos in ſcdo libro. vbi de lupercalibus agit. Dicite Pierides ſacrorũ q̃ ſit origo, Attigerit Latias vnde petita domos, Quę ſit origo dixit, et originem lupercaliũ grę̨cam refert, ia3 negari non poteſt, et i eisde3 ſacris, cu3 latinam origine3 referre vult inqt, Adde ꝑegrinis cãs mea muſa latinas. Vides ne q̃ apertiſſime cãs pro originibus poſuerit. Eodem enim tendit vtrunq;, nam cũ primum precatur muſas, vt dicant origine3 et grę̨ca relata eſt. Poſtea precat vt latina cauſa referat, quis eſt tam pertinax, qui pro origine dictum neget, cum originem ſacrorũ apertiſſime referat qđ creberrimum eſt apud poetam, cũ cãm aut ꝓ origine, aut pro ratione ponit. Quod vt ꝯſtet cũ cãm non ponit, ponit originem, vt in Palilibus, Expoſitus mos eſt, moris mihi reſtat origo et in Storalibus.

Cã ꝓ origine et rõne

Inuocatio ad muſas

bus.Dic Dea rñdi ludorũ quę ſit origo.In Lemum
libus,Dicta ſit vnde dies quę nominis extat ori,
go,Me fugit ex aliquo eſt inuenienda Deo. Origi,
nem hoc in loco dicit. Sed quid ꝓſequit vt videa,
mus qua rõne poſitus,Pleade Natemone virga ve,
nerande potenti Sępe tibi ſtygij regia viſa Iouis.
Venit adoratus cadu
ci fer aſpice cauſaꝫ No
minis ex ipſo eſt co,
gnita cā Deo.Quis ne
gat cauſam pro origi
ne poſitam, cum pri,
us dicat, Quę nomi,
nis erat origo, et po,
ſtea ſubdit, ipſo Deo
cognitā eſſe cauſam,
et refert vnde originem habuerint Lemuralia, et
in principio ſexti,Hic quoq; menſis habet dubias
in nomine cauſas.Et Poſt,Hic ego quęrebam coe,
pti quę menſis origo Eſſet,et in cura nominis hu
ius eram,cauſas et originem indifferenter dicit,
etpoſtea, At decus omne mibi contingit origine
menſis.Conſtat igitur tandem ex poeta ipſo cau,
ſam pro origine poni.His argumentis cum refe,
rat rerũ,de quibus agit,originem, et cum interdũ
vbi cauſam non ponit,originem ponit.Vel cũ cõ,
uertat,vt cauſam pro origine, et originem ꝓ cau
ſa ponat. Arguamus nunc a diffinitione vocabu,
li.Fabius Victorinus ſic diffinit,Cauſa eſt aĩ ipul,
ſus ad aliquid agendum.Quicquid enim fit ex ali,
quo animi impulſu fit. Et quoniam ita forte ar,
Quaꝛ ro guitur,Romulus cauſa fuit condendę vrbis, pro,
mulus fu pter ipſius animi impulſum, non tamen fuit ori
it cā ꝯdē go,nam hęc refertur ad principium ipſius ędifi,
dę vrbis cationis,cum eſſent omnia quę ad rem facerent
parata.Euoluatis Ciceronē inuenietis duplicē cau
ſam,impulſiuam, et ratiocinatiuam. Impulſiua
eſt in ipſo primo motu.Ratiocinatiua eſt in rõne
et ꝯſilio.Primo enim loco eſt animi impulſus,de,
inde eſt ipſa ratiocinatio.A prima quidem origīe
pendens.Et ipſe impulſus eſt origo rei Fruſtra.n.
adhiberet ratio,immo adhiberi non põt,niſi ſit il
le animi impulſus, nam vt ab initio diximus, ex
cauſa eſt ipſa rõ,quę qdem ex rerũ gerendarũ ordo
ex cauſa uenientium, vt quid quo loco facias, ac
dicas intelligas.Ratio ſine cauſa eſſe non põt,cau,
ſa veroſine rõne põt.Hoc idem Fabius inqt. Sed iā
pueris notum eſſe arbitror,impulſum illum ani,
mi originem eſſe rerũ agendarũ. Sed qꝛ multis per,
ſuaſum eſt ꝯtrarium,et adeo in ellis mentibus in
fixum,vt auelli non poſſit ſi nobis non credit,nõ
Fabio,non poetę noſtro,non rõnibus credat tan,
dem Ariſtoteli,et Ciceroni.Ariſtoteles enim oſtēdit
De origi cauſam eſſe negociorũ originem.Cice.in lib. de na
ne vrbis tura Deo.Cauſam hoc eſt principium inqt. Quod
Romę ꝑ; ſi hi errant,cum his errare malo,q̃ cum cęteris re
Ariſtote. cte ſentire.Arbitror etiam dicturos eos Ariſtotelez
et Cicero et Ciceronem erraſſe.Sed iam finis ſit. Neq; volebā
nem tam longe progredi,Deus enim teſtis eſt, me non
fuiſſe maledictis reſponſurũ,ſed qꝛ locus exigebat,
vt de cauſis agerem,volui oſtēdere, vt oportuit cū

*Senſimus, & cauſę ſubito patuere dierum,*
*Dum licet, & ſpirant flamina,nauis eat.*
*Si qua tamen pars te de Faſtis tangere debet*
*Cęſar,in Aprili quod tuearis,habes.*
*Hic ad te magna deſcendit origine menſis,*
*Et fit adoptiua nobilitate tuus.*

cauſis,hoc eſt cum originibus recte dictum, non
vt quēquā carperem, ſed vt mea dicta defenderē.
Sed proſequemur iter inſtitutum. Eruta annali,
bus priſcis,quę ego magna cura et diligentia ex
veterum annalibus excerpſi. Et cano ſigna lapſa
ſub terras et orta, ortum et occaſum ſignorum,
vt ab initio dictum
eſt. Venimus ad q̃r
tũ menſem,ad Apri,
lem,qui quartus an,
ni locum obtinet.
Quo, menſe. Tu
celeberrima, cultiſſi,
ma et celebratiſſima
es. Et tu Venus ſcis
vatem,me ipſius qui
cano tempora. Et menſem eſſe tuos,nam ē ego
tui iuris ſum,et menſis tibi dicatus, et a tuo no,
mine nuncupatus,faueas ergo dum ea canimus,
quę ad te ipſam pertinent. Mota Cytherea, Ve,
nus mota eſt verbis meis. Contigit leniter mea
tempora myrto, vt inſpiraret mibi mentem qua
perciperem ea quę cupiebam,Myrtus enim Vene,
ri ſacra.de eo paulo inferius. Et dixit perfice cę,
ptum opus, quod incepiſti proſequere, et perfice.
Senſimus, contigere.s. illa tempora et mentem
inſpiraſſe. Et cauſę dierum, origines et menſis
Aprilis,et feſtorum ipſius menſis. Subito patue,
re,fauente iam⁹ numine. Dum licet, ſcribere ſci,
licet hec. Et ſpirant flamina,dum flant ſecundi
venti. Eat nauis,nauigemus per tranſlationem
a nautis,qui ſecundo vento vtuntur, hoc dicit, Aprilis ē
Nunc cum Venus ipſa faueat,proſequemur incoe mēſis gē,
ptum. Si qua tamen pars te, o Germanice, ſi qd tis Iulię
eſt in Faſtorum,quod ad te pertineat, pręcipuus
eſt hic menſis,quoniam Veneri dicatus eſt, a qua
quidem progenita eſt Iulea domus, in quam tu
adoptatus es.Domeſticus hic ergo vobis menſis,cū
Iuliorum progenitricis ſit. Tamen o Cęſar, Ger
manice. Si qua pars de Faſtis, de Faſtorum li,
bris et menſibus ipſis. Debet te tangere, te mo,
uere,quod ad te pertineat.
IN Aprili quod tuearis habes,quoniam hic mē ANT.
ſis a Venere nomen accepit,a qua Cęſares deſcen, FAN.
derunt.Vnde auctor ſubiungit. Et fit adoptiua
nobilitate tuus,nam Iulius Cęſar a Venere per Iu
lium Æneę filium originem ducens adoptauit
Auguſtum,Auguſtus Tiberium Neronem,Tiberi
us Germanicum,cui Naſo(vt diximus) hoc opus
inſcripſit.Vnde nos iampridem aperientes amico
cuidam noſtro quid de inſcriptione huius operis
ſentiremus,poſt multa illo ſcripſimus,Noluit im,
merito Faſtos ſcripſiſſe Neroni,Natus habet tituli
pręmia qui meruit. Pater Iliades, Romulus Ilię
filius. Longum cum ſcriberet annum, Lunaris
comparatione longum dicit, nam breuis eſt, ſi
Solſtitiali compareturr, qui.xij. menſibus conſtat.
Auctores rettulit ille ſuos,Martem et Venerem Quare
vt Hęc generis princeps ipſius ille pater. Quod ſi, Venus di
bi naſcenti proxima cauſa fuit, qꝛ Mars Romulo mr Ro,
pater fuit, eum cauſam proximam vocat. Nam muli

Hoc pater Iliades, cum longũ ſcriberet annũ,
Vidit, et auctores rettulit ille ſuos.
Vtq; fero Marti primam dedit ordine ſortẽ,
Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit,
Sic Venereʒ gradibus multis in gẽte receptã
Alterius voluit menſis habere locum.
Principiumq; ſui generis reuolutaq; quęrẽs
Secula, cognatos venit ad vſq; Deos.
Dardanon Electra q̃s neſcit Atlantide natũ?
Scilicet Electram concubuiſſe Ioui?

Venus Romuli mater dicit, ſed alia ratione, multis videlicet gradibus interiectis Quidam legunt naſcendi. Cognatos Deos, Iouem ac Venerem. Hanc Æneę parentem, illum Dardani. Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum? Virg. in viij. Æne. Dardanus Iliacę primus pater vrbis, et auctor Electra, vt Graij perhibent Atlantide cretus Aduehit Teucros, Electram maximus Atlas Edidit ętheros humero qui ſuſtinet orbes. Scire autem debemus tres fuiſſe Atlantes, vt inquit Seruius. Vnum regem Arcadię, qui pater eſt Maię. Aliuʒ Maurum, qui maximus dicitur. Tertiuʒ Italum patrem Electrę, ex qua et Ioue natus eſt Dardanus, qui Dardaniam condidit, vt Home. ſcribit in .xx. Iliados. Licet quidam Dardanum non ex Ioue, ſed ex Corytto rege Thuſcię natum dicant, qui Electram vxorem habuit. Ex ea et Ioue Iaſium quoq; genitum tradunt, vt Hinc Dardanus ortus Iaſiuſq; pater. Refertur ſane hoc loco Romani ſanguinis nobilitas a Dardanio Iouis Cretenſis filio ad Romuluʒ. Quod Ouidi. facit non ſolum vt oſtendat quare Aprilis a Venere nomen acceperit, ſed Cęſaribus blandiatur, quibus placere ſtudet. Ferunt Dardanum Coryto vita functo, a quo oppiduʒ Thuſcię Coryti nomen accepit, cũ de regno ab Iaſio diſſentiret, eo interfecto ſe in Samothraciam, poſteaq; in Phrygiam contuliſſe. Sed de his varia leguntur, q2 (vt inquit Virg.) fama eſt obſcurior annis.

Atlantes tres

Dardãus Corytus rex Iaſius

Corytum oppidũ

PAV. MAR.

HABes quod tuearis, quod in tuo iure defendas In April, in hoc menſe. Hic menſis deſcendit ad te ipſum magna origine, magnis cauſis, ſeu rerum principijs. Naʒ illi numini dicatus eſt, a quo Cęſareum genus originem ducit. Et fit tuus, tui iuris, aut tibi domeſticus. Adoptiua nobilitate, ea nobilitate Iulea, in quam tu adoptatus es. Iulius enim Cęſar ex Iulio Aſcanij filio progenitus eſt. Is Octauium adoptauit in filium, Octauius Tiberium ea lege, vt ipſe Germanicuʒ fratris filium adoptaret, ſic per adoptionem a Venere quoq; originẽ ducit. Hoc pater Iliades, Romulus quoq; cum videret ſe a Venere progenitum, et patrem habuiſſe Martem, iungit menſes ipſos, nam primo loco menſem a ſe ipſo Marti. Secundo Veneri dicatum numerauit. Pater Iliades, Romulus Ilię filius et vrbis conditor. Vidit hoc, ſcilicet ſe eſſe a Venere progenitum. Cum ſcriberet, conſtitueret. Annum longum, annum ciuilem, quem decem menſium numerauit. Longum ad differentiam anni Lunaris. Et rettulit ille ſuos auctores, Venerem, vnde eſſet ſui generis origo, et Martem, quo natus erat. Et vt dedit primam ſortem ordine fero Marti, vt primum locum anni a ſe conſtituti Marti aſſignauit. Quod fuit proxima cauſa ſibi naſcẽti, quod ipſius fuerit auctor et origo ꝓpinquior. Nam pater qui eum genuit. Sic voluit Venereʒ receptaʒ in gente, in familia. Quidam legunt repertã. Multis gradibus, longa per gradus cognatione, nam per ſucceſſionis ordines ab Aenea ad Iliam matrem. Habere locum alterius menſis, ſecundi, vt ſecundi anni locum obtineret ipſa Venus. Et quęrens, inquirẽs ipſe Romulus. Principium ſui generis, vnde originem habuiſſet. Et ſecula reuoluta, ętates iam exactas, et reuolutas longa annorum ſerie. Venit vſq; ad cognatos Deos, ideſt vſq; ad Iouem et Venerem. Nam alter auctor Troiani generis altera Ænee mater, a quo ipſe progenitus eſt. Dardanon Electra, explicat nunc poeta Romani generis vetuſtatem. Ipſamq; genealogiam a Dardano Iouis filio, vſq; ad Romulum ipſum. Quę quidem generationis ſeries a multis, varijſq; ſcriptoribus explicata a nobis ex fideliſſimis hiſtoriographis, tam gręcis q̃ latinis excerpta. Inque breue cõpendiolum ĩ ſuperioribus annis, natali quidem Romano redacta eſt. Expoſita quoad fieri potuit breuiſſime re ipſa ab vltima Troianorum origine, vſq; ad ſummum Romanę vrbis imperium. Quod cum locus exigere videatur, vt ipſa quoque ſeries nunc exponenda ſit. Non ab re viſum eſt ea quę ad Romuleum genus pertinent, ab initio ad Romulum his noſtris quoq; cõmentariolis inſerere, vt noſtro carmine vera nũc hiſtoria cognoſcatur. Sic enim exorſi ſumus.

Annus dr̃ ſolaris ad diſſerentiaʒ anni lunaris

Roma

Roma Genethliacã tibi nũc libat ad aram.
Cãdida lux orta eſt,q̃ primũ facta parenti
Fundaméta tibi,totũ paſſura per orbem
Brachia,ſidereo caput admotura tonanti.
Quo maius nihil eſt,tua te ſi gloria tangit,
Et decus antiquũ,faueas pulcherrima vati
Roma tuo,et prima referenté ab origine rerum.
Fas ſit in anguſtos deducere carmina faſces
Fabula vana procul tantis modo rebus adeſto,
Vera canam,Arcadicos Atlas ſeruabat honores
Cum furit Electrę magno dyctæus amore
Iuppiter,hácq; grauem,et,geminata prole parétes
Reddidit,Iaſius pater hinc,et Dardanus orti.
Alter agit primo vitam ſine coniugis vſu.
Accipit at chryſem magno Pallante creatam
Dardanus vxorem,proles Idęus ab illa
Naſcitur,et Dymas ſubijt poſtremus honori
Arcadico,cedit pater hinc,et filius alter,
Iaſiusq; ſimul,magna iam claſſe parata
Armiferam in Thracem deuentum, et celſa tenet
Inſula,Mercurio genitus,Samothracia nomen
Cui dedit,at Cererē ſibi dum concumbere tétat,
Occidit Iaſius rutilo confoſſus ab igne.
Protinus in Phrygiam penetrauit Dardanus orã.
Heleumq; ſinum tenuit,conſcendit in altos
Idęus Phrygię montes,Idęa vocauit.
Nomine deq; ſuo iuga celſa,atq; Orgia Bacchi
Inſtituit Phrygios,tum cum frenaret alumnos
Scamandri ſcboles,Idęeq; vnica nymphę
Teucrus,Cecropio quãuis referatur ab antro
Aduenſſe,ſuo populos de nomine Teucros
Ex illo dixiſſe ferunt.cui nulla virilis
Progenies,tantum patrios Bathea penates
Nympha colit,chryſe extincta tibi Dardane iũgit
Connubio pater hanc,pariterq; recepit auiti
In partem regni,et Teucro ſubeunte ſupremi
Fata rogi,Phrygia ſolus dominaris in omni.
Natus Ericbthonius,quo fortunatior alter
Non fuit,ille auri,atq; equitum,et ditiſſimus agri.
Atq; huic Calliore Scamandri filia nupta.
Natus ab his Tros eſt,hic magnę nomina Troię,
Ex Troe,et ſcbole Eumedis Callaníde nati
Ilus et Aſſaracus,Ganymedis et inclyta forma.
Incoluit campos Ilus,hinc Ilion altum,
Quod male ſeruauit periurus filius Ili
Laomedon,Priamus de Laomedonte creatus,
Et matutinum raptus Titonus in ortum.
Ingentem Priamus cum fratribus Hectora gignit.
At ſacer Aſſaracus Clytodore coniuge felix
Fit pater,atq; Capim genuit,cui Naide iuncta
Naſcitur Anchiſes.Venus huic Simoëtis ad vndas
Æneam peperit,Priami cui nupta Creuſa eſt.
Natus et Euryleon,generis ſpes maxima dictus,
Inq; fuga Aſcanius nam Troia ardente ſupmum,
Et Priami genere extincto.miſerabile magno
Collapſo imperio ęternum penetralibus ignem,
Magnorumq; Deum ſacra,Troianosq; penates
Suſtulit Æneas,et cum genitore petiuit
Ærios montes,cui formidantia luſtrum
Rurſus bis geminum conſumet agmina bello
Omnia Graiorum,tribuere abſcedere tuto
Quocunq; ire velit,fato iam coniuge rapta,
E patria illachrymans,comites,natumq;,pĩremq;
Secum agit,et ſtructis iã puppibus ęquora verrés
Thraces adit primum Troię e regione iacentis.
Hic hyemem q̃ longa fuit,q̃ moeſta peregit,
Moeniaq; hic poſuit,poſitoris habentia nomen.
Quiq; ſuperfuerant bello,qui credere tutę
Se potuere fugę,dux manſuetiſſimus omnes
Suſcipit,inde plus Thracenſi littore ſoluit.
Vere nouo profugę ſulcant Ægęa carinę
Æquora,et Ionias curſu tranatur ad vndas,
Et tamen Æneas Siculis appellitur oris.
Dumq; vrbes Elymi condunt.hic altera luctu
Aſpera ceſſit hyems,ſicula tumulatur harena
Anchiſes genitor,ſoluuntur iuſta parenti.
Inde vbi veliuoli ſubſederat ardua ponti
Vnda,vocant aurę ſpirantes Solis ab ortu
Carbaſa,Tyrrhenas agitur properata per vndas
Claſſis,ab Ænea mox in Laurentia ventum eſt.
Tunc Aboriginibus parentia littora,magni
Tybridis ora ſubit,cui tunc erat Albula nomen.
Rex Aboriginibus reddebat iura Latinus
Iam ſenior,dulci populos in pace regebat.
Vnica cui ſoboles tantum Lauinia virgo.
Hunc toties placidę monuere inſomnia noctis
Suſcipere externum,qui claſſem appelleret oris
Auſonijs,magnum imperium,magna inde futurã
Progeniem,toti quę poſt dominabitur orbi.
At pater Æneas fatalia ſigna ſequutus
Aduenſſe fugę finem,certo omine ſentit.
Condendęq; ſuis pręgnans indicat vrbis
Parua quidem primo deſignat moenia ſulco.
Nec mora turbatis rerum nouitate Latinis
Venit in alloquium regis,mox foedera iungunt,
Et datur Ænee dulcis Lauinia coniux.
Et ſimul e Phrygijs multis accepere Latinas.
Hinc omnes vno Latij cognomine dicti
Compoſitam vocat Æneas a coniugis vrbem
Nomine,et e Phrygijs quos ſecum adduxerat oris
Imperitat ſolis primo pater inclytus anno.
Cum tamen a Rutulis Latij premuerent,et ipſe
Afforet auxilio regi,caderetq; Latinus,
Atq; hoſtis pugna Turnus raperetur eadem,
Imperium accipit ſoceri,tutatur,et auget.
Et quartum regno iam tandem exegerat ãnum,
Cum cadit,aut bello raptus,fluctus ue Numici.
Quęſitumq; diu nulla tellure cadauer
Inuentũ,inq; Deos tranſlatum credidit omnis
Auſonia,huic pubes poſuit Lauinia templum,
Atq; hoc cãdenti ſcripſere in marmore carmen.
Terreſtris,Diuiq; patris,fluctusq; Numici
Numine perpetuo qui flumina ſancta gubernat.
Aſcanius Latię ſuſcepit pondera molis.
Hunc quoq; Tyrrhenis vrget Mezentius armis,
Victa tamen Latio ceſſerunt robora Marti
Tyrrhena extincto crudeli funere Lauſo.
Hinc memor Aſcanius repetens mandata parétis
Egregij,ſimul et ſeruanda oracula diuum
Sępe animo voluens,celſis in collibus Albam
Condidit,et Latię dicta eſt ea regia genti.
Et iam tres ſeptem luſtris adiecerat annos

A patris interitu,quo regnum acceperat ingens.
Cum ruit in funus generoſa prole relicta.
Imperium nati maior depoſcit Iulus.
Venit Iuleu; genus vnde,decusq; ſuperbum
Militię,atq; omnis Romanę gloria gentis.
Parte alia petit Ænea,generatus auitum
Filius in regnum recepi,quem mater in altis
Ediderat ſiluis,nam cum Lauinia rapto
Coniuge,iamq; grauis, priuignũ moeſta timeret.
Ceſſerat in ſiluas natumq; enixa,fideles
Paſtores inter patrios in ſaltibus altis
Educat,et puero tribuit ſua nomina caſus.
Quoq; vbi cõpertum eſt,iuſſu reuocant in vrbem
Aſcanij,et paulo poſt hęc regina ſupremos
Verſa eſt in cineres,et Tros ſua fata ſequutus.
Ergo ambo certant Latijs ſuccedere regnis.
Hinc patruus,hinc ipſe Deo dilectus Iulus.
Hoc tum certamen prudens,litemq; diremit
Tali indicio populus,ſuccedat honori
Sacrorum,rebusq; Deum ſugatur Iulus.
Et quoniam Silui regnum hoc dotale parentis
Siluius accipiat,factum hoc cognomen ab illo,
Regibus Albanis data ſunt,ſequiturq; parentem
Siluius Æneas,cuius poſt fata Latinus
Regnum adijt,patri clarus ſubit Alba Latino,
Atq; Albę Calpetus,ſolium Capis inde priuum
Occupat,hinc patrio ſuccedis Calpete regno.
Tum Tyberinus adeſt,pugna qui cęſus,et amne
Raptus ab Hetruſco,primo miſerabilis ęuo,
Nomen aquę tribuit,poſt hũc Agrippa gubernat
Res Italas,tanto Diuum contemptor honori
Succedit,ſuperos imitans Palladius ignes
Impius,ẽ ingenti cupiens pro nomine haberi,
Et terrere homines,ſuperi Iouis igne crematur.
Abſortusq; lacu eſt omnis vnda,obruit ędes
Regis,Auentinum proceres in regna vocarunt.'
Romano dedit hic moriens ſua nomina colli.
Filius inde Procas rebus ſucceſſit auitis,
Hocq; ſatus Numitor,et tu crudelis Amuli,
Extinctoq; Proca ſubijt contentio regni.
Et data conditio eſt vter imperet,alter habeto
Troianas et opes,et quantuncunq; relictum eſt
Vaſorum,fuluiq; auri,argentiq; talenta.
Accipit imperium Numitor,fit ditior alter.
Moenibus ille potens,aſt ille potentior auro.
Et regnis inhians,ingentia robora fortem
Militiam parat,et celſam mox occupat arcem,
Imperiumq; pio fratri violentus ademit,
Dat tamen vnde queat tenuem deducere vitam.
Inq; per inſidias truncat Numitore creatum
Egeſtum in ſiluis,quo fratri nulla virilis
Sit ſoboles,tantum ſeruabat filia ſedes
Siluia,et hanc Veſtę curanda in ſacra relegat.
Hęc quoq; ſiue proco,genione,aut numine Diui,
Aut ipſe inſignis preſſiſſet Amulius armis
Sacra lauaturas dum mane incedit ad vndas,
Et viridi conſedit humo,correptaq; ſomno
Fit grauida,obſcura tegitur caligine tellus,
Solq; fidem fecit rutilo mutatus amictu
Concepiſſe Deo,ſed quo conceperat orbi
Incertum eſt,redit illa domũ iaz languida virgo,
Remq; aperit matri,velantur crimina,morbus
Fit cauſa,in templum cur non eat illa pudicum.
Mens tamen interea ſęui ſeu conſcia regis,
Seu ſuſpecta doli,metuens,curare medentes
Illam adhibet,genitrix arcet,morbumq; virilẽ
Non ait hunc ſexu prodendum,turgidus ira
Vxorem mittit cuſtodem,atq; illa tyranno
Mox ſcelus omne refert,furit ille inſanior Euris,
Cu; rapere ingenti maria omnia turbine tẽtant,
Et cęſurus erat pręgnantis viſcera ferro,
Hinc inſtat Numitor,hinc Antho filia regis.
Inq; Deos referunt crimen ſęuiſſimus iram
Diſtulit in decimę redeuntia cornua Lunę.
Siluia fit genitrix.heu prolem enixa gemellam,
Et virgis cędi virgo miſeranda iubetur,
Defodierq; ſolo,poena hęc Veſtalibus ipſis,
Quę vetitum patiantur opus,miſerabilis Antho
Ante patrem ſupplex tumidu; procumbit,et orat,
Orat opem miſerę,et precibus ſeruata ſororis
Dicitur,at geminos deferri ad Tybridis amnem,
Immergiq; iubet fluuio.mandata miniſtri
Inuiti peragunt,tantum ſcelus vnda refugit,
Et pueri in ſicca miſeri verſantur harena.
Quid niſi pro miſeris poterant vagire querelis.
Vagitus enixa tamen lupa ſenſit,ad vndas
Sedatura ſitim progreſſa accurrit,et illos
Depoſita feritate videt,miſerata iacentis
Eripit e coeno,dehinc vbera plena gemellis
Admouet,o ſuperi quanta eſt clementia cęli.
Qui poſiturus erat populus ingentia magnis
Moenia,perpetuos terrę latura triumphos.
Paſcitur infelix infantia lacte ferino,
Atq; auis expoſitis ſuggeſſit Martia Picus
Sępe cibos,non hoc vatum,non fabula vulgi,
Sed fatale quidem quos ſors in magna vocabat
Imperia,hos caſus,et mille pericula rerum
Parca ſubire dedit.tot per diſcrimina paſtum
Quid repetam Aſtyagis muliebri e ſtirpe nepotẽ?
Nutritum quoq; lacte canum,miſerantius inter
Paſtores quanto poſt imperitauerit orbi.
Gorgonis indigno coitu cui filia natum
Edidit,exponi iuſſit ſua viſcera ſiluis.
Lac illi tribuiſſe feras viſum,inde relatus
Inq; iter anguſtum iactus,qua armenta redibãt,
Vt miſerũ obruerent,etiam hęc alimenta dederũt.
Obijcitur canibus ieiunis,hi quoq; paſcunt.
Vbera dantq; ſues,et demum immergitur vndis
Oceani,ſummaq; infans leuis innatat vnda.
Seruaturq; Deum manifeſto numine littus
Excipit,exceptum pauit quoq; ceruа iacentem,
Et tandem ad magni ſublatus culmina regni,
Factaue quid referam Moſis crudelia noſtri.
Eiectum Phario gemuit quem moeſta fluento
Mater,et hic domini ſeruatus munere cęli
Eſſet,vt ille Dei populo qui moenia ſancto
Poneret,et vera ſub religione foueret.
Numina ſic miſeros ſeruarunt alta gemellos,
Eſſet vt ille Deis magnam qui conderet vrbem,
Ergo hęc e celſo miracula monte videntes
Paſtores ſtupere omnes,pecoriſq; magiſter
Albani,magniſq; feram clamoribus vrgent.

Illa quidem flenti ſimilis, poſt oſcula greſſu
Diſcedens lento, ſeſe in nemora alta recepit.
Conuenere duces ouium, mirantur, opemq;
Ferre parant, vna primum tellure leuantur.
Suſcipit hinc illos Euandri Fauſtulus Arcas
Gente ſatus, ſecumq; refert, et tradit alendos
Vxori, clarum cui tunc Laurentia nomen.
Educat hęc, creſcunt cęleſti ſemine nati,
Iam pueri, iam tum iuuenes, iam pectora forti.
Non his cura greges, armentaue paſcere, non hos
Paſtorum cultus, et fiſtula pacta iuuabat,
Sed ſtudium ludis primum exercere iuuentam,
Aut iaculo, aut nuda corpus laſſare palęſtra,
Et ſophię Gabijs ambo incubuere Pelasgę.
Fauſtuleas tutantur opes, cęduntq;, fugantq;
Latrones, et cura fuit cui viuere rapto.
Et iam bis nouies Cancer geſtauerat axes
Soliferos, toties tulerat Capricornus eoſdem.
Cum tegerent teneras prima lanugine malas,
Inter paſtores orta eſt contentio ſępe
Montis Auentini, ē Pallantia ſepta tuentes.

Sępe duo fratres Pallantia ſepta tuentur, — Pallātia ſepta
Et ſub Auentino pulſant Numitoris ouile.
Res domino delata ſuo, regiq; ſuperbo.
Mittitur infeſtus iuuenes qui comprimat hoſtis.
Lucebatq; dies, magni quo feſta Lycęi
Panos erant, caſtoq; Deum dum indulget honori
Romulus, inſidijs capitur germanus ab hoſte.
Ad regem trahitur manibus poſt terga reuinctis.
Plectendam accepit Numitor, mox indole motus
Obſtupuit, tacitum iuuene in penetralia ducto,
Quo genitus rogitat, paſtoris ſanguine cretum
Seſe ait, ecce ſubit tectum Latinus alumno
Paſtor opem, tutas aperit Numitoris in aures
Fata gemellorum, remq; omnem ex ordine pādit
Romulus interea turbam collegerat omnem
Paſtorum, ſecumq; Albana in moenia ducit.
Sub ęrio inſignes clypeo, ſudibusq; pręuſtis.
Inferiore vrbis ſubierunt parte, ruuntq;,
Conſulto Numitore tamen, ſub tecta tyranni,
Et regem obtruncant, et Celſa Romulus arce
Vi potitur, prolesq; omnis deletur Amuli.

Hactenus iuuet hęc de Romulo dixiſſe, quoniā eo natali nos longius progreſſi ſumus ad Auguſti tempora, referemus tamen ſuo loco, quę ad cōditam vrbem pertinent. Sed redeamus ad poetam, et ex eo genealogiam ipſam exponamus. Quis neſcit, quaſi omnes ſciunt. Dardanon natus Electra Atlantide, Dardanum filium fuiſſe Electrę Atlantis filię et Iouis. Scilicet, certe. Quis ne. Electram concubuiſſe, pro ſuccubuiſſe. Iouī, hoc ab hiſtoricis refertur, ex Ioue Cretenſi et Electra Atlantis filia natos fuiſſe Dardanum, et Iaſium.

> Huius Erichthonius, Tros ē generatus ab illo,
> Aſſaracum creat hic, Aſſaracusq; Capyn
> Proximus Anchiſes, cum quo cōe parentis
> Non dedignata eſt nomen habere Venus.
> Hinc ſatus Aeneas, pietas ſpectata per ignes,
> Sacra, patremq; humeris, altera ſacra, tulit.

ANT. FAN. Erichthonius — HVIVS Erichthonius, hic Dardani filius mortalium omnium ditiſſimus fuit, teſte Homero, q habuiſſe dicitur tria equarum millia, quę pullos nutriebant. Non eſt autem hic Erichthonius, quem ſerpentinis pedibus fuiſſe fabulantur terrę ac Litis filium, de quo Ouidius alibi, Pallade conſpecta natum de crimine virgo Suſtulerit quare quęret Erichthonium. Hunc fabuloſum idē poeta ſine matre creatum ſcribit. Dardanus autem Erichthoniū ſuam dicitur e Teucri filia genuiſſe. Tros — Tros eſt generatus ab illo, hic eſt Ili, Aſſaraci, et Ganymedis pater, quem Erichthonius genuit ex Calliore. Ab eo Troia dicta eſt, quam ante a Dardano Dardaniā, a Teucro Teucriam dixerunt. Cęterum ab Ilo eius filio Ilium nomen accepit. Aſſaracusq; Capyn, Capys — Capys ex Aſſaraco et Clytodore genitus, Anchiſen genuit. Non dedignata eſt, immortalis Dea, vt mater Aeneę fieret non aſpernata ē mortalis Anchiſę coniugium, vt coniugio Anchiſa Veneris dignare ſuperbo. Venimus ad felix aliquando nomen Iuli, hic (vt Dionyſio placet) in fuga Aſcanius appellatus ē, ante Euryleon. Sed Cephalon ſcriptor — Euryleon

vetuſtiſſimus (vt idem inquit) memorię prodidit quatuor Aeneę fuiſſe filios, Aſcanium, Euryleontē, Romulum, ac Remum. Fuit autem Aſcanius Aeneę filius ex Creuſa, quāuis Liuius dubitet Creusę ne an Lauinię filius fuerit. Is (teſte Seruio) a prima barbę lanuginę, quę ei naſcebat, quo tempore Mezentium ſuperauit, ſm Catonem, Iuli nomen accepit, a quo dicta eſt familia Iuliorum. Quāuis ſint qui eam ab Aſcanij filio denominatam velint. — Aſcanius Aeneę filius Iulus

PAV. MAR. HVIVS, Dardani. Erichthonius, fuit filius ex Batthea filia Teucri, quem fortunatiſſimū Homerus vocat. Tros eſt generatus ab illo, ex Erichthonio et Calliore natus eſt Tros. Hic, Tros. Creat, gignit. Aſſaracum, ex Troe et Callanide Eumenis filia natus eſt Aſſaracus, Ilus, et Ganymedes. Hic, Aſſaracus. Creat Capyn, nam ex Aſſaraco, et Clytodore natus eſt Capys. Proximus Anchiſes, quem Capys ex Naide genuit. Cū quo Anchiſa. Venus non eſt dedignata, ſed digna ta. Habere commune nomen parentis, hoc eſt Non puduit Venerem Anchiſę ſuccumbere, et ex eo parere, ſic habere nomen parentis cum eo commune. Nam peperit illi Aeneam. Hinc, ex Venere et anchiſa. Satus, natus eſt Aeneas. Pietas ſpectata per ignes, quaſi cuius pietas experta, et cognata et probata per medios ignes, et Criſpus, Ni virtus, fidesq; veſtra, ſpectata mihi ſatis foret. Aeneas ereptus eſt a numine per ignes, et hoſtes in excidio Troiano. Vnde ipſe apud Virg. Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter hoſtes Expedior, dant tela locum, flāmęq; recedunt. Tulit humeris ſacra, ignem Veſtalem, Deos penates, et alia Troiana ſacra. Et patrem, Anchiſen, quem humeris aſport — Venus ē vtriusq; ſexus Dea

tauit,per appoſitionem. Altera ſacra, quoniam illi Æneas diuinos detulit, honores. Vnde apud Virgi. Nunc pateras libate Ioui,'precibuſq; vocate Anchiſen genitorem. Cui non tantum immortalitatem, verumetiam ventorum tribuit poteſtatem. Poſcamus ventos,atq; hęc mea ſacra quotan

*Venimus ad felix aliquando nomen Iuli,*
*Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.*
*Poſthumus hinc,qui,ꝙ ſiluis fuit ortus ĩ altis,*
*Siluius in Latia gente vocatus erat.*
*Iſq; Latine tibi pater eſt, ſubit Alba Latinũ,*
*Proximus eſt titulis Epytus Alba tuis.*

nis Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis. Venimus aliquando ad felix nomen Iuli,ad nomen Aſcanij Ænee filij ex Creuſa Priami. Imitatur in hoc Virgilium, qui Aſcanius Iulum appellauit. Vnde in primo Æneidos, At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo Additur. Iulus erat,et veteres interpretes dicunt Iulon appellatum, cum aduleſcens cum Mezentio pugnauit. Verum Dionyſius inqt appellatum ab initio Euryleonta,et in fuga Aſcanium,et eius filium Iulum vocatum. Pompeius quoq; oſtendit Aſcanium habuiſſe duos filios, Iulum et Æmulium. Ab Iulo manauit domus Iulea,ſiue Iulia. Ab Æmulio genus Æmulium. Vñ a quo Iulo. Domus Iula, familia Iuliorum, domus ipſa Cęſarea. Tangit auos Teucros, Troianos. Nam a Troianis,hoc eſt ab ipſo Iulo, progenitus eſt Iulius Cęſar. Vnde apud Tranquillum de prodigijs mortem Cęſaris portendentibus,Tabula ęnea in monumento,in quo dicebatur Capys cõditor Capuę ſepultus, inuẽta eſt conſcripta literis, verbiſq; gręcis, hac ſententia. Quando oſſa Capys detecta eſſent fore vt Iulo prognatus manu conſanguineorum necatur,magniſq; mox Italię cladibus vindicatur &c. et Dionyſius inquit ab eodem Iulio Iulios vocatos, et proſequitur, Fuitq; hęc familia maxima, atq; clariſſima omnium, quas nos ſciamus. Viroſq; tulit duces illuſtriſſimos,quibus virtutes prębuerunt, vt de ſtirpis generoſiſſimę indole in dubium venire nequeat &c.

Capys cõditor Capue

ANT. FAN.

Siluius Poſthumus

POSthumus hinc,deeſt verbum ſucceſſit. Aſcanius enim Siluio reliquit imperium,quoniam(vt quibuſdam placet)ſine liberis perijt. Fuit autem Siluius Ænee filius ex Lauinia, ex qua natus eſt poſt Ænee mortem,vnde Poſthumus vocatur. Euz mater cum poſt mariti obitum Aſcanij timeret inſidias,in ſiluis,ad quas grauida confugerat,enixa dicitur,et ab ijs Siluium nominaſſe, ea quo reges Albani Siluij dicti ſunt. Virgili. in ſexto Ænei.

Silui Albanum nomen tua poſthuma proles,
Quem tibi longeuo ſerum Lauinia coniux Educet ſiluis regem,regumq; parentem.

Siluij reges

Alijs eundem Siluium placet Aſcanij non fratrem fuiſſe,ſed filium Lege Liuium ac Dionyſium a quibus diuerſa traduntur,ne te obtundam, nobis illud placet qđ Liuius ſentit,tam vetera pro certis affirmare nõ oportere. Iſq; Latine tibi pater eſt,quomodo Siluius Poſthumus eſt latini pater, cum Liuius ſcribat e Siluio natum Æneam Siluium, et Latinum genitum ex Ænea. Dicendum eſt Ouidium a Liuio diſſentire,cum velit Latinum eius Siluij filium eſſe qui ſucceſſit Aſcanio. Ipſe i.xiiij. Metamorphoſeon, Inde ſub Aſcanij ditione binominis Alba, Reſq; Latina fuit, ſucceſſit Siluius illi Quo ſatis antiquo tenuit repetita Latinus Nomina cum ſceptro. Crede nobis lector candide prudentis eſt in rebus tãtę vetuſtatis nõ pcipitare iudiciũ Seruius Honoratus Porcam ſcribit fuiſſe regem duodecimus Albanorum, et Capyn ſextum,non ſeptimũ ponit,qua in re Naſoni manifeſte aſtipulatur. Idem etiam vult.xiij tantum fuiſſe reges Albanorum de Aenee et Lauinię genere, cum alij aliter tradant. Hi quantum regnauerint Euſebius docet. Subit Alba Latinum,Liuius,Latino Alba ortus. Proximus eſt titulis Epytus Alba tuis,Epytus a Dionyſio Calpetus appellatur, a Liuio vero Atys,ab Euſebio Atys ſiue Epytus. Ille dedit captę repetita vocabula Troię,Epytus filium Capyn vocauit, referens nomen patris Anchiſę. Capys Calpetum genuit,qui ei ſucceſſit Ouidius alibi, Poſt hunc Calpetuſq;,Capyſq;,ſed Capys ante fuit. Et tuus eſt ideo Calpete factus auus, Calpeti auus eſt Epytus. Sane notandum hoc loco in nomine proprio nõ dubitaſſe Ouidiũ producere antepenultimas,quã ipſe alibi corripuit, qđ ſine vitio fit, teſte Seruio.

Varię opiones de Aſcanio filio Ænee

Capys in syllabis notãdus

HINC,Deinde. Poſthumus, q poſt Ænee mortem ex Lauinia natus eſt. Qui ꝙ ortus fuit in altis ſiluis,erat vocatus Siluius in gente Latia,Latini Siluium appellauerunt,quoniam in ſiluis natus erat. Nam(vt Diony. inquit)ſuſcipiente regnuz Aſcanio, exterrita Lauinia ne quid ob nouercale nomen ab eo mali acciperet,pręgnans ipſa Tyrrheno cuidam regij pecoris magiſtro,quem Latino ſciebat fuiſſe in primis gratum. Iſq; eam in deſertas adducens ſiluas,et vt aduentitiam quandã cuſtodiens conſcijs rei eam conſpici permittebat. Cõſtructis in ſiluis ędibus nequaquam multis hominibus notis. Natumq; deinde puerum aluit,Siluium a ſilua nominans, quemadmodum ſi qs grece diceret Hyleum. Procedente deinde tempore, vbi magnam conquiſitionem mulieris fieri a Latinis cognouit. Suſpectumq; multitudine Aſcanium,quaſi ille perdidiſſet puellam rem populo aperit,educitq; ex ſaltu mulierem ipſam cum puero. Tali itaq; fortuna vſus Siluius hoc nomen habuit,genuſq; illius omne deinceps regno potitus eſt. Poſtquam enim fratrem eius mori contigit,cum dubia eſſet regni hereditas,ad eum ne pertineret, an ad Aſcanij filium maiorem Iulum,qui in paternum imperium ſuccedere poſtulabat,eoruz cõtrouerſiam populus diremit. Cum alijs adductis rationibus,tum hac non minima,ꝙ ex matre natus eſſet regni herede Siluius. Iulo autem regni loco ſacra quędam eſt poteſtas attributa, atque honor,cum periculis vacans imperij, tum vero vitę

PAV. MAR.

Siluius vñ dictus

tranquillitate

Ille dedit captę repetita vocabula Troię,
Et tuus eſt idem Calpete factus auus.
Accipiẽs regnũ poſt hũc Tyberinus ab illo,
Dicitur in Thuſcę gurgite merſus aquę,
Iá tamẽ Agrippá natũ, Remulũq; nepotẽ
Viderat, i Remulũ fulmina miſſa ferũt.

tranquillitate ſuperior, quo nunc etiam vſq; ad ętatẽ meá genus illius fruitur. Hęc ille. Poſthumus, Vulp. iuriſcó. Poſthumos dicimus eos duntaxat, qui poſt mortem parentis naſcuntur. Hoc verum eſt in ſtricta ſignificatione vocabuli. Largo tamen ſignificatu, Poſthumus dicitur etiam qui poſt teſtamentum a patre factum naſcit, etiam ſi pater viueret &c. Iſq; Latine tibi, ex hoc loco detracti ſunt duo verſus, qđ primus ego aduerti noſtro tempore, Poeta.n. primo loco meminit Siluij Poſthumi, deinde Latini. Verum medius horum fuit Æneas Siluius, Siluij primi filius, et huius Latini pater. Hic.n. Æneas Siluius medio horum loco a Liuio memorat. Et Diony. inquit, Siluius aũt cum vnde triginta imperaſſet annis, ſuſcipiẽs imperiũ Æneas eius filius vnũ et.xx. regnauit annos. Poſt hunc aũt Latinus vnum et quinquaginta. Virg. quoq; vtriuſq; meminit, ē Siluij Poſthumi ē Æneę Siluij, primo.n. loco inqt, Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta, Proxima ſorte tenet lucis loca, primus ad auras Ætherias Italo cõmixtus ſanguine ſurget Siluius, Albanum nomẽ tua poſthuma proles, Quem tibi longęuo ſerum Lauinia coniux Educet ſiluis, regem, regumq; parentem, Vnde genus longa noſtrum dominabitur Alba. Proximus ille Procas Troianę gloria gentis. Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet Siluius Æneas pariter pietate vel armis Egregius, ſi nunquam regnandam acceperit Albaʒ. Ex his pateat, ex hoc loco detractos duos verſus, qm̃ nulla eſt mentio Æneę Siluij, cũ eſſe debuiſſet, nec omiſiſſet poeta, qui hiſtoriam nouerat, qui Virg. et eius ſcripta viderat. Qui eodem tẽpore fuerat, quo et Diony. et Liuius. Sed id inde factum eſt. Rudes et hiſtoriarum inexpertes poſteri putarunt eũdem fuiſſe Siluium, et Æneã Siluium. Ita duos verſus, tanq̃ ſuperfluos abraſerunt. O Latine hic, Æneas Siluius. Eſt pater tibi, regnauitq; (vt diximus) vnũ et quinquaginta ãnos. Ab eo (vt inquis) inquit Colonię aliquot deductę, priſci Latini appellati. Mãſit poſtea Siluius omnibus cognomẽ, qui albę regnarunt. Alba ſubit Latinum, Siluius Alba Latino patri ſucceſſit, regnauitq; inde quadraginta annis. O Alba Epytus eſt proximus titulis tuis, Epytus filius ſequitur te, et ſuccedit tibi in regno. Hunc Diony. Calpetum vocat, regnaſſeq; ait ſex et xx. annos. Ille, Epytus. Dedit vocabula repetita captę Troię, voluit ille repetere vocabula Troiana, qm̃ Capys fuit Anchiſę pater, et alter ab illo Capys Æneę ſocius, qui cum eo in Italiam venit. et Capys ſeptimus Albanorũ rex, huius Epyti ſeu Calpeti filius, qui duo de triginta annis regnauit. Troię captę, quę capta fuerat a Gręcis. ant poſuit captę, vt in principio dictionis Capym oſtẽderet, cui ideʒ eſt, Capy.s. Et idem, Epytus.

Poſthumus ex Vulp. iuriſcó. vñ dicitur

De ſucceſſione Æneę ex regibus Albanis multa

Ante penultia in pprio producit

Calpete eſt factus tuus auus, nam Epytus Capym, Capys Calpetũ genuit. Sic Epytus ſeu Calpetus erat huic auus, regnauitq; Calpetus vſq; ad trigeſimum decimum annum.

POST hũc Tyberinus, hic (vt inquit Liui.) in traiectu Albulę amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomẽ flumini dedit. Agrippá, hunc Euſebius tradit regnaſſe annos. xl. cuʒ Diony. tantuʒ ſcribat. xxxiij. Sed nihil mirum in tanta caligine vetuſtatis. Remulumq; nepotem, Liui. Poſt Agrippam Remulus Siluius a patre accepto imperio regnat. Auentino fulmine ictus ipſe regnũ per manus tradidit. Fuit autem cõtemptor Numinum, vt ſcribit Diony. vnde meruit fulmine interire. Ouid. alibi, Romulus maturior annis Fulmineo perijt imitator fulminis ictu. Inſanus rex vt Deus haberetur nõ dubitauit imitatus fulguribus homines exterrere.

NAT. FAN.

Venit Auentinus poſt hos, ab hoc rege quidam Auentinũ montem vrbis dictum volũt, q ibi extinctus fuerit ac ſepultus, vt, Quo regnarat eodem Monte iacet poſitus, tribuitq; vocabula mõti. Alij ab Auentino rege Aboriginũ, alij ab auibus, alij ab aduentu hoĩum, alij ab aduectu, alij ab Auente fluuio. Lege Feſtum, Ser. ac Var. Poſt illum tradita regna Procę, Proca. Numitorẽ et Amuliuʒ procreauit, legauitq; regnum Numitori, qui maior natu erat, ſed plus potuit vis q̃ volũtas patris, vt Liui. ſcribit. Amulius.n. pulſo Numitore ſibi regnum arripuit, additq; ſceleri ſcelus Nã ē Lauſum eius filium interemit, qui a Diony. Egeſtus dr̃, et Iliam ſiue Rheã, quam et Siluiam vocãt, Veſtaleʒ virginẽ legit. Eſt aũt Lauſus adoleſcens in venatione interẽptus, vt Diony. tradit. Plut. in hac hiſtoria diſſentit aliquantulum a Liuio, cui nos maluimus credere mẽtienti, q̃ alijs vera tradentibus.

Lauſus ĩ venatiõe fuit mortuus Amulij patrui frãde

TYBErinus poſt hunc, Calpetum. Ab illo accipiens regnũ, nam eius filius fuit. Dicit̃ merſus, obrutus. In gurgite Thuſcę aquę, in fluuio, qui e Thuſcia labit̃. De quo Diõy. Tyberinus octo regnauit annos, atq; in prelio mortuus, qđ ſecundum flumẽ fuit, raptusq; a profluente, flumen ſibi cognomẽ reliquit, vocatũ prius Albula. et Liuius inquit, Tyberinus qui in traiectu albulę amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit. Iam tamen viderat, ipſe Tyberinus.

PAV. MAR.

Nota textũ deber ſcribi calpete, nõ capete vt ſupra

Natum Agrippam, nam eius filius Agrippa. et Diony. inquit, Tyberino deide ſucceſſor Agrippa annos tres et triginta regnauit. ē Liui. Agrippam Tyberini filium oſtendit. Et Remulũ nepotem, viderat. s. Liui inquit, Poſt Agrippã Remulus Siluius a patre accepto imperio regnat. Dio. Alladium vocat Sic enim inquit, Poſt Agrippam Alladius. xx. annos. Res quędam tyrannica, et cuʒ Dijs inimicitias gerens, nam ab eo deſpiciente numina, apparatę ſunt fulgurum imitationes et fra-

Venit Auētinus poſt hos, locus vnde vocatē
Mons quoq;, poſt illū tradita regna Procę
Quē ſeqtur duri Nūitor germanus Amuli.
Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.
Enſe cadit patrui Lauſus, placet Ilia Marti,
Teq; parit gemino iūcte Quirine Remo.
Ille ſuos ſemꝑ Venerem, Martemq; parentes
Dixit, et emeruit vocis habere fidem,
Neue ſecuturi poſſent neſcire nepotes,
Tempora Dijs generis cōtinuata dedit.

gores tonitruis ſimiles, qbus terreri homines, tanquam eſſet Deus poſtulabat. Cęterum imbribus, et fulminibus in eius domo cadētibus. Atq; lacu iuxta quem habitabat inſolitam inūdationez capiēte, inclusus cum tota domo abſorptus eſt, et nunc adhuc per lucente lacu, in parte quadam, cuz deficit latex, ſubſeditq; altitudo, apparent ruinę, et alia ędificiorūz veſtigia ēc. Ferūt, dicunt. Fulmina miſſa in Remulum, in hunc Alladiū. et Liuius fulmine ictum oſtendit. Ná inquit, Auentino fulmine ictus ipſe regnuz per manus tradidit.

Auentinus fulmine ictus

Poſt hos, Agrippaz et Remulum. Venit Auētinus, de quo Dio. Huic deinde ſucceſſit Auentinus, a quo vnus ex ſeptem collibus, qui habitabátur Romę cognomen ſumpſit. Hicq; annos ſeptem et triginta imperiū tenuit. et Liui. Is ſepultus in eo colle, q nūc eſt pars Romanę vrbis, cognomen colli fecit.

Vnde, a quo Auentino. Locus mons quoq;, etiaz ipſe collis, Vocatur, cognominatus eſt ab eo Auentinus. Locus, in quo ſepultus, et totus deniq; mons Auentinus dictus. aliqui legunt. Lacus vnde vocatē, quoniam Auētinus fuiſſet paludibus ab reliquis montibus incluſus. Poſt illum, Auentinuz. Regna ſunt tradita Procę, Procas deinde poſt Auentinum annos tres et .xx. regnauit, vt Diony. tradit. Quem, Procá. Sequitur Numi. ger. du. Amu. Liui. inquit, Proca deindē regnat. Is Numitorem atq; Amuliuz procreat. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtū Siluię gētis legat. Plus tamē vis potuit, q̄ voluntas patris, aut verecundia ętatis. Pulſo fratre Amulius regnat. Pli. vero, qui de viris illuſtribus ſcripſit, tradit Procam habuiſſe duos filios, Numitorem, et Amulium, isq; regnum annuis vicibus habendum reliquiſſe, vt alternis imperarent, ſed Amuliū fratri imperium non reddidiſſe et cętera. Diony. inquit, Deinde Amulius haud iure regnuz occupans, cum Numitori ꝑberetur fratri ſeniori, duos et quadraginta regnat annos. Plut. vero, cuius ſententiam in carmine ſequuti ſumus, ita inquit, Inter Albanorum reges, qui ab Ænea duce ſtirpis primordia deduxerant, totius ciuitatis duobus imperium relictis fratribus Numitori, et Amulio per ſucceſſionis ordinē deuenit. Amulius vero cuz res Albanas bifariam partiret, Regnum. ſ. et quez ex Troia theſaurum maiores deuexerant, vt vtrā partem vellet, alter deligeret, tyrannidem potius ſibi Numitor elegit, ſed Amulius ob auri magnitudinem factus potentior, fratrem adortus ſedem regiam facile occupauit, poeta ergo inquit. Quē Procam. Sequitur Numitor, cuz Numitori regnum debetur. Germanus Amuli duriz et ob

Varię opiones de Amulio pulſo regno

id dirum, impiū, et crudelem vocat, qz fratrem regno deiecit. Ilia cum Lauſo ſati, nati ſunt.

De Numitore, Numitor duos filios habuit, Lauſum, quem Diony. Egeſtum vocat, et Iliam, quę et Rhea. Lauſus cadit enſe patrui, Amulius Lauſum per inſidias obtruncat. Et de eodē Liuius ait, Addit ſceleri ſcelus, ſtirpem fratris virilē interemit, fratris filię Rheę Siluię per ſpeciē honoris, cum Veſtalē eam legiſſet, perpetua virginitate ſpecie partus adimit. et Diony. Amulius inquit poſtquā regnum Albanorum inuaſit, prohibito paternis honoribus Numitore fratre maiore, et alia q̄daz, Iliam p̄ter ius, ęquūq; egit, et ad extremum prolis inopem Numitoris domum facere cogitauit, cum ob metum ne poenas daret aliqn̄ ſcelerum. Hęc itaq; cuz multo ante animo agitaſſet, primum qdem Numitoris filium Egeſtū nomine, tunc pubeſcentez, obſeruatis locis vbi venabatē inſecitq; ſolitudine maxima, venatū exeuntem interfecit, ſubornatis qui dicerent interēptum latronibus eſſe adoleſcentē, et reliqua.

Egeſtus Numitoris filius

Ilia, quę Rhea et Siluia dicta eſt. Placet Marti, et eā grauem reddidit, de hac diximus et in ſecundo et in principio tertij.

GEMIno, gemello, qz eodem partu Romulus ac Remus in lucem editi ſunt. Venerem, Martiq; parentes, in infinitum extenditur parētis nomen, vnde licet Venerem parētem Romuli appellare.

ANT. FAN.

Tempora continuata, Martium et Aprilem, inter quos alium mēſem non interpoſuit. Italia nam tellus ēc. floruit aliquando in Italia Gręcia potentiſſimis et magnis vrbibus, vt ait Cic. in. iiij. Tuſcu quęſtionū Virg. Effuge cuncta malis habitantur moenia. Cęterum nō pars Italię ſoluz, ſed ipſa quoq; Sicilia magna Gręcia dicta eſt. Strabo. in. v. Geographię, Magnam mediterraneę partem inceperunt a Troianis orſi tēporibus, iam. n. tantopere res grȩca amplificata fuerat, vt et hanc et Siciliam magnā Grȩciam appellarēt. Venerat Euāder, colligit nonnullos Grȩcos, necnon et Phrygum, q ſe in Italiam contulerūt, quorum Euāder (vt ſupra diximus) cū multis ad Italiam venit. vt Arcades his horis genus a Pallante profectuz, Qui regem Euādruz comites, q ſigna ſequuti Delegere locum et poſuere in mōtibus vrbem. Venerat Alcides, Hercules quoq; nō venit ad nos ſolus, ſed cum Argiuis, q (vt dictum eſt) in Saturnia ſubſederunt. Armentū, boues quos Geryoni detractos ex Hiſpania abduxerat. Dux quoq; Neritius, Vlyſſes, quem nōnulli ſic dictum volunt a Neritia inſula, quam eius regni fuiſſe dicūt. Cęterum nos eam inſulam nuſq̄ inuenimus apud probatum ſcriptorem, ſed vt abuſiue Argiuos interdum

Magna Grȩcia

Peregrini q̄ i Italiā venerē

Grȩcos

Sed Veneris menſem Graio ſermone notatū
Auguror,a ſpumis eſt Dea dicta maris.
Nec tibi ſit mirum Greco rem nomine dici,
Itala nam tellus Grecia maior erat.
Venerat Euander plena cum claſſe ſuorum,
Venerat Aicides,Grains vterq; fuit.
Hoſpes Auentinis armentum pauit in herbis
Clauiger,& tanto eſt Albula pota Deo.
Dux quoq; Neritius,teſtes Leſtrygones extāt,

Grecos dicimus a parte totū accipientes, ita Vlyſſem putant Neritium vocari a Neritijs populis Locridis,ſiue a loco eiusdem regionis. Vnde ait Vir. Neritoq; picis lucos.&, Hic et Neritij poſuerūt męnia Locri.Nam eius pria eſt Ithaca.Cice.in Oratore,Si nos id qđ maxime debet patria nra delectat, cuius rei tanta vis eſt,ac tanta natura Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tāq̄ nidulū affixam ſapiētiſſimus vir imortalitati anteponeret. Vlyſſem Ouidi alibi Neritiū vocat. vt Pro duce Neritio docti mala noſtra poetę ſcribite, Neritio nam mala pſa tuli. Hic quoq; in Italiam venit, vbi Circe eius ſocios mutauit in beſtias,de cuius morte nihil ſatis certum hr̄,cum Homeri carmen eā omiſerit.Scribit tñ Porphyrio eum per ignorantiā interfectū fuiſſe a Telegono eius filio,quē ex Circe ſuſceperat.Theopōpus aūt,auctore iterprete Lycophronis,tradit Vlyſſem offenſum domeſtica turpitudine rediſſe ad Circen,et Thelemachi manibus occidiſſe Hic fuit Laertę filius ex Autolyca magnanimi Autolyci filia,cuius errores Homerus ſcripſit
Vlyſſis mors in Odyſſea Sane Strabo vbi Locridis meminit, nō imprudentem ſe inqt nonnullas inſulas pterire, in quarum vna quidam ſuſpicantur locum fuiſſe vnde Locrenſes Neritij (teſte Seruio) nuncupantur.Pli.auctor eſt Leucadē Neritum dici. De qua (vt ſcribit Strabo) Laertē dixiſſe aiunt numitam ſolus vi coepi Neriton vrbē.Inde vt a monte Itha
Antiphates rex Leſtrygonum cę eiusdem nominis Vlyſſes Neritius non Naritius diceret,hoc legi ſępius,illud non memini me legiſſe.Cęterum ſunt,qui a Neritio Ithacę Naritū mutata litera dictum exiſtiment. Teſtes Leſtry
Formię gones extant, Antiphates rex Leſtrygonum fuit,q vnum e ſocijs Vlyſſis aſſumpſit, teſte Homero.Fuit autem antiqua ſedes Leſtrygonum oppidū Formię,q̄ hoies immaniſſimi humanis carnibus veſcebantur,quod q̄uis Thucydides fabuloſum exiſtimet,verum tñ putatur a Plinio,qui lib.xij. na.hiſtorię eſſe inqt Scytharū genera,et quidē plura quę corporibus humanis veſcerent idicauimus. Idipſ incredibile fortaſſe ni cogitemus in medio orbe terrarū ac Sicilia et Italia fuiſſe gentes huius mōſtri Cyclopas et Leſtrygonas. Dicti autem ſunt Leſtrygones Neptuni filij,quoniam(vt Au. Gel.ſcribit) maiores noſtri pſtantiſſimos viros virtute,prudētia,et viribus Iouis filios appellant,vt Æacum,Minoa,et Sarpedona, ferociſſimos viros et imanes, atq; alienos ab omni humanitate , tanq̄ e mari genitos Neptuni filios dixerunt,vt Cyclopa, Cercionâ,et Leſtrygonas. Quare nemini mirum videri debet,quod Solinus ſcribit Cyclopum ſpecus vocari Leſtrygonum ſedes. Ad hos perueniſſe Vlyſſem Tibullus quoq; teſtatur,vt Incultos adijt Leſtrygonas,Antiphatemq;.Eos veſci humanis carnibus quidam apud regem Alcinoum non crediderunt, vnde illud eſt Iuuenalis,In mare nemo hūc abijciat ſęua dignum veraq; Charybdi figentem imanes Leſtrygonas et Cyclopas.

ET Parit te o Quirine,o Romule. Iuncte Remo gemino,gemello P.XV. MAR q̄ gemelli fratres nati ſunt. Ille ſuos ſemper, hac igitur ratione Romulus Martē, et Venerem ſuos dicebat eſſe parentes mēſesq; primos continuos his numinibus conſecrauit. Ille, Romulus. Semp dixit,appellauit. Suos parentes, Venerem et Martem , quoniam Marte genitus,et materno genere a Venere genus duceret,recte igitur parentes dixit, qm̄ parēus appellatione non tantus pater,ſed ēt auus et pauus, Mr auia et deinceps oēs ſuperiores continent.Sed ē mater, pauia ſe et auia,et proauia,hęc Caius de verbor̄ ſigni. Vlpianus vero titulo de in ius vocando,Parentes inquit vtriusq; ſexus accipere debemus.Sed an in infinitum quęritur.Et quidam parentes vsq; ad tritauum appellari aiunt. Superiores maiores dici hoc veteres extimaſſe Pomponius refert. Sed Caius Caſſius omnes in infinitum parentes dicit, quod et honeſtius eſt et merito obtinuit.Paulus vero de gradibus ita inqt,Parentes vsq; ad tritauum apđ Romanos nominantur.Vlteriores qui non habēt ſpeciale nomen maiores appellatur Ita liberi vsq; ad trinepotem,vltra hos poſteriores vocantur &c. Vlpianus

Et emeruit,Romulus. Habere ſi. vo. ſermonis ſui, q̄ creditus Martis filius. Sic adhibita fides eſt verbis ſuis,cū diceret eos ſuos parentes. Neue ſe. nepotes poſſent neſcire, vt poſteri non ignorarēt. Sed optime ſcirent eum Martis filium,et a Venere progenitum fuiſſe. Dedit Dijs generis, Veneri et Marti,vnde genus duceret. Tempora continuata,continuatos menſes,Martium et Aprilem,primum a Marte,alterum a Venere denominatus.

Sed Veneris menſē,ſi qs diceret cur menſis Veneris non dr̄ Venereus quemadmodum a Marte Martius.Inqt menſem Veneris habuiſſe Grecam appellationem.Nam Venus grece αφροδιτη dr̄,ab αφροσ,quod eſt ſpuma,quoniam ex Saturni teſticulis et maris ſpuma nata ſit. Sed ego auguror menſē veneris notatum Graio ſermone, ego ita exiſtimo greca appellatione vocatum,ſignatumq; hunc menſē,vt Aprilis dicatur quaſi Aphrilis ab αφροσ. Dea,venus. Eſt dicta a ſpumis maris, ex qbus na ta eſt,vocata αφροδιτη. Nec tibi ſit mirū,non admireris ſi eā re greco latini v̄bo expſſerint,qm̄ Greci Italiā icoluerūt,et pars Italię magna Grecia dicta eſt.Vñ Pli.cū,Italiā laudet pſertis Cāpanię orā ſubiungit,Ipſi de ea iudicauerūt Greci genus in gliam ſui effuſiſſimū quotā ptē ex ea

appellando Greciam magnam. Nec mihi ſit tibi non debeat tibi eſſe admirationi. Rem dici greco nomine, Aprilem Greca appellatione vocatum. Iam tellus Itala fuit magna Grecia, non oĩs tamen Italia, ſed pars Italię magna Grecia vocata eſt, ea pſertim ora, que in Greciam vergit.

> Et quod adhuc Circes nomina littus hēt.
> Et iam Telegoni, iam moenia Tyburis vdi
> Stabant, Argolicę que poſuere manus.
> Venerat Atrides fatis agitatus Haleſus,
> A quo ſe dictam terra Phaliſca putat.

Venerat Euāder, arguit ab exēplo, qm̄ Grecorum principes in Italiam venere, et eā regionē icoluere. De Euandro et aduētu Herculis in Italia diximus in primo lib. ideo hic hiſtoria nō repetenda. Venerat ergo ex Arcadia, q̄ eſt pars Grecię. Euander cum plena claſſe ſuorum Arcadum. Venerat Alcides, Hercules. Vterq; et Euander ē Hercules. Fuit. Graius, Grecus. Hoſpes claui. Hercules clauā geſtās peregrinus in Latio ē hoſpitio ſuſceptus. Pauit armē. boues ex Hiſpania abactos. In her. Auenti. Auentinis. Et Albu. Tybris. Sed nondū eo tpe vocabaē Tyberinus, q: longe ante Albam conditam venit in Latium Hercules, dicebaē flu. Albula. Et pota tanto Deo, bibit Hercules aquā Tyberinā, quaſi religioſam velit aquā oſtendere, ex qua Hercules biberit. Dux quoq; Neritius, et Vlyſſes ī Italiā venit, et ex nymphis que oram Italię celebrē reddebant filios genuit. Calypſo. n. illa Auſonē pepit. Circe Telegonū, qm̄ multi dicunt ex Circes filia natum. Venit etiā ad Antiphatē Leſtrygonū regē. Dux Neri. Vlyſſes a Nerito. Neritos appellata eſt Leucate, q̄ Laertis fuit patris Vlyſſis, et Neritos mons in Ithaca, q̄ Vlyſſis erat, Qui dicunt Narithū a Naritia errant, nā Naritiam in eo mari, in quo eā multi ſcripſere non cōperimus, varij tñ populi erant in Locride. Vir. Hic et Naritij poſuerunt moenia Locri. Leſtrygones extant teſtes, teſtanē Vlyſſem veniſſe ī Italiā. Leſtrygones fuere apud Caietā. Nā ita Pli. inqt, Caieta portus, oppidū Phormię dictū, et exiſtimaue re antiq Leſtrygonū ſedes. Verum ita appellati fuere, q: latrones erant in eo ſinu, ἀπὸ τοῦ λῃστρικῶς, quod eſt latrocinium. Hi et Androphagi vocati qui e ſocijs Vlyſſis duos deuorarunt.

ANT. FAN. ET Quod ad. Cir. lit. ha. Circe qdem mortalis fuit. Sed Solis filia dicta ē, cū (vt inqt Lactā. grāma.) fas non ſit vt Dei filia credaē eē mortalis. Quod iō fictū ē, q: pſtat eā meretricē fuiſſe pulcherrimā, a q̄ Circeū littus nomē accepit, et oppidū Circeū, ac Circeum mons, q olī paludibus a cōtinēti ſepabaē quē fama eſt abūdare radicibus, vbi Vlyſſis patera mōſtrabaē, q ex Circe (vt diximus) Telegonū ſuſcepit. Eadē mulier filiū hūit Marſum, a q̄ gēs Marſorum orta dr̄, qbus vi quadā genitali datū eſt domare ſerpētes. Telegoni, hic Tuſculum oppidū cōdidit, teſte Porphyrione, vbi Mamiliā filiā pcreauit, a qua (vt ait Feſtus) dicta eſt Mamiliorum familia. Hora. eius oppidi moenia Circea dixit, ob Telegonum Circes et Vlyſſis filium, que (vt inqt Strabo) vineta coronabant, tectaq; magnifica ex ea pſertim regione, que in Romanā oſtendit aſpectū. Moenia Tyburis vdi, tres fratres (vt inqt Ser.) e Grecia venerunt ad Catyllum Italiā, Catyllus, Coras, ē Tyburnus, q ſimul oēs vnā Coras vrbē cōdiderunt, et eā de fratris maioris nōie Tybur appellarunt, licet ē alias fecerint ſinguli. Solinus aūt Tybur ex teſtimonio Catōis a Catyllo Arcade prefecto claſſis Euandri cōditū dicit. Vel pm Sextium ab Argiua iuuentute, qm̄ Catyllus amphiarai filius poſt interitum pris ad Thebas in Italiam venit, vbi (vt idem ſcribit) tres liberos pcreauit, Tyburtum quem qdam Tyburnum dicunt, Coram, et Catyllum, qui pulſis veteribus Sicanis a nōie Tyburti fratris vrbē vocauerūt. Plinius vero in nat. hiſt. Tyburtes inqt originem multo ante vrbem Romā hñt. Apud eos extant illices tres, et Tyburno cōditore eorum, vetuſtiores, apud quas inauguratus dr̄. Fuiſſe aūt eū tradunt filiū Amphiarai, qui apud Thebas obierit vna ętate ante Iliacū bellū. Hanc vrbem Strabo Herculeā vocat, vbi (teſte Aulo Gel.) templum Herculis fuit, et in eo bibliotheca ſatis cōmode (vt ille inqt) libris īſtructa. Dr̄ aūt vdum Tybur hoc loco, vel ob amnem, cuius ibi cataracta eſt, quā fluuius facit, vbi nauigabilis eſſe incipit. Vel ob aquas varios ad morbos ſalutares, quas albulas vocant. Tyburtinus. n. ager earum fontibus ſcatet. Haleſus, Agamēnon ex Clytemneſtra filias habuit Iphianaſſam, Chryſothemin, Laodicē, et Electrā, vt qbuſdam placet, filios vero Oreſtem, ē Haleſum, quorum Haleſum nonnulli Agamēnonis comitē volunt fuiſſe nō filium. Alij (vt Ser. ſcribit) filium nothum, q morte patris agamēnonis a Clytemneſtra interfecti coactus priam relinquere venit in Italiā, et Phaliſcos cōdidit, vt ille ſuos docuit Iunonia ſacra Phaliſcos. Dicti aūt ſunt Phaliſci aſpiratione in f lram cōuerſa, ſicut fibris dr̄ q̄ antea hebris dicebaē. Coluerūt aūt Phaliſci potiſſimū Iunonem vt Adde ſenē Tatium Iunonicolaſq; Phaliſcos, qui a virgilio iuſti dicūr, qm̄ ab ipſis ppl̄s Ro. miſſis decemuiris iura ſocialia collegit, ē nonnulla ſupplementa. xij. tabularum, apd̄ eos nōnullę familię fuerunt, auctore Pli. que vocabanē Hirpię, que annuo ſacrificio qd̄ fiebat ad montem Soractē apollini ſuper ambuſtas lignorum ſtruē ambulantes non adurebantur. Phaliſcorum Clitumnus fluuius ē, cuius aqua epota boues candidos faciebat.

ET Teſtis eſt littus quod aduc habet nōia Circes, quod in hunc vſq; diem vocaē littus Circeū, et que quondam inſula īmenſa qdem mari circūdata (ſi credite Homero) nunc Italię adiuncta ē. Strabo ſic inqt, Poſt Antium Circeum eſt ſtadijs. cc. diſtans et nonaginta mons mari et paludibus inſtar hñs inſulę, quem copioſis germinare radicibus fama eſt, ob ea fortaſſe que Circe cōueniuntia fabulę vulgant. Habet ēt caſtellū, et Circes ſacellū, ē Mineruę aram, monſtrat aūt et quandā Vlyſſis

Margin notes: Tyburtes. Tybur Herculeū. Tybur vdum. agamēnonis filij. Phaliſci. Hirpię. clitūnus. PAV. MAR. Circe. Circeum littus. Marſus. Telegon. Mamilia.

pateram

Adijce Troianę ſuaſorẽ Antenora pacis,
Et generũ Oeniden Appule Daune tuũ.
Seruus ab Iliacis, et poſt Antenora flãmis
Attulit Æneas in loca noſtra Deos.
Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida,
A q̃ Sulmõis moenia nomẽ hñt.

patrio; &c. Et iam ſtabãt moenia Telegoni, quę Telegonus Vlyſſis filius, qui prẽm imprudẽter interemerat, in Italia poſuit. Tuſculũ .n. oppidum condidit, de quo diximus in tertio. Iã ſtabãt moenia Tyburis vdi, iam et oppidũ quoq; Tybur erat in Italia cõditũ. Pli. Tybur cõditum a Tyburtino filio Amphiarai oſtẽdit, qui apud Thebas obierit vna ętate ante Iliacum bellũ. Stra. Tybur Herculeũ eſſe ait. Cato, Catyllũ Arcadẽ qui pfectus fuit claſſis Euandrię condidiſſe Tybur retulit, quod et Martianus teſtat. Seruius Catyllũ Amphiarai filium fuiſſe ingt, et liberos tres in Italia procreaſſe, Tyburtum, et Coracẽ, et Catyllum, q depulſis Sicanis ex oppido nõ longe a Roma poſito a nomine Tyburti maximi natorum oppidũ vocauerunt, hoꝝ trium fratꝝ Vir. in. vij. meminit. Sic ꝯſtat hęc oppida a Gręcis fuiſſe condita. Hora. Moenia Catylli, de Tybure dixit. et alio loco, Tybur Argeo poſitum colono. Tyburis vdi poeta dixit, pp Anienem fluuium, qui inde fluit. Vdi, aquoſi. Quę, moenia Tyburis.

Tybur, tus et Catyllo filij Amphiarai

Poſuere manus Argolicę, manus Grecoꝝ. Venerat Haleſus, hũc alij fuiſſe aurigã Agamẽnonis dicunt, q vbi dñs interijt inſidijs Ægyſthi, et Clytẽneſtrę in Italiam venit, et nõ longe a Sabinis oppidum cõdidit, quod ꝑpoſito .P. ab eius noĩe Phaleſuꝫ vocatum eſt, deinde Phaliſcũ. alij dicunt Haleſum fuiſſe Agamẽnonis filium, qbus magis aſſentiendum puto. Naꝫ Oui. ipſe in libris de Amoribus ad Corinnã in Elegia, Cũ mihi promiſeris, ingt, Argiua eſt põpę facie Agamẽnone cęſo, Et ſcelus et patrias fugit Haleſus opes. Cũ patrias opes dicat filiũ videtur indicare, licet poſſes ad patriã referre, melius ad patrias opes referes. Haleſus agitatus, vexatus. Fatis Atridę, calamitate ẽ morte Agamẽnonis Atrei filij. Venerat, in Italiam. A quo, Haleſo. Terra Phaliſca putat ſe dictam, putãt ſe Phaliſci dictos. De his in. i. lib. diximus.

Haleſus Agamẽnonis filius ꝯdidit Phales

SVASOrem Antenora pacis, Hora. Antenor cẽſet belli pcidere cãm. Hunc dicunt nõnulli Gręcis patriam ꝓdidiſſe, q et legatos, qui pp Helenam venerant, ſuſcepit hoſpitio, et Vlyſſem mẽdici habitu cognitũ nõ prodidit. Fuit aũt ſuaſor pacis, Helenęq; reddẽdę. Oui. alibi, Quid grauis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe Conſule qs ętas longa magiſtra fuit. Notũ eſt hunc veniſſe in Italia et Patauium condidiſſe. Et generum Oenideꝫ Appule Daune tuũ, Diomedẽ dicit. Oeneus .n. pater eſt Tydei, Tydeus Diomedis, qui poſtq̃ ira Veneris a ſe vulneratę cõperit vxoreꝫ turpiter viuere in Apuliã venit, vbi edomita omni Gargani mõtis multitudine plurimas vrbes cõdidit. Itaq; in Apulia Diomedis campi appellant, vt inquit Feſtus, q ei in diuiſione regni, quam cũ Dauno fecit, ceſſerunt, et Diomedea inſula dicta eſt, in qua Diomedes ſepultus dicit, contra oras Apulię, vbi viſuntur aues, vt ait Plin.

ANT. FAN. Antenor pacis auctor

Diomedis ĩ Italiam aduentus

Diomedis cãpi Diomedea inſula

quas Iuba vocauit Cataractas, nos Diomedeas dicimus, infeſtantes clangore aduenas barbaros, Gręcis vero adulantes miro (vt idem inquit Plin.) diſcrimine velut generi Diomedis hoc tribuentes. Sane Apulia (teſte Feſto) Daunię nomen accepit a Dauno Illyricę gentis claro viro, qui eam ꝑpter domeſticam ſeditionem excedens patria occupauit. Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida, hunc Ænee comitem fuiſſe volunt, qui Sulmonem Ouidij patriam fundaſſe dicitur Sillius in. ix. Punicorum, Nomine Rhoeteo Solymus, naꝫ Dardana origo, Et Phrygio genus a proauo, qui ſceptra ſecutus Ænee claram muris fundauerat vrbem Ex ſeſe dictam Solymon celebrata colonis Mox Italis, paulatim attrito nomine Sulmo. Ideo oppidum Pelignę regionis eſt diſtans ab Vrbe millibus paſſuum xc. vt Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimus vndis Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem. Sunt autem et in Aſia Gręci. Vnde non eſt cur miremur factam Ænee, Antenoris, et Solymi mentionem. Me miſerum, hic locus multos in errorem induxit, exiſtimantes hoc opus ſcriptum ab Ouidio poſteaq̃ eſt relegatus in Pontum, cum hi verſus ab eo additi ſint operi nondum edito, cui auctor exul et addidit aliquid (vt diximus) ẽ mutauit is quam ob cauſam exulauerit, nonnulli ſe tandem inueniſſe vti audio gloriantur, quibus quãtum fidei adhibẽdum ſit alij iudicent, nobis diuinare non placet, et cum Delphis oracula ceſſent concurrere tripodem Apollineum, vt aperiat quę et Ouidius ipſe, et tot ſęcula ſuppreſſerunt. Non tibi ſunt moeſta ſacra canenda lyra, ne pollui ſacra videantur flebili ac funeſto carmine. Satis enim fleuerat Naſo in libris Triſtiũ et de Ponto.

Diomedeę aues Daunia

Solymus edificauit Sulmonem

Sulmo.

De hoc ope ſcripto ab Ouidio añ q̃ iret in exiliũ

PAV. MAR.

ADIICE Antenora ſuaſorem pacis Troianę, addas his quos retulimus Antenorem Troianum, qui ante Priamum ſententiã pro pace cum Gręcis ineunda ſepe dixit. Vir quidem erat magni conſilij. Ille et in Italiam venit, quamuis eo tempore ea pars nondum erat addita Italię, vbi ille Patauium condidit, de quo in primo Ænei. Virgil. Et adijce his o Appule Daune Oenidem generum tuum, Daunus filiam in coniugem Diomedi dedit, qui vrbem condidit, quę appellata eſt Harpos, et Apulia, a ſoceri nomine Dauniam appellauit, et ideo Plin. inquit, Apulia Dauniorum cognomine a Dauno Diomedis ſocero dicta eſt. Diomedes vero Oenei nepos, Tydei filius fuit, Dauni gener, cum poſt delatam Troiam in patriam redire nequiret, in Apuliam venit, ibique ad extremum fuit, de eo alio etiam loco dicemus. Seruus ab Iliacis, Æneas poſt Troię excidium, et poſt ipſum Antenora in Italiam venit. Verum Antenor et Æneas non Gręci,

ſed Troiani. Sic et Solymus, at grecus erat illis ſermõ. Nam Æolica lingua ſic quo ad ſermonem Grȩci quoque dici poterant. Æneas ſerus, tardus. Ab Iliacis flammis, poſt Troiam incenſam. Et poſt Antenora, cum iam antea veniſſet Antenor. Attulit Deos, Veſtam ſeu Veſtȩ ſacra, et penates. In loca noſtra, in Latiũ.

Sulmonis gelidi patrię Germanice noſtrę,
Me miſerꝫ Scythico q̄ pcul illa ſolo eſt.
Ergo age, tã lõgas ſed ſupprime muſa q̃relas,
Non tibi ſunt moeſta ſacra canẽda lyra.
Quo nõ liuor adit? ſunt q tibi mẽſis honorẽ
Eripuiſſe velint, inuideantq; Venus.

Huius erat Solymus, venit ẽt cum Ænea Solymus, qui in Pelignis Sulmonem ſuę patriam cõdidit. Quatuor.n. fuiſſe Æneę filias legimus, primam in Thracia, alteram in Pelopõneſo, tertiaꝫ in Ægypto nuptas reliquit, quartã Solymo, qui ſe cum e Troia venerat, tradidit, victor poſtea in Latio Solymũ cum parte copiarum ad Marſos miſit, qui vrbẽ in Pelignis fundauit. Sillius de eo ita inqt, Nomine Rhoeteo Solymus, nam Dardana origo, Et Phrygio genus a proauo, qui ſceptra ſequutus Æneę clarã muris fundauerat vrbeꝫ Ex ſeſe dictam Solymon celebrata colonis Mox Italis paulatim attrito noie Sulmo. Solymus erat huius, Ænee. Comes vnus ab Ida Phrygia, vnus ex illis, qui Æneã comitati ſunt ab Ida mõte Phrygię, ad differentiam Idę Cretenſis, vñ in. iij. Ænei. Mons Idęus ibi et gentis cunabula nr̃ę. Sunt qui legant Solemus. A quo, Solymo. Moenia Sulmonis hñt nomen, nam ipſe eã vrbem Solymon a nomine ſuo dixit. deide Sulmo dicta eſt.

O Germanice moenia Sulmonis gelidi, iucunda hęc repetitio, qua mouet affectũ ob exiliuꝫ ſuũ, cum tantum a patria diſtet. Gelidi, qꝛ aquis irriguis cingitur. Patrię noſtrę, moenia Sulmonis, quę eſt noſtra patria. Vñ in Triſt. Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimus vndis, Millia q nouies diſtat ab Vrbe decem. Me miſerꝫ. s. dico. Quaꝫ procul illa a Scythico ſolo, q̃ longe diſtat patria mea a Scythia, quo me relegauit ira principis, vt inde cõmiſerationem moueat, quę quidem verba indicant in Scythia ſcripſiſſe hęc. Inchoauit tamen (vt ſuperius oſtendimus) Romę. Sed in Põto perfecit et inde edidit hos ſex libros. Ergo ageta ꝫ longas, muſam increpat, cuꝫ queri viſa ſit de exilio, qm̃ hęc ſacra non ſunt cuꝫ querelis, et moeſtitia referenda. Ergo age ſed ſupprime muſa, compeſcas, et ſupprimas. Tam lõgas querelas, q̃ longas iam diu effudimus, et in libris Triſtiuꝫ et in his qui de Põto inſcribũtur. Etenim illę oẽs fere Elegię q̃relę ſunt calamitoſi exilij. Sacra nõ ſunt tibi canẽda lyra moeſta, ideo ſupprimere q̃relas debes, quia triſti et flebili carmine ſacra canere non licet.

Hic indi cat ipſe ſcripſiſſe I scythia h opus etc.

ANT. FAN. QVO Nõ liuor adit? Dijs quoq; mortaliũ non parcit inuidia. Sunt.n. qui Veneri denoiationem huius menſis inuideãt, ẽ ab aperiendo Aprilẽ nominatum velint, vt diximus ſupra. Quem Venus iniecta vẽdicat alma manu, a iuriſconſultis ſumpſit hunc ſermonẽ, apud quos illud legimus, ante manumiſſionem inijciẽdę manus facultas non denegat. Item illud, Si vt manus iniectionem haberes cauiſti tibi iure tuo vti poſſes.

Illa quidẽ totum digniſſima temperat orbem, Venus iungit matrimonia, amicitia q; cõponit, Venus cui debet ęterna animalium propagatio. Eius.n. ſideris natura cuncta generãtur in terris, vt inqt Plin. cuius tanta claritas eſt vt vnius eius ſtellę radijs vmbrę reddant, quę modo exoriens ante matutinũ, modo ab occaſu refulgẽs vicem reddit Solis et Lunę, vñ totum orbem dicitur temperare, quã eius naturam Pythagoras Samius primus dephendit anno vrbis Romę. cxlij. Accedit ad hoc q̧ maiores noſtri ſuperius Hemiſperium Veneris, vt inferius Proſerpinę appellatione dixerũt. Iuraq; dat cęlo, qꝛ Dij, qui reuera hoi.s fuere, ſine amore nõ vixerunt. Natalibus vndis, mari vbi Venus nata eſt, qꝛ et piſces Venerem ſentiunt.

Venus bñficia f hoies

PAV. MAR. QVO Nõ liuor adit? mordet in ipe ſuo latenter inuidos, quoꝝ cauſa in exilium pulſus eſt. inquit. n. non ſolum hoies, ſed Dij quoq; inuidiaꝫ ſubeũt. Nam ſunt q nolint Aprilẽ Veneri dicatum, ẽ ab ea denominatũ. Fuit in ea ſentẽtia Cingius, vt in principio huius lib. diximus. Et Var. Cingio cõſentiens affirmabat nomen Veneris, nec ſub regibus quidẽ apud Romanos, vel Latinum, vel Grȩcum fuiſſe. et ideo nõ potuiſſe menſem a Venere nominari. Sed cũ fere ante ęquinoctium vernum triſte ſit cęlũ, mare nauigantibus clauſum, Terrę, aut aqua, aut pruina, aut niuibus cõtegant. Eaq; oĩa verno. i. hoc menſe, arbores quoq;, nec minus cętera, quę cõtinet terra aperire ſe in germẽ incipiãt, ab his oibus menſem Aprilem dici merito credẽduꝫ eſt, quaſi Aperilem, Hęc erat Var. ſentẽtia, quã Macꝛobius refert, et nos quoq; ſuperius retulimus, Poeta vero refellit, multiſq; verſibus aſſerere conatur Aprilẽ Veneris eſſe menſem. Qñ quidẽ magnum eſt Veneris numẽ, et ſupra Deos omnes primum, q̧ ois mundi machina ab ea modereẽ, et regaẽ ea ratione, q̧ elementa, quę diſſimilia et diuerſa ſunt inter ſe ſumma pace, et cõcordia teneãtur, qḋ fieri non poſſet, niſi eſſet amor qui cõcordiaꝫ ingerit. Cumq; Venus amori prȩſit, eã quoq; huius cõcordię cauſam eſſe aſſerendũ eſt. Empedocles. n. fuit q aſſeruit amicitia et concordia cõtineri elementa, et deficiente amicitia ruitura illa per litem et diſcordiã. Alia ratio, q̧ amore per Venerem concitãte omnia coeant animalia, quę in aere, quę in terra, quęue in aquis ſunt. Deinde illa conciliationis, pacis, et cõiugiorum, et foecunditatis Dea eſt, vt nõ immerito dixerit Cic. Venereꝫ dictam, qḋ ad res omnes veniat. Adde qḋ ratio cultus, ẽ ornatus ab ea primũ tradita, ea eloquẽtiam ad oẽs tam oratoriã, q̃ poeticam tradidit. Nam cum alij res vẽdant

Venus dicta q

Nam, quia ver aperit tūc oīa, denſaq; cedit
Frigoris aſperitas, foetaq; terra patet,
Aprilem memorāt ab aperto tēpore dictum.
Quē Venus iniecta vēdicat alma manu.
Illa quidē totū digniſſima temperat orbem,
Illa tenet nullo regna minora Deo,
Iuraq; dat cęlo, terrę, & natalibus vndis,
Perq; ſuos coitus cōtinet omne genus,
Illa Deos oēs (longū eſt numerare) creauit,
Illa ſatis cauſas, arboribusq; dedit,
Illa rudes animos hoīum contraxit in vnū,
Et docuit iūgi cum pare quemq; ſua.
Quid genus oē creat volucꝝ niſi blāda volu(ptas?)
Nec coeāt pecudes, ſi lenis abſit amor.

amantes alijs puellis vterent, vnuſquiſq; excogitabat, qua arte magis placere poſſit, et allicere animos obſtinatos. Sic plures artes ea quidem ratione adinuentas, ad qđ facit Platonicum illud de duplici Venere, vulgari et cęleſti, cum ſuperior illa ad virtutē, et bonas artes animum incendat, de qua alio loco dictum, O decus Aonidum nympharū Diua corona, Claraq; lux oculis īſidioſa meis. Nūc virides ornent fluenta tempora myrti, Et Veneri magnę ſoluere vota iuuet. Ne fallare tamē, vulgarem non ego diuam Premoneo a quoq; ſupplice corde coli. Numen cum brutis homini commune caleſcant, At tua ſidereis pectora numinibus. Cęleſtisq; coli Venus illa Platonica debet, Maxima quā paucis cognita Diua viris. Excitat hęc teneras in queq; illuſtria mentes, Virtutemq; animos excoluiſſe facit, Datq; bonos mores, ſtudioq; incendit honeſti, Et vitare hoīem turpia queq; docet. Ingenium ingenuas facit vt rapiatur ad artes, Vtq; homini exculto pectore preſtet homo. Hac duce Pierij modulātur carmina vates, Hac duce ſed caſte forma canēda datur etc. Cumq; omnia pulchriora ꝑ eam inuenta ſint, iure illi pulchrius anni tempus aſſignat. ſed ad poetā redeamus. Quo non adit liuor? quaſi quid eſt cui nō inuideatur. Naʒ nō modo hoībus, ſed Dijs inuidetur. Liuor pro inuidia ponitur, diximus etiam ſuperius. Sunt o Venus qui velint tibi eripuiſſe, eripere. Honorem menſis Aprilis. Et inuideant, ſunt qui inuidia quadam nolint tibi hūc menſem aſſignari, & a te nominatum negant, velut Cingius & Var. Naʒ qꝫ tunc ver aperit omnia, cum oīa verno tempore. i. hoc menſe aperiantur, arbores etc. quę continet terra, aperire ſe in germen incipiāt. Et aſperitas frigoris denſa cedit, cuʒ cedat aſperrimus ille denſi rigor frigoris, quaſi cum cedente frigore, redeunte verna ſerenitate cęlum aperiatur. Et terra foeta patet, et aperit terra grauida, et herbas & flores parit. Memorant dictū Aprileʒ ab aperto tempore, quaſi ab aperiendo dicūt nominatuʒ Aprilem, quaſi aperileʒ pro ratione tpis, quo omnia aperiūtur. Quem, menſem. Alma Venus vendicat, quaſi ſuo iure ſibi attribuit. Iniecta manu, etiam viribus et pugna. Illa quidem, Venus. Digniſſima, honore mēſis. Temperat totuʒ orbem, temperiem toti orbi ſuggerit, aut qꝫ temperate oīa elementa concordia continet, aut referas, ad duplicem Venerē, cum altera temperantię, altera laſciuię preſit. Quidam legunt annum.

Quare Aprilis dr ab aperto tpe

Illa, Venus. Tenet regna minora nullo Deo, quaſi illa ſuo numine nulli Deoꝝ eſt inferior, ſed ſuperior omnibus. Et dat iura cęlo, qꝫ cęlitibus imperat, aut cęlo, hoc eſt aeri. Et terrę et vndis natalibus, in qbus nata eſt, ergo dat iura omnibus elementis, qꝫ amoris vinculo cōcordia cōtinet. aut ſi mythicos reſpicis, qꝫ Deos, qui in cęlo ſunt, quiue in aquis, quiue in terris, et in Herebo ſunt, ad amandum impellit. Et ꝑ ſuos coitus, qui ſua face proueniunt. Continet omne genus, quaſi et Deos & hoīes, etc. animalia. Quidam legunt ſic, Proq; ſuo nutu etc. Illa creauit Deos omnes, naʒ coitu et Dij, et homines nati ſunt. Longuʒ eſt numerare, qđ s. Deos creauerit.

Quaſ di Venus creaſſe Deos et hoies nota, et cōſtituiſſe mrimonium

ANT. FAN.

ILLA ſatis cauſas, arboribuſq; dedit, qꝫ ſine terrę foecūditate hęc nō proueniunt, quę vere flante Zephyro ſine officio Veneris cōcipere nō videtur. Contraxit in vnū, iure matrimoniorum quę iungit (vt diximus) Venus. Lędere parcit, lędit quidem Aries Arieteʒ, ſed idem oui parcit Veneris beneficio. Dicitur, bene dicitur de re incerta, quod probo ſcriptori obſeruandū eſt. Eloquioq; fuit duram exorare puellam, ipſe alibi, Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes, Et tamen ęquoreas traxit amore Deas. Pro ſua cauſa, quę cū turpis ſit maius artificium ac maiorem vim poſtulat eloquentię.

Mille per hanc artes notę, placendi ſtudio noui ornatus, noui cultus, noui cantus, noua munera excogitantur, vt videmus hoc tempore.

PAV. MAR.

ILLA DEdit cauſas ſatis et arboribus, cum prę ſit foecunditati dedit cauſas, quibus cauſis, agri et arbores germinarent. Satis, ipſis ſegetibus. vt eſt illud, Et ſata lęta videt. i. lętas ſegetes, et ſeges (vt Varro de re ruſtica inquit) quod aratum, et ſatum, ideo alio loco a ſatu dictam ſegetem aſſerit. Illa, Venus. Contraxit in vnum, quaſi coniunxit, & copulauit cōcordi iugo. Animos hominum rudes, inexpertos. nam ea tradidit legē matrimonij. nam vt amicitias, et conciliationes, ita et matrimonia componit, vt ſuperius dictuʒ eſt. Et docuit quemq; iungi cum pare ſua, ipſa lege coniugij vnumquemq; cum muliere ſibi pare copulari. Quid creat omne genus volucrum? quid eſt quod creare. quod propagare faciat auiū genus. Niſi voluptas blanda niſi blandus et alliciens, plenusq; voluptatis amor. Voluptas eſt iucundus motus in ſenſu. Nec coeāt pecudes, ad propagandam. s. ſobolem. Si abſit amor lenis, ipſe cupido volucer. ideo lenis, quia

Cū mare trux aries cornu decertat, at idem
Frontem dilectę lędere parcit ouis.
Depoſita ſequitur taurus feritate iuuencam,
Quē toti ſaltus, quē nemus omne tremit.
Vis eadē lato quodcūq; ſub ęquore viuit,
Seruat, et innumeris piſcibus īplet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit, ab illa
Venerunt cultus, mūdaq; curo ſolo.
Primus amās carmē vigilatū nocte negata
Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores,
Eloquiūq; fuit duram exorare puellam,
Proq; ſua cauſa quiſq; diſertus erat.
Mille ꝑ hanc artes notę, ſtudioq; placendi,
Quę latuere prius, multa reperta ferunt.
Hanc quiſq̄ titulo menſis ſpoliare ſecundi
Audeat? a nobis ſit furor iſte procul.
Quid ꝙ vbiq; potēs, tēpliſq; freqūtibus aucta,

Sues & pecudum nomine conti neri ſm̄ Labeonē

alatus Pecudum numero (vt Caius iuriſcons. in, quit) ſunt quadrupedes, quę gregatim paſcuntur, veluti oues, caprę, boues, equi, muli, aſini. Sed an et ſues pecudum appellatione continētur. quęritur, et recte Labeoni placet cōtineri. Sed canis inter pecudes non eſt. longe magis beſtię in eo numero non ſunt, veluti vrſi, leones, pantherę. Elephanti autē et cameli quaſi mixti ſunt. nā et iumentorum operum pſtant, et natura eorum fera eſt &c.

Aries trux, ferox, et crudelis. Decertat cornu cum mare, pugnat cum Ariete.

At idē, Aries. Parcit lędere frontē ouis dilectę, q: cornu in ouem, quā amat nō irruit, non. n. vult illam lędere. Tanta eſt amoris vis, vt mares cū foemellis, quibus iungūtur, nō pugnēt, inter ſe tamē certare ſolent. Taurus, q̄ſi ta a toruitate appellatur. Sequit̄ iuuē cam, quam amat.

Taurus dr̃ a toruitate

Depoſita feritate, q: in illam non ferus, nō toruus, ſed mitis, et blandus videt̄. Quem, taurū. Toti ſaltus, montes ipſi nemoroſi. Quē omne nemus tremit, cum tātę ſit feritatis, vt tremant eius aſpectu nemora, et quę in nemoribus erunt animātes. attamen blandus, et ſine feritate ſeqtur iuuencam. Eadem vis, eadem coitus voluptas.

Seruat, tuet̄. Quodcunq; viuit ſublato ęquore, piſces et quęcunq; monſtra in mari ſunt eadē voluptate continent̄. Et implet aquas innumeris piſcibus, cum foecunditatem illis ſuggerat.

Prima, Venus. Detraxit homini, abſtulit, ſeu remouit ab homine. Habitus feros, cum victu, et cultu a feris nihil differūt homines, prima eos incuſſo amore, quaſi inſtinctu humanitatis, et lepidioris vitę traxit ad cultiorem vitam. Ab illa, Venere. Venerunt cultus, ornatus et ciuilis cultus. nā prima homines feros ad ciuilem cultū redegit. Mundaq; cura ſolo, ratio politię & mūdicię in ſolum, hoc eſt in tellurem, q: qui in terris erant, homines facti ſunt nitidi et ſplendidi, Venere ſplēditatis adhibente rationē. Primus amās, ille qui primus omnium amare puellā coepit.

Dicitur cōcinnuiſſe, cecinisse. Carmen vigilatum, lugubratum, quaſi vigili nocte compoſitū.

Ad clauſas fores, quę illi non patebant, qua ad amicam iret. Nocte negata, cum per noctem non admitteretur. ergo amore inſtigante ille amans primus carmen excogitauit, quo poſſet allicere puellę animum in amorem ſui. Dicerē hoc loco de primis carminū inuentoribus, niſi alio loco dixiſſem, et carmine quoq; cecinisſem. Et eloquium fuit exorare duram puellam, vis facundię fuit īpetrare a puella quod amās voluiſſet. et ſi facundia ab ipſa natura habuerit initium, ars quoq; deinde plurimum adiuuerit, partes tamen laudis ſibi amor vendicat, q: impulerit homines ad blādas preces, ad cantus, quo duras ab initio puellas allicere in amorem poſſent. Quiſque erat diſertus, facundus. Pro ſua cauſa, quam ante puellā eſſet acturus, quaſi non opus erat amātibus patrono, nam ſuopte ingenio erant diſerti. Quid autem interſit inter diſertū & eloquētem diximus in tertio libro. Mille artes notę per hāc, Venerem. Et ferūt, dicunt. Multa reperta, multa excogitata, et adinuenta ab amantibus. Studio, hoc eſt deſiderio.

No. ſupra i li. iij. differētiā inter diſertū et eloquentem

Placendi, quo placere poſſent illis, quas ſummo proſequebantur amore. Quę latuere prius, quę prius non erant cognita. Audeat quiſquam, aliquis. Spoliare, priuare. Hanc, Venerem.

Titulo, honore, et appellatione. Menſis ſecundi Aprilis, quem Romulus ſecundo loco conſtituit, quaſi quis eſt qui velit dicere Aprilem menſem Veneris non eſſe, quod quidem ſanę mentis non eſſet. ideo ſubiungit. A nobis ſit furor iſte procul, quaſi non ſimus in ea inſania, vt hoc nos afferamus. Quid ſcilicet dicam.

Quod vbiq; eſt potens, quia vbiq; pro magno numine habetur. Nam cum alij alios colant Deos, vt Ægyptij Iſidem, Mauri Iubam, Macedones Gabirum, Poeni Vranum, Latini Faunum, Sabini Xanthum, Romani Quirinum. Eodem vtiq; modo Athenę Mineruā, Samos Iunonem Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi, ſic cęteri populi ſuum numen colunt. Sola tamen Venus vbiq; colitur, et eſt aucta templis frequentibus, quia vbiq; templa ſunt illi conſecrata.

Pallas Athenas Iuno Samon Vulcanus Lemnō Liber Naxon Iſis Ægyptū Gabirus Macedones Vranus Poenos Faunus Latinos Xāthus Sabinos Quirinus Romanos

VRBE TAmen noſtra ius dea maius habet, non eſt eripiendus Veneri honor menſis a Romulo conſtitutus, cum ea ſit auctor Romani generis, ac Romuli parens, habeatq; ob eam cauſam ius maximum Romę, vbi multa fuerunt Veneris templa. Cum gemuit &c. Ænea cum Diomede pugnante, Venus ſeſe Diomedi obiecisſe dicitur, a quo vulnerata eſt. Virgil. in xi. Æne.

ANT. FAN.

Vrbe tamen noſtra ius Dea maius habet.
Pro Troia Romāe tua Venus arma ferebat,
Cum gemuit teneram cuſpide lęſa manū,
Cęleſteſq; duas Troiano indice vicit,
(Ah nolim victas hoc meminiſſe Deas)
Aſſaraciq; nurus dicta eſt, vt ſcilicet olim
Magnus Iuleos Cęſar haberet auos.
Nec Veneri tempus, q̄ ver erat aptius vllum,
Vere nitent terrę, vere remiſſus ager.
Nunc herbę rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gēmas cortice palmes agit.
Et formoſa Venus formoſo tp̄e digna eſt,
Vtq; ſolet, Marti continuata ſuo eſt.
Vere monet curuas materna p ęq̄ra puppes
Ire, nec hybernas iam timuiſſe minas
Rite Deam colitis Latię matreſq;, nuruſq;,

xi. Æne. Hęc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt, Tempore cum ferro cęleſtia corpora demēs Appetij, et Veneris violaui vulnere dextram. Cęleſteſq; Deas, Iunonem et Mineruam, quibus Venus pręlata eſt indicio Paridis. Ah nolim victas hoc meminiſſe Deas, ne Romani aduerſi aliquid patiantur memorem Iunonis ob iram, quę Troianis fuit infenſa. Item ob irātam Mineruam, de qua legimus, Interea ad templū non ęque Palladis ibant crinibus Iliades paſſis. Aſſaraciq; nurus dicta eſt, quia nō dedignata eſt nubere Anchisę, qui eſt Aſſaraci nepos. Dicta eſt autem Nurus, eo ꝙ nubat, vt Socer et Socrus, ꝙ generum ſibi aſſocient.

Remitto ꝑ delecto

Remiſſus ager, remittere interdum eſt delectare. Vnde remiſſus ager hic vere dicitur, ꝙ expers nimij frigoris, et caloris, quaſi relaxetur, et verna temperie ac florum pulchritudine delectetur, vti nos interdum iocis animum relaxamus. Nunc tumido gemmas cortice palmes agit, Gemma quid ſit ſupradictum eſt. Palmites autem dicuntur ſarmenta vitium, vt Feſto placet, quoniam in modum palmarum virgulas quaſi digitos edūt, vt pars abit in vites, et quę modo fila fuerunt Palmite mutantur. Sarmenti autem pars in modum mallei roſtra habens, et apta plantationi Malleolus dicitur. Vtque ſolet, Marti continuata ſuo, Aprilis Martio iūctus eſt, vti olim Marti Venus iuncta ſecundum fabulas fuit, vt Primus adulterium Veneris cū Marte putatur Hic vidiſſe Deus. Sed re vera vt Mars Arietis dominus eſt, et ita Tauri Venus, quę duo ſigna zodiaci ſe attingunt, item Libra Veneri. Scorpius Marti datur, vnde illud eſt Horatij, Seu Libra ſeu Mars Scorpius aſpicit formidoloſus. Materna per ęquora, ꝙ mare Veneri matris vicem prębuit vbi nata dicitur.

PAV. MAR. TAmen Dea ipſa Venus habet maius ius in vrbe noſtra, in vrbe Roma, propterea ꝙ ipſa fuerit auctor Romani generis, ibi plus q̄ in cęteris locis colitur, pluraq; habet templa. Erat enim in foro ędes Veneris genitricis, et prope viam ſacram templum Veneris Cluacinę, et in Capitolio ędes Veneris caluę, et apud portam Collinam templum Veneris Erycinę, et alię quoq; ędes. O Romane venus tua, vnde tu originem ducis. Ferebat arma pro Troia, pugnabat pro Troianis, vnde in Triſtibus, Iuppiter in Troiam, pro Troia ſtabat Apollo, Æqua venus Teucris, Pallas iniqua fuit. Cū genuit, cum ipſa venus gemitu dolorem indicauit. Lęſa manum teneram, quaſi habens tenellā manum vulneratam. Cuſpide, telo. Diomedis, nam cum Æneas cum Diomede pugnaret, ipſa ſe Diomedi in nebula oppoſuit pro ſalute filij, & vulnus in manu ſuſcepit, ide in Remedijs, Non ego Tydides, a quo tua ſaucia mater In liquidum redijt ęthera Martis equis. Et vicit duas cęleſtes, Pallada et Iunonem. Troiano iudice, quaſi Troiāi Paridis iudicio, cū pomum veneri tanquā pulchriori adiudicauit. Nota eſt fabula, non immoremur. Ah ego nolim Deas victas, ſuperatas pſtātia formę a venere illius indicio. Meminiſſe hoc, ne Romanis iraſcerentur, quēadmodum olī Troianis. Dicta eſt nurus Aſſaraci, voluit Anchisę ſuccumbere, et eſſe nurus pronepotis Dardani, vt eo coitu progigneret Cęſareū genus, hoc eſt familiam Iuliorum. Verum nurus fuit Capyos Aſſaraci filij patris Anchisę, de quo ſuperius dictum. Vt ſcilicet, certe. Olim, in futurum. Cęſar magnus, Diuus Iulius Cęſar. Haberet auos Iuleos, eos qui ab Iulio nati ſunt. Nec vllum tempus erat aptius q̄ ver, nulla pars anni erat veneri conuenientior, q̄ vernum tempus. Vere nitent terrę, viriditate ſurgentium herbaꝝ nitere videnť.

Vere remiſſus ager, eſt ager lętus, nam remiſſus lętus eſt, vt oſtendit Marcellus. Lętus igitur verno tempore ager propter lętas ſegetes, etiam quod reſolutus frigoribus, vt in primo libro dixit, Tūc patitur cultus ager, et renouatur aratro. Nunc herbę tollunt, atollūt. Cacumina ſummitates. Rupta, aperta. Tellure, vt in primo, Prodit et in ſummum ſeminis herba ſolum. Verno, tempore. Palmes agit gēmas, vitium ſarmenta, ipſę vites emittunt gēmas, ipſos vitis cultus. De cortice tumido, grauido, aut qui tumet ipſis gēmis, vt in primo, Et noua de grauido palmite gēma tumet, Et virgi. Surgent in palmite gēmę. Et formoſa venus eſt digna formoſo tempore, quaſi quę cęteris Dijs et Deabus formoſior eſt, et quę pulchriora cęteris adinuenit, digna quoq; eſt pulchriore tempore. Continuata vt ſolet ſuo Marti, quaſi hn̄s menſem Martio continuatum, vt in cęlo quoq; continuatum illi locum obtinet. Nam cum Aries Marti, ſequens dnno illi Taurus aſſignatē, vt i pncipio huius .iiij. li. diximus, sic i ſignis e re-

gione locatis. Vere mõnet ire curuas puppes naues curuas. Per ęquora materna, nam e maris ſpuma procreata. ſappho, Solue ratem Venus orta mari, et in Hero. Quia mater amorꝫ Nuda cytheriacis edita fertur aquis. Prȩſtat igit Venus, vt mare, quod clauſum per hyemem fuerat, pateat nunc ipſis nautis.

Et vos queis vittę, longaq; veſtis abeſt.
Aurea marmoreo redimicula demite collo,
Demite diuitias, tota videnda Dea eſt.
Aurea ſiccato redimicula reddite collo,
Nunc alij flores, nunc noua danda roſa eſt.
Vos q̃; ſub viridi myrto iubet ipſa lauari,
Cauſaq; cur iubeat, diſcite, certa ſubeſt.
Littore ſiccabat rorantes rore capillos,
Viderunt Satyri turba proterua Deam.
Senſit, & oppoſita texit ſua tempora myrto,
Tuta fuit facto, voſq; referre iubet.

Nec timuiſſe, timere. Iam minas hybernas, minaces hyemis procellas. O Latię matres et nurus, Latinę, ſeu Romanę mulieres tam vetulę q̃ puellę, tam matres q̃ nurus. Rite colitis Deam, colitis Venerem, et eius feſtum rite celebratis.

ANT. FAN.

ET Vos queis vittę, longaq; veſtis adeſt, cauendum ne p verbo adeſt, abeſt legamus. Matronę. n. hoc tempore (teſte Macrobio) Venerem colebant, non meretrices, quarum erat feſtuꝫ Veneris Erycinę. Nã vitta, & ſtola (vt Seruius docet, et nos ſupra diximus) ſolarum matronarum virginum erant. Quam ob cauſam legimus ſupra Siluię Veſtali vittam exciſſe, cum virginitateꝫ amiſit. et Feſtus Matronas tradit appellari eas fere quibus ſtolas habendi ius erat. Dimittebant autem ſtolę ad imos pedes, teſte Porphyrione, erantq; veſtes honeſtę, teſte Nonio. q̃uis veteres abuſiue omne quod corpus tegeret ſtolam vocauerint, hic aũt ſtolam in ppria ſignificatione accipias neceſſe eſt. Ouidi. alibi, Quas ſtola contingi, Vittaq; ſumpta vetat. Redimicula demite collo, iubet amoueri monilia, et cętera ornamenta a Veneris ſimulachro, vt eo deterſo i eius feſto exactius et ſuis redimiculis et roſis, atq; alijs floribus exornet. Sub viridi myrto, hac arbore diximus coronatas mulieres lauari conſueuiſſe calendis huius menſis, auctore Plutarcho, quę cur Veneri dicata ſit diximus ſupra. Voſq; referre iubet, iubet vos myrto coronari in memoriam beneficij, quod id genus arbuſculę in Deam contulit. Diſcite nunc quare For. thu. viri. De. Fortuna quã Vir. õpotentem dixit, nonnulli aũt philoſ nihil ſuaui poſſe, ſed decreti ſine puidentię miniſtrã eſſe voluerunt, varijs nominibus templa Romę habuit, vt tẽplum Fortunę mulieribus. Fortunę fortis, reducis, bõę, euelpidis, malę, atropeę, pgenię, virilis. Ex qbus ędes Fortunę virilis fuit non longe ab vrbe, vel apud Tyberim, vel (vt qbuſdã plꝫ) ad lacum Nemorenſem, qđ ſatis cõpertum nõ ẽ, quo virgines maturę viro ducebant, quę ibi depoſitis veſtibus oia corporis vitia detegebant, ſperantes fore vt ea Fortunę bñficio viros laterent, vnde ipſa Dea virilis dicta eſt. Cuius ſacra apte feſto Veneris iungebant, q̃ earꝫ Dearꝫ altera pulchritudinem pſtat, altera cuſtodit, facitq; vt non appareat quę violare pulchritudineꝫ pñt, hęc ędes a Seruio

Matrõę Venerẽ colebãt. Vitta Stola

Stola ad imos pedes dimittebat

Matronas lauare ſe ſub myrto

Fortunę varia nomina

Fortunę virilis feſtũ cal. Aprilibus

Tullo cõſtituta eſt, q (auctore Plutar.) multa Fortunę templa dedit. Cęterꝫ nõ eſt virilis Fortuna quã fortem dicimus. Forti. n. ędem Tullus dedicauit ſꝫ Tyberim menſe iunio. vt auctor eſt Var. et nos in fra ſuo loco dicemus. Sane Fortuna ſic diffinit, cauſarꝫ ſimul cadentium õcurſus et originem e ppoſito ducentiũ, vñ aliqd euenit pter ſpẽ cum admiratione. Paruo thure, quo et Veneri rem diuinam faciebant.

Fortunę fortis ędes

Fortunę diffinitio

PAV. MAR.

ET Vo. queis, pro qbus. Vittę, et lõga veſtis abeſt, q̃ vittatę non eſtis, vt ſunt Veſtales virgines, et pudicę matronę, qđ indicat per longã veſtẽ, nam ſtolam idicat, quod erat matronarum pudicarum inſigne, ſic et inſtita, vnde in Arte, Eſte procul vittę tenues inſigne pudoris, Quęque tegis medios inſtita longa pedes, et in Triſtibus, cum repetit eos verſus, addit, Ecquid ab hac omnes rigida ſũmouimus arte, Quas ſtola õtingi, vittaq; ſumpta vetat. Sic nunc oẽs mulieres colere venerem inqt, pter Veſtales virgines, et pudicas matronas. Sed de ſtola aliter ſentire vr. Nonius, inqt. n. ſtolam veteres non honeſtã veſtem ſolum, ſed ẽt oẽ quod corpus tegeret. Ennius in Telepho, Cedo & caueo cum veſtitus ſqualida ſeptus ſtola, in eadem idẽ, Regnũ reliqt ſeptus medi ſtola. Var. in coſmor. Mulieres aliam cerneres cũ ſtola olyſira. Idem in Eumeni, Partum venuſta muliebris ornat ſtola. Demite, remouete vos mr̃es, et nurus. E col. mar. candido et leui. Aurea redimicula, aurea ornamẽta. Verꝫ redimicula tenię ſunt, ſiuę vittę pendentes a poſteriore parte mitrę, quod primi Phryges molliſſimi inuenerant. Nunc alij flores dandi ſunt, remoueatis alia ornamenta, et accipiatis ſerta ex floribus. Nunc eſt dã no. ro. roſęquę nunc natę erunt, et offerendi ſunt aris flores cal. Apri. Demite di. tota videnda Dea eſt. Aurea ſic Cato redimicula reddite collo, iſta duo carmina nõ ſunt i alijs codicibus, q̃s mihi videre õtigit, ẽt ex vetuſtiſſimis, ſed q: hoc loco inueni, non auſus ſum ea adimere, vt lector omnia videat, & quod melius videbitur, accipiat. Vos quoq; ſub viridi, calend. April. nuptę Veneri ſacrificant, et apud templum Fortunę virilis quod erat in ripa Tyberina, myrto coronatę lauantur, vt ſuperius ex Plutarc. diximus, eam rationem huic rei affert poeta, vt ſi quid vitij notaretur in corpore prȩſtaret Fortuna virilis, vt viros lateret. Sed cur ſub myrto, quoniam ſub ea latuit, arbore, cum caueret ſibi a Satyris, et quod ea arbor ſub tutela Veneris eſſe putetur, et de ea Plini. ita refert, Fuit vbi nunc Roma eſt, iam cum conderetur, quippe ita traditur, myrteę verbena Romanos, Sab noſq; cũ

Inſtita veſtis matronarum

Calend. Aprilis nuptę Veneri ſacrificabant

propter

propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis pacificaturos in eo loco, q nunc ſigna Veneris Cluacinę habet. Cluere.n.antiqui pugnare dicebant, et in ea quoq; arbore ſuffimēti genus habetur. Ideo tū electa qm̄ coniunctioni, et huic arbori Venus pręſit. et reliqua. Plura.n. de ea Pli. inquit lib.xv.cap.xxviij.

Diſcite nūc quare Fortunę thura virili
Detis eo, gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt.
Vt tegat hoc, cęletq; viros, Fortuna virilis
Pręſtat, et hoc paruo thure rogata facit.
Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere, & expreſſis mella liquata fauis.
Cū primū cupido Venus ē deducta marito
Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.

Iubet, ipſa Venus. Lauari vos quoq;, matres, ſeu nuptę. Sub viridi myrto, hoc eſt myrto coronatę. Diſcite, cur iubeat ita lauari. Certa ſubeſt cauſa, certa eſt ratio. Siccabat, ipſa Venus in littore. capillos rorantes rore, crines rore madentes. Quidā legunt rorātes nuda capillos. Satyri, per appoſitionē. Turba proterua, procax. nam diximus in primo libro libidinoſos eſſe. Viderūt Deam, Venerem ita crines ſiccātem. Senſit, Venus ſe a Satyris videri. Et texit ſua tempora myrto oppoſita, texit caput, et ſub myrto delituit, legitur etiā corpora. Tuta fuit facto, eo modo ſeipſam tutata eſt a Satyris.

Et iubet eos referre, vt quéadmodū ipſa ſe myrto texit, per vos ita vult fieri. Diſcite nūc quare, eodem die cū ita ſe lauarent coronatę, vt diximus, Fortunę virili libabāt. et explicat rōnem, quā modo retulimus. ſed de tēplo virilis Fortunę hoc habemus. Cum Hetruſcoꝝ opes mortuo Tarquinio Priſco indignātes Seruiū Tullum regnare, a conuentionibus defeciſſent, vt Diony. refert. Durāteq; bello per.xx.annos. Depreſſi tādem fuere Hetruſci a Tullo, qui Ceretanos, Tarquinos, Veientes ablatione regionis mulctauit, quā eis diuiſit, qui nuper in remp. Romanā venerant. Duoq; extruxit Fortunę templa, qua per omne vitę tempus viſus erat vti proſpera, alterum in foro Boario, alterum ad ripas Tyberis ei Fortunę quam virilē appellauit.

Diſcite nūc vos, nuptę. Cur, qua ratione.

Detis thura cremanda s. Fortunę virili, aris ipſius Fortunę virilis. Eo, loco.s. Qui locus humet, madidus eſt. Aqua gelida, aqua Tyberina, nam in ripa Tybridis. Ille locus accipit cūctas nuptas, q̄ omnes eo tēdunt calen. Apri. Poſito velamine, depoſitis veſtibus. Et videt, ille locus.

Omne vitiū nudi corporis, quicqd vitij. Et quęcunq; turpis nota eſſet in corpore tūc apparet. De vitio et morbo ſuperiore libro diximus. Fortuna virilis pſtat, hoc tribuit, et concedit nuptę Vt tegat, tegere poſſit. Hoc, vitium ē nota. Et cęlet viros, ne ipſi viri ſint illud vllo tempore cogituri. Facit hoc, ipſa Fortuna. Rogate paruo thure, non.n. exigit victimas, aut ingentia dona, ſed exiguo thure exoratur.

ANT. FAN. NEC Pigeat &c. Papauer et ſatiuum et ſponte naſcens reperitur. Eius quod ſatiuum eſt Auicenna ſemen domeſticū vocat, quod cū melle ſumptum affert robur ad res venereas, ſimiliter et lac, vt idē auctor ſcribit, et mel ſolū. vt Ouaq; ſumant, ſumātur Hymettia mella. Cum quo ſatiui et cādidi papaueris ſemen toſtū in ſecūda menſa dari apud veteres conſueuit. Quare ait Plin. Simplicem et antiquam ſalubritatem papauere et melle cō. ſtare. Genus eludij ex melle et papauere factum coccetum dicebatur, auctore Feſto.

Papaueris duo genera

In ſecūda mēſa ſemē papaueris toſtum dabat

Marito, notum eſt maritum Veneris eſſe Vulcanum. Roma pudicitia &c. depēdet hoc ab eo qd dixit, Et bona fama manet. Incredibilis n. ardor libidinis aliquādo Romanas foeminas inuaſit, adeo vt omnes fere ſine vllo pudore in Venerem ruerent. Quare ſenatus inſpectis libris Sibyllinis per decem viros cenſuit, vt Veneris verticordię ſimulachrum conſecraretur, vt foeminarum corda a libidine ad pudicitiam verterentur. Quod poſteaq̄ factum eſt omniū ſedatus eſt ardor. Quo tempore (vt Valerius Max ſcribit) Sulpitia, quam Solinus Paterculi filiam, et M. Fuluij Flacci vxorem fuiſſe teſtatur, cenſura omniū Matronarum e centum probatiſſimis haud temere electa eſt, quę ſimulachrum Veneris dedicaret, cui Deę ſi iniiciendorum amorū poteſtas eſt, nihilominus ius eſt et tollendorum, itaq; rogabatur Venus (teſte Lactan. grammatico) nō modo vt amores pręſtaret, verum etiā vt auferret. Sane ordo eſt, Roma eſt lapſa a pudicitia tempore proauorū.

Verticordię Veneris ſimulachrū

Sulpitię exēplum

Cumęam anū, libros Sibyllinos, incertum eſt (vt Seruius ſcribit) Sibyllina reſpōſa cuius Sibyllę fuerint, quę Virg. Cumanę eſſe dixit, Varro vero Erythreę. cęterum Erythris vrbs Ionię fuit quidem vt auctor eſt Strabo, Sibylla numine afflata et antiqua mulier, ſed longe poſt eam alia quoq; fuit ex eadem vrbe diuinatrix, quę Athenais vocata dr̄.

Libri Sibyllini

Verſo numine corda tenet, vocat Verticordia, q foeminarum corda ad pudicitiam verterit.

Verticordia

PAV. MAR. NEC Pigeat, eo etiam die dum thura adoles. Sumere papauer tritū, libare contuſū papauer, aut papaueris ſuccum lacte et melle mixtū, quod quidem et ſi dulce eſt guſtu, dulcem quoq; ſomnum prouocat. Hęc a multis die nuptiali dabantur in omen futurę, et diuturnę voluptatis cum nupta. Verū Plin. cum tria genera papaueris ſatiui dicat, Candidum, inquit, cuius ſemē toſtum in ſecunda menſa cū melle apud antiquos edebatur. Deinde ſubdit alia genera, nigrum, et erraticum, et illud ſubiungit, Fuiſſe autem honore apud Romanos ſemper indicio eſt Tarqui. Superbus, qui legatis a filio miſſis, decutiendo papauera in horto altiſſima, ſanguinarium illud reſponſum ab facti ambage reddidit. Cum ni-

Succus papaueris ī melle dabat die nuptiali q̄ dr̄ ipſi Veneri datus qn̄ nupſit Vulcano

Illam ſupplicibus verbis placate, ſub illa
Et forma, & mores, & bona fama manet.
Roma pudicitia pꝛauorum tẽpore lapſa eſt?
Cumęam veteres conſuluiſtis anum.
Tẽpla iubet fieri Veneri, quibus ordine factis
Inde Venus verſo numine corda tenet.
Sp ad Aeneadas placido pulcherrima vultu
Reſpice, totq; tuas Diua tuere nurus.
Dum loquor elatę metuẽdus acumine caudę
Scorpius in virides pręcipitatur aquas.

uel, candido. Lacte et mella liquata, inſtillata et dulcia. Fauis expreſſis, nã cum fauus exprimitur, mel inſtillat. Cum primum Venus eſt deducta cupido marito, cum ad Vulcanũ Venus deducta eſt. Ille.n.erat ſuus vir, licet plures fierent Veneres. Prima cęlo et die nata. altera Syria, Niloq; concepta, q̃ Adonidi nupſit. tertia maris ſpumis procreata. quarta Iouis filia, q̃ Vulcano data eſt in coniugem. Bibit hoc, hunc liquorẽ ex papauere, melle, lacte. Ex illo tempore, quo, hęc bibit. Fuit nupta, ſic et nuptę diu ſunt eo liquore vsę. Placate illam, conciliate vobis Venerem. Verbis ſupplicibus, quaſi humili prece. Sub illa, ſub illius arbitrio. Manet et forma, et mores, et bona fama, Venus miniſtras habet Charites, quę pręſtant et p̃ſtantiam formę, et morum excellentiã, et decus famę. ideo appellatę gratię ꝙ naſcentibus gratiam infundũt, qua placere cęteris poſſint. Quod ergo per miniſtras fit, per dominã fit. ideo ſub illa manere dixit. De his Charitibus plura in Odis Hora. diximus. Roma pudicitia, dũ proaui ſeſe pudicos ſeruabant Ro. pubes deficiebat. Ex libris Siby. moniti ſunt vt Veneri templa erigerent, ſed reſpexit poeta ad ea monita, quibus ſacra Veneris Erycinę delata ſunt ex Sicilia in Italiam, et conditum eſt illi templum ſub eadem appellatione apud portam Collinã, de quo alio loco dicemus. Multa tamen diximus in ſecunda Oda Horatij, Siue tu mauis Erycina ridens &c. Roma, Romana pubes Eſt lapſa, quaſi defecit, cum non coiretur. Tempore proauorum, olim cũ viuerent proaui noſtri. Pudicitia, cum pudice et caſte viuerent. Veteres, vos proaui. Conſuluiſtis anum Cumęã, Sibyllam quę Cumis in campania fuiſſe dicitur. Sed nõ conſuluerunt Sibyllã, quę eo tẽpore non erat. Sed libros Sibyllinos, quorum ſuperius meminimus. Iubet Sibylla, iuſſere libri Sibyllini inſpecti. Fieri plura templa Veneri, ẽ plura erant in vrbe, vt paulo ſuperius diximus. Quibus, templis. Factis, extructis ordine. Inde, ab alio tempore. Venus tenet corda verſo numine, quaſi habuit deinde in Romanos animum benigniorẽ, mutato de irato in placatum et propitium numine. O pulcherrima, Venus. Reſpice ſemper ad Æneadas, ad Romanos, qui ab Ænea progeniti ſunt. Vultu placido, benigno animo. Et tuere tu Diua tot nurus tuas, tot Romanas nuptas, quę tibi nurus ſunt, cum viri ſint Ænee pro nepotes, aut referas ad principes mulieres Cęſarum coniuges, cum viri ſint ex domo Iulea, quę manauit ab Iulo Aſcanij filio.

ANT. FAN.

Scorpius occidit cal. Aprilis

Scorpius in virides pręcipitatur aquas, ſic dictum vt illud ſuperius, Scorpius a prima parte videndus erit. Scorpionis.n. chelę Libram faciunt, quę oriente Sole occidit coſmice. Arieti enim oppoſita eſt. Vnde ait Lucanus, Aut Aries donat ſua tempora Librę. Huius ſigni occaſus matutinus tempeſtatem ſignificat, teſte Columella. Illud tamen ſciendum, ꝙ re vera hoc tempore dum Sol in ortum fertur, qui Arietis partem emenſus eſt, ea pars zodiaci, quam nos Scorpium dicimus, occidere nullo modo poteſt, expectandum n.eſt, vt Taurus attingat orizontem. Semuſtamq; facem, non eſt legendum ſemiuſtam, ne claudicet verſus. Pleiades incipient humeros releuare paternos. iiij. nonas April. vt Naſoni placet hoc loco Vergilię ſiue Pleiades heliace occidunt, quas Columella parum ab eo diſſentiens. viij. idus Aprilis inquit cęlari veſperi. Dicuntur autem poetice releuare humeros patris, ꝗ putantur Atlantis filię ex Pleione, vt cum cęlo emergunt, ſublimi ab Atlantide natę Pleiades. Quę cum cęlantur et euaneſcunt lucis propinquitate videntur Atlantis humeri cęlum ſuſtinentis parte oneris releuari. Has alij volunt Iouis, alij Liberi fuiſſe nutrices. alij ipſas aſſerunt fuiſſe Heſperides, quę in cęlum tranſlatę Taurini corporis partem conſtituunt, vt ait Macro. et A. Gel. ſcribit, qui lib. xij. noctium Atticarum tradit ex hyadum quidem poſitam ſpeciem quandam et ſimulachrum fieri Tauri capitis. Cęteras vero partes, et reliquam imaginem Tauri conformatam, et quaſi pictam eſſe locis, regionibusq; ſtellarum, quas Gręci Pleiaſas, nos Vergilias vocamus. Has Plin. in cauda Tauri eſſe. Alij ante genua eius poſitas tradunt, quę ſeptẽ ſunt, licet ſex tantum appareant. Quod oſtendit Varro in hebdomadibus, teſte A. Gel. vbi ſeptenarij numeri virtutes, poteſtateſq; commemorat. Dictę autem ſunt Pleiades vel a matre Pleione (vt quidam volunt) vel apotu pleio. i. nauigo, ꝗ ortu ſuo primę nauigationis tempus oſtendunt. necnon et Vergilię, ꝙ earum ortu (vt inquit Feſtus) Ver finem facit. Vnde cauendum ne hoc loco fallamur, exiſtimemuſq; nunc Pleiades in ortum coſmicum tolli. Non enim hoc tempore Ver finem facit. Animaduertendum ꝑterea deſcriptionem matutini temporis fieri, non vt putemus mane Vergiliarum primum occaſum ſiue occultationem heliacam apparere, cum eiuſmodi occaſus veſperi tantum noſtro pręcipitatur aſpectu, quemadmodum et ortus in crepuſculo matutino, ſed vt dies tantum oſtendatur, quo heliacus earum ſtellarum occaſus incipit. Vnde quantum

Pleiades occidũt iiij. nonas Aprilis

Pleiades Vergilię

Pleiades vñ dictę Vergilię vñ dictę

ad aſpectũ

Pleiadū numerus

ad aſpectum noſtrum attinet, placet quod ait Columella hoc tempore (vt diximus) cęlari Pleiades veſperi. Quę ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent, latet Electra mater Dardani dolore permota, quę poſteaquam Troia capta eſt, ne ruinam eius cerneret, oculis manum appoſuiſſe dicitur. Quidam autem dicunt cum Pleiades exiſtimētur choream ducere, Electram euerſa Troia ſe a ſororibus amouiſſe, et in circulo, q arcticus dicitur, conſtituiſſe. Alij non eſſe Electram quę lateat, ſed Meropen dicunt pudore confuſam, ꝙ cum eius ſorores Dijs immortalibus nupſerint, ſola mortalem Sisyphus nacta fuerit, vnde natus eſt Glaucus, quem quidam Bellerophontis patrem fuiſſe dixerunt.

Nox vbi tranſierit, cęlumq; rubeſcere primo
Coeperit, & tactę rure querentur aues,
Semuſtamq; facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad ſolitum ruſticus ibit opus,
Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quę ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu ꝙ in amplexus ſex hinc venere Deorum,
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt.
Neptuno Halcyonen, & te formoſa Cęleno,
Maian, & Electram, Taigetemq; Ioni,

PAV. MAR.

DVM Loquor, calen. etiam Aprilis incipit occidere Scorpius, et ſuperiore libro diximus occidere priorem partem Scorpij, hoc eſt Libram, per cuius occaſum ſignificabatur ortus Arietis. Nunc cum incipiat occidere poſterior pars Scorpij ſignificat totius Arietis ortus. Dum loquor Scorpius, cuius fabulam ſuperius diximus. Metuendus acumine, aculeo, ſeu ſpiculo. Caudę elatę, in altum eleuatę, q; (vt Higinius inquit) pedibus Ophiulci ſubditus extrema cauda circulum hyemalē contingere videtur. Pręcipitatur in virides aquas, occidit (vt idem inquit) inclinato capite, exoritur erectus a chelis in aquas in Oceanū. Nox vbi trāſierit, ſecunda die Aprilis hoc eſt quarto nonas erit ortus Pleiadum, quę q; in vere oriuntur, Vergilię dictę ſunt. Pleiades ſeptem fuere Atlantis ex Pleione nympha filię, quas vt poetę Gręci referūt, cum mater in Boeotiam ducere vellet, Orion illis vim inferre voluit. Euaſere tamen fuga, illas .xvi. annis perſequutus eſt, Iuppiter miſeratus illas īter aſtra collocauit. Hoc etiam ab Higinio aſſeritur, et inquit, Hę numero ſeptē dicuntur, ſed nemo amplius q̄ ſex videre poteſt, cauſam refert, quam poeta, quod de his ſeptem immortalibus concubuere tres cum Ioue. Duę cum Neptuno. Vna cum Marte, reliqua Sisyphi vxor fuiſſe demonſtratur, quarū ex Electra, et Ioue Dardanum, ex Maia Mercuriū, ex Taigete natum Lacedęmona dicunt. Ex Halcyone autem et Neptuno Hyrea, ex Celęno Licum et Nyctea natos. Ex Sterope et Marte Oenomaus, q̄uis Oenomai vxorem dixere. Meropē autem Siſypho nuptam Glaucum genuiſſe, quem complures patrem Bellerophontis eſſe dixerunt, quare ꝓpter reliquas ſorores eius inter ſidera conſtituta, ſed quod homini nupſerat ſtellam eius obſcuratā. Alij dicunt Electram non apparere quod Pleiades exiſtimantur choream ducere. Sed poſtq̄ Troia capta ſit, et progenies eius quę a Dardano fuerat, eſſet euerſa Dolore permotam ab his ſe remouiſſe, et in circulo qui arcticus dicitur conſtituiſſe. Et quodam longo tempore lamentanter capillo paſſo videri. Itaque e facto cometem eſſe appellatam.

Higinius de cauda ſcorpij i Ophiulco

Septē filię Atlantis dictę Pleiadesque die ſcdo Aprilis oriunt

Vbi, poſtquam. Tranſierit nox, vbi ſecundus dies illuceſceret. Et cęlum coeperit primo rubeſcere, cum fulſerit Aurora, et cęlum rubeſcit aduentu Solis. Et.a.ta.ro.fuſę rore, matutino. Querentur, querulo cantu reſonabunt. Et vbi viator, qui eſt in itinere. Vigilata nocte, cum per noctem vigil ambulauerit. Ponet facem, relinquet, quam pro nocturno lumine facem ferebat, cum iam habeat lumen diei. Semuſtam, media parte vſtam. Et ruſticus ibit ad ſolitum opus, ad colendum agrū. Hac periphraſi voluit oſtendere principium diei, vt demonſtraret coſmicum Pleiadum ortum. Pleiades, Vergilię. Incipiēt releuare humeros paternos, humeros patris Atlantis, qui cęlum ſuſtinere dicitur. Alleuiant filię parentem, q; longius ab illo oriuntur. Aut q; Atlas in montem ſui nominis conuerſus filię montem ipſum releuent ab aſpectu ſuo, cum ſeſe altius attollunt. Quę, Pleiades. Solent dici ſeptem tamen ſolent eſſe ſex, dicuntur ſeptem ſed tm̄modo ſex videntur, vt diximus. Seu quod hinc, ex his. Sex venere in amplexus Deorum, quod ſex tantūmodo Dijs immortalibus ſuccubuerunt. Nam fe. dicunt. Steropen ꝯcu. Marti, et ex eo Oenomaum genuiſſe.

ANT. FAN.

HALcyonen, hęc ex Neptuno peperit Hireum, teſte Higinio, a quo Hirea oppidum fuit agri Thebani. Hanc et ſorores quidam e Gręcis a Ioue fabulantur in cęlum tranſlatas, cum Orion illis vim inferre tentaret, quas dicitur annos duodecim perſecutus. Vnde Bacchus poeta temporibus Iuuenalis Tragoediam ſcripſit Halcyonē, quam quidam Halcyonen dicunt, vt Halcyonē Bacchi Thebas, et Terea Fauſti. Non tulit, pati non potuit, cum dolor impediret, q; ipſa mater eſt Dardani, vnde Troiani originem ducunt. Ter ſine perpetuo celum verſetur in axe, nonis Aprilis matri Deum ſiue magnę matri, quam Cybelen dicunt, ſacra faciebant. Eam (vt inquit Macrobi.) nemo dubitauerit terram eſſe. Vnde et turritam geſtat coronā ob ciuitates, quas ꝯſtat eſſe turribus inſignitas, et curru vehi dr̄, q; hoc elementum pendet in aere, eiusq; ſimulachrum cum claui pingit, q̄m terra verno tempore aperitur, hyemali clauditur. Eandem ob cām ferunt hanc Deā biiugos agitare leones, vt inqt Lucre. aīalia īpetu ac feruore valida, cuius nāq; cęlū eſt ambitu ſuo ꝯtinēs aerem

Halcyone

Bacchus poeta Halcyōe Tragoedia

Cybelis feſtum nonis aprilibus

Mr̄ Deū et eius noia

Almā dr̄ ꝓprie terra Dea

qui vehit terram. Hinc illud eſt Virgilij, Alma parens Idea Deum. Almā.n. ꝓprie terram dicim̄s, q̄ nos alit, licet abuſiue id epithetō alijs numinibus detur. Hanc Deam et cęlum Varro Deos magnos eē voluit. Licet alij Iouē et Mineruā, Ægyptij Iſidē ē Oſiridē magnos Deos eſſe arbitrarent. Eſt aūt mater Deū cōis Dea (vt auctor eſt Ser.) q̄ certas cęli partes nō hēt ſed gnāliter a cūctis colitur. Celebrabat tū ꝓcipue apud Phryges a quorū monte Cybelo Cybelen dictā nōnulli putant, vt Berecynthiam a Berecyntho, Dyndemenen a Dyndimis, Idęam ab Ida. Quare Antiſthenes phus Anthiſtenis Athenienſis filius, cū diceret non eſſe indigena, idq; ei probro daret, et mr̄ inqt Deū Phrygia eſt. Notandū ꝙ hęc Dea et Cybele dr̄, et Cybelle. illud Bacchiū facit, hoc Anapeſtū, item Cybeles, vt Hic turpis Cybeles, et fracta voce loquendi Libertas. Sunt q volunt ex Dyndimene vxore regis Phrygię natam puellā, et expoſitā fuiſſe in monte Cybelo, quā mulier ꝯſpicata, cum ibi a feris nutriret, ſuſtuliſſe dr̄, ac Cybelē appellaſſe. Quę cum ſingulari forma, prudentiaq; ꝓſtaret ab Apolline dilecta dr̄, et deinde iuſſu Oraculi a Phrygibus pro Dea culta. Lege Diodorū. Tibia, Virg. in. viij. Æne. O vere Phrygię, neq; eni Phryges, ite per alta Dyndima vbi aſſuetis biforē dat tibia cantum. Tibias (de quibus alibi latius dicemus) Porphyrio auctor ē in Berecyntho vrbe Phrygię ſacris magnę matris ſolitas adhiberi, qbus et Romani hoc tp̄e vtebant. Ibunt ſemimares, Galli (vt inquit Pli.) teſta ſamia virilitatem amputabant, nec aliter citra pniciem. Iuuena. Mollia q rapta ſecuit genitalia teſta. Idem, Quid tū expectat Phrygio quo tp̄s erat Iam more ſupuacuā cultris abrumpe carnem. Hi (vt ſcribit Feſt.) vocabant magnę mr̄is comites, q (vt idem inqt) Galli dicti ſunt a Gallo flumine, qꝛ qui ex eo biberint hoc furore capiunt, vt ſe priuent virilitatis parte, Licet alij putent ideo eos ſibi genitalia incidere, qꝛ violauerūt nomen pr̄is matriſue, ne poſſint ipſi fieri parētes. Gallus fluuius Phrygię, a quo (vt placet Pli.) nomē traxere matris Deum ſacerdotes calculoſis medet, ſed in potando neceſſarius modus eſt, ne lymphatos agat. Aeraq; tinnitus ęre repulſa dabūt, ęs i rebus diuinis adhiberi ſolitum eſt, auctore Mac. et in his maxime ſacris, qbus delinire aliquos, aut denouere, aut exigere morbos volebant. Vtebant aūt ęreis inſtr̄is alterū altero ꝑcutiēte, ēt i ſacris Liberi. Vn̄ illd̄ eſt, Aera ne tm̄ ęre. repulſa valent. Eſt ſane tinnitus vocabulū e ſono natum. Ipſa ſe. ſimulachrum mr̄is Deū ferebat a Gallis, eratq; ſedentis effigies. Ipſa enim eſt terra elemētū depꝛeſſum ad iſi/

De Dijs penatibus

Galli viri ſta āputabāt teſta ſamia

Galli ſemimarēs

Galli vn̄ appellati

Aera i ſacris adhibebant

Simulachrū Cybeles

Septia mortali Merope tibi Siſyphe nupſit,
Poenitet, et facti ſola pudore latet.
Siue ꝙ Electra Troię ſpectare ruinas
Non tulit, ante oculos oppoſuitq; manum.
Ter ſine perpetuo cęlum verſetur in axe,
Ter iungat Titan, terq; reſoluat equos,
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, et Idęe feſta parentis erunt.
Ibūt ſemimares, et inania tympana tundēt,
Aeraq; tinnitus ęre repulſa dabunt.
Ipſa ſedens molli comitum ceruice feretur

PAV. MAR.

ma. Comitū cer. bn̄ comitū, q (vt diximus) Galli (teſte Feſto) vocabant magnę matris comites.

HALcyonen, et te o Cęleno formoſa Neptuno, ferunt vos ꝯcubuiſſe Neptuno. Hęc Halcyone altera eſt ab Halcyone Ceycis, vnde dictę ſunt aues Halcyoneę. Maiā, ex qua Mercurius. Et Ele. ex qua Dardanus. Et Taigetē, ex qua Lacedęmon, et ē mons Taigenus ab ea denoiat in Laconia. Ioui. s. ꝯcubuiſſe ferunt.

Septima Me. o Si. nu. ti. mor. non Dijs immortalibus vt cęterę, ſed tibi qui mortalis eras. Siſyphus Æoli filius fuit. Pęnitet, Meropē mortali nupſiſſe. Et ſola la. qꝛ non vr̄. Pudore fa. cuꝫ pudeat nupſiſſe Siſypho. Siue ꝙ Electra non tulit ſpectare ruinas Troię an̄ oculos, non poterat illa reſpicere excidium Troię et cladem ſuorum nepotum, qui a Dardano eius filio progeniti erant. Et oppoſuit manum, oculis ne videret euerſionem Troianę gentis. Iccirco latet ea ſtella, vt diximus. Ter ſine perpetuo, nonis Aprilibus hoc eſt. v. die menſis Aprilis, erit feſtum Cybelis matris Deorum, in cuius ſacris cum tympanis et ſtrepitu, et armiſonanti chorea agebant eius ſacerdotes. Fiebant inſuper et ludi ad honorē ipſius. De his multa agenda ſunt. Nos omnia ſuo loco explicabimus. Sine, permitte. Cęlum verſetur, vertatur ſeu rotetur ter. In axe perpetuo, ſupra quem perpetuo et ſine vlla intermiſſione rotatur cęlum. Ter Titan, Sol. Iungat et ter reſoluat equos, ter oriatur ē ter occidat, nam ortu iungit, occaſu ſoluit equos. Sic a terna cęli vertigine, et triplici ortu ē occaſu tres dies ſignificat, ſic diem nonarum oſtendit. Protinus tibia Berecynthia, Phrygia a Berecyntho monte Phrygię, tuꝫ qꝛ hęc ſacra e Phrygia aduecta, vt paulo inferius dicemus, tum etiam ꝙ obliquam tibiam Mydas in Phrygia adinuenit. Geminas tibias Marſias in eadē gente, vt Plinius inquit, et de quo dicemus in ſexto. Cornu inflexo, incuruo. Flabit, flatu reſonabit. Et erunt feſta parentis Ideę, Cybelis magnę matris Deorum, quę e Phrygia Romam aducta eſt, ideo Ideę ab Ida Troiana. Ibunt, ſemimares, Galli Cybelis miniſtri hui caſtrati ſunt, ideo ſemimares, qꝛ ſine genitalibus, Et tundēt, manu pulſabūt. Tympana inania, ꝯcaua et vacua inſtr̄a reſonantia cum manu pulſantur. Et ęra, ęrea quoq; inſtrumenta. Repulſa, repercuſſa. Aere, alio ęreo inſtrumento. Dabunt tinnitus, ex colliſione ęris fit tinnitus, qui ita ab ipſo ſono vocatus eſt. Ipſa ſedens, ſimulachrum ipſius inſtar ſedentis. Feretur, in ipſa pompa. Molli ceruice, mollium et effoeminatorum comitum.

Quinto die mēſis Aprilis ē feſtū Deę Cybelis

Exululata

Vrbis per medias exululata vias.
Scęna ſonat,ludiq; vocāt,ſpectate Quirites,
Et fora Marte ſuo litigioſa vacent.
Quęrere multa libet,ſed me ſonus ęris acuti
Terret,et horrendo lotos adunca ſono.
Da Dea quā ſcite.doctas Cybeleia neptes
Vidit,& has curę iuſſit adeſſe meę.
Pandite mādati memores Heliconis alumnę
Gaudeat aſſiduo cur Dea magna ſono.

ANT. FAN.

Galloꝝ vlulatus

EXVLVlata,ſolebant Galli per furorē motu capitis comam rotātes vlulatu futura prenuntiare. Luca.Crineq; rotantes Sanguineum populis vlularunt triſtia Galli. Scęna ſonat,ludiq; vocāt, Megaleſia dicit.Sic.n. appellati ſunt ludi magnę matris,qui inſtituti ſunt(vt ſcribit Liuius)ob dedicationem ędis eius Deę,quam M.Iunius Brutus in palatio dedicauit. Ab his dicta eſt purpura Megalenſis,vt quidam tradūt, ꝙ ea pretores in ludis magnę matris vterētur. Animaduertendū autem,ne cū nonnullis erremus,qui interpretantur Megaleſia magnos ludos. Alij.n.ſunt ludi, de qbus ait Iuuenalis,Atq; a plebeis lōge Megaleſia. et alij ludi magni.Liui.in prima Decadę,Solēnes deinde annui manſere ludi Romani, magniq; varie appellati. Hos Auguſtus vouit Ioui teſte Sueto. ſi remp.in meliorē ſtatū vertiſſet poſt Quintili Vari cladem acceptā.Ludos feſtos omnis ętas coronata ſpectabat,auctore Seruio.

Megaleſia Magni ludi

Tibię ex loto Lotos

Horrēdo lotos adunca ſono,ex loti arboris materia tibię fiebāt, auctoribus Feſto,Plin.et Iulio Polluce.Vn̄ (vt quidam cenſent)loton Palladiā dictā legimus, ꝙ tibia vſus ſit Pallas.Scire autem debemus,ꝙ (vt inquit Pli.)qui loton eſſe tantū arborē putant,vel Homero auctore,argui poſſunt, qui inter herbas ſubnaſcētes Deorū voluptati loton primā nominauit,quā idem Plin. prouenire ingt ſimilem fabę.Hero.vero lilium vocat,cuius radicem ait eſculentam eſſe,ac ſuauitate pręſtanti.et ex eo qd medium loti eſt panes confici. Loton vero arborem alij fabam Syriacam vocāt,alij fabam gręcā, alij celtin,quę eſt fructu ſuauiſſimo. Vn̄ illud eſt Oui. Sic noua Dulychio lotos guſtata palato Illo quo nocuit grata ſapore fuit. Ab ea Lotophagi nominati ſunt,quos Artemidorus ſcripſit ſiccā regionē incolere,et loton herbā edere ac radicem,eaq; comeſta nihil potu indigere. Quod a Stra. falſum exiſtimatur,qui ait Meningē inſulam Lotophagorum terrā putari cuius Home. meminit, ibiq; et lotū arborem multā eſſe fructu dulciſſimo. ē Vlyſſis aram,qui ad Lotophagos(vt idē Home.ſcribit)tempeſtate maris impulſus acceſſit.Eadem arbor Italię quoq; familiaris eſt,teſte Plin.Sed extra Italiam p̄cipua circa Syrtes atq; Naſamonas, quā Macro.ex auctoritate Veranij inter felices arbores ponit.Eius lignū cariem,vetuſtatemq; non ſentit, eſtq; colore nigro,et ad tibiarū cantus expetitur, radix vero ad capulos catellorum. Apud Thuſcos ſacrificę tibię e buxo olim fieri conſueuerūt. Ludicrę vero e loto oſſibus aſininis atq; argento.

Lotophagi

Tubę ſacrificę apud Thuſcos agebant

Da Dea,dic quę ſcire cupio.vt Sed tamē iſte Deus qui ſit da Tityre nobis.Sunt autē verba poetę ad Cybelē,quę muſas iuſſit aperire Naſoni q̄ vellet. Scite,eleganter.Vnde apud Terentiū ſcitus puer natus dicitur e Pamphilo,legitur alio loco,Sciter.

Muſę

Doctas neptes,nouē muſas magni Iouis filias, vt ingt Heſiodus,quę ex Memoria ſuſceptę credūtur.Licet Alcmęon poeta cęli et terrę magnorum Deoꝝ filias putauerit. Var.autem (vt ſcribit Ser.) tres tantum muſas eſſe cōmemorat.Vnā quę ex aquę innaſcitur motu.Aliā quam aeris ictus efficit. Tertiam quę mera tātū voce conſiſtit. Earū ſimulachra multiplicata ſunt, vt idē tradit Varro, qd in Ancilibus accepimus ita, vt nouem exiſtimētur,quas Fuluius nobilior egregie pictas Romam tranſtulit ex Ambracia. Vn̄ Gręcus poeta mellifluā Sappho laudauit, quaſi decimā muſā,cuius ſenſū nos latine ſic expſſimus. Mnemoſyne obſtupuit modulātem carmina Sappho, Credidit et decimā viuere Pieridem.Nō caret autē ratione nouem muſaꝝ numerus.Placuit.n.Heſiodo octauā muſam Vraniam eſſe,qm̄ octaua ſphęra,quę ſeptem vagas amplectit,proprie cęlum vocatur.Nā nona oīum maxima per Calliopē a quibuſdā accipitur.

Mnemoſyne vna muſarum

Sic Erato,hęc muſa ab amore appellatur,et nuptias adinuenit.Bene igitur electa eſt,vt dicat q̄ ad Venerem pertinēt. Menſis Cythereius illi ceſſit,per interpoſitionem dictū eſt. Cythereium aūt menſem Aprilē vocat,q2 dicatus eſt Veneri,q̄ in Cythera inſula educata dicit, quę olim Porphyris dicta eſt,vbi Æneas matri tēplum extruxit,teſte Diony.Ea diſtare a Malea promōtorio quinq; millia paſſuum putatur,ad quam Venus concha delata eſt.

Cythera

Porphyris

PAV. MAR.

EXVLVlata,vlulatu celebrata. Per medias vias vrbis,ꝑ vrbē ipſam. Scęna vocat,itur in theatrum.Qđ cum haberet formā hemicycli, ſpaciū quod erat inter duo cornua erat Scęna. Vn̄ aut ludentes,aut agentes fabulam egrediebant. Nunc autem fiebāt ludi,quę Megaleſia vocabant.Ita.n. dicebantur ludi magnę matri Deū facti,de quo Liui.in bello Macedonico.M.Iunius Brutus ędē magnę matris Deū in palatio dedicauit,ē ludos ob eam dedicationē factos Megaleſia appellauit.

Ludi Megaleſia dicti

M.Iunius Brutus edē mr̄is Deū ī palatio dedicauit

Et vocāt ludi,qui nunc exhibentur. Spectate Quirites,ludos ipſos. Et fora litigioſa, contentioſa vbi litigaē ante pretorem. Vacēt ſuo Marte,per tranſlationē a bello,vacent a litibus. Quęrere multa libet, vellem de multis ingrere ad hęc ſacra pertinentibus. Sed terret me ſonus ęris acuti,exterreor tinnitu ęris acute reſonantis. Et lotos, tibia ex loto. Adunca, in curua, terret etiam me. Horrendo ſono,horrorem incutiēti.Lotos.n.(vt Pomp. inquit)arboris genus eſt, ex cuius materia fiebāt tibię &c.Ideo lotos poeta dixit,ſed de ea plura diximus in primo libro. Da

Dea, dic tu Dea causam huius sonitus. Cybeleia, ipsa Deorum mater. Vidit neptes, musas Iouis et Memorie filias, sic ipsius matris neptes. Quam scite doctas, omni doctrinarum genere cumulatas. Quã scite, q̃ eleganter. Vnde apud Teren. Scitus puer natus est. i. elegans. Et iussit has, musas.

> Sic ego, sic Erato, (mensis Cythereius illi
> Cessit, q̃ teneri nomen amoris habet)
> Reddita Saturno sors hęc erat, optime regũ
> A nato sceptris excutiere tuis.
> Ille suã metuens, vt quęq; erat edita, prolem
> Deuorat, immersam visceribusq; tenet.
> Sępe Rhea q̃sta est toties foecunda, nec vnq̃
> Mater, et indoluit fertilitate sua.

Adesse curę meę, et respondere et docere, siq̃d esset in quo dubitarem. O alumnę Heliconis, o musę, quę educatę estis in Helicone monte. Memores mandati, quod mandauerit vobis mater Deorum adesse mihi. Pandite, demõstrate. Cur Dea magna, ipsa magna mater. Gaudeat sono assiduo, non intermisso i ipsis sacris. Sic ego, dixerã. Sic Erato, respondit. s. Erato. n. vna est ex musis, Elegisq; fauet vatibus. dictaq; est ab ερω, quod est amo, q̃ pręsit his qui amoris faces recinnũt, habet hęc in Aprili mẽse ius, cũ hic mensis sit Veneri et amoribus sacer. Mẽsis cythereius, Veneris mensis, hoc est Aprilis. Cessit illi, Erato. Quod habet nomen teneri amoris, nam ερωσ ερωτοσ amor, vnde et ipsa Erato dicta.

ANT. FAN.

Saturnus filios edebat

REDDIta Saturno sors hęc erat, ferũt Saturnũ cum audisset esse in fatis, vt aliquãdo filius ei regnum adimeret, comedisse partus, qui ex Ope nati essent, quod ideo fingitur (teste Dino August.) q̃ diuturnitas t̃pis ęternitatis Deus est, et auctor temporum, vt inquit, quicq̃d gignit ipsa consumit. Saturnus. n. Macro. Vnde a Gręcis immutata litera chronos quasi chronos vocatur. Eam ob cãm Ops cum Iuppiter esset in lucem editus, seruari filium cupiens. Saturnũ decepit lapide in os eius in iecto, qui Abaddir dicitur, teste Prisciano, et a Saturno pro Ioue deuoratus est. Ipsum autem Ioué Curetibus, et Corybãtibus custodiendum dedit, qui pulsantes clypeos suos, et galeas egerunt, vt vagitus Iouis patrem laterẽt. In cuius rei memoriã Galli Cybelẽ comitantes vrbem strepitu, et tinnitibus complebant. Alia ad hunc locum pertinentia quę antiquitas fabulata est nõ imprudens pręte reo. Est aũt sciendum Rheã et Opem eandem esse, quę dicitur Saturni vxor et soror, cuius dies festi (auctoribus Festo et Var.) Opalia dicebantur, celebrabanturq; (vt scribit Macro.) mense Decembri, quemadmodum et Saturnalia, omni iam foetu arborum coacto, quoniam Saturnum ẽ Opem repertores frugum ac fructuũ crediderunt, quos nõnulli cęlum ẽ terrã esse arbitrati sunt. Saturnumq; a satu dictum, cuius causa de cęlo est. et terram Opem, cuius ope humanę vitę alimenta quęruntur. vel ab opere per quod fructus, frugesq; nascuntur, cui Deę sedentes vota concipiebant, et de industria terram tangebãt. Esse autem Opem et Cybelen vnum numen Oui. ostẽdit alibi. vt ipse quoq;

Abaddir

Gallorum tinnitus p vrbem

Rhea

Opalia

Saturnus a satu Ops

Ausonias Cęsar matresq;, nurusq; carmina turrigerę dicere iussit Opi. A nato sceptris excutiere tuis, sunt qui tradunt Saturnum timẽtem ne a filio regno pelleretur, Ioui parasse insidias. Quod cum is cognouisset patrem e regno dicitur pepulisse. Nec vnquam mater, cum Saturnus filios absumeret. Acceptam parce mouere fidem, q̃ quod vetustas accepit, et creditum, a nobis quoq; recipiendum est, ne lędatur auctoritas vetustatis. Iamdudũ, hoc aduerbium interdum (vt placet Seruio) q̃primum significat, et nimium. Resonat tinnitibus Ida, Idam Cretę dicit, de qua Virg. Mons Idęus ibi et gentis cunabula nostrę, ibi Idęi Dactyli, quos Curetes, siue Corybantes poetę appellant, teste Diome. excogitarunt lusus genus, cęlaruntq; voces Iouis infantis vt diximus supra. Fuit autem lusus vt cõcurrerent ęneis clypeolis, tinnitumq; ęris facerent non sine rythmica pedis Dactyli compositione, vnde a montis nomine et qualitate facti Idęi Dactyli appellati sunt. Est et Ida in Phrygia, cui ab Ida Cretę Teucer nomen dedit postquam est profectus in Phrygiam.

Corybantũ lusus

PAV. MAR.

REDDIta Saturno, verba sunt ipsius Eratus referentis Saturni et Iouis historiam, quę erit paulo altius repetenda. Saturnus (vt poetę referũt) erat monitus ne prolem virilis sexus seruaret, nam ab ea deijciẽdus esset e regno. Ex quo destinauit omnem prolem interimere, nato Ioue oblatum est saxum, quod pro filio deuorauit. At infans Iuppiter in Dycteum montem, vt aliqui in Idã Cretensem translatus, educatusq; est, et cum vagiret, ne a Saturno audiretur, pulsantur tympana ẽ tibię, sic a patrijs insidijs tutus fuit. Aliter tamen ex historia sacra Euhemeri a Lactantio refertur, Saturnum. s. Cęli ex Vesta filium fuisse, et Titani fratrem, vxoremq; Opim duxisse, Titanus qui maior natu erat regnum postulabat, persuadent mater et sorores Saturno ne cõcedat, quod vbi ille persensit, firmat cum Saturno foedus, vt si quis liberorum ei virilis sexus natus esset, necaretur. Id ea causa fecit, vt ad suos natos regnum rediret. Itaq; qui primo natus est, necatus est. Deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter et Iuno, sed Iunonem solam Saturno in conspectu dedere. Iouem autem abscondentes Saturno inscio educandũ dedere. Item Neptunum clam a Saturno Ops parit, eumq; clanculum abscondit. Et cum deinde pareret Plutonem et Glaucam, foemella patri ostensa, clam Pluto seruatus est, Glauca parua emoritur. Quod vbi rescinit Titanus cum filijs venit, Saturnum et Opim comprehendit, inclusitq; cum compedibus Sed adultus Iuppiter, cum Cretensibus veniens Titanum et filios expugnauit,

De Opi dea varia opio in filius eius

et parẽtes

& parentes e vinculis liberauit, et patri regnum reſtituit. Sed poſtea admonitus ſorte Saturnus vt a Ioue caueret, ne eum regno pelleret, Ioui inſidias parauit. Quo cognito Iuppiter patrem fugauit, et regnum ſibi vendicauit &c. Hęc ille. Poetę hiſtoriã ipſam peruerterunt, ſed de pulſo Saturno plura diximus in primo libro. Nunc ſic inquit muſa.

No. quõ poetę hiſtoriã peruertunt

> Iuppiter ortus erat, pro magno teſte vetuſtas
> Creditur, acceptam parce mouere fidem.
> Veſte latens ſaxum cęleſti gutture ſedit,
> Sic genitor fatis decipiendus erat.
> Ardua iamdudum reſonat tinnitibus Ide,
> Tutus vt infanti vagiat ore puer.
> Pars manibus clypeos, galeas pars tũdit ĩanes,
> Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
> Res latuit patrem, priſciq; inuitamina facti
> Aera Deę comites, raucaq; terga mouent.

Hęc ſors erat reddita Saturno, hoc acceperat Saturnus reſponſum. Optime regum, rex optime, ad illud reſpexit, q eo regnante fuiſſe dicitur aureum ſęculum. Tu excutiere a nato, filio. Tuis ſceptris, inſtrumentum pro re.i. tuis regnis, filius qui tibi naſciturus eſt te e regno eijciet. Ille, Saturnus. Metuens ſuam prolem, ſuos filios. Vt quęq; erat edita, nata, vt quiſq; virilis ſexus naſcebatur. Deuorat, quia dicunt oſtenſum pro Ioue ſaxum, et illud deuoraſſe. Et tenet immerſam, ſobolem obrutam. Viſceribus, tenet intra viſcera quod deuorauit.

Rhea, quę et Ops, Iouis mater, Saturni vxor. Eſt queſta toties foecunda, nec vnquam mater, querebatur q toties pareret, nec vnquam ſeruabatur filius, quo mater dici poſſet. Et indoluit ſua fertilitate, q erat ita foecunda, cum toties pareret. Iuppiter erat ortus, natus. Vetuſtas creditur pro magno teſte, nolis alios huiuſce rei teſtes, niſi vetuſtatem. Cui eſt adhibenda fides tanquam magno et pręſenti teſti. Parce mouere fidem acceptam, quaſi noli tu turbare credulitatem rerum, quas a veteribus accepimus, ſed credas etiam tu ita fuiſſe.

Saxum latens veſte, ſaxum quod pannis inuolutum eſt illi pro Ioue oblatum. Sedit cęleſti gutture, deuorauit ille, et in eius gutture ſedit. Quod phyſice ad tempus refertur, quoniaʒ id omnia deuoret, quod in primo libro attigimus. Sic genitor, Saturnus. Erat decipiendus, pro ſeruanda virili prole. Ardua Ide, mons Idęus in Creta altus, et aſcenſu difficilis. Reſonat iamdudũ, ex quo natus erat Iuppiter, reſonat mons tinnitibus ęris ne vagiens puer audiatur, ideo inquit.

Vt puer, infans Iuppiter. Tutus ab inſidijs, ſcilicet patris, Vagiat, Vagitum edat, nam vagire puerorum eſt. Ore infanti, cum ipſe infans eſſet.

ANT. FAN.

HOC Curetes, habent, hoc Corybantes opus, ſeparat Curetes a Corybantibus ſecundum eos, qui volunt alios eſſe Curetes, alios Corybantes. Placet enim Diodoro Corybantum fuiſſe Iaſii filium, quem vult, poſt patris interitum cum Dardano ſacra Cybelis in Phrygiam tranſtuliſſe, initiatosq; ſacris Corybantes nominaſſe. Curetes autem eſſe a terra genitos, ſiue Idęorum Dactylorum progeniem, quibus multarum rerum inuentionem tribuit. Cęterum Strabo in decimo ſuę Geographię multa, ac pene inexplicabilia de Curetibus refert, quos nonnulli ex Carnania genus duxiſſe volunt, quidam ex Aetholia, alij ex Euboia, alij a Creta. Et vel dictos Curetes a cura tonſurę, q qui Euboiam incoluerunt ab occipite capillati fuerint, et a fronte detonſi. Vel ab Heroe quodam. Vel a monte Curio, qui Pleuroni imminet, cum ij in Aetholiam habitatum migraſſent. Vel a cura Iouis alendi, quia ſunt qui dicant nouem in Rhodo fuiſſe Telchines Rheę comites in Cretam, qui, quoniaʒ alendi Iouis curam geſſerunt, Curetes nominati ſunt. Alij Curetes Aetholiam habitantes ſic dictos tradunt, q ſicuti corę, ideſt puellę, longas ſtolas induerent. Lege cętera apud eundem Cosmographum hac lege ne rideas, vbi etiam inuenies eſſe qui Curetas, Corybantes, et Idęos Dactylos eosdem eſſe tradiderunt.

Corybantes Curetes

Tibia dat Phrygios, vt dedit ante, modos. Virgili. in viij. Aenei. Ite per alta Dyndima; vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum. Nouimus autem Romanos (vt ſcribit Seruius) ſacra matris Deum more Phrygio coluiſſe. Idem etiam tradit tibiam Phrygiam impares, et inęquales cauernas habuiſſe, et dextrę quidem vnum foramen fuiſſe, vt ſcripſit Varro, ſiniſtrę duo, quorum vnum acutum ſonum habuit, alterum grauem. Dicta eſt autem tibia, q cum olim ſimplex eſſet, ex oſſe fieret tibiarum, quales Grues habent et aues eiuſmodi. Obliquę tibię inuentionem Plini. Mydę Phrygio tribuit, geminarum vero tibiarum Marſię. Alij tibię inuentorem fuiſſe Apollinem volunt. Alij Euterpen vnam muſarum. Sed vt cum tibijs voce caneretur Troezenum Dardanum inſtituiſſe tradunt. Genus acre leonum, leones Matris Deorum currum trahunt, quia (vt placet Seruio) omnis feritas maternę affectioni ſubiacet. Vel (vt Macrobio) quia hęc Dea terra eſt, quę ab aere vehitur, quem continet coeli ambitus, cuius natura ſimilis eſt leonum validorum animalium impetu atque furore. Suſtineri autem rotis eadem Dea dicitur, q mundus rotatur et volubilis eſt.

Tibia Phrygia
Tibia vñ
Leões trahũt currũ Cybeles

PARS, Ipſorum miniſtrorum. Tundit, verberat. Clypeos manibus, aliqui legunt ſudibus. Sic enim hic verſus apud Lactantium eſt, quia baculis pulſabat clypeos. Pars tundit galeas inanes, concaua et vacua capitum tegmina ęrea, vñ tinnitus ederentur. Hoc opus habent Curetes, hoc Corybantes, hoc officium dum educabaẽ Iuppiter exercebant Curetes, et Corybantes. Etenim poſt Idęos Dactylos, qui in Creta fuere, ſecuti ſunt (vt

PAV. MAR.

Curetes & Corybantes

Cymbala ꝓ galeis, ꝓ ſcutis tympana pulſant,
Tibia dat Phrygios, vt dedit ante modos,
Deſierat, coepi, cur huic genus acre leonum
Prębeat inſolitas ad iuga curua iubas?
Deſieram, coepit, feritas mollita per illam
Creditur, id curru teſtificata ſuo eſt.
At cur turrifera caput eſt onerata corona?
An primis turres vrbibus illa dedit?
Annuit, vnde venit dixi ſua membra ſecādi
Impetus? vt tacui, Pieris orſa loqui.

Diodorus inquit) Curetes, quos quidam ex terra genitos volunt. Alij progeniem Idęorū Dactylorū habitaſſe autem in montibus, tecta et indumenta quę natura pręberet habentes, nondum repertis domibus. A quibus multa ad vitam vtilia inuenta ſunt, primi greges ouium cogere, pecora alia māſuefacere, mellis, venandi, ſagittādiq; modum iduxere. Reperere inſuper enſes, galeam, ac cum armis ſaltandi moré, quorum ſtrepitu per magno Saturnus deceptus eſt. Aiunt eniꝫ Iouem clam Saturno, ab Rhea matre datum, ab his nutritum fuiſſe. Arthematus āt Euboeus (Stra. referente) Curetas inquit Calcydem incoluiſſe, ſed aſſidue de Lelanto campo bellum gerentes, cum hoſtes anteriorem captarent cęſariem, eosq; diſtraherent, ab occipite capillatos extitiſſe, a fronte detonſos. Vnde a cura id eſt a tonſura, Curetes ideſt detonſos apellati, et in Ætholia habitum migraſſe, vbi cum intonſa ſeruarent capita, Acarnanes coepiſſe nominari. Pleriq; ab heroe quodam vtrāq; nationem nomen tenuiſſe aiunt. Alij a monte quodam Curio Pleuroni imminenti Curetas nominatos. Alij Dęmonas quoſdam Deorumue miniſtros Curetas vulgant. Alij eosdem eſſe Curetes, et Corybantes, et Caberos, et Idęos Dactylos, et Telchines oſtendunt. Et paulopoſt de Corybātibus proſequitur Strabo, plures opiniones referens. Additq; poſt multas, Veriſimilius inquit Scepſius, eosdem eſſe Curetes, et Corybātes, qui in matris Deorum ſacrificijs armati ſaltantes, caſti ꝫ puri ſunt aſſumpti, ideo aūt Corybātes appellari, quod inter ſaltandum capita iactēt, quod Choriptin dr̄, quos Betarmonas vocat Homerus. Hinc qui capita ſaltando iactant, ꝫ numine aſpirantur, et furijs agitantur, corybantiare dicimus. Diodorus vero inqt Iaſium Corybantuꝫ genuiſſe, mortuo Iaſio Dardanus et Corybantus in Phrygiam ſacra Cybelis detulerunt. Corybātus initiatus ſacris, Corybantes noīauit ꝫc. Res latuit patrem, q2 Iouis educatio Saturno nunq̄ apta fuit. Comites, ipſi miniſtri Cybeles, qui eaꝫ in pompa comitanť. Mouent ęra, pulſant ęrea inſtrumenta ad tinnitus edendos. Et terga rauca, tympana ipſa ex tergis, hoc eſt ex corijs, rauce reſonantia. Imitamina priſci facti. ad imitationem eorum, quę ipſi Curetes fecerant in educando Ioue. Aliqui legunt, Priſciq; imitantia facti, et eorū tendit ſententia, quę ſunt imitatritia vetereꝫ factorū, et Lactantius inquit, Quicquid eſt geſtum in abſcondendo puero, id ipſum per imaginem geriť in ſacris. Quod Ouidi. exponit in factis, et adducit hos octo verſus ſimul lib i. Inſti. Verum (vt idem quoq; tradit) hanc totam opinionem, quaſi a poetis fictam Saluſtius reſpuit, voluitq; ingenioſe interpretari, cur altores Iouis dicanť Curetes fuiſſe, ſic ait, q2 principes diuini intelligendi fuerunt, vetuſtatem (vt cętera) in maius cōponentem, altores Iouis celebrauiſſe, et reliqua. Hunc cumulate refellit ipſe Lactātius.

Curetes dicti a cura et a tonſura

Corybantus initiatus ſacris dixit alios ſacerdotes Corybantes

Pulſant, ergo. Cymbala ipſa, ꝑua tympana. Pro galeis, loco galearū. cum prius conſueſcent pulſare galeam et clypeum. nūc pulſabant cymbala, et tympana. Ideo ꝓ ſcutis pulſant tympana. Tibia, quę ex Loti materia erat, nō eſt mutata. Dat Phrygios modos, modulos ſonoros quales in Phrygia edebantur. Vt dedit ante, prius q̄ ipſa ſacra deferrentur in vrbem. Deſierat, loqui. s. ipſa Erato. Coepi, ego ſcilicet loqui. Cur huic, matri Deum. Genus acre leonum, ipſi acerrimi leones. Prębeat comas inſolitas, iubas non aſſuetas ferre iugum. Ad iuga curua, ad currum, queꝫ ipſi iugati trahunt. Leones eni agūt currum magnę Deorū matris, aliqui legūt iubas inſolitas et idem eſt. Deſieram, ego. s. loqui. Cępit, ipſa Erato loqui. Creditur feritas mollita, māſuefacta. Per illam, Cybelem. iccirco leones trahunt eius currum, q2 prima fuit quę truces et feras beſtias manſuefecerit. Sed ī decimo Meta. alia cauſa afferť de Hippomene et Atalanta, cum pomis ille aureis a Venere datis eam curſu deciperet et ſuperaret, impatiēs amoris cum in templo Cybelis congredereť. Dea ambos ꝯuertit in leones, et eos currui alligauit. Sed muſa refert cauſaꝫ ad māſuefactam feritatem. Sed ab initio alij alia aīalia reddidere manſueta. Id eſt teſtificata, ipſa Cybele. Suo curru, vbi habet leōes alligatos. At cur eſt onerata caput, cur habet caput oneratū. Corona turrifera, ferenti turres, nam turrita pingiť.

Fabula de Hippomene et Atalanta

ANT. FAN.

AN Primis turres vrbibus ipſa dedit, turriuꝫ inuentio non datur matri Deum, ſed Ægyptijs potius. Erat aūt Cybelis ſimulachrum capite corona turrium inſignito, q2 ipſa eſt terra, quę oppida et turres ſuſtinet. Impetus, furor quo impelluntur Galli ſibi abſcindere pudibunda. Phryx puer, de hoc ſcriptores varie fabulantur. Nam (vt ſcrib. Seruius) Atys puer ſpecioſus cum magnę matris ſacris ꝑeſſet a rege ciuitatis ſuę amatus eſt, a quo cū intelligeret vim ſibi inſtare, clam in ſiluas profugit, vbi cum inuentus vim ei ſtuderet inferre, verēda ſtupratoris abſcidit, qui moriens eandem ipſaꝫ corporis partem puero abſtuliſſe dicitur, quē cuꝫ Antiſtites Deę ſemianimem ſub pinu inueniſſent, perlatum in templum fruſtra reficere conati, defunctum tumularunt, cuius vt ꝑpetua memoria maneret, magna mater inſtituit, vt quotānis in ſacris ſuis plangereť, pinumq; arborem tutelę ſuę aſcripſit

Turrium inuentio

Atys et eius fabula

Phryx puer in ſiluis facie ſpectabilis altis
Turrigeram caſto iunxit amore Deam.
Hunc ſibi ſeruari voluit, ſua templa tueri,
Et dixit, ſemper fac puer eſſe velis.
Ille fidem iuſſis dedit, & ſi mentiar, inquit,
Vltima, qua fallam, ſit Venus illa mihi.
Fallit, & in nympha Sagaritide deſinit eſſe
Quod fuit, hinc poenas exigit ira Deę.

abſcripſit, effecitq; vt cultores ſui viriles ſibi partes amputarent, qui cum gladijs ſuis eſſe fingunt, vt ſignificetur omnibus terra ſua eſſe pugnandum.
Puer dilectus a Cybele Atys
Ouid. autem in hoc loco vult puerum ipſum dilectum a Cybele, et Deę ipſius, ac datę fidei imemorem cum cognouiſſet nympham Sagariti filiam ſtatim in furorē verſum ſibi virilia amputaſſe. Catullus vero eius furoris cauſam nō Deę, ſed Gallo flumini tribuit, cuius aquis epotis puerum dicit in furorē actum abſcidiſſe ſibi eam, quam diximus, corporis partem. Diodo. autem vult Cybelē ab hoc puero fuiſſe compreſſam, eumq; iuſſu parentum Cybelis interfectum. Sciendum placuiſſe Porphyrio philoſopho (vt refert diuus Auguſti.) a quo Euſe. non diſſentit, Atyn excaſtratum nihil aliud ſignificare, q̃ florem qui decidit ante fructuʒ. Fuit et Atys Croeſi filius, qui in venatione ab Adraſto interfectus ē, auctore Herodoto, item Atys Iunior eius frater, q imminente percuſſore patri cū antea mutus fuiſſet, vocalis euaſit.
Atys Croeſi filius
Caſto amo. vide Diodorū, q alr ſentit. Fac puer eſſe velis, caſtus et incorruptus.
PAV. MAR.
AN illa dedit turres primis vrbibus, an prima ipſa fuerit, quę turres vrbibus conſtruxerit. Annuit, affirmauit muſa ita eſſe, eam ſcilicet turres dediſſe. Plinius vero id muneris alijs aſſignat, inquit enim, Thraſon muros, Turres (vt Ariſto.) Cyclopes tripini. vt Theophraſtus Ægyptij. Dixi, ego. Vnde venit impetus, ille furor. Secādi ſua mēbra, cur miniſtri magnę matris ſecant pudendas partes et abſcindūt ipſa genitalia. Vt tacui, ego. Pieris, Erato a Piero monte, vel ab ipſis Pieribus.
Sic orſa loqui, ſic loqui coepit. Phryx puer in ſiluis, cauſam Erato refert ad Atym puerū, quem Cybele amabat, qui, q: fidem fregit, diſſecuit eam partem, qua illam lęſerat, inde morem habuiſſe inquit initium, et de hoc Lactan. Deum inqt mater et amauit formoſum adoleſcentem, et eundeʒ cum pellice deprehenſum, exectis virilibus ſemiuirum reddidit. Et nunc a Gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrant &c. Sed nos vt aliud ad hanc reʒ adducamus, illud aduertendum erit, quod poetę eandem eſſe Cybelē, et Rheā Deorū matrem oſtendere videntur.
Sacra Cybelis vñ habuerit ortū ſm Diodorū
Verum Diodo. Menonē Phrygię, Lydięq; regem fuiſſe refert, qui vxorem duxerit Dindymenē. Ex ea natam foeminam cum nutrire nollet, a ſe expoſitam in Cybelum montē, hanc pardali, alięq; ferę nutrierunt, quam videns, ſtupensq; miraculo mulier q̄dam pecora paſcens, eam ſuſtulit, et a loco Cybelem nominauit. Quę adulta ē forma, et prudentia excellens fuit, fiſtulam compactā, et ad luſum choreas, Cymbalū, Tympanumq; prior adinuenit, et pecorū et puerorum morbis remedia. Et q: multos in ſinu fouit, et ob amorē ſingulis pſtitum, matrem ab omnibus dictam ferunt. Hęc prouecta ętate adoleſcentem quendam eius regionis Atym nomine dilexit. Quē poſtmodum dixerunt papam. Cum eo clam coiens grauida facta eſt. Quod vt parentes norunt, in regiaʒ accitam, vt virginem pater ſuſcepit, et Atym ē nutrices interfici iuſſit, atq; iſepultos abijci, Cybelem dolore perculſam, inſanam effectam in publicum prodiſſe ferunt. Solamq; vniuerſam patriam paſſis crinibus perambulaſſe. Miſertus Marſias illam ſequutus eſt, poſt certamen cum Marſia, Apollinem eius amore captum ferunt, et cum ea vſq; ad Hyperboreos erraſſe. Sed vexatis morbo Phrygijs, reſponſum eſt ex oraculo, vt Atyos corpus ſepelirent, vt Cybelem venerarentur, vt Deam. Sed conſumptum tempore, cum Atyos corpus non inuenirent, imaginem eius fecere, circa quam planctu ac lamentis ſacra inibant. Cybelis vero ara erecta annis ſingulis ſacrificabant. Poſtmodū in Peſinonte oppido Phrygię, ſumptuoſe conſtructo templo, honores illi, ſacraq; ſolēnia conſtituere, Myda rege ad ea plurima conferente. Poſitiq; erant circa Deę ſtatuā pardali, ac leones, a quibus olim eſſet enutrita. Hęc ille. Idq; ſupremum pro ratione quoq; afferri poſſet ſuperiori queſtioni, cur leones ad currum habeat. Phryx puer, Atys e Phrygia. Spectabilis facie, formoſus. In ſiluis altis iunxit Deā turrigeram, cepit Cybelem gerentem turres in corona caſto amore, q: illa Atym caſte amauit. Voluit, Dea. Tunc ſeruari ſibi, ne cui alteri iungeretur amore, ſibi ſoli ſeruari puerum voluit. Tueri ſua templa, vt ille cuſtodię templi pręeſſet. Et dixit fac, ſemper velis eſſe puer, purus et caſtus, ne qua voluptate corrumpere. Eſſe puer, ętate. Sexū et conditionem dicit. Ille, Atys. Dedit fidē iuſſis, iurauit ſe ſeruaturum quod illa iuſſerat. Et inquit ſi mentiar, ſi fallam fidem et non ſeruauero, quod pmiſero. Illa ſit mi. vl. Ve. ille ſit mihi vltimus coitus. Qua, Venere, ſeu q̊ coitu. Fallā decipiā, q̄ſi vt deinceps coire cū aliq̄ non poſſim.
IN Nympha Sagaritide, putant nonnulli nympham quam Atys cognouit proprio nomine Sagaritiden appellatam, quod non placet. Addita. n. eſt ſyllaba (vt poetę interdum faciunt) patronymico, vt Clioq; et Beroe ſoror Oceanitides ambę. Deduciturq; nomen a Sagaro, quem fluuium conſtat fluere per Phrygiam ad oppidum Berecynthum. ANT. FAN. Sagaritides
Fatum Naiadis arbor erat, Hamadriaden eſſe oſtendit. quam Naiaden dicit. Sunt enim Hamadriades nymphę, quę cum arboribus et naſcūtur et pereunt. Hamadriades
Hic furit, agitur in furorem Atys. Credens tectum procumbere, cum reuera non eſſet quod videbatur. Paleſtinas Deas, furias Deę Paleſtinę

Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis,
Illa perit, fatum Naiados arbor erat.
Hic furit, & credens thalami ꝓcũbere tectum
Effugit, & curſu Dindyma ſumma petit.
Et mõ tolle faces, remoue modo verbera cla/
Sępe Palęſtinas iurat adeſſe Deas. (mat,
Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto,
Lõgaq; in ĩmundo puluere tracta coma ẽ,
Voxq; fuit, merui, meritas do ſanguĩe poenas,
Ah pereant partes, quę nocuere mihi.
Ah ꝑeant dicebat adhuc, onus ĩguinis aufert,
Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta viri.

quę tres ſunt, Alecto, Tiſiphone, et Megęra, noctis et Herebi filię. Has non a Syria Palęſtina, quam maxima gens Iudęorum habitauit, ſed a Palęſtina quę eſt Epyri regio Palęſtinas dictas non dubitamus, de qua inquit Luca. Palęſtinas vncis cõfixit harenas, quoniam in Epyro eſt Acheruſia, et cum Varro templa eſſe doceat in cęlo, in terra et ſub terra, de poſtremo illud legitur, Acheruſia templa alta Orci ſaluete inſera.

Aretuſia templa

Partes quę nocuere mihi, pudibunda quibus matrẽ Deum mihi infenſaʒ reddidi. Venit in exemplum, qꝛ comites Cybelis ſiue galli ſibi virilitatem amputarunt.

PAV. MAR.

FALlit, quia fregit fidem. Et deſinit eẽ quod fuit, deſinit eſſe puer et caſtus. In nympha Sagaritide, filia Sagaris fluuij, qui eſt ĩ Phrygia, legunt alij Sangaride.

Sagarum Sagaritide flumen

Ira Deę, Dea irata. Exigit, ex debito poſcit. Poenas hinc, ex hoc ſcelere. Sagarum (vnde Sagaritide) fluuium Phrygię Herodo. oſtendit. Liui. vero de bel. Mac. fluuium eſſe dicit Gallo Gręcię, qui per Phrygiam defluens, et ad Berecynthuʒ oppidum pertinens, in Propontidem tandem influit &c. Succidit, incidit ipſa Cybele. Naiada, nympham ipſam Sagaritida. Vulneribus factis in arbore, oſtendit illam poeta nympham fluminis, cum dicat Naiada, a ναω quod eſt fluo, et oſtendit Hamadryada, cum Hamadryades ſint Deę arborum, quę cum his naſcuntur, et moriuntur. Sic nunc illam ſuccisam inquit in arbore, tanquam Hamadryada, qꝛ ſuccidit arborem in qua illa viuebat viuente arbore, moriẽte arbore, mortua eſt ipſa. Illa perit, extincta eſt. Fatuʒ Naiados erat arbor, nam q̃ diu ſeruata eſt arbor incolumis, ſeruata ẽ et nympha. Hic, Atys. Furit furore corripitur. Et credens procumbere tectuʒ thalami, cum furore percitus exiſtimaret corruere tectum.

Effugit et petit curſu ſumma Dindyma, furore agebat celeri curſu in altos Phrygię montes. Dindyma enim montis ſunt in Phrygia, vnde et Cybele Dindymene dicta, vt teſtatur etiam Strabo.

Et clamat modo tolle faces, videbatur videre furias ſeipſum inſectãtes facibus, et verberibus, ideo. Tolle faces, remoue verbera, noli Dea cruciare me facibus, et verberibus furiarum, ideo ſubſequitur. Sępe iurat adeſſe Deas Palęſtinas, liceat tũc mihi ſine arrogantia rem meam dicere, ne quis me mea laude defraudatum iri velit, hic enim locus a nullis vnquaʒ noſtrę ętatis viris intellectus eſt, ꝓterq̃ a nobis. Primus ego explicui, et quicunq; ſunt poſtea interpretati, aut ſententiam meam ſecuti ſunt, aut non recte intellexerunt. Dicam primum de loco, tum de ipſis Deabus. Palęſte locus eſt in ora Epyri, apud Oricon, quo e nauibus deſcẽdit Cęſar, cum iret cum exercitu aduerſus Põp. locus eſt. Emendati codices commentariorum Cęſaris &c. in ora Palęſte. Priapi ſtantur. Sed in his impreſſis deprauatus eſt locus. Sic enim inquit, Poſtridie terram attigit Germanorum. nõ in Syrorum ſaxa inter et ria ſed I alia loca pericloſa, Epyro quietam nactus ſtationem et portus oẽs timens, quos teneri ab aduerſarijs arbitrabatur ad eum locum, qui appellatur Pharſalia, omnibus nauibus ad vnaʒ in columibus, milites expoſuit &c. Qui appellatur Pharſalia ĩquit, cum omnino Pharſalia dicere non debeat. Miror hoc alios nõ obſeruaſſe. In codice vetuſtiſſimo quẽ ego reperi et emi in Calcyde Euboica, erat qui appellatur Phalęſte, ibi tantummodo ſuperabundabat aſpiratio, nam Palęſte legẽdum, vt Palęſtina, quod negari non poteſt. Cum Luca. in. v. Pharſalię dicat, Lapſa Palęſtinas vncis cõfixit harenas. Loquens etiam de claſſe. Cęſaris. Conſtet ob id Palęſtinas harenas in Epyro eſſe. Non enim nunc agimus de Palęſtina Syrię annexa. Deas vero ipſas quis non aperte videt furias eſſe intelligendas, cũ poeta faces, et verbera addat. Nobis autem, cum de hoc loco quęreremus, fideliſſimus vtriuſq; lingue interpres, omni doctrinarum genere, et laude cumulatiſſimus, in quo nuper magnam iacturam fecimus in antiquiſſimo Lyricorum principiorum interprete, oſtendit furiarũ templum in Epyro fuiſſe. Item et in alio gręco codice vetuſtiſſimo Hoc non ſolum mihi, ſed Pomponio quoq; vetuſtatis indagatori diligentiſſimo demonſtrauit. Itaque Deę Palęſtinę hoc in loco pro furijs accipiende, a templo quod erat in ea regione, quas adeſſe ille iurabat Atys cum furore percitus eſſet.

Ille etiam, Atys. Laniauit corpus ſaxo acuto, ſeipſum acuto ſaxo verberabat, ita vt corpus laniaret. Abſcidit enim lapideo cultro pudendam partem, qua deliquerat. Coma longa, longi crines. Eſt tracta in puluere immundo, ſordido. Verſabat ſeipſum in luto et trahebat inde et foedabat, crines. Et fuit vox, dicebat. Merui ita, ſcilicet plecti. Do poenas meritas, quaſi patior, quod merui ſupplicium. Sanguine, ſanguinis effuſione. Ah pereant partes, corporis. Quę nocuere mihi, pereant pudenda, quibus fidem violaui, quę faciunt, vt ita plectar. Ah pereant dicebat adhuc, quia pluries repetebat eadem verba.

Aufert onus inguinis, abſcidit ſibi genitalia.

Et ſubito nulla ſunt relicta ſigna viri, abſciſis virilibus nullum ſuperfuit ſignum, quo vir cognoſceretur.

Venit in exēplū furor hic, molleſq; miniſtri
  Cędunt iactatis vilia membra comis.
Talibus Aonię facunda voce Camoenę
  Reddita quęſiti cauſa furoris erat.
Hoc quoq; dux operis moneas ꝓcor, vñ petita
  Venerit, an noſtra ſemper in vrbe fuit?
Dindymō, et Cybelē, & amoenā fontibus Idē
  Semper, et Iliacas mater amauit opes.

ferretur. Hic furor, talis furor, qualis in illo fuit. Venit in exemplum, quinde habuit mos originem. Miniſtri deinde Cybeles ſequuti ſunt exemplum. Et mi. mol. qui ob id molles, et tanquam foeminę fiūt. Cędunt, incidunt. Membra vilia, pudendas partes. Comis ia. ſolutis et excuſſis crinibus. Verū Catullus aliter hiſtoriā referens, oſtendit Atym per mare in Phrygiam veniſſe, et ad Gallum .f. in furorem verſum ſiluę ſe caſtraſſe. Ait n. Super alta vectus Atys celere rate maria, Phrygium vt nemus, citato cupidine, pede tetigit, Adijtque opaca ſiluis redimita loca Deę. Stimulatus vbi furenti vagus amnis rabie Deuoluit, exectus acuto ſibi pōdere ſilicis. Itaq; vt relicta ſenſit ſibi membra ſine viro. Niueis citata coepit manibus leue tympanum &c. ab hoc igitur initium ſumpſit iſta caſtratio, vt poſtea miniſtri Deę ſeu cultro ſiliceo, ſeu texta virilia execarēt, vnde Iuuena. in Satyra, Credo pud. inquit, Ecce furentis Bellonę, matriſq; Deum chorus intrat, et ingens Seminir obſcoeno facies reuerenda minori, Mollia qui rapta ſecuit genitalia texta, et reliqua.

[illegible]ſo ſacerdotes Galli abſcindebāt ſibi virilia

ANT. FAN.

QVÆSIti furoris, non quęſiti a Gallis, ſed cuius cauſam ipſe quęſieram. Vnde petita venerit, Hānibale Italiā deuaſtante inſpectis libris Sibyllinis cum crebrius de cęlo lapidatum eſſet, vt Li. ſcribit, carmen a decemuiris inuentū eſt pelli poſſe Italia vinciq; alienigenam hoſtē, ſi matris Idęę numen Peſſinunte Romā aduectum foret. Quod Sillius teſtatur his verſibus, Hoſtis vt Auſonijs diſcederet aduena terris Fatidicę fuerant oracula priſca Sibyllę Cęlicolum Phrygia genitricē ſede petitam Laomedonteę ſeruandam moenibus vrbis. Quo carmine ſenatus eo magis motus eſt ꝙ legati, q dona Delphos portauerant, referebant ſacrificantibus ipſis Apollini Pythio omnia lęta exta fuiſſe. Vnde placuit vt qnq; legati ad regem Attalum mitterētur, qui Aſiam petentes ab Oraculo Delphico reſponſum acceperunt compotes ſe per Attalum regem eius rei fore quā peterent. Sed cum Deam deuexiſſent, tum curarent vt eam qui vir optimus Romę eſſet, hoſpitio acciperet. Igitur legati cum Pergamū ad regem ſe contuliſſent, Attalus eos Peſſinuntem in Phrygiam deduxit, quo in oppido ędem Cybelis fuiſſe Diod. tradit, ſacrumq; his lapidē, quem matrem Deū incolę eſſe dicebant, tradidit, quem ibi Terracinę iam eſſe Romę nunciatū eſt, ſenatus P. Scipionem Naſicam iudicauit in tota ciuitate virum optimum eſſe, qui cum omnibus matronis Hoſtiam ire iuſſus obuiā Deę, eamq; de naui accipere, et in terrā elatam tradere referendam matronis, poſtq̃ nauis ad hoſtium amnis Tyberini acceſ-

Mř Deū in Italia aduecta ex rege Attalo

Cybelis ędes vbi ſacrū lapidē Cybelē eē dicebant Pu. Scipio Naſica Didimos

ſit, a ſacerdotibus Deam accepit, extulitq; in terram. Vnde eam matronę in ędem Victorię, quę tum erat in palatio pertulere pridie idus Aprilis, q dies feſtus fuit. Cęterum poſtea dedicata ęde matri Deū Romę (vt dicetur) feſtum eius conſtat ad nonas menſis fuiſſe tranſlatum. nihil. n. fuit tam celebre apud Romanos q dedicationis dies. Dindymon et Cybe. mōtes Phrygię, a quibus Dea (vt diximus) Dindymene et Cybele dicta eſt. Oppidū vero eius Piſinus dicitur a Strabo. nunc omnes Peſſinuntem vocant. Amoenam fon. Idem, Idā Phrygiam conſtat eſſe fontibus plenam, vt Venimus in plenam venatu et fontibus Idā. Vnde eam multifontem dixerunt, vt auctor eſt Stra. quod verum eſſe declarat fluminum multitudo inde in mare profluentium. Troiā, res Troianas, vt Ilium in Italiam portans. Secula quinq;, quingentos annos. nam (vt A. Gel. docet) anno fere poſt Romā conditam quingenteſimo ac. xxxiiij ſecūdum bellum aduerſus Poenos ſumptum eſt. Notandum autē hoc loco ſeculum ſignificare ſpacium centum annorū, dictum (vt Varroni placet) a ſene, quod id ſpacium vitę ſenis longiſſimum putetur. vnde Seculares ludi dicti ſunt. qui (teſte Feſto) poſt centum annos fiebant. Edomito orbe, non reuera toto orbe, ſed parte orbis ſubacta. Ergo a toto partem accipe. Nam (vt inquit Liuius) nullas tunc in Aſia ciuitates ſocias habebat populus Romanus.

Cybeles Piſinus quā et Peſſinūtē vocant Ida multifons

Seculum

Seculares ludi

PAV. MAR.

CAVſa furoris quęſiti, de quo ego quęſieram. Eſt reddita, mihi. ſ. Voce facunda, diſerta. Talibus, verbis ſcilicet. Aonię camoenę, muſę ab Aonia, de qua regione alias diximus. Dux operis, o muſa, quę inſtruis me in hoc opere. Moneas hoc quoq;, hoc etiam doceas. Vnde petita venerit, quaſi vnde Romam aduecta fuerit. An ſemper fuit in noſtra vrbe, an ab initio Romę fuit, an aliunde aduecta. Vexante Italiam Hannibale ex libris Sibyllinis lecto carmine, compertum eſt, alienigenam hoſtem Italia pelli poſſe, ſi mater Idęa deportata Romam eſſet. Ob quod, vt a Liuio refertur, Ma. Vale. Leuius, qui bis conſul fuerat, et Cęcilius Galba legati, Gn. Tremellius Flaccus, et Ma. Vale. Falco quęſtores miſſi cum .v. quinqueremibus ex Oraculo Delphico accepere Deum matrem concedi, ſed Romę a viro optimo excipiendam eſſe hoſpitio, Profecti poſtea in Phrygiam, E Piſſinunte tradente illam Attalo rege accepere. Lapis erat, quem matrem Deum incolę dicebant, Romamque deportarunt. Prę miſſo Falcone, qui ferri Deam nunciaret, moneretq; a viro optimo excipiendam eſſe. Habita ſunt comitia per Qu. Cę-

Ceſſo mr̄ Deoꝝ a Publio Sci.Naſi. ca ſuſce/pta eſt

eſt.dictatorem, creatiq; conſul.M.Cor. Cetegus,et P.Sempronius.In eo cōuentu P.Scipio Naſica.Gn. Cor.fi.illius qui in Hiſpania ceciderit, vir optimus a ſenatu iudicatus adoleſcens nōdum q̄ſtorius. Is cum oībus matronis Hoſtiā ire iuſſus obuiā Deę, eamq; de naui accipere,et in terrā delatam tradere referendaȝ matronis.Poſtq̄ nauis ad hoſtium amnis Tyberini acceſſit, ſicut erat iuſſus in ſalum naue euectus a ſacerdotibus Deaȝ accepit, extulitq; in terrā,matronę primores ciuitatis, inter quas vnius Claudię Quintę inſigne eſt nomen,accepere.Cui dubia, vt traditur antea fama,clariorē ad poſteros tā religioſo miniſterio pudicitiaȝ fecit.Et per manus ſuccedētes,deinde alię alijs, omni effuſa ciuitate obuiā,thuribulis ante ianuam poſitis qua p̄ferebatur,atq; accenſo thure p̄cantibus, vt volens,propitiaq; vrbem Romā iniret,in ędem Victorię,quę eſt in palatio pertulere Deā pridie idus Apri.Iſq; dies feſtus fuit. Populus frequens dona Deę in palatio tulit. Lectiſterniumq;, et ludi fuere Magalezia appellata.Hęc ex Li.excerpſimus,ſed vltimus hic locus dubitare facit, quoniā oſtendit Li. feſtum et ludos cōſtitutos pridie idus Apri. At poeta idem oñdit nonis Aprilibus et tñ vno eodem tempore fuerunt,vt dici nō poſſit mutatum fuiſſe diem.Ego aūt arbitror deprauatuȝ eſſe Liuij locum,et debere legi nonis Aprilibus, qꝛ poeta non potuit tam facile depr**a**uari, qui carmina ſcribit, et ipſa feſta ſuo ordine,vt nihil videatur imutatus, et credi par eſt,eum adhibuiſſe diligentiam,vt ita ſcriberet,quemadmodū erat in alijs,tam Faſtoruȝ q̄ Pōtificum libris ꝯ annalibus,vt errare nullo quidem pacto potuerit.Quinetiam in marmore vetuſtiſſimo,vbi cętera quoq; inſcripta ſunt, hoc feſtum nonis Apri.notatum eſt.Quare ita cēſeo deinceps in Li.legēdum,ſed ad rem redeamus.Erato nunc ipſa hiſto.recenſet.

Cybele magna mr̄ Deorum

Mater,Cybele Deorum magna mater. Semꝑ amauit Dindymon et Cybelon,Phrygię montes vt diximus, vñ dicta eſt Dindymena et Cybele. Et idem Troianam.s.

Amoenam frōdibus,ideo amoenā, qꝛ nemoroſa. Et opes Illiacas,Troianas. Cuȝ Æneas portauit Troiaȝ,tulit Troiana ſacra,Troianos Deos.

In Italos agros,in Latium vt eſt illud Virg.inferretq; Deos Latio.et illud,Ilium in Italiam portans. Dea,mater. Pene,quaſi. Eſt ſecuta rates ſacriferas,naues Ænee ſacra ferentis,quaſi parū defuit,quin ab Ænea deferrent in vrbeȝ. Sed ſenſerat,cognouerat,aut audiuerat. Fatis, ab ipſis Parcis,q̄ fata,hoc eſt ſeriem, ordinēq; cauſaruȝ diſpenſant. Nōduȝ po.la.ſu.nu. nōdum aduenisſe tempus,quo in Italiaȝ transferri deberet. Et

Cum Troiā Aeneas Italos portauit ī agros,
Eſt Dea ſacriferas pene ſecuta rates.
Sed nōdum fatis Latio ſua numina poſci
Senſerat,aſſuetis ſubſtiteratq; locis.
Poſt,vt Roma potens opibus iā ſęcula qnq;
Vidit,et edomito ſuſtulit orbe caput.
Carminis Euboici fatalia verba ſacerdos
Inſpicit,inſpectū tale fuiſſe ferunt.
Mater abeſt,matrē iubeo Romana requras,
Cum veniet,caſta eſt accipienda manu.

ſubſtiterat aſſuetis locis, ſubſtitit tunc in Phrygia, vbi eſſe conſueuerat. Poſt,deinde. Vt,poſtq̄.

Roma potens opibus,quę iaȝ potentiſſima,atq; opulentiſſima erat. Vidit quinque ſęcula, quinque ętates quaſi quingenteſimo vrbis anno. Et ſuſtulit, eleuauit caput. Edomito orbe, magna parte orbis ſubacta.

ANT. FAN.

CARMInis Eu.verſuuȝ Sibyllę Cumanę. Cumas.n. condiderūt nōnulli p̄fecti a Chalcyde vrbe Euboię ad nouas ſedes quęrendas. Fatalia verba, qꝛ libri Sibyllini vrbis Romę fata cōtinebāt.

Sacerdos, pontifex maximus per excellentiam. Niſi malis accipere decē viros,q creabant vt ſacros libros legerent,interp̄tarenturq; carmina Sibyllina. Patres ambagibus errant,cū non intelligerent q̄ naȝ eſſet ea mr̄,et vñ peti eam iuberet oraculū. Conſulit Pęan,mittunt legati ad Apollinē Delphicuȝ.

Decē viri bus Sibyllinis

Mittunt proceres,hi fuerūt M.Vale.Le.q bis cōſul fuerat,M.Cęcilius Metellus p̄torius,Sulpi. Galba edilicius,ac duo q̄ſtores C.Tremelius Flaccus,et M.Vale.Falco. Phrygię tūc ſce.tene. Attalus,cauē dum ne exiſtimemus hūc Attalum eſſe,qui rex Pergamenoꝝ ꝯ Eumenis filius po.Ro.ſcripſit heredē, quod poſt delatā Carthaginē,et Numātia iā euerſa factū inuenies.Vñ q̄m is ditiſſimus fuit, et ſplendida ſupellectile factū eſt,vt q̄ ſplendida ꝯ magnifica ſunt dicātur Attalica. Sed q̄m Attali plures fuere, quēadmodum et Eumenes. Hunc Attalū(de quo nūc agit)eum eſſe cōſtet,qui ex Attalo natus ī bello Macedonico,qđ ꝑm bellum Punicū ſubſecutum eſt Romanis aduerſus Philippum auxilio fuit. De quo inqt Florus,Aderat ſponte in auxiliū Attalus rex Pergamenoꝝ,aderant Rhodij nauticus populus.Eſt aūt Pergamū Aſię ciuitas lōge clariſſima, teſte Pli.ac diu(vt inqt Stra.)ſub Attalicis regibus fortuna,cuius reges ſi vñ profecti ſint,et quo euaſerint ſcire deſideras,lege eius Geographi li.xiij. non longe a fine q hūc Attalū tradit .natū ex Attalo et Antiochide Achęi filia primo regē eſſe nūcupatū.

Attali duo

Attalica

Pergamus

Auſonijs reȝ negat ille viris, hiſtorię veritas hoc hēt ꝑm Li, nihil negatū eſſe Romanis a rege Attalo.Populus cū Romanus memor coeptā cum eo amicitiā pp cōe aduerſus Philippū bellū, ſperanſq; facturū eū regem, q̄ poſſet po.Ro.cā,miſit ad eum legatos,quos ille comiter accepit Peſſinuntemq; in Phrygiam duxit,eisq; deam tradidit in Italiā deportandum,vt diximus ſupra.

PAV. MAR.

SACERdos,vel ipſe pōtifex max.vel ſacerdotes, q p̄erant cuſtodię libroꝝ Sibyllinoꝝ,qui ab initio fuere duo,deinde decē,poſtea auctus numerus ad xv. Inſpicit verba fatalia,libros Sibyllinos Romana fata cōtinētes. Carminis Euboici, Sibyllę

Cumeę

Cumeę,de qua paulo ſuperius a Cumis vrbe Cāpa nię,quam Calcydenſes Euboici ꝓdiderunt,de quo latius diximus in.vi.Æneï. Ferunt,dicunt. Inſpectū,carmen qđ inſpexerunt fuit tale. Mater abeſt,hęc erat ſnia inſpecti carminis, Abeſt Deum genitrix,eam in vrbem accerſatis, et adueniens, a caſtis manibus excipiatur. Abeſt ma. Deoꝝ.s. ꝗ in vrbem nondum attuliſtis. Oro in.reg. ma.reg rere, et in vrbem ferre Deum matrem. Cuꝫ ve.aduecta erit. Eſt accipienda caſta manu, reſpexit poeta ad oraculum, quod fuit,vt ab optimo viro exciperet. Obſcurę ſor.obſcura erant hęc reſponſa,ꝗ non intelligebant. Patres,ipſi ſenatores. Errant ambagibus,ipſa verboꝝ obſcuritate. Quęue pa. abſit,non.n.id aperte ꝯſtabat matrem Deoꝝ abeſſe,ſed tm̄modo matrem,ideo errabant,ꝗ neſciebant quę mater abeſſe diceret. Quoue pe. lo.et vnde accerſenda eſſet. Conſulit Pęan,Apollo. Acceſſere legati Delphos, et ab Oraculo habuere illis concedi Deum matrem e Phrygia. Arceſite,euocate matrem. Matrem Diuum,Deoꝝ parentem.

Obſcurę ſortis patres ambagibus errant,
 Quęue parens abſit,quoue petenda loco.
Conſuluitur Pęan, Diuumq; accerſite matrē
 Inquit,in Idęo eſt inuenienda iugo
Mittunt proceres,Phrygię tūc ſceptra tenebat
 Attalus, Auſonijs rem negat ille viris.
Mira canā,lōgo tremuit cū murmure tellus,
 Et ſic eſt adytis Diua locuta ſuis.
Ipſa peti volui,ne ſit mora, mitte volentem,
 Dignus Roma locus quo Deus omnis eat.

Inquit, ipſe Apollo. Inuenienda eſt in iugo Idęo,quaſi requirenda eſt in montibus Phrygię, ibi eam inuenietis. Mittunt proce. viri patricij legati,et quęſtores pro ea in Phrygiam. Tunc eo tpe. Attalus,rex Pergamenſium. Tenebat ſcep. Phry imperabat in Phrygia. Ille, Attalus. Negat rem viris Auſonijs,non vult matrem Deum Ro.ꝯcedere,ſed exigit hic locus vt de regibus Pergami fiat ſermo,et res altius repetatur. Lyſimachus agatoclis fi.qui vnus fuit ex ſucceſſoribus Alexandri,Pergami et pecuniaꝝ cuſtodiam, quę erāt.lx. millia talentoꝝ(vt Stra.refert)Philetero Thyanenſi cōmiſit,qui a puero ſpado fuerat. Is cum optime eſſet educatus,dignus viſus eſt, cui hęc crederētur.Charus erat Lyſimacho,ſed cum ab arſione illius vxore diſſideret,quod eum accuſauerat,locum ad defectionem ꝓduxit.Lyſima. coactus fuerat a malis familiaribus agatoclem filium interficere, Seleucus Nicator reuerſus illum ſuſtulit, et ipſe a Ptole.Cerauno ſublatus eſt.Eunuchus caſtellum et pecuniam poſſidet annis.xx.Erant ei fratres duo, Eumenes natu grandior,et attalus Iunior. Ex Eumene natus eſt Eumenes de p̄ris nois.Is Pergami ſucceſſionem habuit, antiochuꝫ Seleuci filiū apud Sardis ſuperauit,obijt cum annis.xxij. imperaſſet. Attalus ex attalo, et antiochide Achęi filia natus ſucceſſit,et primo rex appellatus,Galathas ꝓlio ſuperauit,et Romanoꝝ amicus fuit, et cum eis aduerſus Phil.pugnauit in claſſe Rhodioꝝ,obijt cuꝫ annis.xxxiiij.regnaſſet. Filios quatuor reliquit, ex Apollonde Cizicena,Eumenē,Attalum, Philetærū, et Attenenum. Eumenes natu grandior regnauit. hic cum Romanis aduerſus Antiochuꝫ magnū, et aduerſus Perſem bellum geſſit. A Romanis totā eā regionem accepit,quę ſub Antiocho circa Taurum erat.Is vrbes muniuit.Regnauit annis. xlix imperium Attalo filio reliquit qui ex Stratonice Ariarati Cappadocuꝫ regis filia natus erat. Filij admodum iuuenis, et imperij tutorē fratrem Attalum reliquit. Is cum annis vno et.xx. regnaſſet, multis rebus geſtis, iam ſenior mortuus eſt. Romanorum cō tra Pſeudo Philippuꝫ ſocius fuit.Imperiuꝫ Attalo qui ſub tutela erat reliquit. Is Philomator cognominatus,cum annis.v.regnuꝫ tenuiſſet, morbo abſumptus eſt.Hęredes Romanos inſtituit,qui poſtea eā regionem prouinciam fecerunt, et aliam vocauere,eodem nomine,quo et continentem.Hęc de ipſis regibus. At ſimulachrum matris Deorum ab eo Attalo Romanis traditum eſt, qui primus rex nuncupatus fuit,Poeta inquit eum ab initio negantem tradere, ſimulachrumq; loquutum, et ſe ire velle dixiſſe.Mira ca.cantando feram admirabilia. Tremuit tel.cuꝫ mur.viſus eſt eſſe terręmotus cum magno fragore.

ADYtis,ſecreta parte templi tantū ſacerdoti dat acceſſus. Dignus Roma locus quo Deus oīs eat, qm̄ exactiſſima eſt religio Romanoꝝ. Vel qđ Roma eſt Deoꝝ ſedes.Lucanus,Te ne Deum ſedes nō vllo Marte coacti Deſeruere viri?Noſtra eris,ꝗ Romani a Phrygibus originem ducunt. Phryx pi. Æneas pietate iſignis. Picta coloribus vſtis,moris fuit apud maiores ornari claſſes pictura, nec non et onerarias naues cuꝫ pugnaturos iuuaret, vt Pli.ſcribit ad cędem ſpecioſe vehi.Vſtos aūt colores cur dicat idem oſtendit,vt ex ea fit ochra exuſta rubrica in ollis nouis luto circūlitis. Idem hęc ſi torreat ęqua parte rubrica admixta ſandicē facit. Sui nati,Neptuni,ꝗ ipſa eſt Deoꝝ mr̄. Phrixeę ſta.ſo.Helleſpontum cui Helle Phryxi ſoror nomen dedit,vt dictū eſt. Rhoeteumq; ca. Sigeaq; littora tranſit,a regione Idę,quę montana ē,duo qdem flexus ad mare excurrit, alter Rhoeteuꝫ,alter Sigeum verſus,ita vt vterq; dimidiati circuli lineam faciant.Vnde cum nouum Ilium qdā ītra eoꝝ flexuum finem eſſe antiquum vero intra initium voluerint,iure Rhoeteum capax dr̄.Vel certe pp tot nauium receptacula. Sigeum ꝓmontorium a taciturnitate nomen accepit,quo tpe Hercules prohibitus hoſpitio ibi latuit,et inde per ſilētium Troiam inuaſit. Tenedon, inſulam ꝓpe hoſtia Helleſponti,quę(vt auctor eſt Strabo)diſtat a ꝯtinenti ad ſtadia.xl.Eam alij Calydnaꝫ.alij Leucophryn dixerunt. Tenedos aūt dicta eſt a Tene

Attalus rex pergamēſiū

Lyſimachus agatoclis filius

Eumenes at Attali

Pſeudo Philippus

Attalus ſimulauit d̄ matre Deoꝝ

ANT. FAN.

Claſſes picturа ornabant maiores colores vſti

Sigeum

Tenedos

*Ille ſoni terrore pauens, proficiſcere dixit,*
*Noſtra eris, ĩ Phrygios Roma refert auos.*
*Protinus innumerę cędunt pineta ſecures.*
*Illa quibus fugiens Phryx pius vſus erat.*
*Mille manus coeunt, & picta coloribus vſtis*
*Cęleſtum matrem concaua puppis habet.*
*Illa ſui per aquas fertur tutiſſima nati,*
*Longaq; Phrixeę ſtagna ſororis adit.*
*Rhoeteumq; capax, Sigeaq; littora tranſit,*
*Et Tenedon veteres Eetionis opes.*

Smithei Apollinis templus Atandrũ

quodam, auctoribus Seruio, et Cicerone, qui orta fama ꝙ cũ nouerca concubuiſſet hanc inſulam vacuam cultoribus tenuit, quę habuit portus duos et Apollinis Sminthei delubrum, vt Smintheus preclare Tenedi dominator Apollo. Inter hanc inſulam et Chium qua Ægęus ſinus panditur a dextera Antandrus nauigantibus ſaxum eſt, quod quoniam viſentibus procul capre ſimile credit, quã Greci Iſa nuncupãt, ſunt qui velint Ægeum ſinum inde nominatum. Veteres Etionis opes, Thebam dicit, quę (vt ſcribit Strabo) Lesbo fuit oppoſita, vbi regnauit Eetion, vt Nos Thebã aduecti ſacram Eetionis ad vrbem. Conſtat autem Eetione opulentiſſimum fuiſſe, cuius filia Andromache nupſit Hectori, Sed Achilles et Thebam euertit, et Lyrneſum et magnę populatus moenia Thebę, et Eetionem interemit et filios. eandem vrbem et Thebas dicimus, vt Tu patris in laribus Priami ad Troiam, aſt ego Thebis Andromache magno quondam genita Eetione. Alter Eetion Samothracum ritus, cerimoniasq; conſtituit.

PAV. MAR. Verba ex ſimulachro matris Deorum

ET Diua, Deę ſimulachrum. Sic eſt locuta ſuis adytis, ſic ex ſuo ſacello dicere viſa eſt. Aditum enim ſecretior pars templi, quo ſoli ſacerdoti licet accedere. Ipſa volui peti, ego ita volui, vt me Romani peterent. Ne ſit mora, quaſi ſinite, vt me Romam ferant ſine vlla tardatione. Mitte volẽtem, mittas tu me Attale, cum ire velim. Roma dignus eſt locus quo eat omnis Deus, digna eſt vrbs, ad quam omnes Dij eant, digna quę Deos omnes teneat et colat. Ille, Attalus.

Pauens terrore ſoni, quaſi pauefactus, et territus verbis ſimulachri. Dixit proficiſcere, eas Romam. Noſtra eris, etiam cum Romę eris, eris noſtra, nam inter noſtros, quaſi cũ illis, qui a noſtro genere genus trahũt. Roma refertur ĩ auos Phrygios, nam a Phrygibus ducunt originem, et nos Phryges ſumus, inter nos igitur vinculum eſt cognationis. Protinus innumerę, poeta oſtendit ibi nauim fabricatam, qua aduecta ſit, ſed (vt diximus) acceſſere legati cum quinqueremibus. Protinus, ſubito. Secures innumerę cędunt, incidũt. Illa pineta, pinus illorum montium. Quibus erat vſus Phryx pius fugiens, quę pineta, aut ex quibus montibus pinus inciderat olim Æneas pius cum fabricauit naues quibus fugiens in Latiũ venit. Mille manus coeunt, quaſi conuenit iam ingens multitudo. Et puppis concaua, quę iam erat fabricata. Picta coloribus vſtis, plerunque colores aduſti ſunt vt ſuperius dictum eſt, in nauibus vero pingebantur, aut Deorum imagines, aut hiſtorię, aut inſignia, et ſimilia. Habet matrem cęleſtem, quia iam Deę ſimulachrum eſt impoſitum naui. Illa ſuper fluctus, agit nunc de itinere, aut longa profectione, per quę maria delata fuerit vsq; ad hoſtia Tyberina. Illa, Deum genitrix. Fertur tutiſſima, tuta ab omni procella, et vndarum impetu. Super fluctus nati, ſuper ęquora Neptuni filij Quidam legunt ſic, Illa ſui per aquas et cętera. Adit longa ſtagna, longum et anguſtum fretus. Sororis Phrixeę, Helles, quę fuit Phrixi ſoror, de quo ſuperiore libro. It ergo primum in Helleſpontum. Verum ipſa Deum mater e Piſinunte allata eſt. Piſinus autem Theliſtobogorum erat, qui Bitinis et Phrygibus ſunt finitimi apud Propontidem. et Strab. inquit libro. xij. Emporium eſt ipſius eorum, qui in hac regione ſunt, et templum maximum habet magnę venerationis Matris Deum, quam Angidiſtam vocant. Sacerdotes quidam erant prępotentes, nunc eorum dignitas imminuta eſt. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt, et templo et porticibus ex albo lapide Romani templum celebre reddidere, accerſita inde deę ſtatua, quemadmodum ea quę Æſculapij erat ex Epidauro, hęc Strab. et Maximus quoq; e Piſinunte accerſitam aſſerit. Primum igitur in Propontidem deſcendit, deinde in Helleſpontum venit. Tranſit Rhoeteum capax, apud Rhoeteum promontorium, in faucibus Helleſponti apud Troiam, ad dextram Helleſpontum ingredientibus, vbi nos ipſi toties fuimus, erat nauale et Achiuorum portus, et Achaia caſtra, ideo capax dixit, vbi tam magnę claſſis fuit ſtatio. Et Littora Sigea, a Sigeo promontorio itidem Helleſponto imminenti ita appellato, ꝙ in eo tacite latuerit Hercules, cum inſidias Laumedonti per iuro parauit, σιγη enim taciturnitas eſt. Et tranſit' Tenedon, Tenedos inſula ab helleſponti. xxiiij. M. p. diſtat, hęc prius Leucophris appellatur, dicta etiam eſt et Calydna, in hanc nauigauit cum colonis Tenus Cycni. f. conditaque vrbe a ſe Tenedon vocauit, ſed plura ab hiſtoricis, et poetis de ea referuntur, et nos in ea inſula de ſitu, et fertilitate eius carmen ſcripſimus. Reperimusq; in ea inſula epigramma plura in marmoribus vetuſtiſſimis. Et veteres opes, veteres agros et regnum. Etionis, de Thebano littore intelligit. Thebe illius, quę apud Lyrneſum eſt, ẽ ſub Eetione fuerit. Qui, vt teſtis eſt Home. pater fuit Andromaches coniugis Hectoris, qui quidem Eetion ab achille cum ſeptem filijs interfectus eſt. Excipiunt, eam ſcilicet.

Phrixus & Helles

Rhoeteũ pmontoriũ eſt in faucibus Helleſpõti

Tenus Cycni filius pdidit Tenedon

ANT. FAN. Cyclades

CYclades excipiunt, Lesbo poſt terga relicta, Cyclades inſulę ſunt maris Ægei, quem (vt ſcribit Plinius

nius) circa Delum in orbem ſitę ſunt, vnde et nomen traxere. Idem ẽ Solinus tradit, qui eas inquit licet ſpaciis longioribus a Delo proiectas, tamẽ circa Delum in orbem ſitas eſſe, quem Gręci Cyclon vocant. Seruius vero non ideo Cyclades dictas putat, q̃ in rotunditate ſint, ſed q̃ longo ordine circuiri eas neceſſe eſt, vel propter ꝓmontoria, vel q̃ naturale eſt vt concitatiora ſint maria vicinitate terrarum. Fuerũt autem Cyclades ab initio. xij. deinde plures additę ſunt. Quaq; Caryſteis frãgitur vnda vadis, a Caryſto vrbe Euboię nobili marmore Caryſtio, vt inquit Pli.

Caryſtos duobus i locis
Caryſtiũ marmor
Caryſtia mãtilia
Caryſtiũ vinũ
Icaros iſula

Cyclades axcipiũt, Leſbo poſt terga relicta,
Quaq; Caryſteis frangitur vnda vadis.
Trãſit et Icareum, lapſas vbi perdidit alas
Icarus, & vaſtę nomina fecit aquę.
Tunc lęua Creten, dextra Pelopeidas vndas
Deſerit, & Veneri ſacra Cythera petit.
Hic mare Trinacriũ, cãdẽs vbi tingere ferrũ
Brontes, & Steropes, Acmonidesq; ſolent,

Vnde Luca. eam ſaxoſaʒ vocat. vt Quamaris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. Ad hoc oppidum Euboię quod ad Cycladas vergit lapis naſcit (vt auctor eſt Stra.) quem pectunt, nent, ac texunt, vnde mantilia cõficiuntur, quę vbi ſordeſcũt in flãmaʒ proiecta mũdantur. Eſt et Caryſtos in Laconia, vñ ab Alcmane poeta vinum Caryſtium celebratur.

Trãſit et Icareum, Icaros inſula vna e Strophadibus mari Icareo nomen dedit, quã alij Icaron, alij Icariã dicunt ab Icaro Cretenſi, quem Var. ſcripſit ibi interijſſe naufragio. et poetę fabulanẽ paternę fugę comitem, cũ ambo pennati e Creta aufugiſſent in hoc mare cecidiſſe, q̃d auctoribus Plin. Strabone, ac Salino ab ea inſula (quã diximus) nomen accepit, ſicut a Carpatho mare Carpathium, quod Icareo iungiẽ Auſtrum verſus. Cęterum mare Icareum alij inter Cretã et Siciliam ponũt. alij inter Samũ et Myconeuʒ, cui quidam ab Icaro Dedali filio nomen inditũ volunt. Hoc mare nauigãtes Romani a ſęua linquebãt. Dextra Pelopeides vndas Deſerit, Creta quidẽ nauigantibus a lęua, a dextra erat Pelopõneſus, ſic dicta quaſi inſula Pelopis, Niſon. n. Gręci inſulam dicũt. Sed re vera eſt peninſula, ſiue Cheroneſus. Iſthmos. n. Pelopõneſum iungit continẽti ſeparans Ioniuʒ ab Ægeo, vt Æquora bina ſuis oppugnans fluctibus Iſthmon. Veneri ſacra Cythera, hęc inſula eſt Laconię, teſte Laertio in vita Chilonis, cui olim Porphyris nomẽ fuit. Ab ea Venus Cytherea dicit, vt multis placet, vel ab vrbe Cythęra (vt Feſtus ait) in quam primũ Venus concha deuecta eſſe dicitur, cum in mari cõcepta eſſet. Mare Trinacrium, Siculum mare. Trinacria. n. eſt Sicilia, ſic a tribus promontorijs dicta. Brontes, hic miniſter Vulcani ſignificat tonitru, quod bronti gręce dicitur, fitq; (vt inquit Plin.) cum in nube luctatur flatus, aut vapor. Steropes autem nihil eſt aliud q̃ agrapi, ideſt fulgur, quod cum pingi nequeat, pinxit tamen Appelles in arte ſua eminentiſſimus. Acmonides vero qui et Pyragmon dicit ab incude nomen accepit, quę a Gręcis acmon vocatur. Ab his Cyclopibus fulmina fabricantur, vt poetę canunt,

Peloponneſus
Cythęrea Venus
Triacria
Brontes
Steropes
Acmonides ſeu Pyragmon

quibus ſedes datur in mari ſiculo, q̃ inſulę ibi ſunt numero ſeptẽ, quas itali Vulcanias dicunt.

PAV. MAR.

CYCLAdes, quę ſunt in Ægeo inſulę, quę Delum circunſtãt. de q̃bus Stra. cum meminit Deli, Eã inquit circũhabitatę glorioſaʒ reddiderũt inſulę, proinde vocauere Cyclades, initio q̃deʒ duodecim fuiſſe perhibẽtur, pluresq; agnatę ſunt. Leſbo relicta poſt terga, primo. n. loco poſt Tenedon, Leſbos inſula occurrit, deĩde Cyclades. ſed de Leſbo, plura diximus in ſecũdo. Et qua vnda frangiẽ vadis Caryſteis, et tranſit ea parte, qua vndę frãguntur vadoſis harenis Caryſtus, a Caryſto vrbe quę eſt in angulo Euboeę verſus Cycladas.

Tranſit et Icareum, mare. s. Quod eſt (vt Plin. inquit) inter Samum et Miconum. Sed hoc a lęua reliquit. Vbi, in quo mari. Icarus, Dędali filius. Perdidit alas vaſtas, magnas, nam acceptis a patre pennis, cum altius euolaret reſolutis vinculis cereis, et alas amiſit, et in mare decidit, cui nomen quoq; dedit, ideo hic. Et fecit nomina vaſtę aquę, nam ab eo appellatuʒ eſt mare Icareum. Tunc lęua, a ſiniſtra. Deſerit Creten, Cretam inſulaʒ, de qua in. iij. libro diximus.

Eam inſulam non attigit, ſed a lęua reliquit. Dextra deſerit vndas Pelopeidas, mare quod Peloponneſum abluit, a Pelope dictam, qui in ea regnauit. Pelopõneſus auteʒ dicitur, quaſi inſula Pelopis, Ægęo et Ionio cingitur. Iſthmos Corinthiacus facit ne inſula ſit, Anguſta quidem inter duo maria tellus. Et petit Cythęra ſacra Veneri, non attingit Pelopõneſum, ſed petit Cythęram inſulaʒ, quę eſt inter Maleam, et Cretam, et in ea Cythęra Cythęrorum montes. vnde Virg. Sunt alta Cythęra dixit, inſula eſt Veneri ſacra, quoniam in propinquis vndis nata, et illuc concha delata eſt. Vnde in Heroidibus, Nuda Cythęriacis edita fertur aquis. Et Pomp. inquit, Cythereaʒ dictam venerem a Cythęra vrbe, in quaʒ concha delata eſt. Hinc, a Cythęris. Petit mare Trinacrium, Siculum. q̃ Trinacria dicta eſt Sicilia, a tribus eminẽtibus promontorijs, Pachinno, Lilybeo, Peloro, et ακροσ ſummitas dicitur, vnde Diodorus videtur oſtendere a tribus angulis dictam. Vbi, in quo mari. Silent tingere ferrum candens, ferrum calidum ẽ ignitum. Brontes et Steropes ẽ Acmonides, hi miniſtri ſunt Vulcani. et a re, quam faciunt, cognominati. Brontes, a βρωμοσ, quod eſt tonitru. Steropes a στεροπη, quod eſt fulgur. Acmonides, hic a Virgilio Pyragmon dicitur, a πυρ, quod eſt ignis, et agmon vicus. Fulmen enim hi Cyclopes conficiunt, ideo ita appellati. Venit igitur mater Deum in fretum Siculum, et inſulis Æolicis, vbi eſſe Vulcanus exiſtimatur.

Pelopeides vñ. i. mare dictũ a Pelope

Quare dicta eſt Triacria

Aequoraq; Afra legit, Sardoaq; regna ſiniſtris
Reſpicit a remis, Auſoniamq; tenet.
Hoſtia cõtigerat, qua ſe Tyberinus in altum
Diuidit, et campo liberiore natat.
Oĩs eques, mixtaq; grauis cũ plebe ſenatus
Obuius ad Thuſci fluminis ora venit.
Procedunt pariter matres, natiq;, viriq;,
Queq; colunt ſanctos virginitate focos.
Sedula fune viri contento brachia laſſant,
Vix ſubit aduerſas hoſpita nauis aquas.
Sicca diu fuerat tellus, ſitis vſſerat herbas,
Sedit limoſo preſſa carina vado.
Quiſquis adeſt operi, pluſq̃ pro parte laborat,
Adiuuat et fortes voce ſonante manus.

ANT. FAN.

Sardinia inſula

ÆQVORAq; Afra legit, tranſit. vt Crebris legimus freta cõcita terris. Mare Afrum ſiue Libycum eſt quod Libyã alluit. Sardoaq; regna, Sardiniam inſulam notiſſimã in mari Tyrrheno Romani ad vrbẽ nauigantes a lęua linquebãt, ſed longe vñ poeta proſpicit, dicit, Ea a Sardo Herculis filio nomen accepit, qui e Libya veniens inſulã occupauit. Oĩs ęques, mixtaq; grauis cũ plebe ſenatus, equeſtris ordinis viri patres, ſiue ſenatores ac plebei. Queq; colunt ſanctos virginitate focos, periphraſis virginum Veſtaliũ. Cõtẽto extẽto fune, cũ oẽs ſummo conatu nauẽ traherent aduerſus vim fluminis. Sitis vſſe. her. conſequẽs pro antecedenti, hoc eſt pro calore ſitis. Sedit, conſtitit retenta vadis. Pluſq; pro parte laborat, inſudat trahendi labore; tollerans plus ferre q̃ ſuppeditent vires.

Periphraſis

Claudia Quinta

Claudia Quinta genus Clauſo referebat ab alto, nõ eſt Quinta hoc loco prænomen poſtpoſitum verſus gratia, vel ordinis nomẽ, vt quidam putant. Legimus.n. apud Li. matronę primores ciuitatis, inter quas vnius Claudię Quintę inſigne eſt, nomẽ accepere. Hęc Claudia experimento religionis pudiciſſima indicata eſt, vt inquit Plin. Nauem.n. cum ſacris matris Deum obhęrentẽ vado Tyberino extraxit precata palã, vt ſi ſibi pudicitia conſtaret ſequeretur. Cuius ſtatua (vt Vale. Ma. ſcribit) in vehiculo ędis matris Deum poſita, eadem ędẽ bis incendio conſumpta, flammis intacta permanſit. Alia eius gẽtis Claudia nouo more (vt ait Sueto.) apud populum ſubijt iudicium maieſtatis, quę in cõferta multitudine optauit, vt frater ſuus pulcher reuiuiſceret, atq; iterum claſſem amitteret, vt minor turba Romę foret. Sciẽdum gentem Claudiam ortã eſſe ex Regillis oppido Sabinorum, deductamq; ab Appio Clauſo, cui poſtea Appio Claudio fuit Romę nomen, vt ingt Li. qui poſt exactos reges cum quinq; millibus cliẽtum et amicorum venit Romã, et ſuſceptus habitandam vrbis partem accepit, quo Claudia tribus eſt et familia nominata, vt Seruius ſcribit. Vñ illud eſt Virg. vij. Ænei. Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnũ Agmen agens Clauſus, magniq; ipſe agminis inſtar Claudia nũc a quo diffundit̃ et tribus et gens. Lege Li. lib. ij primę Decadis, et Plut. in Publicola. Meminit et eiuſdem Appij Clauſi Cornelius Tacitus his verbis, Maiores mei quoq; antiquiſſimus Clauſus origine Sabina ſimul in ciuitatem Romanã ẽ in familias patriciorum aſcitus eſt, hortantur vt paribus cõſilijs rẽp. capeſſant. Ab eo Clauſo Silius Clauſos vocat quos Claudios dicimus, vt Clauſorũ decus atq; erepto maxia Romę Spes vero Marcello.

Imago mris Deorũ ab icẽdio ſeruata

Claudia gens

PAV. MAR.

ET LEgit, nauigat. Æquora Afra, mare Libycum. Nam Libycum illud ingens pelagus, qđ inter Siciliam et ipſam Libyam. Et reſpicit regna Sardoa a ſiniſtris remis e mari Libyco flectenti in oram Latinorũ et hoſtia Tyberina eſt Sardinia magna inſula a ſiniſtra, ideo a ſiniſtris remis dixit. Nam a ſiniſtra parte relinquitur in mari Tyrrheno, ita appellata dicit̃ inſula a Sardo Herculis filio, vt teſtis eſt Soli. Et petit, ipſa nauis. Auſoniã, q: flexit curſum in littus Auſonium. Cõtigit hoſtia Tyberina ſ. vbi et Hoſtia vrbs ab Anco Martio fundata. Qua ſe Tyberinus, Tybris fluuius. Diuidit in altũ, in pelagus, qſi qua in mare influit. Et natat cãpo liberiore, p latiora ſpatia, nã illuc vſq; fertur per alueũ, poſtea exit in mare Tyrrhenum. Latio res qdam aquarum cãpos, p quos iam liberius natat. Oĩs eques, exiuere ob Quinto uiam Deę vſq; ad hoſtia Tyberina vniuſcuiuſq; cũ honore ordinis viri et matronę, et virgines. Hęſitq; nauis accepta ẽ in vadis Tybridis vt nulla hoĩum vi trahi poſſet. a Roma. Omnis eqs, omnes illi qui erant eqſtris ordinis. mr Deorũ Et grauis ſenatus, graues ipſi ſenatores. Cum plebe mixta, cũ populo. Procedũt pariter, ſimul omnes eunt cũ pompa. Et matres et nati, filij. Et viri, q: exiuere obuiã tam mares, q̃ mulieres cuiuſcunq; ętatis, ordinis, et conditionis. Et quę colunt ſanctos focos virginitate, hoc eſt virgines Veſtales, q̃ ęternum ignẽ caſte ſeruant. Viri laſſant, defatigant. Brachia ſedula, cũ ſedulitate et omni conamine trahẽtia. Fune contẽto, extento, quo conabant̃ trahere nauem in vadis hęrentem. Nauis hoſpita, pegrina, et q̃ peregrinã Deã ferebat. Vix ſubit, vix ſubire põt. imo ſubire nõ poterat. Aquas aduerſas, aduerſũ amnẽ. Tellus fuerat diu ſicca, diu non pluerat, ſic aruerat tellus, et q: nullis imbribus erat adiutus amnis, tenuis tunc erat eius aqua. Sitis, ipſa ſiccitas ob aquarum penuriã. Vſſerat herbas, deficiente humore aruerant et ipſę herbę. Carina pſſa, ſuo ſ. onere. Sedit, ſubſtitit hęrens. Vado limoſo, in vadis Tyberinis et lutoſis. Quiſquis adeſt operi, ipſi qdem operoſo labri trahendę nauis. Laborat pluſq; pro parte, quaſi pluſq̃ quiſq; ſuis viribus poſſit. Et adiuuat manus fortes, robuſtas ẽ fortiter trahẽtes. Voce ſonante, clamore. Illa, nauis. Sedet, firma hęret. Velut inſula ſtabilis, immobilis. Medio põ. in medio mari, q: vt moueri

Illa velut medio ſtabilis ſedet inſula ponto,
Attoniti monſtro ſtantq;, pauentq; viri.
Claudia Quita gens Clauſo referebat ab alto,
Nec facies impar nobilitate fuit.
Caſta quidẽ (ſed nõ ẽ credita) rumor iniquus
Leſerat, & falſi criminis acta rea eſt.
Cultus & ornatis varie prodiſſe capillis,
Obfuit, ad rigidos promptaq; ligua ſenes.
Conſcia mens recti famę mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula turba ſumus.
Hęc vbi caſtarũ proceſſit ab agmine matrũ,
Et manibus puraꝫ fluminis hauſit aquã,
Ter caput irrorat, ter tollit ad ęthera palmas,
Quicunq; aſpiciunt mente carere putant.
Summiſſoq; genu, vultus in imagine Diuę
Fixit, & hos edit crine iacente ſonos.

Vt moueri non poteſt inſula, ita moueri non poterat nauis. Viri attoniti, exterriti. Stant et pa. monſtro, quaſi ſtantes expaueſcunt eo nauis miraculo, quę nullo hoĩum conatu moueri poterat.

Claudia virgo

Claudia Quinta, cum viri fruſtra conarent, ex clariſſima Claudiorũ familia virgo Claudia ꝓceſſit, quę cum caſta nõ crederet, Deã ipſaꝫ obteſtata, vt ſuę teſtimoniũ pudicitię ꝓhiberet. Exiguo deinde conamine funem trahentem nauis ſequuta ẽ, meminit huius rei Diuus Hieronymus, et Tranquillus in vita Tiberij de eadem inquit, Quę nauem cum ſacris matris Deum Ideę obhęrentem Tyberino vado extraxit, ꝓcata ꝓ palam vt ita demũ ſequeret ſi ſibi pudicitia ↄſtaret. Claudia Quinta, non quę eẽt Quinta numero, ſed noĩe. Referebat genus, ducebat originẽ Ab alto Clauſo, a quo emanauit domus Claudia, de quo Virg. in. vij. Ænei. Ecce Sabinorũ priſco de ſanguine magnuꝫ Agmen agens Clauſus, magniq; ipſe agminis inſtar Claudia nũc a quo diffunditur, et tribus, et gens, Per Latium poſtq̃ i partem data Roma ſabinis et cętera.

ANT. FAN.

IMpar nobilitate, verſus gratia e litera pro i ponitur. Dicimus. n. ſuꝫ impar tibi. Poteſt ẽ mutationẽ caſus factam accipere. Caſta qdem, ſed nõ eſt credita, falſo populi iudicio, famęq; mẽdacio ipudica dicebatur, vt Hic priſca ducens Clauſorũ ab origine nomen Claudia non ęqua populi mala credita fama. Ornatis varie prodiſſe capillis Obfuit, ſtultum vulgus impudicam arguebat ex ornatu. Conſcia mens recti famę mendacia ridet, ſpernit obtrectantium linguas, qui nullius eſt ſuę turpitudinis ↄſcius. Iuuena. Viuẽdum eſt recte tũ propter plurima, tumq; His ꝓcipue cauſis vt linguas mancipiorũ ↄtẽnas. Eſt aũt ſentẽtia color rhetoricus. Sed nos in vitiuꝫ credula turba ſumus, honeſta rep̃hendendi ratio. Miſcet. n. ſe mortalibus muſa, quos arguit Iuuenalis, Hic viuimus ambitioſa paupertate oẽs. Fluminis hauſit aquaꝫ, ſic Virgi. in. ix. Æn. Ad vndam ꝓceſſit, ſummoq; hauſit de gurgite lympham Multa Deo orans. Ter caput irrorat, ter tollit ad ęthera palmas, impari vtitur numero, ꝙ et numero Deus impare gaudet, et ſtatiꝫ omnia ſunt ceſſura feliciter. Sub certa ↄditione, vt a te damnata nõ imerito poenas luam, abſolute vero certo iudicio populo Ro. vita ꝓbeẽ. In ſcęna, in ludis ſcenicis vbi nauem tractaꝫ a Claudia retulerant hiſtriones, vel uere in

Mens recti ↄſcia obtrectãtium linguas cõtemnit

Ter cum aq̃ ſãcta rorabãt

conſpectu populi tanq̃ in ſcęna, quod magis placet. Laudatq; ſe. non laudat verbis dũ ſequit, ſed ꝗ ſequit laudat, hoc eſt teſtatur pudicam.

PAV. MAR.

NEc facies, ipſius Claudię. Fuit impar nobilitate, nam vt pręſtãtis nobilitatis, ita formę quoq; pręſtantis. Caſta qdem erat, ſed non eſt credita, non credebat eſſe caſta. Rumor ini. nũ ęquus, ſed falſus ẽ cõfictus. Leſerat, offenderat illam nota violatę pudicitię. Et eſt acta rea falſi criminis, falſo arguebat ſtupri, et virginitatis non ſeruatę. Obfuit. cultus, ex his ſumebant ſigna ↄiectura, ita corrupti animi et corporis, ꝙ ſe excolebat, tanq̃ amantibus placitura, ipſe ergo cultus formę obfuit. Et pro. apparuiſſe. Capillis varie ornatis, quos vario modo et pectebat, et innectebat. Mens conſcia recti, animus honeſtatis ſuę conſcius. Riſit mendacia famę, mendacẽ famam, et rumorem, qui falſo ferebatur. Sed nos, loquitur muſa, ſed perinde ac homo, ꝗ nos homines. s. Sumus credula turba in vitium, facile credimus quicquid vituperandum quoq; affertur. Hęc, Claudia. Vbi, poſtq̃. Proceſſit ab agmine, a multitudine. Caſtarũ matrum, pudicarũ matronarum. Et manibus hauſit aquam puraꝫ fl. et manus abluit, et his aquam Tyberini gurgitis hauſit. Ter caput irrorat, ter aqua flumiea caput fudit. Ter tollit palmas ad ęthera, ter manus in cęlum ſuſtulit. Quicunq; aſpiciunt, eam ſcilicet ita agentem. Putant carere mente, exiſtimant amentem et inſanam. Et ſummiſſo genu, iam inflexis genibus ipſa Claudia. Fixit vultus in imagine Diuę, fixit oculos in ſimulachrum ipſius matris Deum. Et dixit hos ſonos, hęc verba. Crine iacente, paſſis crinibus. Alma genitrix Deoruꝫ foecunda, o mater Deorum. Alma dixit, ꝙ Deos peperit, a quibus omnia aluntur. Foecunda ob tot Felices partus. Genitrix ꝙ a matre hanc habeat diſtantiam, ꝗ genitrix (vt inquit Nonius) ſemper quę genuerit nuncupatur. Mater vero aliquando pro nutrice ponit. Virgi. in octauo, Geminos huic vbera circum Ludere pẽdentes pueros, et lambere matrem. Plautus in Menecmis, Ita forma ſimilis pueri, vt mater ſua non internoſcere poſſet, quę mammam dabat, nec adeo mater ipſa, quę illos pepererat. Accipe ꝓces, meas. Sub conditio certa conditione, ſumpſit verbum e iure ciuili, deſꝫ paulꝫ conditionibus in, facto conſiſtentibus, de quibus iure ↄſul ita agit Paulus iuriſconſultus titulo de conditio tum

Alius honeſti ↄſcius eſt etiaꝫ malis

Sub conditio

Supplicis alma tuę genitrix foecunda Deoꝝ
  Accipe ſub certa conditione preces.
Caſta negor,ſi tu damnas,meruiſſe fatebor,
  Morte luam poenas iudice victa Dea.
Sed ſi crimen abeſt tu noſtrę pignora vitę,
  Re dabis,& caſtas caſta ſequere manus.
Dixit,& exiguo funem conamine traxit,
  (Mira,ſed in ſcęna teſtificata loquor)
Mota Dea eſt, ſeqturq; ducẽ, laudatq; ſeq̃ndo,
  Index lętitię fertur ad aſtra ſonus.
Fluminis ad flexũ veniunt,Tyberina priores
  Atria dixerunt, vnde ſiniſter abit.
Nox aderat,querno religãt in ſtipite funem,
  Dantq; leni ſomno corpora functa cibo.
Lux aderat,querno ſoluunt a ſtipite funem,
  Ante tamen poſito thura dedere foco.
Ante coronarũt puppim, & ſine labe iuuẽcã
  Mactarunt,operum,coniugijq; rudem.
Eſt locus,in tyberim q̃ lubricus iſluit Almo,
  Et nomen magno perdit ĩ amne minor.

nibus,conditiones conſiſtentes in facto varietatē habent,et quaſi tripartitam recipiunt diuiſionē, vt quid detur,vt quid fiat, vt quid obtingat,vel re tro ne detur,ne fiat,ne obtingat,ex his dandi,faciendiq; ꝯditiones,in perſonas collocantur,aut ipſorum,quibus quid relinquit,aut alioꝝ.Tertia ſpecies in euentu ponetur &c. Hęc vero ꝯditio vt fiat erit. Caſta negor,dicunt omnes me non eſſe caſtam. Si tu dãnas me.s. tanq̃ corruptam, et non caſtam. Fatebor me.dicã ingenue me mereri ſuppliciũ. Morte lu. poe. plectar,morte.Luere poenas pati ſuppliciũ ꝑ crimine. Victa iu. Dea,victa ego tuo iudicio ſupplicio afficiar. Sed ſi cri. abeſt, ſi ſciam me caſtã et incorruptam. Dabis tu re pignora noſtrę vitę, re ipſa oſtẽdas ſigna, tãq̃ pignora et teſtes vitę meę pudicę. Et tu caſta, pudica et ſancta. Sequere manus caſtas, meas.s. Dixit,ita ꝓcata eſt Claudia. Et traxit funem , ipſius nauis. Exiguo conamine,paruo conatu. Nam paruo labore traxit, et facillime ſequuta eſt ratis Mira loquor dico q̃dem admirabilia. Sed teſtificata in ſcęna,quę relata fuere in theatro, vt adhiberi fides debeat. Mota Dea eſt, ꝑcibus ipſius Claudię. Et ſequit̃ ducem,ꝓcedentem et trahẽtem virginem. Et ſequendo laudat, ex hoc ipſo laudare vĩ,q: ſequit̃ trahentem in ꝓbationem et cõmendationem pudicitię illius. Sonus index lętitię, hoc eſt plauſus quo animoꝝ idicatur lętitia. Fertur ad aſtra,nam datus eſt virgini plauſus ingens,et voces ad ſidera ſublatę. Veniũt ad fluxum fluminis,Claudia,ſenatus,et populus,et matronę veniunt illuc, vbi ſe incipit reflectere in lęuam amnis. Priores dixere atria Tyberina, dixere veteres eſſe domum Tybridis.

Miraculũ quo ſecuta ẽ funẽ Claudię mater Deoꝝ

ANT. FAN.

VNDE ſiniſter abit , fabulatur ibi eſſe regiam Tyberini,vbi fluuius flectitur ſiniſtrorſum. Operum,coniugijq; rudem,vt hoſtia eſſet puriſſima.

Almo fl.

Eſt locus in Ty. q.lu.inſl. Al. huius fluuij ſupra meminimus,vbi mater Deum.vi. calendis Aprilis lauabatur,vt ait Vibius Sequeſter. Defluit autē Almo in Tyberim non admodum longe a porta Capena,vt nonnulli dicunt, quibus illud aſtipulatur,ipſa ſedens plauſtro porta eſt inuecta Capena,Lota igitur eſt Cybele tunc in eo fluuio, vñ

factum exiſtimamus,vt poſtea illic lauari conſueuerit. Comites, non omnes qui Deam comitabantur,ſed Galli,vt diximus ſupra. Furioſaq; tibia,ob Gallos qui furere videbantur. Taurea ter. tympana,quibus Curetes vſi fuerant cũ Rhea Iouem peperiſſet.Ea e pellibus fieri dubium nõ eſt. Boues,a quibus Deę plauſtrum trahebat. Naſica accepit,templi non perſtitit auctor, Accepit legendũ eſt non incepit, vt q̃dam volunt,qui exiſtimant votam fuiſſe hanc ędem a Scipione Naſica,q̃d alienum eſt ab hiſtoria Liuij,qui ſcribit Naſicam in ſalum naue euectum Deam a ſacerdotibus accepiſſe, atq; in terram exportaſſe,et.M. Liuium et Claudium cenſores ędem matris Deum faciendã locaſſe,eãq; xiij.anno poſtq̃ locata erat. M. Iunium Brutũ dedicaſſe.Quamuis ędem re non placet,quod i mři Deorum opuſculo virorum illuſtrium legimus,vbi dicauit eius libelli auctor quicunq; fuerit,neq; enĩ eſt Plinius , vt multi putant,ſcribit templum hoc incepiſſe Naſicam, quod cum bis incendio abſumptum fuerit (vt diximus ſupra)memini mirum videri debet, ꝙ Ouidius ſcribit hoc loco,et Metellum eius ędis auctorem fuiſſe,et poſt Metellum Auguſtum,quem cõſtat refeciſſe ędes ſacras,vetuſtate collapſas,vt incẽdio abſumptas,teſte Sueto.Hinc eſt ꝙ feſtum matris Deũ Romę celebrari(vt diximus) conſueuit, non pridie idus Aprilis,ſed nonis huius menſis, quibus ea ędes ab Auguſto fuerat dedicata,quam quidam volunt fuiſſe nõ longe ab ea porta, qua Deę ſimulachrum in vrbem inuectum eſt, ſed in palatio fuit,teſte Liuio. Parua cur ſtipe quęrat opes,moris fuit hoc tempore vt Romani matri Deum nummos ſiue ſtipem,quãuis paruam, offerent, quoniam ſtipe a populo collata eius Deę templum a Metello fuerat conſtitutum.

Tympana

M.Liui dicauit

Cybeles ędes vbi

VNDE ſiniſter abit,vertit ſe in ſiniſtram, vbi eſt ille reflexus fluminis putauere antiqui eſſe regiã numinis Tyberini.Vnde Virg.de eodem loco,cũ facit Deum ipſum loquẽtem,Ego ſum pleno,quẽ flumine cernis Stringentem ripas,et pinguia culta ſecantem,Cęruleus Tybris cęlo gratiſſimus amnis.Hic mihi magna domus,celſis caput vrbibus exit. Nox aderat,ſubſtitere per noctem in ipſo flexu,quo ab hoſtijs Tyberinis venerant. Religant

PAV. MAR.

funem

Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis, dominam, ſacraq; lauit aquis.
Exululant comites, furioſaq; tibia flatur,
Et feriunt molles taurea terga manus.
Claudia pręcedit lęto celeberrima vultu,
Credita vix tandem teſte pudica Dea.
Ipſa ſedēs plauſtro porta eſt inuecta Capena
Sparguntur iunctę flore recente boues.
Naſica accepit, tēpli non perſtitit auctor,
Auguſtus nunc eſt, ante Metellus erat.
Subſtitit hic Erato, mora fit, dū cętera q̄ro,
Dic inq̄, parua cur ſtirpe quęrat opes?
Cōtulit ęs populus, de quo delubra Metellus
Fecit ait, dandę mos ſtipis inde manet.
Cur vicibus factis ineunt conuiuia quęro,
Tūc magis indictas cōcelebrantq; dapes.

funem a ſti. quer. a trunco q̄rcus, religare pro innectere, ſeu ligare dicimus. Vir. Cum Laomedōtia pubes Gramineo ripę religauit ab aggere claſſam. Corpora fun. ci. poſtq̄ comederunt. Dant lo. ſom. quieti ſe tradiderunt. Lux aderat, iam illuxerat. Soluunt funem a ſti. q. vbi veſperi religauerant. Tamen, anteq̄ ſoluerent. Dedere thura po. ſo. erecta ad tempus ara, et ſuccenſo igne thura adoleuere. Ante coronarunt puppim, antequam inde diſcederēt nauem vlrentibus coronarunt. Et mactarunt iuuencam ſine labe, delectā ex armento ſine vlla macula, quę nulla poſſet labe notari iuuēcam immolarunt. Et rudem operum, et cōiugij, quę nec araſſet, nec taurum ſuſtinuiſſet. Et tria dat huic hoſtiā, facit delectam, iniuges, et puram, ſed de his diximus in .i. libro. Eſt locus, facit topographiam.

Topographia

Quo Almo lubricus. Fluit in Tyberim, Almo paruus eſt fluuius qui interſecans Hoſtienſem viam non lōge ab illo flexu init Tybrim. Aliqui putant eſſe illum, qui eſt inter portā vrbis Hoſtienſem, et templum diui Pauli. remotior ab vrbe eſſe non pōt, q2 Galli quotānis ibant illuc cū matris ſimulachro, quod indicat Luca. Et lotā paruo reuocant Almone Cybelē. Et minor, amnis.

Perdit nomen in magno amne, Almo paruus flu. amittit ſuū nomen, cum influit in Tybrim. vt de Iſara inquit Luc. cum influit in Rhodanū, Qui gurgite ductus Per tā multa ſuo, famę maioris in āmnē Lapſus ad ęquoreas nomen nō pertulit vndas. Illic, in eo loco apud hoſtium Almonis. Sacerdos canus, iam ſenior. Cū veſte purpurea, quo eſſet ornatior. Lauit dominā, Deę ſimulachrum. Et ſacra, quę ſimul ferebantur.

Sacra Cybeli agebāt cum aqua flu. Almōis

Aquis Almonis, ipſius parui amnis. et inde mos ſumpſit initium referendę Deę illuc. Exululant comites, Galli miniſtri Cybelis vlulatū ediderunt. Et flat, flatu reſonant. Tibia furioſa, vel horrenda (vt paulo ſuperius) horrendo ſono dixit. vel furioſa, q2 furere ipſi miniſtri videbant. Et manus molles, mollium miniſtrorum. Feriūt terga taurea, tympana ex tauroꝝ corio. Claudia pręcedit, anteit. Celeberrima, laudatiſſima. Vultu lęto, lęta. n. alias antecedebat. Vix tandē eſt credita pudica, tandē omnes credidere eam caſtā, ſed difficulter, credidere tamen. Teſtę Dea, quę caſtas eius manus ſequuta eſt. Ipſa, Deum mater. Sedens plauſtro, quę iā currui erat impoſita. Eſt inuecta, illata, et intra vrbem vecta.

Porta Capena, qua exitur in viam Appiā, et inde regio portę Capenę dicta eſt, qua porta itur ad ędem Diui Sebaſtiani. Boues iunctę, quę iugatę currum trahunt. Sparguntur flore recente, recentibus floribus et vias ſternebant, et qui in ſpectaculo erant pręterevuntes floribus ſpargebant. Naſica accepit, P. Scipio Naſica qui vir optimus a ſenatu indicatus eſt Deam accepit in ingreſſu vrbis. Verum Liui. inquit ab hoc acceptam in hoſtijs Tyberinis, dediſſeq; inde ferendam matronis.

Templi non perſti. au. hic ipſe Naſica templū Deę non conſtruxit, ſed Q. Cęcilius Metellus, ex donis Deę collatis templum in regione portę Capenę matri Deorū erexit, inſtaurauitq; illud poſtea Auguſtus, et ludos conſtituit, et vt eidem a mulieribus carmina canerentur. Vnde in prin. ſecundi libri Triſtium, ipſe quoq; Auſonias Cęſar matreſque, nuruſq; Carmina turrigerę dicere iuſſit Opi. Auguſtus nunc eſt, auctor s. templi. nam illud reſtituit tempore ipſius poetę, ideo nunc eſt, quia noſtro tempore ędem reparauit. Ante erat Metel. Cęcilius erat auctor, qui ab initio erexit. Subſtitit hic Erato, hic deſiit loqui muſa. Mora fit, retardatur. Dum cę. quęro, in quibus inerat dubitatio. Dic inquam cur quęrat opes? ipſa Dea cur ſibi nummos quęrit, Parua ſti. paruo nummo. Eo enim die ſinguli ſingulos nummos offerebant. Ait contulit ęs populus, vt paulo ſuperius diximus. Populus frequens in palatio dona Deę tulit, quod teſtatur Liui. Ergo ab ęre collato a populo mos conferendarum quotannis ſtipum originem ſumpſit. De quo, ęre, quod populus contulit. Metellus, ipſe Qu. Cęcilius Metellus. Fecit delubra, extruxit templum. Inde, ex eo. Manet mos, ſeruatur conſuetudo. Dandę ſtipis, offerendorum nummorum.

Q. Cęcilius Metellus tēplū cōſtituit mrī Deorū iuxta portā Capenam

CVR VICIBUS factis ineunt conuiuia quęro, mutuas ſodalitates dicit. Cice. in Catone maiore, Sodalitates enim me quęſtore conſtitutę ſunt ſacris Idęis magnę matris acceptis. Indictas, a pontifice, ſiue a Gallis comitibus matris Deum, ſiue ab epulonibus. Lege Feſtum. Mutatis ſedibus, mutantur a nobis ſedes cum e conuiuijs accedimus ad diuerſa conuiuia. Quod Romani faciebāt boni ominis cauſa, quoniā Cybele e Phrygia

ANT. FAN. Sodalitates mutuę in ſacris Cybeles

Q đ bene mutarit ſedē Berecynthia dixit,
Captant mutatis ſedibus omen idem.
Inſtiterā quare primi Megaleſia ludi
Vrbe forent noſtra,cū Dea(ſenſit enim)
Illa Deos inquit peperit,ceſſere parenti,
Principiumq; dati mater honoris habet.
Cur igitur Gallos,qui ſe excidere,vocamus?
Cū tātū a Phrygia Gallica diſtat humus?
Inter ait viridem Cybelen,altasq; Celenas
Amnis it inſana nomine Gallus aqua.
Qui bibit īde,furit,pcul hic diſcedite,qs eſt
Cura bone mentis,qui bibit inde,furit.
Nō pudet herboſum dixi poſuiſſe moretum
In domine menſis?an ſua cauſa ſubeſt?

Megale- Romam tranſlata bene ac feliciter ſedē mutaue-
ſia pmi i rat. Quare pri.me.lu.vr.fo.no. hi ludi(quorū
vrbe ludi ſupra meminimus)iure primi ludorū oīum habe-
celene bant,q par erat,vt Dij parenti ſue cederent,et eū honorē matri exhiberēt. Cur igitur etc.diximus ſupra matris Deum comites a Gallo flumine Gallos vocari. Altasq; Celenas, vrbem Phrygie patriā Marſie,quē ab Apolline ſuperatum et excoriatum ferunt. Vnde illud eſt Lucani, Et q̄ tue munera Pallas Lugent damnate Phoebo victore Celene. Id oppidum nonnulli Lydie, tribuunt, quod nos mouere nō debet, cum Phrygie, Carie, ac Lidie loca ita inter ſe coeant, vt non facile diſtinguātur. Sciendum et collē

De pelle Marſie in Herodotum

ipſum in quo vrbs eſt Celenas dici, vt auctor eſt Stra.et oppidū ipſum, in cuius foro ſuſpenſa viſebatur Marſie pellis,vt Herodotus ſcribit,in vtrem formata, quā ei detractam Phryges ferebant Apollinē ſuſpendiſſe. Inſana,que inſanos facit, vt dictum eſt. Procul hinc diſcedite queis eſt Cu. bo.mē.ſenſus eſt.Vos qbus cura eſt bone mentis diſcedite procul a Gallo flumine.

PAV. MAR

QVÆRO cur ineant cōuiuia factis vicibus, poſtea interrogo vn̄ ea ſit conſuetudo,q in his feſtis viciſſim mō ad hec,mō ad illa conuiuia erant.

Et magis tūc,magis q̄ vllo vnq̄ tempore. Concelebrāt,cum celebritate frequentant. Dapes indictas,ipſa cōuiuia indicta, nā indicebant ab ipſis ſacerdotibus,et poſtea viciſſim ibant. Quod Berecynthia,ideo factis vicibus ineūt conuiuia,quod

Epulones viri tres ſm Cic.

Deorū mater. Bene mutauit ſedem,pſpere commutauit mōtes Phrygie pro vrbe Roma. Captāt idē omen,pſpere mutationis. Mutatis ſedibus, cum e cōuiuio in conuiuiū ſe recipiant. Preerant huic rei epulones, qbus id inditū nomen,q (Pōp. teſte)indicendi Ioui,ceteriſq; Dijs epulas ptātem haberent.et Cic.in lib.de Oratore, Pōtifices inquit veteres pp ſacrorum multitudinē tres viros epulones eſſe voluerūt,cum eſſent ipſi a Numa,vt ēt illud ludicrum epulare ſacrificiū facerent inſtituti. et alio loco,Rome ingt erant ſacra Dee matris,in quibus diebus feſtis nocte epulabant.Erant autem ſeptem numero etc.Hi ergo erant,qui cōuiuia commutabant. Inſtiteram,querens.ſ. Quare ludi Megaleſia forent primi in vrbe noſtra,cur Rome primi dicātur,et primo loco fiant ludi ipſi, quos cōſtituit Marcus Iunius Brutus,et Megaleſia appellant,et de quibus paulo ſuperius diximus,et quorum Liui.meminit. Cum Dea,Erato. Inquit n.q. Senſit,me.ſ.querentem. Illa,Cybele.

Peperit Deos,Iouem,Iunonē,Neptunum, Plutonem. Ceſſere parenti,Dij ipſi voluere mr̄i cedere. Et matr habet principiū dati honoris, hoc eſt primū ludorum honorem,nā cum ludi Dijs exhibeant, primus honos matri Deorū debetur. ideo ipſi primi, et magni dicunt ludi. Cur ergo vocamus Gallos, qui ſe excidere, alia queſtio cur Galli dicti ſint miniſtri Cybeles,qui ſibi virilia exciderunt, ſeu amputauerunt.

Cum humus Gallica,Gallia ipſa. Tantum diſtet, diſiuncta et longe remota ſit.

A Phrygis, vn̄ huc aduecta Dea,hoc ingt cur appellant eo nomine,quādoquidem a Gallia appellari non potuerint. Inter ait viridem Cybelē, muſa

Quare dicti ſint Galli ſacerdotes Cybeles

cauſam appellationis ad Gallum fluuiū refert, cuius aqua epota furorem gignit.Is labitur per ea loca Phrygie,vbi matris Deū erant tēpla.Initium.n.capit ex modis Phrygie,et in Sagarum amnē influit.et Pli.inquit,Gallus Phrygie flumen eſt,de cuius aqua potantes reddūtur inſani. et Martianus aſſerit ab eo miniſtros matris Deū Gallos dictos. Ait,ipſa Erato. Gallus amnis noie,fluuius. Aqua inſana, inſaniā et furores incutiēti. It,fluit. Inter viridem Cybelen, Cybelon,ē Cybelen dicimus mōtem,de quo paulo ſuperius. Et altas Celenas,Celenee in Phrygia collis quidā eſt,vt Stra.inquit,in quo vrbs fuit eiuſdem nois. Hinc Antiochus Socer holes tranſtulit in eam,que nūc Apamia dicitur.et vrbem appellauit de nomine matris Apamie Artabazi filie,que Seleuco Nicatori nupſit.Hec in Phrygia ab illo referuntur.Sed ipſorum locorū nomina,in loca noſtra Marſorum trāſlata ſunt, vt fuiſſe hec oppida putauerim,ēt ante Marſiam ex Aſia pulſum, ſed de his in ſexto lib.plura dicemus. Qui bibit inde,ex eo fluuio. Furit,furorem concipit. Diſcedite hinc procul,longe ab hoc fluuio recedite ne ſitis poſtea furore perciti. Queis,pro quibus.

Eſt cura bone mentis,q ſane mentis eſtis,ē inſanire non vultis. Qui bibit inde, furit, repetitio prioris expoſitionis,ad vehemētiora monita.

ANT. FAN.

Moretum

HERBOſum moretum,in ſodalitatibus magne matris apponebatur conuiuijs moretū e lacte, caſeo,ē herbis ob conuenientiam eius cibi cum Dea. Lac.n.et herbe fuit veterum cibus, et ipſam Deam vetuſtiſſimam eſſe nemo dubitauerit,quippe que eſt Deorum mater. Lacte mero,lacte ſolo. Hoc cibo viuunt nonnulli barbari,quos miratur Plin. ignorare aut ſpernere tot ſeculis caſei dotem, quo tradunt vixiſſe Zoroaſtrē in deſertis annis.xx.Ita

Caſeidos

tēperato,

Lacte mero veteres vſi narrantur et herbis,
Sponte ſua ſi quas terra ferebat,ait.
Cãdidus elixę miſcetur caſeus herbę,
Cognoſcat priſcos vt Dea priſca cibos.
Poſtera cum cęlo motis Pallantias aſtris
Fulſerit,et niueos Luna leuarit equos,
Qui dicit,quõdam ſacrata eſt colle Quirini
Hac Fortuna die publica,verus erit.
Tertia lux(memini)ludis erit,hac mihi qdã
Spectanti ſenior,continuuſq; loco,

temperato, vt vetuſtatem non ſentiret. Poſtera cum cęlo motis Pallãtias aſtris Fulſerit.viij. idus Aprilis celebratur dedicatio ędis Fortunę publicę in monte Quirinali,quo in loco ſacrata eſt ędes eius Deę,quam nõnulli Protogeniã,Liui.Primigeniam vocat,non a Gn.Domitio ꝑtore vrbano, vt quidam volunt, non intelligentes quid Li. tradat, ſed a Q. Martio Abala duũuiro,ad idipſum creato,quam ędem vouerat decem annis ante P. Sempronius Sophus,qui cum in agro Crotonienſi cum Hannibale male pugnaſſet,coniunctis deinde copijs cũ legionibus P.Licinij procõſulis, cum eodẽ hoſte conflixit,et cũ in principio pugnę ędem Fortunę primigenię vouiſſet, ſi hoſtes funderentur cõpos eius voti factus eſt. Hoſtes.n.fuſi ac fugati ſunt,et ſupra q̃tuor millia armatorum cęſa.Itaq; idem Sempronius cenſor poſtea eam ędem locauit, quę neq; ab eo neq; a Gn. Domitio,ſed a Q. Martio dedicata eſt. Eſt autem Fortuna publica,quę et primigenia dicitur,ne quis dubitet legat tertię Decadis Li.librum nonum nõ longe a fine,vbi eius fortunę hiſtoricus meminit, cum in eodem libro ac pauloante ſcripſiſſet temporibus ſecundi belli Punici matrem Deũ e Phrygia in Italiam fuiſſe trãſlatam.Idem etiã tradit M.Liuium et C. Claudium cenſores ędem matris Deum locaſſe in palatio faciẽdam. Pallantias autẽ Aurora dicitur a fratre Pallante,vt Cuꝫ pręmia lucis Tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem. Eſt frater eius Pallas Titanis filius , ex quo et terra natam eſſe Aurorã fabulantur.Sunt et qui Auroręe patreꝫ Pallantẽ vocant. Luna leuarit equos, equi a Luna hoc loco leuari onere dicuntur lucis aduentu. Tertia lux.vi.idus Aprilis Iulius Cęſar in Libya ſuperauit Iubam,et Scipionẽ cum perſequeretur reliquias exercitus Pompeiani . Nota eſt hiſtoria.Sciẽdum tamen Iubam quem fuiſſe et ſuperbum et inertiſſimus legimus,ideo hoc in loco magnanimũ dici,quod et magno animo Cęſari aduerſatus eſt.et in oppido Zamę lignis congeſtis maximam in medio foro pyram cõſtruxit, vt ſi forte bello foret ſuperatus igne ſubiecto ſe in eam proijceret,is demum fluentibus rebus ad voluntatem Cęſaris cum Petreio conatus eſt vt per virtutem interfecti eſſe viderentur,et cum infirmiorem illum ferro conſumpſiſſet,impetrauit a ſeruo vt ſe interficeret,idq; obtinuit. Appianus ſcribit eum regem ac Petreiũ,cum nec fugam, nec ſaluteꝫ vlterius ſpectare poſſent,inedia ſe ac vulneribus inuiceꝫ confeciſſe. Triumphauit autem Cęſar(vt inquit Plutar.)non de Scipione ſed de Iuba rege , cuius filius Iuba in triumpho ductus eſt ad modũ infans,fortunatuſq; ea captiuitate, qua factum eſt, vt ex Numida ac barbaro inter ſcriptores doctiſſimos numeretur.Sane Iubã auctor perfidus vocat, ob Afrorum ingenia,quę et fallere,et fidem frangere conſueuerunt.

Fortunę publicę feſtũ in monte Quirinali.viij.idus Aprilis ꝓtogẽia Fortuna ſeu Primigẽia

Pallãtias

Ludi in honorẽ Cęſaris ob victũ Iubã.vi. idus Ap

Iubę mors Iuba ſcripto

PAV. MAR.

NON Pudet herboſum,vltima quęſtio,cur in epulis Deę moretum adhibebat. Cauſam refert muſa ad antiquos cibos, cuius lacte et herbis olim homines veſcerentur. Neq; n.eſt aliud moretum, niſi admixtio multarum rerum cũ lacte et caſeo.licet ſint qui pro intinctu viridi accipiant. Dixi,ego. Non pudet poſuiſſe in menſis dominę, apponere Deę epulis. Herboſum moretum,ex herbis,et lacte,et caſeo cõfectuꝫ. An ſua cauſa ſub eſt,an eſt aliqua cauſa ꝓpria quare id fiat. An veteres,antiqui. Narrãtur vſi, quaſi dicat veſci ſolitos ipſos veteres. Mero lacte, et herbis, his.n.veſcebãtur ante panis vſum. Si quos, quaſi et alijs cibis ſi aliquos. Ferebat terra ſua ſponte,non arata,non conſita, ſed ſuapte natura. Candidus caſeus miſcetur elixę herbę , hoc nunc offertur epulis Deę,caſeus cum herbis elixis, q᷑ moretum. Vt Dea priſca, Deoꝝ mater antiqua. Cognoſcat primos cibos,qualibus Saturni tempore veſci cõſueuerunt.Hactenus de ſacris Cybeles. Poſtera cuꝫ celo.viij.idus Apriles,hoc eſt ſexta die menſis.Erit feſtum publicę Fortunę, cuius tẽplum a Cęſare cõſecratuꝫ eſt in colle Quirinali, poſt Afrã victoriam de Scipione et rege Iuba, de quo paulo poſt. .Poſtera Pallãtias,ſequens Aurora Pallãtis ex Titanũ genere filia. Cuꝫ fulſerit motis aſtris, pulſis ſideribus,quę aduentu maioris luminis obſcuratur. Et Luna leuarit equos niueos, alleuiarit ab ipſo opere,hoc eſt vbi occidet Luna,et mane illuxit. Verus erit q dicet, vera loquetur quicunq; id aſſeret. Publica Fortuna eſt ſacrata,ędes Fortunę publicę conſecrata fuit quõdam. Hac die, quę octaua eſt iduũ Aprilium. Tertia lux,tertia dies a feſto publicę Fortunę,hoc eſt.vi.idus Apri. Erit ludis,deputata. ad exhibendos ludos, eo.n. die ludi fiũt. Memini,memoria repeto. Hac, die.s. Quidã ſenior continuus mihi ſpectanti,q ſpectabaꝫ ipſos ludos. Et loco,q̃ſi qui continuato ordine ꝓximo nihil loco ſedebat, cum ꝓximus eſſet dignitate. Ait,dixit. Hęc illa dies, referebat ille ſenex in ludis eum eſſe diem,quo Cęſar in Africa victor fuerat.Et.n.victo Cęſar Pharnace Romam rediit.Conſul iterum creatus eſt,vbi cognouit Catonis et Scipionis fugam in Africã, qui ad bellum ab rege Iuba accendebantur,illuc traiecit, et Catone iam mortuo Iubę et Scipionis debellauit exercitum.Expauentibus inaudito prius turbarum clamore regijs elephãtis,Scipio naue fugiens ſeipſum interemit. Rex interim Iuba , vt in com

Die ſexta Aprilis fuit tẽplũ Deę Fortunę publicę ſacratum

Q đ bene mutarit ſedē Berecynthia dixit,
Captant mutatis ſedibus omen idem.
Inſtiterā quare primi Megaleſia ludi
Vrbe forent noſtra, cū Dea (ſenſit enim)
Illa Deos inquit peperit, ceſſēre parenti,
Principiumq; dati mater honoris habet.
Cur igitur Gallos, qui ſe excidere, vocamus?
Cū tātū a Phrygia Gallica diſtat humus?
Inter ait viridem Cybelen, altasq; Celęnas
Amnis it inſana nomine Gallus aqua.
Qui bibit īde, furit, ꝓcul hīc diſcedite, q̄is eſt
Cura bonę mentis, qui bibit inde, furit.
Nō pudet herboſum dixi poſuiſſē moretum
In dominę menſis? an ſua cauſa ſubeſt?

Megaleſia pmi i vrbe ludi

Romam tranſlata bene ac feliciter ſedē mutauerat. Quare pri.me.lu.vr.fo.no. hi ludi (quoruȝ ſupra meminimus) iure primi ludoꝝ oīum habebanī, q: par erat, vt Dij parenti ſuę cederent, et euȝ honorē matri exhiberēt. Cur igitur etc. diximus ſupra matris Deum comites a Gallo flumine Gallos vocari.

Celęne

Altasq; Celęnas, vrbem Phrygię patriā Marſię, quē ab Apolline ſuperatum et excoriatum ferunt. Vnde illud eſt Lucani, Et q̄ tuę munera Pallas Lugent damnatę Phoebo victore Celęnę. Id oppidum nonnulli Lydię tribuunt, quod nos mouere nō debet, cum Phrygię, Carię, ac Lidię loca ita inter ſe coeant, vt non facile diſtinguatur. Sciendum et collē ipſum in quo vrbs eſt Celęnas dici, vt auctor eſt Stra. et oppidū ipſum, in cuius foro ſuſpenſa viſebatur Marſię pellis, vt Herodotus ſcribit, in vtrem formata, quā ei detractam Phryges ferebant Apollinē ſuſpendiſſe. Inſana, quę inſanos facit, vt dictum eſt. Procul hinc diſcedite queis eſt Cu. bo. mē. ſenſus eſt, Vos qbus cura eſt bonę mentis diſcedite procul a Gallo flumine.

De pelle Marſię ſm Herodotum

PAV. MAR

QVÆRO cur ineant cōuiuia factis vicibus, poſtea interrogo vñ ea ſit conſuetudo, ꝙ in his feſtis viciſſim mō ad hęc, mō ad illa conuiuia erant.

Et magis tūc, magis q̄ vllo vnq̄ tempore. Concelebrāt, cum celebritate frequentant. Dapes indictas, ipſa cōuiuia indicta, nā indicebanī ab ipſis ſacerdotibus, et poſtea viciſſim ibant. Quod Berecynthia, ideo factis vicibus ineūt conuiuia, quod Deoꝝ mater. Bene mutauit ſedem, ꝓſpere commutauit mōtes Phrygię pro vrbe Roma. Captāt ideȝ omen, ꝓſperę mutationis. Mutatis ſedibus, cum e cōuiuio in conuiuiū ſe recipiant. Pręerant huic rei epulones, qbus id censtitū nomen, ꝙ (Pōp. teſte) indicendi Ioui, cęterisq; Dijs epulas ptātem haberent. et Cic. in lib. de Oratore, Pōtifices inquit veteres pp ſacrorum multitudinē tres viros epulones eſſe voluerūt, cum eſſent ipſi a Numa, vt ēt illud ludicrum epulare ſacrificiū facerent inſtituti. et alio loco, Romę inq̄t erant ſacra Deę matris, in quibus diebus feſtis nocte epulabanī. Erant autem ſeptem numero etc. Hi ergo erant, qui cōuiuia commutabant. Inſtiteram, quęrens. s. Quare ludi Megaleſia forent primi in vrbe noſtra, cur Romę primi dicātur, et primo loco fiant ludi ipſi, quos cōſtituit Marcus Iunius Brutus, et Megaleſia appellanī, et de quibus paulo ſuperius diximus, et quorum Liui. meminit. Cum Dea, Erato. Inquit n. q̄. Senſit, me. s. quęrentem. Illa, Cybele.

Epulones viri tres ſm Cic.

Peperit Deos, Iouem, Iunonē, Neptunum, Plutonem. Ceſſere parenti, Dij ipſi voluere mr̄i cedere. Et mater habet principiū dati honoris, hoc eſt primū ludorum honorem, nā cum ludi Dijs exhibeanī, primus honos matri Deoꝝ debetur. ideo ipſi primi, et magni dicunī ludi. Cur ergo vocamus Gallos, qui ſe excidere, alia queſtio cur Galli dicti ſint miniſtri Cybeles, qui ſibi virilia exciderunt, ſeu amputauerunt.

Cum humus Gallica, Gallia ipſa. Tantum diſtet, diſiuncta et longe remota ſit.

A Phrygis, vñ huc aduecta Dea, hoc inq̄t cur appellanī eo nomine, quādoquidem a Gallia appellari non potuerint. Inter ait viridem Cybelē, muſa dicti ſit cauſam appellationis Galli ad Gallum fluuiuȝ refert, cuius aqua epota furorem gignit. Is labitur per ea loca Phrygię, vbi matris Deū erant tēpla. Initium. n. capit ex modis Phrygię, et in Sagarum amnē influit. et Pli. inquit, Gallus Phrygię flumen eſt, de cuius aqua potantes reddūtur inſani. et Martianus aſſerit ab eo miniſtros matris Deuȝ Gallos dictos. Ait, ipſa Erato. Gallus amnis noīe, fluuius. Aqua inſana, inſaniā et furoreȝ incutiēti. It, fluit. Inter viridem Cybelen, Cybelon, ē Cybelen dicimus mōtem, de quo paulo ſuperius. Et altas Celęnas, Celęnę in Phrygia collis quidaȝ eſt, vt Stra. inquit, in quo vrbs fuit eiuſdem nois. Hinc Antiochus Soter hoīes tranſtulit in eam, quę nūc Apamia dicitur. et vrbem appellauit de nomine matris Apamię Artabazi filię, quę Seleuco Nicatori nupſit. Hęc in Phrygia ab illo referuntur. Sed ipſorum locoꝝ nomina, in loca noſtra Marſorum trāſlata ſunt, vt fuiſſe hęc oppida putauerim, ēt ante Marſiam ex Aſia pulſum, ſed de his in ſexto lib. plura dicemus. Qui bibit inde, ex eo fluuio. Furit, furorem concipit. Diſcedite hinc procul, longe ab hoc fluuio recedite ne ſitis poſtea furore perciti. Queis, pro quibus.

Quare ſacerdotes Cybeles

Eſt cura bonę mentis, q ſanę mentis eſtis, ē inſanire non vultis. Qui bibit inde, furit, repetitio prioris expoſitionis, ad vehemētiora monita.

ANT. FAN.

Moretum

HERBOſum moretum, in ſodalitatibus magnę matris apponebatur conuiuijs moretū e lacte, caſeo, ē herbis ob conuenientiam eius cibi cum Dea. Lac. n. et herbę fuit veterum cibus, et ipſam Deam vetuſtiſſimam eſſe nemo dubitauerit, quippe quę eſt Deorum mater. Lacte mero, lacte ſolo. Hoc cibo viuunt nonnulli barbari, quos miratur Plin. ignorare aut ſpernere tot ſeculis caſei dotem, quo tradunt vixiſſe Zoroaſtrē in deſertis annis. xx. ita

Caſeidos

> Lacte mero veteres vſi narrant̃ et herbis,
> Sponte ſua ſi quas terra ferebat, ait.
> Cãdidus elixę miſcetur caſeus herbę,
> Cognoſcat priſcos vt Dea priſca cibos.
> Poſtera cum cęlo motis Pallantias aſtris
> Fulſerit, et niueos Luna leuarit equos,
> Qui dicit, quõdam ſacrata eſt colle Quirini
> Hac Fortuna die publica, verus erit.
> Tertia lux (memini) ludis erit, hac mihi qdã
> Spectanti ſenior, continuusq; loco,

temperato, vt vetuſtatem non ſentiret. Poſtera cum cęlo motis Pallãtias aſtris Fulſerit. viij. idus Aprilis celebratur dedicatio ędis Fortunę publicę in monte Quirinali, quo in loco ſacrata eſt ędes eius Deę, quam nõnulli Protogeniã, Liui. Primigeniam vocat, non a Gn. Domitio p̃tore vrbano, vt quidam volunt, non intelligentes quid Li. tradat, ſed a Q. Martio Ahala duũuiro, ad idipſum creato, quam ędem vouerat decem annis ante P. Sempronius Sophus, qui cum in agro Crotonienſi cum Hannibale male pugnaſſet, coniunctis deinde copijs cũ legionibus P. Licinij procõſulis, cum eodẽ hoſte conflixit, et cũ in principio pugnę ędem Fortunę primigenię vouiſſet, ſi hoſtes funderentur cõpos eius voti factus eſt. Hoſtes.n. fuſi ac fugati ſunt, et ſupra q̃tuor millia armatorum cęſa. Itaq; idem Sempronius cenſor poſtea eam ędem locauit, quę neq; ab eo neq; a Gn. Domitio, ſed a Q. Martio dedicata eſt. Eſt autem fortuna publica, quę et primigenia dicitur, ne quis dubitet legat tertię Decadis Li. librum nonum nõ longe a fine, vbi eius fortunę hiſtoricus meminit, cum in eodem libro ac pauloante ſcripſiſſet temporibus ſecundi belli Punici matrem Deũ e Phrygia in Italiam fuiſſe trãſlatam. Idem etiaʒ tradit M. Liuium et C. Claudium cenſores ędem matris Deum locaſſe in palatio faciẽdam. Pallantias autẽ Aurora dicitur a fratre Pallante, vt Cuʒ pręuia lucis Tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem. Eſt frater eius Pallas Titanis filius, ex quo et terra natam eſſe Aurorã fabulantur. Sunt et qui Aurorę patreʒ Pallantẽ vocant. Luna leuarit equos, equi a Luna hoc loco leuari onere dicuntur lucis aduentu. Tertia lux. vi. idus Aprilis Iulius Cęſar in Libya ſuperauit Iubam, et Scipionẽ cum perſequeretur reliquias exercitus Pompeiani. Nota eſt hiſtoria. Sciẽdum tamen Iubam quem fuiſſe et ſuperbum et inertiſſimuʒ legimus, ideo hoc in loco magnanimũ dici, quod et magno animo Cęſari aduerſatus eſt. et in oppido Zamę lignis congeſtis maximam in medio foro pyram cõſtruxit, vt ſi forte bello foret ſuperatus igne ſubiecto ſe in eam proijceret, is demum fluentibus rebus ad voluntatem Cęſaris cum Petreio conatus eſt vt per virtutem interfecti eſſe viderentur, et cum infirmiorem illum ferro conſumpſiſſet, impetrauit a ſeruo vt ſe interficeret, idq; obtinuit. Appianus ſcribit eum regem ac Petreiũ, cum nec fugam, nec ſaluteʒ vlterius ſpectare poſſent, inedia ſe ac vulneribus inuiceʒ confeciſſe. Triumphauit autem Cęſar (vt inquit Plutar.) non de Scipione ſed de Iuba rege, cuius filius Iuba in triumpho ductus eſt ad moduʒ infans, fortunatusq; ea captiuitate, qua factum eſt,

Fortunę publicę feſtũ in monte Quirinali. viij. idus Aprilis

Protogẽia Fortuna ſeu Primigẽia

Pallãtias

Ludi in honorẽ Cęſaris ob victũ Iubã. vi. idus Ap.

Iubę mors Iuba ſcripto

vt ex Numida ac barbaro inter ſcriptores doctiſſimos numeretur. Sane Iubã auctor perfiduʒ vocat, ob Afrorum ingenia, quę et fallere, et fidem frangere conſueuerunt.

PAV. MAR.

NON Pudet herboſuʒ, vltima quęſtio, cur in epulis Deę moretum adhibebat̃. Cauſam refert muſa ad antiquos cibos, cuʒ lacte et herbis olim homines veſcerẽtur. Neq; n. eſt aliud moretum, niſi admixtio multarum rerum cũ lacte & caſeo. licet ſint qui pro intinctu viridi accipiant. Dixi, ego. Non pudet poſuiſſe in menſis dominę, apponere Deę epulis. Herboſum moretum, ex herbis, et lacte, et caſeo cõfectuʒ. An ſua cauſa ſub eſt, an eſt aliqua cauſa ꝓpria quare id fiat. An veteres, antiqui. Narrãtur vſi, quaſi dicũt veſci ſolitos ipſos veteres. Mero lacte, et herbis, his.n. veſcebãtur ante panis vſum. Si quos, quaſi et alijs cibis ſi aliquos. Ferebat terra ſua ſponte, non arata, non conſita, ſed ſuapte natura.

Candidus caſeus miſcetur elixę herbę, hoc nunc offertur epulis Deę, caſeus cum herbis elixis, ꝙ moretum. Vt Dea priſca, Deoꝝ mater antiqua.

Cognoſcat primos cibos, qualibus Saturni tempore veſci cõſueuerunt. Hactenus de ſacris Cybeles.

Poſtera cuʒ celo. viij. idus Apriles, hoc eſt ſexta die menſis. Erit feſtum publicę Fortunę, cuius tẽplum a Cęſare cõſecratuʒ eſt in colle Quirinali, poſt Afrã victoriam de Scipione et rege Iuba, de quo paulo poſt. Poſtera Pallãtias, ſequens Aurora Pallãtis ex Titanũ genere filia. Cuʒ fulſerit motis aſtris, pulſis ſideribus, quę aduentu maioris luminis obſcuratur. Et Luna leuarit equos niueos, alleuiarit ab ipſo opere, hoc eſt vbi occidet Luna, et mane illuxit. Verus erit q dicet, vera loquet̃ quicunq; id aſſeret. Publica Fortuna eſt ſacrata, ędes Fortunę publicę conſecrata fuit quõdam. Hac die, quę octaua eſt iduũ Aprilium. Tertia lux, tertia dies a feſto publicę Fortunę, hoc eſt. vi. idus Apri.

Die ſexta Aprilis fuit tẽplũ Deę Fortunę publicę ſacratum

Erit ludis, deputata. ad exhibendos ludos, eo.n. die ludi fiũt. Memini, memoria repeto. Hac, die.s. Quidã ſenior continuus mihi ſpectanti, q ſpectabaʒ ipſos ludos. Et loco, q̃ſi qui continuato ordine ꝓximo nihil loco ſedebat, cum ꝓximus eſſet dignitate. Ait, dixit. Hęc illa dies, referebat ille ſenex in ludis eum eſſe diem, quo Cęſar in Africa victor fuerat. Et.n. victo Cęſar Pharnace Romam redijt. Conſul iterum creatus eſt, vbi cognouit Catonis et Scipionis fugam in Africã, qui ad bellum ab rege Iuba accendebantur, illuc traiecit, et Catone iam mortuo Iubę et Scipionis debellauit exercitum. Expauentibus inaudito prius tubarum clamore regijs elephãtis, Scipio naue fugiens ſeipſum interemit. Rex interim Iuba, vt in com

Hęc ait illa dies, Libycis qua Cęſar in oris
Perfida magnanimi cōtudit arma Iubę
Dux mihi Cęſar erat, ſub q̄ meruiſſe tribu(nus
Glorior, officijs pręfuit ille meis.
Hanc ego militia ſedem, tu pace, paraſti
Inter bisquinos vſus honore viros.

Tres triū phi Caiſaris ꝺ Alexandria Pontico ē Africano ꝺe Iuba

mentariis eſt ab omnibus ciuitatibus excluſus, deſperata ſalute, cum iam conatus eſſet cū Petreio, vt per virtutem interfecti eſſe viderentur, ferro inter ſe depugnant, atq; infirmiorem, imbecillioreḿ; Iuba Petreium facile ferro conſumpſit, deinde ipſe ſibi cū conaret gladio traijcere pectus, nec poſſet, p̄cibus a ſeruo ſuo impetrauit, vt ſe interficeret, idque obtinuit ꝛc. Cęſar vero Romā ex Africa rediens (vt inquit Plutar.) ex ea victoria magnifice p̄ ora populi ferebatur. Tantum.n. agri ab eo in ditionem ſubactū, vt de annuo prouentu percepturus fiſcus eſſet. Tritici quidem ducenta millia modium, Atticorū, olei vero trecentas myriadas. Aliquot inde triumphos egit, Alexandrinum, Pōticū, Africanum, nō de Scipione, ſed de Iuba rege, eius filius Iuba quoq; nomine, infans admodū in eo deductus eſt triūpho. Fortunatiſſimam vtiq; captiuitatem, qua effectum eſt, vt ex Barbaro.ſ. ac Numida inter doctiſſimos ſcriptores adnumeretur. Poſt triumphos ingentia militibus cōgiaria dedit. Ad conciliandam ſibi plebē, ſpectacula edidit, conuiuiaq; celebrauit. Vno die in duobus ac viginti millibus triclyniorum epulum p̄bens vniuerſis. Munus gladiatorū ac nauale certamen adhibuit et reliqua. Ille igitur ſenex referebat Cęſaris victoriā, qua q̄dem ipſi luci fuiſſe videtur inſtituti. Hęc illa, dies.ſ. Qua Cęſar in oris Libycis, in Africa.

ANT. FAN.

CONTVdit, perfregit ac tundēdo ſuperauit. Tribunus, hic ſenior, qui Oui. ludos ſpectanti aſſidebat tribunus militum fuerat ſub Cęſare. Eſt autem a Tribu Tribunis nomen inditum. Fuerunt.n. ſub Romulo tres Tribus, quibus qui p̄erant Tribuni vocabantur. Hanc ego militia ſedē, tu pace paraſti, Auguſtus (teſte Suetonio) in ſpectaculis milites ſecreuit a populo, et cum pleriq; equitum attrito bellis ciuilibus patrimōio ſpectare ludos e. xiiij. non auderent metu poenę theatralis, pronunciauit non teneri ea q̄bus ipſis, parentibusue equeſter cenſus vnquam fuiſſet. Inter bisquinos vſus honore viros, poeta hoc loco decemuirū ſe fuiſſe teſtatur, nam erant, qui Oui. equitem quidem fuiſſe dicunt, ſed nullum honorem p̄terea niſi triumuiratum tuliſſe. Ii ne deinceps fallantur, videant accuratius quomodo hūc locum interpretentur. et illum; Nec male commiſſa eſt nobis fortuna reorū Vſq; decem decies inſpicienda viris. Sane triumuiratum Ouid. tulit admodum iuuenis. vt Coepimus et tenerę primos ętatis honores, Deq; viris quondā pars tribus vna fui. Sciendum decemuiros ſub Auguſto centumuiralem haſtam coegiſſe, quā quęſtura functi cogere conſueuerant. Is etiam noua quędam officia excogitauit, in quibus triumuiratum legendi ſenatus, et triumuiratum recognoſcēdi turmas equitum, adiecitq; Tribus iudicium Decuriijs quartam ex inferiore cenſu, quę ducenario,

Milites i theatro ſedebāt ſecreti a populo

Ouidius fuit decē uir Triū uiratus ſub Auguſto

rum vocata eſt, indicauitq; de ſenioribus ſummis.

Libra in ſerit vi. id. Ap.

Libra pendula

Pendula cęleſtes Li. mo. aquas, Libra in ortum ferebatur, cum Sol vna cum Ariete ludis nondum ortū perfectis (vt auctor inquit) tenderet ad occaſum. vi. idus huius menſis, quo tempore ſignificatur tempeſtas auctore Columella. Pendulam autē Libram dicit non quod occidat. id.n. fieri nullo modo poteſt, ludis nōdum abſolutis, et pauloante Solis occaſum, ſed ꝙ Pendulum eſt Librę perpetuum epitheton. Quis.n. neſciat ſolum cum Ariete in occaſum tendente nocte iam propinqua cum Solē ipſum pars Arietis antecedat Libram neceſſario in ortum ferri? Ante tamen, q̄ ſumma dies ſpectacula ſiſtat, Enſifer Orion equore merſus erit, Orion in cęlo ita fortunatus eſt, vt enſem gerere videatur. Vnde illud eſt Lucani, Enſiferi nimium fulget latus Orionis. Eſt autē huius ſigni tanta magnitudo, vt multis diebus oriatur et occidat. Quare (vt inquit Serui.) eius apud peritos eſt incerta tempeſtas, dicitur tamen occidere ex ortu Scorpionis, a quo interemptus creditur. Vnde cōſequens eſt, vt hoc tempore pene occidat cum Solis occaſu, qui magnā partem Arietis emenſus eſt. Is.n. vbi Oceano immerſus eſt trahit ſecum (vt ita dixerim) Taurum, cuius occaſu ſine dubio et Scorpius oriatur, et Orion occidat neceſſe eſt, qui in cęlo ita locatus eſt, vt dextra enſem tenere, et cū Tauro certare videatur, itaq; Heſiodus Orionis occaſu verno. i. hoc tempore terrā eſſe arādam docet. Plin. auctor eſt in Creta terręmotu rupto monte inuentum eſſe corpus ſtans. xlvi. cubitorum, quod q̄dam fuiſſe Orionis tradiderunt. Sciēdum Accium hoc ſinum Iugulā appellaſſe, teſte Var. Alij Iugulā ſtellam eſſe volunt, ſic dictam a forma iuglādis, quę cęteris nucibus maior eſt.

Orionis enſifer occidit. vi. id. Apri.

Oriō magnitudo

Iugula

PAV. MAR.

CONTVdit, tundendo attriuit ē oppreſſit. Arma perfida, perfidam et foedifragam Punicā militiam. Magnanimi Iubę, regis Mauritanię. Dux mihi Cęſar erat, quaſi eo tēpore ego ſub Cęſare militabam. Sub quo tribunus, qui erā tribunus militum. Glorior meruiſſe, ad gloriam mihi aſcribo ſub Cęſare militaſſe. Ille, Cęſar. Pręfuit officijs meis, q2 ille imperator, et ego ſub eo tribunus. Ego paraui hanc ſedem militia, tu paraſti pace, erant in eo ordine ſubſelliorum, vbi ſedere non licebat, niſi qui magiſtratum geſſerāt. Inquit ergo ille ſe militia, q2 tribunus fuerat, ius in eo ſubſelliorum ordine ſibi paraſſe, Poetam vero domi in pace. Vſus honore inter bisquinos viros, qui magiſtratū in decemuiratu geſſiſti. Fuerat enim poeta decemuir, antea tamen iuuenis triumuir. Vnde in. iiij. Triſtium, Coepimus et tenerę primos ętatis honores, Deq; viris quondā pars tribus vna fui. Egitq; cauſas in foro centumuirali, de quo in. ij. Triſtium ad Auguſtum, Nec male commiſſa eſt nobis fortuna reorum, Vſq; decem

De offō cētūviro. indicā. ꝛ arbitrio

decies

Decles inſpiciēnda viris, quin inter centum viros
iudicium vixiſſe conſtat, vt a principio diximus.
Hoc autem in loco decemuirum ſeſe oſtendit. Fu
it enim in eo magiſtratu decemuirali, in quo ipſi
iudices de cauſis ad arbitrium iudicabant, de quo
ſeipſum ab integritate et fide cōmendat. in. ij. enim
Triſtium ſic inquit,
Res quoq; priuatas
ſtatui ſine crimine iu
dex, Deq; mea faſſa ē
pars quoq; victa fide,
ſed de huiuſmodi iu
dicijs in libris de Ora
tore ad. Q. fratrem Ci
ceronis cumulatius
diſſeremus.

*Plura locuturi ſubito ſubducimur imbre,*
*Pendula cęleſtes Libra mouebat aquas.*
*Ante tamen, q̃ ſumma dies ſpectacula ſiſtat,*
*Enſifer Orion ęquore merſus erit.*
*Proxima victricē cū Romā inſpexerit Eos,*
*Et dederit Phoebo ſtella fugata locum.*

Plura
locuturi, cum et alia multi ſimul collocuturi eſſe
mus. Subducimur, repellimur a ſubſellijs. Subi
to imbre, ſubita pluuia. Libra pendula, pendens,
quę iā in occaſu erat. Mouebat cęleſtes aquas,
afferebat pluuias. Egimus ſuperius de occaſu Librę,
non exigit hic locus, vt ea repetamus, quę iam di
cta ſunt. Sed illud dixiſſe ſatis ſit libram in occaſu
pluuias plerunq; inferre, nunc quoq; in ipſo occa
ſu premitur, ideo mouet aquas. Tamen antequā
ſumma dies, antēq̃ vltima pars diei. Siſtat ſpe
ctacula, quaſi finem imponat ludis. Orion enſifer,
ferens enſem. Nam armatus cum gladio figurat.
Erit merſus ęquore, iam occiderit, ſic deſignat
ipſius Orionis occaſum, quod quidem ſidus procel
loſum eſt. Plinius tamen occidere inquit gladium
eius idibus Nouembris, ſic magna eſſet differen
tia in occaſu. Nos autem in ſequenti libro, quę ad
eum pertinent latius referemus.
CVM Ro. inſpe. Eos, Aurora Eos dr̄ vt ſupra do
ANT. cuimus, et a Grecis Ios, teſte Seruio. Nam Eous eſt
FAN. Lucifer. vt Te matutinus flentē ꝯſpexit Eous, ē Flē
Eos a tē paulo vidit poſt Heſperus idē. Eſt et Eous adiecti
Grecis uum, cuius prima ſyllaba modo ꝑducit nā, mō
Ios dr̄ Eo corripit ob ſeq̄ntem vocalē. Vel qm̄ ē Ios dicimus
us et Eos. Sane. v. idus huius menſis Romani rē diui
nam Cereri faciebant, cui et ludos circēſes celebra
bant, vt Cornelius Taci. auctor eſt. Ea (vt Diodo. ſcri
bit) frumenti qđ forte inter alias herbas naſcebat
ignotū cęteris vſum prima inuenit ante Proſerpi
nam a ſe genitā, qua rapta oīa frumenta incēdiſ
ſe dr̄. Sed poſteaq̄ Ioui recōciliata eſt, in cuius odi
um frumenta incenderat, ferunt eam frumenti
ſemen dediſſe Triptolemo, mādaſſeq;, vt id mor
talibus diuideret, ac monſtraret ſeminādi modū.
Eadē tradit leges dediſſe, qbus hoīes iuſte viuere aſ
ſueſcerent, vn̄ et legifera dicta eſt, et eius feſta Teſ
mophoria vocant. Ante vſum. n. frumenti hoīes
paſſim ſine legibus vagabant, quę feritas eo inuē
to ſublata eſt, vt ingt Serui. poſtq̄ ex agroꝝ diuiſio
ne nata ſunt iura. Hinc Oui. ait alibi, Prima Ceres
vnco glebā dimouit aratro, Prima dedit fruges
alimentaq; mitia terris, Prima dedit leges. Ariſto.
tn̄ ſępenumero cum in Athenięſes inueheret dice
bat eos frumēta et leges inueniſſe, ſed frumētis vti
non legibus. Quod iō diximus, q2 ꝯſtat Cererē Si

cilias fuiſſe, vt Solino plz, q̄uis negari neq̄at haud
longe ab Athenis fuiſſe Triptolemi patriam, vbi tē. Cereris
plum fuit Cereris Eleuſinę, vt auctor eſt Strab. vbi Eleuſinę
(vt qdam tradūt) q2 noctu ſacra Cereris fierent ſa, tēplū Ce
cerdotes facibus diſcurrentes, quos ab eaꝝ geſtatio reris ſa
ne Daduchos appellarunt, et curſu ꝑpe Bacchico crum nō
furentes Deā colebāt, fiebat a
a cuius ſacris impij, lugētibus
et ſcelerati voce p̄co
nis ſūmouebant, Ro
mę aūt ſolis mr̄onis
licebat ſacrū Cereris
anniuerſariū celebra
re, qđ intermiſſum eſt
pp cladē Cānenſem,
cū nulla eo tp̄e ma
trona luctus expers foret. Lugentibus. n. (vt ingt
Liui.) ad ſacꝝ facere non licebat, qđ gratum erat,
vt ſcribit Plut. ſi a lętis hoībus celebraretur. Huius
Deę feſta, qm̄ e Gręcia tranſlata fuiſſent, gręca ſa
cra dicebant, auctore Feſto. Cuius ędes (vt ait Pli.)
ad Circū maximum fuit, quā Demophilus et Gor
gaſus paleſtę laudatiſſimi, atq; pictores vtroq; ge
nere artis ſuę excoluerunt, verſibus inſcriptis grę
ce, qbus ſignificarunt a dextra opera Demophili
eſſe, a parte lęua Gorgaſi. Meminiſſe aūt debemus
q Seruius tradit Cererē Deā eſſe ruſticoꝝ, cui Vir.
in. i. Geor. anniuerſarium ſacꝝ verno tp̄e fieri p̄ci
pit, vt Annua magnę Sacra refer Cereri lętis opa
tus in herbis Extremę ſub caſu hyemis iam vere ſe
reno. Sacrificabat aūt Cereri et Premetio (vt inquit
Feſtus) de ſpicis quas primū meſſuiſſent, et lacte,
melle, ac vino, vt Cui tu lacte fauos et miti dilue
Baccho, et porca foecunda et grauida in ſacrificio
amburuali. Item ad. xij. Calen. Ianua. fue p̄gnante
panibus ac mulſo, vt Mac. tradit. Cęteꝝ in Cereris
nuptijs (auctore Seruio) vinū adhiberi nefas erat,
quę (vt idem ingt) Horci nuptię dicebant, ſolebātq;
a pontificibus ſolēnitate maxima celebrari. In ſa
cris aūt mulſo libari nō ignorauit Vir. teſte Mac.
Vnde in Georgicis miti Baccho ingt, Fauos dilue
miteſcere vinū, dicens cum mulſum fieri coepit.
Sacerdotes Cereris Baptę dicebantur, q lauari eos Initia Ce
oporteret dum initiarent. Initia aūt (vt Varro ſcri res vn̄ di
bit) dn̄r Cereris ſacra. Ipſa aūt Ceres (vt eidē placet) cta
dicta eſt q gerat fruges, vel a creando, vt Ser. ſcri. a Ceriti
qua Ceriti dicti ſunt, teſte Nonio, quaſi Cereris ira
vexati. Circus erit p̄opa celeber, numeroq; Deoꝝ,
Cereri (vt diximus teſte Tacito) Romani Circēſes lu
dos celebrabāt, in quoꝝ pōpa Deoꝝ imagines ve
hebant. Vnde illud eſt Macrobij. Vehit. n. ſimula Heliopo
chrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehunt in litanu
pompa ludoꝝ circenſium Deoꝝ ſimulachra. Et il Dei ſimu
lud Eueniſſetq; vt circenſium die puer de coena lachrum
culo pōpā ſupne deſpiceret, et matri referret, quo
ordine ſecreta ſacroꝝ in arca pilenti cōpoſita vi Pōpa cir
diſſet. Tranqllus in Auguſto, Die Circēſium ꝑxio cenſiū cir
ſolēni pompę ſimulachrum Dei detraxit. Ferebat ca metas
aūt ea pompa circum metas, teſte Varrone, q ait ferebat
circū maximū dictum, qđ circum ſpectaculis ędifi Circus
catus vbi ludi fiunt, ē qđ ibi circū metas fert pō maxius

Circus erit pompa celeber, numeroq; Deorum,
Primaq; ventoſis palma petetur equis.
Hinc Cereris ludi, non eſt opus indice cauſę.
Sponte Deę munus, promeritumq; patet.
Panis erant primis virides mortalibus herbę,
quas tellus nullo ſollicitante dabat.
Et modo carpebant viuax de ceſpite gramen
Nūc epulę tenera fronde cacumen erant.
Poſtmodo glās nata ē, bñ erat iā glāde repta,
Duraq; magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres hoīe ad meliora alimēta vocato
Mutauit glandes vtiliore cibo.
Illa iugo tauros collum prębere coegit,
Tunc primum Soles eruta vidit humus.

pa et equi currunt. Eum circum apud quem (vt diximus) ędes Cereris fuit Pli. ſcribit a Cęſare dictatore, vt ſupra docuimus in ſecundo huius operis libro, extructum fuiſſe, longitudine ſtadiorum trium ac latitudine vnius, ſed cum ędificijs iugerum quaternum ad ſedem ducentorum quadraginta millium. Conſtat tamen (auctore Liuio) eius circi locum ante a Tarquinio Priſco eſſe deſignatum, ac diuiſa loca patribus, equitibusq; vbi ſpectacula ſibi quiſq; faceret. Sciendum vehiculum quo Deorum exuuię (vt ait Feſtus) ludis circenſibus i circum ad Puluinar vehebantur Thenſam appellari, quę erat argentea, vt idem auctor docet, dicta a re diuina, auctore Seruio. Prima palma, celebrantur primum Equiria, deinde Cereris ludi. Spōte Deę munus promeritumq; patet, tale eſt Cereris meritum, vt non facile detur melius aliquid inueniri, cum in inuento Cereris ſita ſit non viuendi tantum, ſed bene atq; honeſte viuendi ratio, quorum alterum frumenta pręſtant, alterum leges.

Thenſa

PAV. MAR.

PRoxima victricē. v. idus Apri. hoc eſt nono die menſis ludi fiūt ad honorem Cereris in Circo maximo, primum tamen fiunt Equiria. Ad ludos autem cum pompa itur, feruntur q; Deorum imagines magna reuerentia et frequentia populi, habeturq; is Cereri honor, quod ab ea reperto frumento, et conficiendi panis vſu ſilueſtrem victum delicatiori cibo mutarit. De Cerere plura diximus in pri. lib. Hoc quoq; in loco plura referent, pręſertim quę ad Proſerpinę raptum, et errores ipſius ſpectāt.

Proxima Eos, ſequens Aurora. nam ἠὼς Aurora eſt. Cum inſpexerit Romam victricem, hoc eſt cū ſequēs dies effulſerit, & Romā orbis victricem radijs illuſtrarit. Et ſtella fugata dederit locū Phębo, quaſi ſtellę erunt ab aſpectu noſtro fugatę, nā vincentur a maiore lumine. Circus, maximus .s. quem Tarquinius Priſcus extruxit inter Auentinum et Pallantium. Erit celeber pompa, nam cum pompa frequētatus. Pompa enim eſt ipſe ordo procedentium in ſupplicatione. Vnde nunc a noſtris proceſſio dicitur, et pompam quoq; funebrem dicimus. Et numero Deorum, quaſi multis Deorum imaginibus, quę ordine quoq; ſuo referuntur. Et prima palma, prima victoria in ipſo Circo. Petetur equis ventoſis, pernicibus inſtar ventorum. Primo enim loco erit equorum curſus. Hinc, poſt Equiria. Ludi Cereris, qui exhibentur ad honorem Cereris. Non eſt opus indice cauſę, demonſtratore originis horum ludorum, quia non eſt petere a numinibus rationem, cum per ſe pateat. Munus Deę, Cereris. Et promeritum, quaſi quod ipſa de genere humano promerita ſit. Patet ſponte, per ſe et ratione ſui ipſius manifeſtum eſt.

PANIs erant primis virides mortalibus herbę, Diodorus, Eodemque modo et homines a principio genitos dicunt in agris paſtum quęrentes, ſilueſtri & incondita vita vixiſſe, quibus herbę, et arborum fructus vltro victum pbērent. Gramen, herbę ſpecies hic accipimus omnibus notam. Bene erat iam glande reperta a glandis farina ſpiſſatur in panis vſum, auctore Plinio. Magnificas opes, ſi ad herbas nō ad frumēta referantur. Perpetuo debuit illa tegi, ne inde fierent arma bellica, qbus agricultura impedit, et hoīes pereunt. Perpetuumq; du. Auguſtum q auctor eſt pacis, cuius Ceres alūna ē. Honorem, ſacrificiū e mola, ea. n. eſt quā p farra & micam ſalientē ſigt. Vnctas ac. tę. pice vel cera et filibus, vt facile ardeant Vult aūt accendi tędas, q2 earum ope Ceres raptā Proſerpinā qſiſſe dr, vt illic accendit geminas p lāpade pinus. Hinc Cereris ſacris nunc quoq; tęda daī. Hanc ob cām Ceres Dea tędifera dr, vt ē p tędifere myſtica ſacra Deę. Bos aret, nō vult bouē mactari Cereri, cuius opa mortales pcipiūt eius Deę munera. Pła re. multa qdē audies et recognoſces q̄ noſti, doceberis q̄ noſti.

ANT. FAN.

VIRIdes herbę erant panis primis mortalibus, vt referat merita Cereris ſplendidioris cibi inuentricis, hoc inquit, Primi mortales loco panis, qui nondū traditus erat, veſcebanē virentibus herbis. Quas, herbas. Dabat tellus nullo ſollicitante, nullo terram ipſam colente. Sua enim ſponte procreabat herbas. Et modo carpebant, ipſi mortales. Gramen viuax, virens, q' tam cito non areſcit. De ceſpite, de terra herbida. Nūc epu. mortalium. Erat ca. te. fron. ſummitas illa tenellarum frondium, quę q2 tenellior, et ad eſum quoq; facilior eſt. Poſt modo glans nata eſt, ab initio veſci coepere tenellis, et tum pullulantibus frōdibus, poſtea natę ſunt ipſę glandes, et hic coepit eſſe p̄tioſior cibus. Bene erat, hominibus .s. Iam reperta glande, quoniam pluris erant glandes, et glandiferę arbores ipſis herbis. Vnde et Pli. inquit, Proximum erat narrare glandiferas quoq;, quę primę victum mortaliū aluerunt. Nutrices inopis ac ferę fortis &c. Et paulopoſt, Glande opes nunc quoque multarum gentium pſtant, necnon et inopia frugū areſactis emolit farina, ſpiſſaturq; in panis vſum. & reliqua.

PAV. MAR. Primi veſcebanē herbis homines deinde glādibus areſactis

et reliqua. Et dura quercus,quę prima eſt glā diferarum arbo℞. Habebat opes magnificas,pp ſplendidiorem cibum ex glandibus q̄ ex herbis. Prima Ce.vo.ho.ad me ali. cum vocaſſet hoiem ad vtiliorem,pſtantioremq; cibū. Matauit glā. ci.vl.hoc eſt pane.Tradito.n.vſu panis glandes reiectę ſunt. Illa coe.tau.pręſ.col.in.prima Ceres domare boues et ad iugū ligare do cuit.Sed qui prius do muerit,in primo di ximus. Tunc pri. hu.eru.terra proſciſſa et euerſa. Videt So les,nā quę prius euer ſa non fuerat,cū nul la eſſet ratio colendo rum agro℞ tum pri mum effoſſa ſoli pa tuit. Æs erat in p̄ tio,coeperat iam eſſe in pretio,cū eſſet opus ferreis inſtrumētis ad proſcidendam terraꝫ. Iam maſſa Chalybis,ipſe in fabricatus

Aes erat in p̄tio,Chalybis iā maſſa placebat,
Heu quam perpetuo debuit illa tegi.
Pace Ceres lęta eſt,& vos orate coloni
Perpetuam pacem,pacificumq; ducem.
Farra Deę,micęq; licet ſalientis honorem
Detis,et in veteres thurea grana focos.
Et ſi thura aberunt,vnctas accendite tędas,
Parua bonę Cereri,ſint mō caſta,placēt.
A boue ſuccincti cultros remouete meniſtri,
Bos aret,ignauam ſacrificate ſuem.
Apta iugo ceruix non eſt ferięda ſecuri,
Viuat,& in dura ſępe laboret humo.
Exigit ipſe locus,raptus vt virginis edam,
Plura recognoſces,pauca docēdus eris.

Chalybs,ita appellatus a Chalybibus populis ad dextram Euxini,primis ipſius generis ęris repertoribus. Placebat,ad formanda.s.ruſtica inſtrumēta. Heu q̄ ppetuo debuit tegi,illa Chalybis maſſa,vtilius.n.eſſet materies ferri ſi ſemp tecta fuiſſet, Non geſta armata bella cruēta manu,Cū fuit ferri crebręq; rapinę,Excidium miſeris,exitiumq; fuit. Ideo poeta optaret tectam fuiſſe ſemper ferri maſſam,q̄ inde fabricata bellica inſtrā. Ceres eſt lę. pa.qm̄,vt in fine primi dixerat, Pax Cererem nutrit,pacis alumna Ceres, Et vos co.agricolę. Orat,pcibus a Dijs poſcite. Pacem ppe.quę perpetua et ſine intermiſſione ſit. Et ppetuum du. optate perpetuam vitā Tyberio,qui pacem pſtat. Farra licet,Ceres non exigit opulentū ſacrificiū, ſed farra et ſale cōtenta eſt,et thure,et ſuccenſis tędis. Licet deti,offeratis. Deę,Cereri. Farra, quę quo eſſent in p̄tio in primo et ſecundo dixi mus. Et honorem micę ſaliētis,hoc eſt micę ſalis,nā igne ſaliēs edit crepitū.Offeratis igitur molā quę erat ex ſale et farre mollito. Et gra.thu.grana thuris adolenda. In ve.fo.in veteres aras. Et ſi thura aberunt, cū haberi thus non poterit. Accendite tę.vn.quę pinguedine prius pūgi dn̄t, vt vehementius accendant. In ludis.n. Cereris tędę accenſę ferunt,q̄ raptam filiā accenſa face quęſierit. Parua,munera.s. Placent bo.Ce.q̄ mō dico contēta eſt. Sint modo ca. ea quę offeruntur,quaſi modo pia et caſta mēte offerantur,vt in pri.lib.diximus,Mens humilis,mens caſta placet, caſtaꝫ accipe mentem. A boue ſuc. admonet ne bos imoletur.Nā capitale erat apud veteres bouem mactare,quē(vt Pli.inqt)ſocium laboris,atq; agriculturę hēmus,vt in primo quoq; dictū. O miniſtri ſuc.vos qui ſuccincta veſte ſacra miniſtratis. Qui mos ſuccingendi a Gabinis emanauit. Nam Gabini cū ſacrificarent,veſtes ſuccinxere, vt expeditiores eſſent ad inſequēdos lupos,qui hoſtias fuga bant.Et iterū cū nunciatū eſſet affore pdones ſuccincti accurrerunt. Quare conſtituere vt deinceps ſuccincti ſacrificarēt,&̄ inde eſt q̄ Luc. iquit, Turba minor ritu ſequtur ſuccincta Gabino. Remouete cul.a boue,nolite bouem imolare, et ab eo remouete gladios. Aret bos, aratr,&̄ pſcindite terrā boue. Sacrificate ig. ſuē, immolate porcuꝫ ignauū,et inutilem et inertē, q̄ neq; lana vt oues.neq; ferendo onere,vt equi,muli, aſini, cameli. neq; arando, vt boues viuāt.Sed immolatur Cereri q̄ ſemina eruerit,vt ī primo diximus. Ceruix,bouis.s.apta. Iugo,ferendo. Non eſt fe.cędēda. Securi,q̄ bouem ferire nō debemus. Viuat, bos. Et ſępe la.vn.hu.exerceatur in pſcindēda terra. Exigit iſte lo.qm̄ Cereris ſacra canimus,ipſa res exigere vi detur. Vt edā rap.vir. queadmodum a Plutone Proſerpina Cereris filia rapta fuerit. Plura reco.in huius raptus relatione,multa qdeꝫ recognoſces. Pauca eris.d.q̄ paucis ego expediam.

TERRA trib.ſcop.va.pro in ęquor Tri. Sicilia q̄ et Sicania dr̄ Trinacrię quoq; noīe a multis appellatur,aut triquatrę a triāgula ſpecie, vt inqt Plin. cuius inſulę quot anguli ſunt totideꝫ pmontoria ad extremū efficiunt.quorum Pachynus ad orientem vergit,vt auctor eſt Stra. Pelorus in Italiam. tertiū vero qđ Lilybeum vocant in Libyā extētum ſimul et hybernū proſpectat occaſuꝫ.Sed Trinacria (vt idem geographus docet)nomē eſt primis ſeculis vſurpatum,nā poſtea hęc inſula tranſlato in cōſonantiorem vocē vocabulo Trinacris appellata Sicilia eſt.Siciliā vero dictam volunt ab Italis,quos Siculos appellarunt Sed ſunt q velint Sicanos Hiſpanię populos in Italiā veniſſe duce Sicelo qui inde pulſi inſulā vicinam Italię tenuerunt.Vn̄ ab ipſis Sicaniā,ab eo℞ duce putarunt Siciliam noiatam. Grata domus Cereri,Luc.in.iij Pharſalię,Vtraq; frugiferis eſt inſula nobilis aruis,Nec plus Heſperiam lōginquis miſſibus vllę. Nec Romana magis complerūt horrea terrę Inde (vt inquit Solinus) Ceres fuit magiſtra fructuarię ſationis. Nos tn̄ deprauatum Solini locū arbitramur, legendūq; frumentarię ſationis. In qbus eſt culto fertilis Enna ſolo,huius vrbis nomen geminato n ſcribendum eſt,dicendumq; Enna non Ætna Neq;.n vel Ætnam montem accipimus perpetuo clarum in

Gabini cū ſacrificarēt veſtes ſuccīxere

Quo p̄tio ēent farra apud veteres

ANT. FAN. Trinacria

Pachynus Pelorus Lilybeum

Sicania

Sicilię fertilitas

Enna

Terra tribus ſcopulis vaſtū ꝓcurrit ī ęquor
Trinacris, a poſitu nomen adepta loci.
Grata domus Cereri, multas ea poſſidet vr(bes,
In qbus eſt culto fertilis Enna ſolo.
Frigida cęleſtū matres Arethuſa vocarat,
Venerat ad ſacras et Dea flaua dapes.

Ætnā ꝑ Catana poſitā nota

Enna fuit vbi erat tēplū Cereris ſolemne

cendio, cuius crater ambitu .xx. ſtadiorꝫ patere dici tur. Vel Ætnam oppidū quod abeſt a Catana ſta dijs .lxxx. Vel Catanā ipſam quam Syracuſanoruꝫ tyrannus Hieron pulſis inde veteribus incolis Ætnam pro Catana appellauit, cum neutrū eorum oppidorꝫ vel ęde Cereris, vel frumenti copia celebretur. Sed accipimus hoc loco eā Ennam, quę (vt ſcribit Pomp. Mella) famam hēt ob Cereris templum, ac non longe diſtat ab Eryce, cuius incolas Pli. vocat Ennenies, ac manifeſte ab Athenienſibus ſeparat. Id vt diligentius animaduerteremus effecit iampridem Perutius Doxa Fanēſis, vir acri ingenio, admirandoq;, qui oēs totius orbis prouincias ſeparatim expinxit, et loca in his ſuis interuallis ita diſtrinxit, vt exiſtimemus nihil exactius pene fieri potuiſſe. Is eſt quē anno ſalutis .M.cccclxxviij. ſenatus Fanēſis triumuirꝫ legit portui deſignando, qui nunc me queſtore magna impenſa ad Argillā flumen extruitur.

Ennę ager

Ennę ager feraciſſimus eſt, cuius meminit Stra. his verbis, Intra inſulam eſt Enna modicis quidē poſſeſſa inquilinis ſuper collem iacēs, in qua ſacra Cereris ędes eſt. Ea montanas amplectit planicies totas arabiles. Soli. autem, Hic inquit cāpus Ennēſis in floribus ſemꝑ, et omni vernus die, queȝ propter eſt demerſum foramen, quo Ditem patreȝ ad raptus libere exeūtem fama eſt lucem hauſiſſe.

Arethuſa

Arethuſa, hęc virgo Dianę comes in fonteȝ ſui nominis conuerſa eſt, quo Syracuſę gloriant. Nota eſt fabula. In eo fonte Pli. reddi inquit iacta in Alpheum, q per Olympiam fluens Pelopōneſiaco littori infunditur, et qđ mirum eſt eiuſdem fontis aquas fimum redolere propter Olympiā. Quidā dicunt (vt ſcribit Ser.) ad Arethuſam nymphā Sicilię Alpheum ex Elide venire per maria. Alij ipſaȝ Arethuſam in fontē mutatam Alpheū fugere, et ex Elide ad Siciliam venire. Stra. Geographus quod de Alpheo et Arethuſa nōnulli veruȝ putant oīno exiſtimat fabuloſum. Vocarat, ad conuiuiū, qđ ſequens verſus oſtēdit. Dea flaua, Ceres ꝑꝑ ariſtarum maturitatem. qbus color flauus eſt.

PAV. MAR.

Raptus Proſerpię fuit ī Enna nō in Ætna et ob grana mali punici rapi non potuit

TERRA tri. ſcop. aggredit Proſerpinę raptū, qui ab alijs quoq; poetis celebratus eſt. Et poſt poetā ipſum Claudianus cecinit ſumma cū maieſtate loicē di, quē nos quoq; magna diligentia et cura interpretati ſumus. Raptus Proſerpinę in Enna, nō in Ætna monte, ſed in pratis Ennę ciuitatis, q̄ eſt in medio ferme loco ipſius inſulę. Diu deinde mr̄ eā quęritās errauit. Donec ab ſole cognouit a patruo raptam, legemq; accepit reducere ab inferis poſſe, niſi quid illa in Herebo comediſſet. Compꝑtum eſt hauſiſſe grana mali punici, reuocari penitus nō potuit. Datum tñ, vt aliquo tꝑe eſſet cum mr̄e ſuperius. aliquo apud inferos cū viro. Hęc ex fabula. Euſebius aūt inqt Proſerpinā ſpecioſiſſimā fuiſſe virginem Cereris filiā, et Sicani regis vxorem. Quā ob famaȝ ſingularis pulchritudinis, Orchus Moloſſorum rex rapuit, et mr̄imonio ſibi copulauit. Sed qꝛ de Sicilia et raptu virginis ſumus acturi. Facit ad rem illud qđ Diod. inquit, Sicilia optima inſularum oīum antiqtate rerum cęteras antecellit. Hęc olim Trinacria ab eius forma primum appellata. Sicania deinceps ab incolis dicta eſt, Poſtremo ab Italis, qui Siculi dicebantur, Siciliam dixere. Tradunt Siculi Siciliā dixere. Tradunt Siculi Siciliam Cereri ac Proſerpinę ſacram eſſe. Fabulanturq; poetarum quidā poſt Plutonis ac Proſerpinę nuptias hanc inſulā Anacalyptrę nymphę traditam. Sicanos aūt, qui in ea habitarūt indigenas eſſe, ſcriptores tradunt. Has primū Deas in Sicilia viſas. Inq; ea primo frumētum terrę bonitate ortū in agro Leōtino, qđ has Deas repiſſe conſtat. Raptā ibi Proſerpinā argumēto eſſe volunt, qꝛ hę Deę in hac tāq̄ inſula admodū eis dilecta, habitarūt.

Anacalyptrę nymphę

De raptu Proſerpię ī pratis vbi flori flagrātia cāes odoratu cai

Raptus Proſerpinę in pratis iuxta Ennā ciuitati propinqs ferunt, quę lilijs, varijsq; floribus Dea digna ornata erant. Vbi ꝑꝑ odorꝫ fragantiam ſagaces canes odoratu carēt. Eſt ibi pratū a ſuꝑiore pte planū, admodum aqs redundās. Altus circū, et ꝓcipitijs vndiq; abſciſus locus, ex quo a nōnullis Sicilię vmbelicus appellat. Spelunca insuꝑ grandis eſt, ꝑ quā Plutonē fabulant cum rapta virgine curru tranſiſſe. Hęc Diod. et Soli. inquit, in Sicilia cāpum Enneuȝ eſſe floridū, et ſemꝑ vernātem, vbi et demerſuȝ foramē aſpicit, per qđ Ditē ad raptum Proſerpinę exeuntē, fama eſt hauſiſſe lucem etc. Terra procurrit in ęquor, ꝓtendit in magnū pelagus. Tribus ſco. tribus ꝓmōtorijs, Lilybeo, Pachyno, Peloro. Adepta no. Tri. a po. loci, q̄ a ſitu et forma triāgulari Trinacris eſt appellata. Vñ Stra. Sicilia inquit tribus formata angulis. Iccirco primus ſenilis Trinacria, poſterius Trinacris appellata eſt, trāſlato ī conſonātioreȝ vocē vocabulo. Grata domus Cereri, qm̄ eaȝ inſulā incoluit. Ea, Sicilia. Poſſidet multas vrbes, nā multę ſunt in ea ciuitates, cū populoſiſſima ſit. In qbus, vrbibus. Eſt Enna fertilis culto ſolo, Enna q̄ feracem hēt agrū. Nec intelligas de monte Ætna, aut de vrbe, quę ī eo mōte ſita eſt, ſed de Enna per duplex .n. nō per .t n, qđ oppidum eſt in media fere inſula. Cuius Ci. meminit in Verrinis et Stra. inquit, Intra inſulā eſt Enna, modicis quidē poſſeſſa inqlinis ſuper collē iacens, in qua ſacra Cereri ędes. Ea montanas amplectitur planities totas arabiles. Frigida cęleſtū, nympha Syracuſij fontis, quā Arethuſam vocant, Deas ad cōuiuiuȝ vocarat. Acceſſerat et Ceres, quod ideo fictum eſſe a poetis conſtat, vt occaſio daret amanti rapiēdę virginis, abſente cuſtodia matris. Claudianus inquit Cererē acceſſiſſe in Phrygiā reuiſendę matris gratia. Sed Arethuſam fontem eſſe dicunt in Elide in Pelopōneſo. Dilabiq; inde eius

Enna ciuitas eſt in media fere iſula

aquam

aquam immixto etiam Alpheo, ſubterraneo meatu, vſq; Syracuſas in Sicilia, ibiq; apud littus ante vrbis portam erumpit, et Arethuſę nomen adhuc remanet. Arethuſa, nympha. Frigida, ob aquę frigiditatem. Vocarat, ad conuiuia .s. Matres cę Deas Deorum genitrice. Et Dea flaua, Ceres a flauis ſpicis quibus coronatur. Venerat ad ſacras dapes, epulas ab Arethuſa paratas.

Filia, conſuetis vt erat comitata puellis,
Errabat nudo per ſua prata pede.
Valle ſub vmbroſa locus eſt aſpergine multa
Humidus ex alto deſilientis aquę.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores,
Pictaq; diſſimili flore nitebat humus.
Quam ſimul aſpexit, comites accedite dixit,
Et mecum plenos flore referte ſinus.
Pręda puellares animos oblectat inanis,
Et non ſentitur ſedulitate labor.
Hęc implet lento calathos e vimine nexos,
Hęc gremium, laxos degrauat illa ſinus.
Illa legit calthas, huic ſunt violaria curę,
Illa papauereas ſubſecat vngue comas.
Has Hyacinthe tenes, illas Amarāte moraris,
Pars thyma, ṗs rorē, pars meliloton amāt.

ANT. EAN.

Proſerpine raptus

FILIA, Proſerpina. Hanc Euſe. tradit veram fuiſſe Cereris filiam formoſiſſimā, et Sicani regis coniugem, quę ab Horco rege Moloſſorum rapta dicitur. Ex alto deſilientis aquę, quę e montibus fluebat in vallē. Quot habet natura colores, ſunt ſane colores tot ac tam diuerſi vt multis deſint vocabula. Non ſentitur ſedulitate labor, nimio ſtudio quod labores fallit. Hęc implet calathos, calathi modo ſunt calices, auctore Seruio, vt Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar, modo vaſa apta lanificijs, quę vocabantur Talaſſiones, ſiue Quaſſili, vt ſcribit Feſtus, modo vaſa ęrea, quibus lac vel recēs caſeus continetur, vt Quod iam tenebris et Sole cadēte Sub lucem exportant calathis. Illa legit calthas, hos flores quidām eſſe tradunt colore luteo, vt Mollia luteola pingit vacinia caltha. Pli. violę cuidam ſimilem eſſe caltham ſcribit, ac vincere numero foliorum violam, quę marina dicitur quinq; folia non excedentem. Huic ſunt violaria curę, de ſpeciebus et coloribus violę lege Plin. qui Hyacinthum vult eſſe violę ſpeciem. Lege et eūdem de papauere. Illas Amarante moraris, hic flos eſt immarceſſibilis, vt eius indicat nomē colore purpureo. Vnde illud ē Tibulli, Et color in niueo corpore purpureus. Vt Contexunt Amarantes alba puellę Lilia, et autumno cādida mala rubent. Hunc ſcribit Pli. ſpicam purpuream verius eē q̄ florem, decerptumq; aſſeruari, et poſtq̄ defecerūt cuncti flores madefactum aqua reuiuiſcere, et facere coronas hybernas. Hinc illud eſt Columellę, Immortalesq; Amaranti. Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant, thymum et ros marinus herbę sūt omnibus notę. Hic laudatiſſimus eſt, ac varijs morborum generibus medetur. Illud apibus gratiſſimum. Ex meliloto autem coronę fieri conſueuerunt, cuius rei indicio eſt eius nomen, ſertula enim campana vocari conſueuit.

Calathus
Talaſſio
Quaſillus
Calta

Hyacinthum eē ſpēs violę

Amarātus

Thymus
roſmarinus et
Melilotos

PAV. MAR.

FILIA, Proſerpina. Vt erat comitata conſuetis puellis, quam comitabantur, ſicut conſueuerāt ancillę, et virgines. Errabat, vagabatur. Per ſua prata. Enna. Nudo pede, vt moris erat nudis incedere nymphas. Claudianus inquit incluſam fuiſſe Proſerpinaʒ a matre in ędibus illis, quę humana ope expugnari non potuiſſent, ſed inde eductam a Venere, Pallade, et Diana. Valle ſub vmbroſa, Topographia eſt. Deſcribit enim vallem amoenā, vbi florida erant illa prata, quo Proſerpina cum ancillis acceſſit, vbi dū ſtudioſę ſunt florum legendorum, illa a patruo rapta eſt. Eſt locus ſub valle vm. nemoroſa. Humidus, irriguus. Multa aſpergine aquę, et ſcaturigine, ē aſperſione aq̄. Ex alto deſilientis, quę e loco edito deorſum labitur, ſeu deſilit. Tot colo. fuerant illic quot habet natura, omnis colorum varietas, quē in rerum natura eſt erat in ea tellure pro ingenti et copia et varietate, quę ierat floꝝ. Humus nitebat, nitida videbatur. Picta diſſimili flore, varijs et diuerſis floribus. Quaʒ, humum floridam. Simul, poſtq̄. Aſpexit, Proſerpina. Dixit comites, o ancillę. Accedite, huc .s. ad legendos flores. Et referte mecum noſtros ſinus, noſtras veſtes. Alij legunt replete. Flore, pro floribus. Pręda inanis, per tranſlationem, ab eo quod hoſti rapit, hoc eſt ipſi flores inanes. Oblectat aios puellares, ancillas ipſas, cum magnaʒ ex illis floribus conciperent voluptatem, legitur etiaʒ delectat. Et labor non ſentitur ſedulitate, quaſi ipſo colligendorū florum ſtudio laborem nō ſentiunt. Hęc, puella. Implet calathos, vaſa viminea, ideo hic. Nexos, contextos et colligatos.

E vimine lento, flexibili, nam e tenuibus et adhuc virentibus virgulis. Virgili. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphę calathis. Hęc implet gremium, floribus. Illa degrauat, onerat. Laxos ſinus, veſtes apertas. Illa legit calthas, calthę flores ſunt violis ſimiles. Plini. Poſt violarum genera cum vltimo loco calathianam receſtrat, ſubſequitur. Proxima ei calatha eſt concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, quinque folia non excedentem. Eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis caltha non lenior ei, quam ſcopam regiam appellant, q; folia eius oleāt non flores. Huic, alteri. Violaria ſunt cu. nā violas e violarijs decerpebat. Eaꝝ plura gnā, purpureę, luteę, albę. Illa ſubſecat vngue, decerpit. Co-

Proſerpinā incluſam ī domo ſuis ſe eductā a Venere Pallade ē Diana

Topographia ex quo rapta eſt a Plutone Proſerpina

Hyacin/ mas papauereas, Ipſa papauera, de his ſuperius di
thũ eſſe ctum. Has, puellas. Tenes tu Hyacinthe, nam
flore pur eas retines in te colligendo. Pli. inter genera viola⁊
pureorũ Hyacinthum ponit. Sic enim inquit, Purpureę la/
vt veſtisciore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt, quę ſo
Hyacin lę gręco nomine a cęteris diſcernuntur, appellatę
thina Hyacinthi. et ab his
Amarã Hyacinthia veſtis &c.
tus ẽ ſpi Nota eſt fabula pue/
ca purpu ri Hyacinthi conuer
rea veri. ſi in hunc flores, quę
tus ꝗ flos in Meta. lib. x. refert.
Sic de Aiace de quo
in. xiij. Meta. Et Plin.
alio loco, Atq; inde
nomen Hyacinthuз
comitat fabula du/
plex, luctum pręferẽs
eius, quem Apollo di
lexerat, aut ex Aiacis
cruor editi, ita diſcur
rentibus venis, vt gręcarum literarũ figu
ra ea videat iſcripta.
Illas, alias puellas.
Moraris, in mora
detines. O Amarã/
te, de Amaranto Pli.
ſic inquit, Amaranto
non dubie vincimur. Eſt autem ſpica purpurea,
verius ꝗ flos aliquis, et ipſe ſine odore mirum in
eo gaudere decerpit, et lętius renaſci prouenit au/
guſto menſe, durat in autumnum. Alexandrino
palma, qui deceptus aſſeruatur, mireq; poſtꝗ deſfece
re cuncti flores, madefactus aqua reuiuiſcit, et hy
bernas coronas facit. Summa natura eius in no
mine eſt appellatio, quoniaз non marceſcit. Pars,
illarum puellarum. Amat thyma, et th mi flo
res colligit. herba quidem nota et apibus grata,
vnde prętantiora mella decerpũt. Eius genera cã/
didum ac nigricans, florent autem (vt Pli. inquit)
citra ſolſtitia, cum et apes decerpunt, et augurium
mellis eſt, prouentu enim ſperant apiarij large flo
reſcente eo, lęditur imbribus, amittitq; florẽ. Pars
rorem, marinum. s. Ros marinus in hortenſibus
Melilo omnibus notus. Pars amat meli. meliloti flores
tus i atti legit. Meliotos (vt inquit Pli.) vbiq; naſcitur, lauda/
ca regio. tiſſima tamen in attica. Vbicũq; vero recens, nec
ne candi candicans, et croco ꝗ ſimillima, ꝗꝗ in Italia odo/
cãs ẽ cro ratior, et candida, et alio loco ſertulam campanaз
co ꝗ ſi/ inquit vocari a ſertis quę inde fiunt. Odor eius ꝓ/
millima ximus eſt croco. Plurima lecta roſa eſt, et roſas
ex ꝗ ſertu quoq; legerunt. Sunt et flores ſine nomine, quia
la fit cã/ multos decerpunt, quorum nomina non referũ/
pana tur. Ipſa, Proſerpina. Legit cro. te. croci flores.
de croco diximus in primo lib. Et al. li. nam et
rubens inuenit, et purpureum, ideo alba dixit. Et
de albo Pli. inquit, candor eius eximius foris ſtri/
ctus, et ab anguſtis in latitudinem paulatim ſeſe
laxantis, effigie calathi reſupinis per ambitum la/

bris, tenuiq; filo et ſemine, ſtantibus in medio cro/
cis. Ita odor, colorq; duplex &c. Itur lon. it Proſer
pina paulatim remotius a cęteris. Studio carpẽ/
di, carpendo⁊ florum. Et caſu nulla comes eſt ſe
cuta dñam, accidit vt nulla ex puellis dñaз ſeqret.
PATruus, Pluto, qui Iouis eſt et Cereris frater.

Plurima lecta roſa eſt, ſunt & ſine noīe flores,
Ipſa crocos tenues, liliaq; alba legit.
Carpendi ſtudio paulatim longius itur,
Et dominam caſu nulla ſecuta comes.
Hanc videt, & viſam patruus velociter aufert,
Regnaq; cęruleis in ſua portat equis.
Illa quidem clamabat, Io chariſſima mater
Auferor, ipſa ſuos abſciderat q; ſinus.
Panditur interea Diti via, namq; diurnum
Lumen inaſſueti non patiuntur equi.
At chorus ęqualis, cumulatis flore caniſtris,
Perſephone clamant ad tua dona veni.
Vt clamata ſilet, montes vlulatibus implent,
Et feriunt moeſta pectora nuda manu.
Attonita ẽ plãgore Ceres, mõ venerat Ennã,
Nec mora, me miſeram, filia dixit vbi es?

Pandit in. Diti via ANT. FAN.
per craterẽ, cuius me/
minit Solinus, ꝺ quo
alibi legimus, Et pro
nos currus medio
cratere recepit. Perſe
phone, gręcum ẽ, Per/ Perſephone
ſephoni. n. a gręcis di
citur, quam nos Pro
ſerpinam vocamus.
Attonita eſt, obſtu/
puit audito plango/
re et cauſa vlulatus.
Threicias, Męna/
des, quę in ſacris Bac
chi inſaniunt, vt ea/
rum nomen oſtẽdit.
E campis icipit En
na tuis, nõ ab Ætna
incipit, ſed a campis
Ennę filiam qrere.
PATRVus, Pluto,
nam frater Iouis, et PAV. MAR.
Cereris qua rõne patruus erat Proſerpinę. Videt
hãc, neptẽ ṽginẽ. Et ve. au. vi. sũma cũ velocitate,
qm̃ quadriga vehebat, rapuit quã vidit. Et por. Patruus Proſerpi
in ſua re. in Herebũ. Equis cęruleis, ſubnigranti fuit Pluto
bus. Quatuor. n. illi aſſignantur equi, quorum no
mina, Orneus, Nycteus, Ethonus, et Adaſter. Illa
quidem, Proſerpina. Clamabat Io mater charis
ſima, Io Ceres genitrix, quę tibi vnica ſum filia, et
quę mihi chariſſima es, cum ego ſim tibi. Aufe
ror, rapta ſum et abſportor. Ipſa, virgo. Abſci/
derat ſuos ſinus, veſtes abſcidit. Interea pandit
via Diti, patefacta eſt Plutoni via, hoc eſt antrum
illud apertum, per quod ad inferos deſcendebatur.
Nãq; eq ias. qui non conſueuere pati lucẽ. Nõ
patiuntur lumen diuturnum, claram diei luceз
pati non poſſunt, ideo celerrime refugit Pluto, ꝙ
eius equi, ſic et vmbrę omnes, quę in Herebo, hoc
eſt in obſcuritate tartarea diutius fuerint lucis
ſunt impatientes, et ea ratione non licet illis niſi
noctu interdum per ſuperiora vagari. Vnde apud
Virgili. Anchiſes, ꝙ iam nimis cum filio per quie/
tem eſſet immoratum, cum dicat, Et me ſęuus
equis oriens afflauit anhelis. At miniſtrę, an/
cillę ipſius virginis. Chorus ęqualis, qui ancilla/
rum chorus erat eiuſdem ętatis cum Proſerpina.
Cumulatis flore, numerus pro numero, hoc eſt
cumulatis floribus. Clamant Perſephone, ita
enim appellata eſt ea virgo Cereris filia. Proſerpi/
na vero poſtea dicta, cum eadem et Luna eſſe cre
dita ſit. Vnde Varro inquit, Hinc Epicarmus En/
nij Proſerpinam quoque appellat, ꝙ ſolet eſſe ſub

terris

Mentis inops rapiť, vt quas audire ſolemus
Threicias fuſis Męnades ire comis.
Vt vitulo mugit ſua mater ab vbere rapto,
Et quęrit foetus per nemus omne ſuos,
Sic Dea nec retinet gemitus, et concita curſu
Fertur, et e campis incipit Enna tuis.
Inde puellaris nacta eſt veſtigia plantę
Et preſſam noto pondere vidit humum.
Forſitan illa dies erroris ſumma fuiſſet,
Si non turbaſſent ſigna reperta ſues.

terris. Proſerpina dicta, ꝙ hęc vt ſerpens, modo in dextram modo in ſiniſtrā partem late mouetur. Serpere et ꝓſerpere idem dicebant, vt Plautus qui ſcribit, Quaſi proſerpens beſtia. Veni ad tua dona, huc ades ad flores tibi iā pro munere lectos. Vt clamata ſilet, poſtq̄ vocata nō reſpōdet. Implent montes vlulatibus, q2 magno vlulatu et gemitu per oīs montes amiſſas dn̄as non inueniebāt. Et nuda manu feriunt pectora moeſta, verberabant pectora manibus, q2 dn̄am non inueniebant. Attonita eſt plangore Ceres, rediens ab Arethuſa miſeranda mater, audito vlulatu et plāctu ancillarꝫ obſtupuit et non inueniens filiaꝫ, amēs facta eſt, et velut furore percita coepit ꝑ oīa loca quęrere filiā, venitq; ad locū vn̄ rapta eſt, inerant veſtigia, quę ad antrum ducebāt, deꝑhendiſſetq; ea die furtū, niſi ipſa veſtigia a ſuibus turbata eſſent. Deinde ꝓgreſſa totā Trinacriam ꝑluſtrauit. Poſtea accēſa face noctuq; vagata eſt. Ceres eſt attonita plāgore, planctu puellarꝫ. Modo venerat Ennā, rediuerat iam in Ennā, vbi erat eius domiciliū. Nec mora, nec vlla fuit retardatio.

Proſerpina dcā q̄ dextram mō in ſiniſtrā ptes mouet

Proſerpina dcā q̄ accenſa noctu vagatur

Dixit me miſerā, dico.s. Vbi es filia, tu Proſerpina, q2 nō ades, ideo me miſeram dico. Inops mentis, quaſi ſine mēte. Rapiť, raptim agitur, non rōne, ſed furore. Vt quas ſolemus audire Męnades Threicias ire fuſis comis, ita furore rapta eſt Ceres veluti referunť nobis irę furore concitas Thyades ipſas mulieres cū Baccho ſacrificauerint. De Męnadibus ſupius diximus. quę Bacchum ſeu Diony. comitatę ſunt, quas ita dictas putant a furore, μανια .n. furor eſt. Vt mugit mater ſua ita gemebat illa ē q̄rebat filiam, vt mugitum edit vacca. Rapto ab vbere vitulo, cū vitulus raptus erit ab ipſis mr̄is vberibus. Et q̄rit ſuos foetus, ſuū filium. Per oē nemus, per oīs ſaltus et nemora. Sic Dea, Ceres gemebat, et q̄rebat. Nec retinet gemitus, imo ſemper gemit. Sed cōcita curſu Ferť, quaſi ꝑnix agitur. Et o Enna, o vrbs, quā Ceres incoluit. Incipit e cāpis tuis, nam q̄rere filiam coepit ex cāpis Enneis, Inde, ex ipſis campis. Nacta eſt, inuenit. Veſtigia, ſigna. Plātę puellaris, virginei pedis. Planta ꝓ inferiore parte pedis ponitur. inuenit ergo Ceres imaginem plātę virgineę humo ipreſſam, qua illa inceſſerat.

Męnades dictę q̄s putāt furore agitari μανια n. furor dr̄

Et vidit humum, tellurē. Preſſam, calcatam.

Noto pondere filię, pedibus matri notis. Forſitan illa dies, qua coepit eam quęrere. Fuiſſet ſumma ideſt vltima. Erroris, quia non magis erraſſet.

ANT. FAN.

SIGNA, veſtigia, quę duxiſſent Cererem ad Craterem, niſi fuiſſent a ſuibus ꝑturbata. Leontinos,

Leontini

oppidum Sicilię, qḋ non multuꝫ diſtat ab Enna. Vnde Stra. Duas inquit perinde ac maris arces a Poſſidonio ſitas eſſe deſcribit, Syracuſas videlicet et Erycen. Mediā vero inter vtrunq; Ennā imminere circunſtātibus campis. Vaſtatū vero eſſe Leontinorum agrū vniuerſum. Fuerunt aūt Leontini patria Gorgię ꝓceptoris Iſocratis. Amenaq; flumina, nō eſt Anio in Sicilia, ſed amoena inquit flumina, qualis eſt Anio. ſicut et Tēpe dicimus amoena loca ēt extra Theſſaliā cū proprie Tēpe ſint eius ꝓuincię. Lege Hora. Ode ſeptima, vbi laudat et Theſſala Tēpe, et Anienum fluuium notiſſimū, quem pręcipitē vocat. Herbifer Aci, hic fluuius (vt auctor eſt Vibius Sequeſter) ex Ætna monte in mare decurrit, quē (teſte Solino) nullus frigore anteuertit, q̄uis ex eo mōte defluat qui vomit incendia. Sillius, Quiq; ꝑ Ætneos Acis petit ęquora fines. In hunc fluuiū verſus dr̄ Acis Fauni ē Simethidis nymphę filius, q a Polyphemo crediť interfictus, quē ferunt e ripis huius fluminis in Vlyſſem ſaxa torſiſſe. Pręterit et Cyanē, hic fons eſt, cuius aquę miſcentur Anapi nō longe a Syracuſis. vt Quaq; ſuis Cyanē miſcet Anapis aquis. Lenis Anapi, remouetur s lr̄a, vt euitet Homoeoptotō. Sic Virgi. Reliqas Danaū atq; immitis Achilli. ſunt tn̄ qui et Anapū dicunt fluuiū leniter decurrētem. Vorticibus nō adeunde Gela, hic fluuius eſt Sicilię ad Gelam oppidū, qḋ (teſtibus Virg. et Claudiano) a fluuio nomen accepit. vt Immaniſq; Gela fluuij de noīe dicta, Et nomēq; Gelas qui ꝓbuit vrbi. Id oppidum Gelon tyrānus Hieroni fratri tradidit, cuꝫ ipſē Syracuſis potitus eſſet, vt ſcribit Herodotus, circa qḋ ſal tanti ſplendoris eſt, auctore Pli. vt imaginē recipiat. Liquerat Ortygiā, non accipimus Ortygiam Apollinis, hoc eſt Delon. quę eſt in mari Ægęo, quid. n. illi eſt cum Sicilia? ſed Ortygiaꝫ, quę (vt inquit Stra.) Sicilię Ponti cōiungitur, habetq; fontem Arethuſam in pelagus fluuium emittentem, quē Alpheum eſſe fabulantur. Virgi. in tertio Æne. Sicanio pretenta ſinu iacet inſula cōtra Plēmyriū vndoſuꝫ nomen dixere priores Ortygiam. Eſt autem ad Syracuſas. Megareaq;, conceditur poetis adijcere aliquid nominibus, itē ea mutare, vel mutilare, auctore Seruio, cum et ſtudeant varietati, et carminis lege id interdum facere compellanť. Vnde illud eſt, Vrbēq; Fidenā, cū Fidenas dicamus. Quare auctor hoc loco Megarea vocat vrbem, quę Megara nominatur, eſtq; vrbium Sicilię vetuſtiſſima, auctore Plutarcho, condita a Doorienſibus, vt inquit Strabo. Ea olim Hybla dicebatur, cuius nomen cum oppidum euanuerit idem Geographus propter Hyblei nominis pręſtātia re

Anie fl. · Acis flu. · Cyane · Anapis · Gela · Ortygia · Megara · Hybla

Iamq; Leōtinos, Anienaq; flumina curſu
Prȩterit, & ripas herbifer Aci tuas.
Prȩterit & Cyanē, & fontes lenis Anapi,
Et te vorticibus non adeunde Gela.
Liquerat Ortygiā, Megareaq;, Pātagiamq;,
Quaq; Simetheas accipit ęquor aquas,
Antraq; Cyclopū poſitis exuſta caminis,
Quiq; locus curuę noīa falcis habet,

manere teſtatur. Fuit autē Megara non longe a Syracuſis, teſte Seruio. atq; (vt docet Stra.) inter Catanam et Syracuſas. Habent et Gręci Megara oppidum, qd Iſthmo adiacet, teſte Laertio, cuius incolę cum alijs quibusdam Coriēſibus Megaram in Sicilia condiderunt. Pantagiam, fluuiū apud

Pātagias

Megaram, cuius meminit Virgi. in. iij. Æ. nei. vt Viuo pręteruehor hoſtia ſaxo Pantagię, Megaroſq; ſinus. Dictus eſt autem Pantagias, vt placet Seruio, quaſi vndiq; ſonans, qr vt plenus flueret implebat ſonitu pene totā Siciliā, ſed poſtea cum Cereri quęrenti filiam obſtreperet, tacere iuſſus eſt numinis voluntate. Eum ſaxa rotare etiā Claudianus tradit, vt Saxa rotātem Pantagiā. Hunc qdam Patagiā dicunt. Quaq; Simetheas, Simethus fluuius agrum Cataneū influit, vt Scribit Stra. apud quem Dei fuerunt, vt ait Seruius, necnō et Macro. lib. v. Saturnaliorū, quos quidam Phaliſcos vocant. Eſt aūt Catana inter Pelorum ac Pachynū, vt Meſſala. Taurominiū, Megara, et Syracusę. A Simetho et Simetheus et Simethius deducunt, vt Eductū Martis luco Simethia circum Flumina. Quo in noīe mirari non debemus mutatā primę syllabę quantitatem, cum a priprio nomine deriuetur.

Sime- thus Æ- tna Dre- panon

PAV. MAR.

SI SVES, porci. Non turbaſſent, rictu, et pedibus terram euertendo. Signa reperta, ipſa veſtigia, quę ſi mater eſſet ſequuta, duxiſſet eam ad demerſum foramen illud, vñ abducta ad Herebum erat filia. Iamq; pręterit, curſu etiam tranſit.

Leontinos, qui fuere in Sicilia inter Lilybeū et Peloridē, Mediterranei prope Centoripinos. Et flumina Aniena, ita ſcriptum eſt in codicibus vetuſtiſſimis, ſed non cōperimus Anienē in Sicilia. Ego exiſtimo ſublatū incuria librariorum vnū s. et Aniſena dicere oportere. nā (Pli. teſte) Aniſes in Sicilia fluuius eſt, ſic. n. inquit, Colonia Tauromininum, quę ante Anaſos, flumē Aniſes, mōs Ætna, et cęte. ē ſicut a Tyberi Tyberina fluenta dicimus, ita ab Aniſe Aniſena dicere poſſumus. Et pręterit Aci herbifer ripas tuas, hoc eſt tranſit o Aci gramineas ripas, quas interfluis. Aliq legebant herbifer Ance, cum Aci debeat eſſe, nā Acis fluuius (vt Theocritus oſtēdit) ex Ætna mōte fluit, ex cuius ripis Polyphemū in Vlyſſeā egiſſe ſaxa dicunt. Et in hunc fluuiū conuerſum in Meta. poe. aſſerit Acim filium Fauni et Simethidos nymphę, tunc cū illum ob Galatheam eū aſpernantem Polyphemus occidit. Et pterit Cyanē, Cyane fons eſt in agro Syracuſano. Verum poeta in Meta. Nymphā fuiſſe oſtendit, quę cum nō poſſet rapinę Plutonis obſiſtere, flens in fontē ſui nominis conuerſa eſt, qui Anapo fluuio cōmixto nō lōge a Syracuſis iuxta Ortygiam in mare labit. Et pterit fontes lenis

Aniē ab alijs Aniſes dī

Anapi, leni fluxu labentis. Anapus Cyane cōmiſcetur. Et pterit te Gela non adeūde, quaſi qui facile adiri, hoc eſt pertranſiri non potes. Vorticibus, propter aquas vorticoſas, nam Gelas fluuius magnus prope Camerinam, cuius et Plin. meminit. Liquerat, iam ipſa Ceres errando. Ortygiam, Ortygia inſula in Ægęo, quam ē Delon dicimus. Et eodē nomine appellatur inſula ante Syracuſas, de qua hic intelligit, nunc tamen adiuncta cōtinenti videtur. Et liquerat Megarea, hoc eſt Megaram ipſā in Sicilia, cuius Stra. meminit, vbi cū ctorum īqt amniū eruptiones occurrere, qui in hoſtia portuoſa ex Ætna dilabātur. Et Pantagiā, qui fluuius eſt prope Megaram. Et qua ęquor accipit aquas Simetheas, quaſi liquerat eā oram qua Symethus fluuius in mare exit. Eſt. n. non longe ab vrbe Catanenſi, iuxta quē Thalia, ſiue (vt alij volunt) Ætna nympha Ioui Paliſcos peperit.

ANTRAq; Cyclopum poſitis exuſta caminis, Ætnam dicit, quę Vulcano et eius fabris Cyclopibus datur, quorum ſupra meminimus. Eſt autē caminus fornax. Quiq; locus curuę nomina falcis habet, falcem Gręci drepanon dicunt, a qua nomen inditum putant Drepano Sicilię oppido, qd diſtat a Lilybeo (vt inquit Polybius) millia paſſuū non amplius. xv. qr ferunt Saturnum poſt amputata virilia patri Cęlo in eam partem Sicilię falcem proieciſſe, Alij Drepanum ſic dictū volunt a littoris curuitate. Eſt et Corinthi Drepanum, teſte Lactan. grammatico, vt Qui Drepani ſcopulos, et oliuiferę Sicyonis Culta ferunt. Himera, more ſuo mutat et declinationem et genus. Eſt aūt Himera oppidum inter Pelorum ac Lilybeum, quod Zanclei condiderunt, vt auctor eſt Stra. qui ait Himeram nō amplius habitari, ſimiliter et Gelam, Callipolim, et Selenuntem, atq; alias vrbes Sicilię, quas idem auctor deletas eſſe teſtatur. Himera quoq; nomen eſt fluuij eius inſulę non incelebris. Didymen, ex inſulis Lipareorum, quas et Æolias dicimus Sicilię adiacentes, vna eſt quam a forma Didymē ideſt Himellam vocant. Agrigentaq;, Taurominumq;, Agragas oppidum eſt inter Pachynum et Lilybeum. quod Agrigentum noſtri dixerunt, auctore Pli. Eſt et Agragas montis nomen, vt Arduus inde Agragas oſtentat maxima longe Moenia magnanimum quondam generator equorum. Taurominium vero quod poeta mutilato vocabulo Taurominum vocat eſt ad latus Sicilię, quod Eurypum facit. Dicebaturq; olim Naxos, vt ait Plin. Laudantur maiorem in modum Muli ad Taurominium capti. Vnde illud eſt, Mulus erit domino quem miſit Corſica, vel quem Taurominitanę rupes. Melam,

ANT. FAN.

Himera

Didymē Agrigētū Agragas Taurominium

Mel

lam, Huius nominis fluuium non ſolum habet Sicilia, ſed et alię regiones, quę ab aquarum nigredine nomen fluuijs indiderunt. Celebratur autem in primis Melas Boeotię, qui epotus (teſte Plinio) oues nigras reddit. Hinc Camerinam adit, ora Sicilię, quę a Pachyno in Lilybeum extenditur tota pene relicta eſt, vt ait Strabo. Priſcarum tamen habitationuꝫ veſtigia ſeruans e quibus Camerina fuit Syracuſanorum colonia. Eſt et Camerina Paludis nomen, vt Fatis nunquam conceſſa moueri Apparet Camerina procul.

Cameri na

> Himeráq;, ⁊ Didymē, Agrigētaq;, Taurome
> Sacrorūq; Melā paſcua lęta boum. (nūq;,
> Hic Camerinā adit Thapſonq;, ⁊ oloria Tēpe,
> Quaq; iacet Zephyro ſemꝑ apertus Eryx.
> Iamq; Peloriadem, Lilybeaq;, iāq; Pachynon,
> Luſtrarat, terrę cornua prima ſuę.
> Quacūq; ingredit̄ miſeris loca cuncta querelis
> Implet, vt amiſſum cū gemit ales Itym.

Thapſus

Thapſonq;, inſulam diſtantem a Sicilia ad decem ſtadia vt quidam dicunt, ea eſſe apud Syracuſas, quam Virgili. iacere dicit, vt Thapſumq; iacentem. Eſt enim pene fluctibus par auctore Seruio. Oloria Tempe, Cycneia, vt Inde lacus Hiries videt et Cycneia Tempe, et ſic dictum eſt, vt illud ſupra, Anienaq; flumina curſu pręterit. Et vel Tapſum dicit iacentem, ac vadoſam et aptam vitę Cycnorum vatis gaudentium, vnde illud eſt, Ad vada Męandri concinit albus olor. Sunt enim Cycni (vt diximus) aues terra et aqua victum quęrentes. Aut quemuis locum amoenum apud Syracuſas et Cycnis gratum. Quāuis Tempe proprie ſint amœniſſima loca Theſſalię ad Peneum canoruꝫ concentu auium, vt inquit Plinius. Idem tradit ad Heloren oppidum apud Syracuſas ſtagna eſſe, quę auctor hic ſignificare potuit.

Tempe oloria

Quaq; iacet Zephyro ſemper apertus Eryx, hic mons Sicilię dictus eſt ab Eryce Veneris et Butę filio, qui ab Hercule cęſus dicitur. Imminet autem Eryx mari ea parte quę ad Italiam ſpectat, vt ſcribit Polybius inter Drepanum et Panomum, exceditq; magnitudine reliquos montes Sicilię, pręter vnum Ætnam. In eius vertice plancies eſt, vbi fuit Erycinę Veneris templum omnium Sicilię templorum ornatiſſimum, opulentiſſimumq;. Eodem in monte Anchiſes ſepultus dicitur, licet ſecundum Catonem ad Italiam venerit. Dionyſius auctor eſt, Aeneam templum patri conſtituiſſe, vbi hęc fuit inſcriptio, Diui terreſtris, qui fluuij Numici vndas gubernat.

Eryx

Terrę cornua prima ſuę, tria Sicilię promontoria vocat cornua eius inſulę Pelorum, Lilybeum, Pachynum.

PAV. MAR.

ANTraque Cyclopum, antra Ætnea Cyclopibus, vt Homerus, et alij quoq; poetę dicunt habitata. Cyclopes dicti a circulari oculo, quem vnicum in fronte habent. Exuſta poſitis caminis, extructis foraminibus, propter Cyclopes, qui miniſtri Vulcani dicuntur, quorum ſuperius meminimus.

Cyclopes dicti a circulari oculo

Quiq; locus habet nomina curuę falcis, liquiuerat locum, qui a curua falce denominatum eſt Drepanum promontorium, cuius meminit Plinius, eſt etiam et oppidum in Sicilia ad occidentem. Quod ita dictum ſunt qui velint a falce Saturni, quę ibi ceciderit δρέπανον gręce, falx latine.

Himeram, aliqui legunt Himeraq; et Didyme, melius Himeram ⁊ Didymen. Oppidum eſt Himera a Zancleis conditum in ipſa Trinacria. Meminit Strabo, et Plinius, Himera cum. fl. inquit, Didyme vero vna eſt ex Æolicis inſulis in freto Siculo. Agrigentaq;, Agrigentuꝫ oppidum ab Ionibus conditum in Sicilia. Plini. vero inquit, oppidum Agragas, qd̄ et noſtri Agrigentinum dixere. Tauromin umq;, pro Taurominium oppidum, et Plinius inqt, Colonia Taurominium, quę ante Naxos, vt diximus. Et liquerat Melam, fluuium qui ita dictus a colore nigrę aquę. Pluribus in locis ſunt flumina eodem nomine nuncupata, vt in Migdonia, Cilicia, Thracia, Boeotia, Sicilia, de quo hic agitur, et alijs quoq; in locis. Lęta paſtua, quę ſunt pinguia, et fertilia. Boum ſacrorum, ſacrificio deſtinatorum, nam vt ex campis, quos irrigat Clytumnus amnis Vmbrię abducebantur boues immolandi, vt ex Phaliſcis, ita ex paſcuis Siculis, quę ab eo flu. irrigantur. Hinc adit, vadit ipſa Ceres. Camerinam, oppidum prope Gelam flu. Et Thapſon, quę parua eſt inſula iuxta Syracuſas, par pene flucti. inde Virgili. Thapſumque iacentem dixit. Et oloria, hoc eſt cycnea. Tempe, quę in Sicilia ſunt inſtar Theſſalicorum, planicies quidem eſt, quam irrigat Elorus flu. Cumq; in ipſius hoſtijs multi ſoleant eſſe cycni oloria dixit, alij legunt Thapſon cycneaque Tempe, et ideꝫ eſt. Alij legunt Eloria. Et qua iacet Eryx, quia inde etiam pertranſiuit, legitur etiam patet.

Camerina ꝑpe flu. Gelā

Semper apertus Zephyro, qui mons Eryx oppoſitus eſt Zephyro vento ex occidente flanti, vbi erat templum Veneris Erycinę, quod in magna fuit religione Romanis. Sed de hoc alias. Iam luſtrarat, circuierat. Peloridem, arcem Pelori.

Et Lilybea, Lilybeum, ſeu Lilybei montis iuga. Iamq; luſtrarat Pachynon, promontorium. Prima cornua, prima promontoria hęc enim illa ſunt promontoria in tribus Sicilię angulis, Pelorus ad ſeptentrionem, Pachynus ad ortum. Lilybeus ad auſtrum. Terrę ſuę, inſulę. Quacunque ingreditur, incedit ipſa Ceres.

ANT. FAN.

CVM Gemit ales Itym, Prognen dicit, vt Quęꝫ deteſtato quondam iugulauerat enſe Nunc gemit ereptum garrula mater Itym. Hic Itys ī phaſianum conuerſus eſt, vt Seruio placet. Progne in hirundinem, q̄uis Probus in commentarijs Bucolicorum ſcripſerit Philomelam in hirundineꝫ, Prognem in luſciniam fuiſſe conuerſas. Vnaq;

Perq; vices modo Perſephone, mõ filia mater
Clamat, & alternis nomen vtrunq; ciet.
Sed neq; Perſephone Cererẽ, neq; filia matrẽ
Audit, & alternis nomen vtrunq; perit.
Vnaq;, paſtorem vidiſſet, an arua colentem,
Vox erat. hac greſſus ecqua puella tulit?
Iam color vnus ineſt rebus tenebriſq; tegunť
Omnia, iam vigiles conticuere canes,
Alta iacet vaſti ſuper ora Typhoeos Aetna,
Cuius anhelatis ignibus ardet humus,
Illic accendit geminas pro lampade pinus,
Hinc Cereris ſacris nunc quoq; tęda datur.
Eſt ſpecus exeſi ſtructura, pumicis aſper,
Non homini regio, non adeunda ferę,
Quo ſimulac venit, frenatos curribus angues
Iunxit, & ęquoreas ſicca pererrat aquas.
Effugit ad Syrtes, & te Zanclea Charybdis,
Et vos Niſęi naufraga monſtra canes.

paſtorez vidiſſet, deeſt ſi. Et eſt ordo, Vna vox erat ecqua puella hac greſſus tulit, ſi paſtorem vidiſſet. Ætna, huic monti Typhoei caput ſubiectum eſſe fabulanť, vt Dextra ſed Auſonio mãus eſt ſubiecta Peloro, Lęua Pachyne tibi, Lilybeo crura premuntur, Degrauat Ætna caput, ſub qua reſupinus harenas Eiectat, flãmamq; fero vomit ore Typhoeus. Ouidius alibi. Arua Phaon celebrat diuerſa Typhoidis Ætnę. Typhoeum nonnulli extra Siciliã excruciari dicunt Pidarus vero in Sicilia, qui eum Centimanũ vocat. Sane Ætnam quidam dicunt noiatum ab Ætna Briarei. Alij aliter fabulanť. Cereris ſacris nunc quoq; tęda datť, diximus ſupra ſacerdotes Cereris Daduchos appellatos a tędę geſtatione. Item legimus, Et ſi thura aberunt vnctas accendite tędas. Eſt ſpecus &c. locum deſcribit altum et pcipitẽ et aſcẽſu difficilẽ, quẽ Ceres ꝯſcẽdit frenatura dracones. Frenatos curribus angues per angues Cereris ſulcoꝝ obligatatem accipimus. Sicca, tacto ac pſſo mari a curru non a Cerere. Syrtes, Scyllã et Charybdim Syrtes vocat, ꝙ non minora picula illic ſubeanť ꝗ ad Syrtes Africę. Zanclea Charybdis, pxima Zanclę, hoc eſt Meſanę, quę olim ob loci curuitatem Zanclę vocabať, qm̃ curua zãclia dicebanť, vt auctor eſt Strabo. Ante hanc vrbẽ Charybdis eſt imenſum, videlicet pfundum, quo inundatione freti, nauigia per magnas circunductiones ac vortices pcipitata detrahunt, quę ſm Saluſtium circa Tauromimitanum littus egerunt, vt Serui. refert, Fuit aũt Charybdis (vt quidam fabulantur) foemina voraciſſima, quę cum rapuiſſet boues Herculis a Ioue fulminata, atq; in mare pcipitata dr̃, vbi naturam priſtinam ſeruans ſorbet vniuerſa. Niſęi canes, nota eſt Scyllę fabula, cuius canes Niſęos dicit, cum ipſa fuerit Phorci nõ Niſi filia. ſic Virg. in Buc. Quid loquar aut Scyllam Niſi. Eſt aũt Scylla in Italia ſm Seruium, cũ Charybdis detur Sicilię, vt Dextrum Scylla latus, lęuum implacata Charybdis obſidet. Vtrumq; Plin. meminit his verbis, In eo freto eſt ſcopulus Scylla, item Charybdis mare vorticoſum ambo clara ſęuitia.

Naufraga monſtra, admiſcet fabulę veritatem. Scopuloꝝ.n. cauernę recipientes mare ac refundentes naufragium minitantur.

Typhoeo

Quare tęda datur Cereri

Charybdis zãclea

Charybdis olim foemina

Scyllę fabulã cõfundit ẽt in ultio de remedio amoris

Scylla

PAV. MAR. IMPlet loca cuncta miſeris querelis, per oĩa loca, per quę illa ibat, miſerabiliter querebať. Vt cũ ales gemit Itym amiſſum, vt Tereus in vpupã cõuerſus gemit filium Itym noĩe, iam in auẽ quoq; ꝯuerſum. nota eſt fabula, quę et in Meta. refert, et in. ij. lib. attigimus. Et per vic. viciſſim. Mater, Ceres. Modo clamat Perſephone, modo filia, modo ſuo nomine vocabat, modo filię appellatione. Et alternis, vicibus. s. Ciet, vocat. Vtrũq; nomen, et Perſephones et filię. Sed neq; Perſephone, ipſa clamata. Audit Cere. clamantem. Neq; filia matrem, qꝛ neutra appellatione vocata rñdet. Et vtrũq; nomen, et Perſephones et filię. Petit alternis, per ipſas vices repetitum, qꝛ ab illa iam ad inferos abducta non audiẽbatur. Vidiſſet paſtorem colentem vina, ſi inſpexiſſet illa paſtores vino indulgentem. Alij legunt vna, ẽ rectius. An vidiſſet colẽtẽ arua, ruſticũ arãtem, et proſcindentẽ agrum. Vox erat, ita Ceres loquebať, et paſtores et agricolas interrogans. Ecqua puella tulit hac greſſus? en aliqua puella tranſiuit per hanc viã?

Iã color vnus ineſt rebus, iam erat nox, et vnus eſſe rebus oĩbus color videbať, qꝛ nihil niſi tenebrę diſcernebanť. Et oĩa teguntť tenebris, et obſcuritate et nocturna caligine. Iã vigiles canes conticuere, qꝛ quieti et ipſi ſe dedere. Alta Ætna, et altus quidem mons eſt Ætna, unde erũpit ille ignis, illuc acceſſit Ceres, et faces accendit, alligatiſq; ad currũ draconibus, eum aſcendit, et ad remotiora loca pgreſſa eſt. Ætna alta iacet ſup ora vaſti Typhoeos, impoſita ẽ Typhoeo tota Sicilia, et Ætna eius caput degrauat, vt diximus in pri. lib. Sed Encelado impoſitam Ætnam alij dicunt. Cuius. Typhoeos. Ignibus anhelatis, anhelitu iactatis. Ardet hu. Ætna. s. ex cuius pectore emanat per hyatũ Ætnę ignis. Illic, In igne Ætneo. Accendit, Ceres. Geminas pi. pro lam. pro ſplendore et luce nocturna duas pinus ſuccendit. Hinc, ex hoc.

Nunc quoq; datť tęda ſacris Cereris, inde mos habuit originem, ut ſacerdotes Cereris ipſi Deę ſacrificantes tędam accenſam ferant, appellatiq; ex eo δαδοῦχοι, de quo diximus in. iij. lib. Eſt ſpecus exeſi, facit topographiam quo in loco illa frenaſſet dracones. Eſt ſpecus aſper ſtructura pumicis exeſi, propter natiuam ipſius ſtructuram inciſo et abroſo vetuſtate pumice erat ipſe ſpecus aſper.

Quõ Ceres quẽrebat filiam Proſerpinã cũ face in ca...

Adriacũq; patens late, bimaremq; Corinthũ.
Sic venit ad portus Attica terra tuos.
Hic primum gelido ſedit moeſtiſſima ſaxo,
Illud Cecropidę nunc quoq; triſte vocãt.
Sub Ioue durauit multis immota diebus,
Et Lunę patiens, & pluuialis aquę.
Sors ſua cuiq; loco eſt, q nunc Cerealis Eleuſis
Dicitur, hic Celei rura fuere ſenis.
Ille domum glandes, excuſſaq; mora rubetis
Portat, & arſuris arida ligna focis.

aſper. Regio quidem Non adeunda homini, nõ feræ, hoc eſt inquam regionem .i. in quo ſpecu nec homines aſcendere, nec feræ poterant ob difficilem aſcenſum et excelſitatem loci, et videtur illum locum ſignificare, quem Diod. inquit, vndiq; pręcipitijs abſciſſum eſſe. Quo ſimulac venit, in quod ſpecu poſtq ceres venit. Iunxit angues frenatas curribus, dracones iam frena, tenentes ſimul ligatos ad currum iunxit. Et ſicca, nullis vndis madida. Per errat aquas equoreas errat per maria eo curru vecta. Sicula enim loca ſuis pedibus peragrauit. Longius autem intra currum aſcendit, quem angues agunt. Et fugit, celeriter venit. Ad Syrtes, non tñ acceſſit in Africã, ſed ſimilitudine quadam Syrtium Libycarum, propter nauigantium diſcrimina loca circa Scyllam et Charybdim Syrtes appellat. Et te Zanclea Charybdis, Meſſanam in Sicilia (vt Strabo inquit) condidere Meſſenij, q Peloponneſum habitabant, a quibus et nomen p mutauit. Nãq; prius Zancle vocabat, cum curua eſſent loca, nam curua Zanclia vocant, ante vrbem paulũlum in tractu Charybdis oſtenditur. Venit ergo ad te Ceres o Charybdis, et Pli. inquit, In eo freto eſt ſcopulus Scylla. Item Charybdis mare vorticoſum, ambo clara ſęuitia &c. Et venit etiã ad vos canes Nyſęi, hoc eſt canes Scyllei. Æquiuocatio nominis fecit errorem, nam et Scylla dicta eſt Niſi Megarenſis filia. Etiam et filia Phorci, quę de mutata eſt veneficio Circes in monſtrum illud, qd a Virg. ita deſcribit in tertio Ænei. Prima hois facies, et pulchro pectore virgo Pubetenus, poſtrema Immani corpore piſtrix, Delphinum caudas vtero cõmiſſa luporũ. Sed hoc ideo fictum, q ſaxum ingens ſit humanam habens effigiem in parte ſuperiori, in inferiori vero habet refractos ſcopulos ſub radicibus cauernoſos, inter quos dum ęſtinoſum mare intrat, ab eiſdem refractum tumultuãdo repreſentat latratum canum, et vlulantes lupos. Monſtra naufraga, quaſi vbi ſępe naufragium faciunt, qui inde nauigant.

Eadem Charybdis

Qualis ſit forma Scyllę

ANT. IAN.

ADRIacumq; patens late, hoc eſt mare, quod ſuperum appellamus nomen accepit ab Adria oppido clariſſimo. Eſt autem pars maris Ionij, licet q̃dam ſcriptores aliter ſentiant. Corinthum, oppidum in Iſthmo inter mare Ionium et Ægęum.

Corinthus

Gelido ſaxo, quod deinde Athenienſes proprio nomine Triſte appellarunt. Sub Ioue durauit, ſub dio. Durauit autem abſolutum eſt, vt Durate et vosmet rebus ſeruate ſecundis. Cerealis Eleuſis, dicimus et Eleuſin, quo nominatiuo vtit Plinius, et eſt vrbs Atticę regionis, vbi Strabo Eleuſinę Cereris templum fuiſſe teſtatur, Et Seruius regnas

Eleuſin

ſe Celeum inquit, cui Ceres filiam quęrens, et liberaliſſime ab eo ſuſcepta oſtendit omne genus agri. culturę, filiumq; eius Triptolemum recens natus per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit, eumq; allatis ſerpentibus ſuppoſitum per orbem miſit ad vſum frumenti hominibus indicandum, quem Lactantius grãmaticus ſcribit primum inſtituiſſe Cereris ſacra, quę Grece (vt diximus) Theſmophoria appellantur. Eundẽ tradunt bonis et aratri inuẽtorem fuiſſe, vt Plinius auctor eſt. Ferunt autem Iamben Celei famulam auſam eſſe Cererẽ male tractare, cum eam ſollicitam aſpexiſſet, a q deductum nomen Iambi pedis putatur, vt Diomedes Grãmaticus ſcribit, qui vxorem Celei Meganiram vocat, quę ab Ouidio dicitur Menalina.

Celeus

Triptolemus

Theſmophoria ſacra Cereris

Iam be vñ pes Iambus

Megarina ſeu Menalina

Excuſſaq; mora rubetis, quoniã et aliũde quoq; habentur mora. Mater ait virgo, reuerentię nomen eſt mater hoc loco, et vocatiuus caſus. Mota eſt Dea, recordata eſt filię quam amiſerat.

Quamuis onus vrget, quia dixerat, Portat et arſuris arida ligna focis.

PAV. MAR.

ADRiacumq; patens late, venit in ſinus Adriacum late patentem, de quo paulopoſt dicemus, cũ de Ægeo et Ionio agemus. Et Corinthus bimarem, quę vrbs quondam caput, et lumen totius Gręcię in edito monte ſedet iter Ægęum, & Ionium, ideo bimaris dr, nã in ipſo iſthmo Achaico. Sic venit, Ceres. O Attica, quę Ægeo ablueris. In portus tuos, nam exeuntibus Peloponneſuz per Iſthmum ſtatiz occurrit Attica. Venit. n. Ceres ad eam Atticę regionem vbi poſtea Eleuſin ciuitas condita eſt. Hic in ipſa regione. Primum ſedit moeſtiſſima ſaxo gelido, deſcẽdens tũ primũ e curru ſedit in eo ſaxo, afflicta mater tam dulci orbata filia. Cecropidę, Athenienſes a Cecrope rege, qui vagam ac diſperſam multitudinem in decem vrbes habitandas digeſſit. Quarũ nomina, Cecropia, Tetrapolis, Epatria, Decelea, Eleuſis, Aphiadna, Toricus Brauron, Cytherus, Sphettus. Nũc quoq; vocant illud triſte, ab ea Cereris Moeſtitia etiamnum illud ſaxum ab Athenienſibus triſte nuncupaſ. Sub Ioue, ſub dio vt eſt apud Hora. Manet ſub Ioue frigido Venator tenerę coniugis immemor. Immota, quę nunq̃ ſe ex eo ſaxo dimouerit. Multis diebus durauit, patienter perſeuerauit ſub dio. Et patiens Lunę, quaſi frigoris nocturni ſub ſerena Luna. Et aquę pluuialis, quę eam ſuperne rorabat. Sors ſua cuiq; loco ẽ, quaſi quiſq; locus ad aliq̃ fortunam deſtinatus, ſeruatusq; eſt. Nam in campis Atticis vbi exiguus rus erat Celei ſenis, futura erat aliquando Eleuſis ciuitas clara Cereris religione. Ea enim Attica eſt,

Filia parua duas redigebat monte capellas,
Et tener in cunis filius ęger erat.
Mater ait virgo (mota eſt Dea noīe matris)
Quid facis in ſolis incomitata locis?
Perſtitit & ſenior, q̄uis onus vrget, & orat.
Tecta ſuę ſubeat quantulacunq; casę.
Illa negat, ſimularat anum, mitraq; capillos
Preſſerat, inſtanti talia verba refert.
Soſpes eas, ſempq; parens, mihi filia rapta eſt,
Heu melior quanto ſors tua ſorte mea eſt.
Dixit, & vt lachrymę (neq; n. lachrymare Deorū ē)
Decidit ī tepidos lucida gutta ſinus.
Flent pariter molles animi virgoq; ſenexq;,
E quibus hęc iuſti verba fuere ſenis.
Sic tibi, quam raptam quęris, ſit filia ſoſpes,
Surge, nec exiguę deſpice tecta casę.
Cui Dea ſic inquit, ſciſti qua cogere poſſes,
Seq; leuat ſaxo, ſubſequiturq; ſenem.

Fanum myſticū in Eleuſi ciuitate vicina Athenis

vbi (vt Strab. inqt) Eleuſinę Cereris templum extat, & fanum myſticum, quod Ictinus appernit, turbę theatralis capaciſſimum. Dicitur enim Eleuſis et Eleuſin, et inde Eleuſina ſacra. Celeus autem ipſe ſenex cum in ſaxo ſedentem Cererem reperiſſet, quę anum ſimulabat, orauit, vt domum eius iniret, obteſtatusq; p̄ ſalute filię, flexit Deā, igrediens languentem illius filium liberauit, daturq; erat illi immortalitatē, niſi parentum ſimplicitas obſtitiſſet. Hic fuit ille Triptolemus, cui ſeminandi vſū mōſtrauit, đ quo paulo poſt dicemus. Qui locus nunc dicitur Eleuſis Cerealis, quaſi vrbs Cereris. Hęc fuere rura Celei ſenis hęc rura coluit Celeus et Menalina. Ille, Celeus. Portat glandes domū, quibus familiam paſceret. Et mora excuſſa rubetis, mora agreſtia e rubis excerpta, aut decuſſa. Et ligna arida focis arſuris, quę cremari deberent ab ignibus.

Hęc filia Celei et Menalię

Filia parua redigebat monte duas capellas, erat huic Celeo parua filia, ea iam veſperi capellas domum e paſcuis reducebat. Et filius tener, tenellus adhuc puer. Erat ęger in cunis, laborabat īfans aduerſa valetudine. Virgo, puella Celei filia. Ait mater, vocauit illa Cererē nomine matris. Mota eſt Dea nomine matris, cōmota eſt Ceres, cum audiret ſe matrem vocari recordatione filię, quā quęrebat, et illa poſtea proſequuta eſt. Quid facis incomitata in ſolis locis? quid tu ſola in hac ſolitudine, et iſto ſaxo ſedens facis? Perſtitit et ſenior, Celeus. Quāuis onus, lignorum ſcilicet, quę referebat. Vrget, premit et aggrauat illum, perſtitit tamen. Et orat, Deā. Vt ſubeat, ingrediat. Tecta ſuę casę q̄tulacunq;, exiguū eius tuguriū.

ANT. FAN.

SIMVlarat anum, tegebat diuinitatem anus effigie. Neq; enim lachrymare Deorum eſt, mortaliū ſunt dolor et lachrymę, omneſq; animi perturbationes beatitudinem auertentes, non Deorū immortalium. Sciſti qua cogere poſſes, inueniſti orationem qua cogeret obſequi voluntati tuę, quia dixerat Celeus, Sic tibi, quam raptam quęris ſit filia ſoſpes. Inuigiletq; malis, quieſcere neque at acerbitate morbi. Oblito palato, quia decreuerat Ceres ieiunio ſe affligere, nihilque guſtare, niſi inuenta filia.

Exſoluiſſe p̄ dię reſim

Exſoluiſſe famem, dięreſis eſt, vt Infantem candis innoluiſſe manum. Tempus habent menſę ſidera viſa ſibi, ſenſus eſt, Quia Ceres in principio noctis ieiunium ſoluit, ſidera viſa tempus menſę ſibi babēt. Dicit autem Veſpernam, quę apud Plautum coenam ſignificat. Sed ſciendum (vt inquit Feſtus) conſueniſſe apud antiquos coenam dici, quod nunc eſt prandium, & meridianum cibum vocari coenę nomine. Veſpernam autē dici quā nunc coenam appellamus.

Veſpernā Prandiū Coena

Iungere dignata eſt os puerile ſuo, vt vi ſpūs imortalis a puero mortē auerteret.

PAV. MAR.

ILLA, Ceres. Negat, ſe velle ſubire caſā. Simularat anū, non enim videbatur Dea, ſed ſimilem ſe anui cuidam fecerat. Et preſſerat capillos mitra, ferebat in capite mitram more gētis Phrygię, & Męonię. Refert talia verba, ita reſpōdet. Inſtanti, Celeo, qui inſtabat, vt iniret caſā. Soſpes eas, abeas incolumis. Et ſemper parens, quaſi vt ſemper tibi filia ſit ſoſpes ne ea orbari poſſis.

Lamētatio Cereris đ filia rapta

Mihi eſt rapta filia, quaſi ſis ſemp̄ tu pater, quoniam ego ſemper mater eſſe non poſſum, q2 amiſi filiam. Heu quanto eſt melior ſors tua ſorte mea, quaſi quanto es tu filicior, q̄ ego ſum, nam fortunatior homo, q̄ Dea. tu tecum habes filiam, ego raptam quęro. et mouet inde cōmiſerationē, nam non inuidioſe dictum, ſed cum dolore prolata verba ob eius calamitatem. Dixit, Ceres. Et lucida gutta vt lachrymę decidit in tepidos ſinus, non fleuit vt lachrymas effunderet, nam vt inqt. Neq; lachrymare Deorum eſt, q2 Dij nequeunt effundere lachrymas, ſed emicuit ex oculis gutta ī ipſos oculorum ſinus ad lachrymę ſimilitudinē, vt eſt illud Virg. Triſtior et lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Flēt pariter molles animi, lenes & mites animi. Et vir. et ſen. et pater et filia cōmiſerati calamitatē Cereris, et ipſi ſimul fleuere. E quibus, duobus. Hęc fuere verba iuſti ſenis, ita Celeus loquutus eſt. Sic, obteſtātus eſt. Filia, quam raptā quęris, ſit tibi ſoſpes, ita incolumis tibi eſſe debeat filia, quę cum rapta ſit, a te nunc quęritur. Surge, ex iſto ſaxo. Nec deſpice tecta, non aſperneris, & paruifacias tectum hoc. Casę exiguę, parui huius noſtri tugurij. Cui, Celeo. Dea ſic inquit, ſciſti cogere poſſes, quaſi ſciſti vti ea oratione, qua facile me ad obſequendum impelleres, cum ſoſpitem mihi filiam optaueris. Et leuat ſe ſaxo, ſurrexit. Et ſubſequitur ſenem, Celeum. Dux, ipſe Celeus ſenex. Narrat comiti, Cereri. Quod ſit ſibi ęger

bi eger filius, refert ſe habere domi filium, et illum egrotum. Nec capiat ſomnos, nec dormire queat. Et inuigilet malis, nimio langore inuigilet puer cum quieſcere nō poſſit. Illa, Ceres. Initura paruos penates, ingreſſura exiguã illius caſam. Colligit papauer ſoporiferum, ſoporem inferens comedēti. diximus de papauere ſuperius. Humo agreſti, ex terra inculta, ideo legit papauer vt induceret languenti puero ſomnum.

admixta, cooperuit. Stulte pia mater, que dum ſtudet opem ferre filio, non eſt paſſa eum fieri immortalem. Sed primus arabit, Athenienſes primi (vt Iuſtinus refert) non ſolum olei, lanificij, ac vini vſum docuerunt, ſed arare quoq;, ac frumenta ſerere glande veſcentibus monſtrauerunt. Athenienſiū inuēta

Dux comiti narrat ꝙ ſit ſibi filius eger,
Nec capiat ſomnos, inuigiletq; malis.
Illa ſoporiferum paruos initura penates
Colligit agreſti lene papauer humo.
Dum legit, oblito fertur guſtaſſe palato,
Longamq; imprudēs exſoluiſſe famem.
Que qa principio poſuit ieiunia noctis,
Tempus habēt menſe ſidera viſa ſibi.
Limen vt intrauit, luctus videt oīa plena,
Iam ſpes in puero nulla ſalutis erat.
Matre ſalutata (mater Menalina vocatur)
Iungere dignata eſt os puerile ſuo.
Pallor abit, ſubitasq; vident ī corpore vires,
Tantus celeſti venit ab ore vigor.
Tota domus leta eſt, hoc eſt materq;, prq;,
Nataq;, tres illi tota fuere domus.
Mox epulas ponūt, liquefacta coagula lacte,
Pomaq;, et in ceris aurea mella ſuis.

Fertur guſtaſſe palato oblito, propoſiti.s. ſui. Id.n. dicunt Cererem decreuiſſe, non ante comeſſe, q̄ filiã comperiſſet, tunc vero oblita ꝓpoſiti guſtauit papauer. Et fertur imprudēs, imprudenter. Exſoluiſſe, pro ſoluiſſe, eſt n. hic dieresis neceſſitate carminis. Longã famem, ſoluit.n. ieiunium, ꝗ pluribus diebus nihil guſtauerat. Que, Ceres. Exſoluere famē, hoc ēlōgo ieiunio

Quia poſuit ieiunia ꝗ comedit. Principio noctis, in ipſo crepuſculo. Sidera viſa habent ſibi tempus menſe, et illud in ſacris eius ſeruatur, vt nō ante ſidera viſa, ſed in principio noctis epulemur, quoniā ea eo primum tēpore ſoluit ieiunia. Limen vt intrauit, poſtq̄ ingreſſa eſt Celei domū. Videt omnia ple. luctus, videt lugentē pueri matrem, eo ꝙ moriebatur filius. Iam nulla ſpes ſalutis erat in puero, ꝗ iam deſperandum erat de illo. Salutata matre, poſtq̄ languentis pueri matrem ſalutauit. Mater vocatur Menalina, ita illa appellabatur. Eſt dignata Ceres iungere os puerile ſuo, ori.s. et ſi Dea erat et immortalis, mortalẽ tamen puerum nō eſt oſculari dedignata, et libato oſculo ille ſanatus eſt. Abit pallor, ex ore pueri li. Et vident ſubitas vires in corpore, parentes ſubito redditum robur, et valitudinẽ puerilli corpori viderunt. Tantus, tam magnus. Vigor venit ab ore celeſti, ab ore Cereris, tantus.n. fuit diuinitatis vigor, vt ſtatim illum ſanaret. Tota domus leta eſt, omnes qui domi erant ingenti ſunt affecti letitia. Et mater et pater et nata, Celeus, Menalina, et filia. Tres illi, parentes et filia. Fuere tota domus, quia nulli erant alij niſi hi tres. Salutãtibus,

ANT. FAN. LIQVEfacta coagula lacte, lac denſatum coagulo. Cum tepido lacte, lac in febre ac dolore capitis medici docent non exhibendum. Viuente fauilla obruit, puerum cinere, ſed pruna

Idem etiã ſcribit frumenti ſationes a Triptolemo repertã eſſe, et eius muneris honorem noctes initiorum ſacratas. Hunc li cet nonnulli inuentorẽ aratri fuiſſe tradiderint, legimus tamen Oſirim id inueniſſe. vt Primus aratra Manu ſolerti fecit Oſiris. Quod nos mouere non debet, cum non vnus aratrum in toto orbe monſtrauerit, ſed diuerſi in diuerſis locis. Sunion expoſitum, Seneca in Hippolyto, Pars illa diu vacat immunis, qua curuatim littora pōti Sunion vrget. Hoc promontoriũ Athenienſium eſt, vbi rerum venalium emporium fuit, teſte Donato, ad quod ſi a Ceraunijs montibus rectam lineam duxeris in orientem protenſam totam Peloponneſũ ad auſtrum relinques. Diſtat Sunium a Pireo ſm Plin. millibus paſſuum. xlij. Pyreeaq; tuta receſſu, Pyrea legendum eſt hoc loco ſubtracta e penultima verſus gratia, a Pyreo portu Athenienſium, qui grece dicitur. Ceterum multi in ſoluta oratione etiam Pyreus ſcribunt. In dextrum que iacet ora latus, ordo, Linquit oram Attice videlicet, qui iacet in dextrum latus. Ægeũ, hoc mare vnde nomen accepit ſupradictum eſt, in eo Cyclades ſunt. Triptolemus inuētor aratri Sunium Pyreus portus

PAV. MAR. MOX ponunt epulas, parant menſam et epulas vt ſimul veſcantur. Liquefacta coagula lacte, he fuerunt epule, lac coagulatum. Et poma, et mella aurea, aurei coloris. In ſuis ceris, ꝗ nondum fauis expreſſa. legunt alij ſic hoc carmen, Et in teneris aurea mella fauis. Ceres alma, que omnes alit. Abſtinet, ab epulis ſcilicet non enim eſſe voluit. Et o puer. Triptoleme quem modo ſanauerat. Dat tibi papa. biben. cũ tepi. lacte, contuſa papauera, et lacti immixta dat illi haurienda. Somni cauſas, cum ſomnum prouocent, vt illi ſomnum inducerent. diximus de hoc ſuperius, Nec pigeat tritũ niueo cum lacte papauer Sumere et cetera. Noctis erat medium, quaſi defluxerat iam media pars no

ctis. Placidiq; ſilentia ſomni,erat.n.ea hora,qua omnia ſilent,et quieſcūt animalia. Illa,Ceres. Suſtulit,eleuauit. Triptolemū,puerum. Suo gremio,ſuo ſinu,erat.n.illi puero imortalitatē largitura. Et ter pmulſit manu,eū mulcendo tractauit puerū. Dixit tria carmina,qbus eximeret ab illo mortalitatem.

Quō ceres imortalitatē donauit Triptolemo

ſtraret &c.Iō hoc ī loco poeta ex verbis Cereris primū aratuꝝ oſtendit Triptolemū. iccirco in Geor. Vir.Vnciq; puer mōſtrator aratri dixit.et Pli. hūc primum.aratrū refert inueniſſe. Et ſeret,primus ſemen frumēti terrę iaciet. Et tol.prę.cul.humo, et pcipiet fructū ex terra quā coluerit. Dixit, Ceres. Et egrediens, exiens Celei domo.

Abſtinet alma Ceres,ſomniq; papauera cās
Dat tibi cū tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat mediū,placidiq; ſilentia ſomni,
Triptolemū gremio ſuſtulit illa ſuo,
Terq; manu pmulſit eū,tria carmina dixit,
Carmina mortali non referenda ſono.
Inq; foco corpus pueri viuente fauilla
Obruit,humanū purget vt ignis onus,
Excutit ſomno ſtulte pia mater,et ame
Quid facis?exclamat, mēbraq; ab igne rapit.
Cui Dea dū nō es,dixit,ſcelerata fuiſti,
Irrita materno ſunt mea dona metu.
Iſte qdem mortalis erit,ſed primus arabit,
Et ſeret,& culta pręmia tollet humo.
Dixit,et egrediēs nubē trahit,inq; dracones
Tranſit,et aliſero tollitur axe Ceres.
Sunion expoſitū,Pyreaq; tuta receſſu
Linquit,et in dextrum q̄ iacet ora latus.
Hic adit Aegęū,quo Cycladas aſpicit omnes,
Ioniumq; capax,Icariumq; legit,

Carmina non referenda mortali ſono, quę nec homini nota ſunt,nec pronunciari niſi a numine poſſūt. Et obruit,inuoluit. Corpus pueri foco, foci cinere. Viuente fauilla,quaſi viuentibus prunis, ea rōne calido cinere et prunis obruebat, vt exureret quicqd erat humanitatis in puero,et diuinum poſtea redderet. Vt ignis purget onus humanum, corpus qd hominis erat. Excutit ſomno ſtulte,expergiſcitur imprudenter illius mater. Pia et amēs,pia.quo ad curam filij humanitatis ex offō.amens q; ſua imprudentia abſtulit diuinitatem a filio, quam erat illi Ceres cōceſſura. Exclamat quod facis? et hęc fuit amentia ipſius, q; exclamauit. Et rapit membra ab igne,puerum ab ipſis prunis.Sic Deam ab opere inſtituto reuocauit. Cui,Menalinę matri illius pueri. Dixit fuiſti ſcelerata dum nō es,cuꝫ animo nō ſis, actu ipſo fuiſti ſcelerata,q; eram illi diuinitatē exhibitura,tu interrupiſti,et ab incepto reuocaſti , ita vt exequi nō poſſim qd volebam. Mea dona, quibus eram illū ornatura. Sunt irrita,iam vana reddita et ſine effectu. Metu materno,propterea ꝙ tu extimuiſti. Iſte quidē,puer. Erit mortalis,erit moriturus,cum imortaleꝫ reddere voluiſſem. Sed primus arabit,poſtq̄ imortalitateꝫ dare non potui tua cā,habeat hoc aliud munus, primus ſit q terram pſcindat.Et.n.Ceres poſt inuētaꝫ Proſerpinā docuit hūc Triptolemum arare,ſerere, et colligere fruges maturas,et ſeruare. Vñ Diod.ſic ingt,Ceres frumēti,quod forte inter alias herbas naſcebatur ignotū cęteris prima vſum adinuenit,docuitq; hoīes veſcendi,ſeruandi,ac ſerēdi modū . Eſt aūt frumentū ab ipſa ante genitam Proſerpinā repertū.Nā poſt eius a Plu.raptum frumēta oīa incēdiſſe ferunt.Tum in Iouis odiū,tum pp dolorem filię,ſed ea inuēta,et reconciliata eſſe Ioui, et Triptolemo frumēti dediſſe ſemē mandaſſeq;, vt cūctis oibus id donū participans,ſeminandi modū mō-

Frumēta oīa icēſa a Cerere pp raptū Proſerpinę

Trahit nubē,diuinā,s.quam Dij ſecum trahūt ne ab hoībus videant. Et tranſit in dracones,in currū quem dracones agūt. Et tollitur Ceres axe aliſero, attollit curru volāti,pp alatos dracones. Liqt receſſu ſuo.s.cum ex ea regione diſcederet reliquit. Sunion expoſituꝫ, Suniū Atticę pmontoriū porrectuꝫ ī mari,qua ad ſiniſtrā reflectit ituris ex Attica in Euboeā, vbi eſt tēplum Panos, et ędes Veneris , nūc a nauigantibus appellat caput colūnaruꝫ. Et Pyrea tuta,tutos portus,Pyreus.n. Athenienſium portus eſt. Et quę ora iacet in dextrū latus, reliqt Atticam totā,quam qdem e ſummo p Ægęū in Cyclades,vt poeta ſcribit,abeuntes ad dextrā relinquūt Hinc,ex Attica. Adit,Ægęum,qd quidem pelagus ita dictū multi volunt , ꝙ in id Ægeus rex Athenarū ſe pcipitauerit.Pli.aūt aſſerit a ſcopulo qui eſt inter Tenū et Chium caprę effigiē habente. Nam ęga gręce caprá dicunt.Euſtachius vero inquit,Ægeum mare dicit (vt quibuſdaꝫ videtur) a capris Euboicis,quo in loco ſic appellato,poeta Neptuni equos regeſcere facit,alij autem ab Ægęo Homerico,vt in Iliade ſcriptum eſt &c. Quo in mari, Inſpicit ipſa Ceres,oēs Cycladas inſulas circa Delō,de quibus paulo ſuperius diximus in nauigatione magnę matris. Et legit,trāſit.Non.n. nauigat ſed curru ſuperuolat.

IONIumq; capax,Icariumq; legit,de Icario mari etiam ſupra diximus.Ionium vero recte capax dicitur,cum nonnulli immenſum eſſe ſinū Ionium tradant , porrectumq; ab Ionia ad Siciliaꝫ et Italiam,cuius partes eſſe Epyroticuꝫ mare, Achaicum,et Adriacum volunt. Virg . Inſulę Ionio in magno.Id ab Ionia regione Aſię clariſſima nomen accepit,quamuis qdam velint Io Inachi filiaꝫ huic mari nomen dediſſe.Alij vero aliter ſentiunt. Meroe ſiccaq; terra, inſula Meroe (vt inquit Stra.)clypei figuram habere dicitur magni-

ANT. FAN.

Ionium mare

Meroe

tudine

tudine ſua ceteras Nili inſulas ſuperans. Eius enim longitudo eſt fere trium millium ſtadiorum, latitudo mille. ambit Libyam verſus magnis quibuſdam harenę cumulis. Arabiam verſus continuis montium ꝑcipitijs. Eſt in ea Meroe ciuitas, quam Cambyſes condidit, appellauitq; Meroen a matris nomine.

Perq; vrbes Aſię longum petit Helleſpontū,
Diuerſumq; locis alta pererrat iter.
Nā mō thurilegos Arabas, mō dſpicit Indos,
Hinc Libs, hinc Meroe, ſiccaq; terra ſubeſt.
Nūc adit Heſperios, Rhenū, rhodanūq;, Padū,
Teq; future parens Tybri potentis aquę.
Quo feror? immenſum eſt erratas dicere terras,
Prętentus Cereri nullus in orbe locus.
Errat ⁊ in cęlo, liquidiq; immunia ponti
Alloquitur gelido proxima ſigna polo.
Parrhaſides ſtellę (nāq; omnia noſſe poteſtis,
Aequoreas nunq̄ cum ſubeatis aquas)
Perſephonem natam miſerę mōſtrate parēti.
Dixerat, huic Helice talia verba refert.

Rhenum, Rhodanūq;, Padūq;, hos fluuios auctor Heſperios vocat, non ab Heſperia, quę modo Italiam, modo Hiſpaniam ſignificat, ſed q̄ ſub Heſpero ſunt. i. ad occidentem cuius ſupra Indię meminerit. Nam Rhenus Galliam a Germania diuidit. Rhodanus per Galliam tranſalpinā, Padus per Ciſalpinam fluit.

Rhenus Rhodanus Padus Parrhaſia

Errat et in cęlo, vt a ſideribus petat num filiam viderit. Parrhaſides ſtellę, alloquit vtranque Arcton ſiue vrſam, Helicen videlicet ⁊ Cynoſuram, quas a Parrhaſia. i. Arcadia Parrhaſides vocat. In ea prouincia Azanes atq; Parrhaſij (vt diximus) crediti ſunt cęteros Gręcos vetuſtate pręſtare.

ION ium capax, magnum mare Ionium, quod inter Ęgęum et Adriacum ſinum eſt. Verū Euſtachius de eo ſic inquit, Ionius ſinus poſt Siculum dilatat, ad Boream rurſus incuruans ad heſperū receſſum ſerpit. Nec ſolum Ionius ſinus nominat. Sed Adria ipſe dr̄, et Adriaticum mare. Diligentiores aūt Ionium partem Adriatici dicunt. Dr̄ autē (vt Lycophroni vr̄) et Æſchilo ab Ius, quę bos facta hinc enatauit, alij aūt a Iaone viro Italo, vel ab Ionio viro illyrico. Quidam aiunt et a Gaza vsq; in Ęgyptium pelagus Ionium dici, ſimiliter ab Ius, et illic Gazam Ionam vocant quidam, vbi bos erat in ſtatua Ius quę eſt Lunę. Io. n. Luna eſt ſecundum Argiuam linguam. Prędicti autem Ionis filius Adrias ex hiſtoria tradit, a quo et ipſum pelagus Adriacū appellat, alij ſic dicūt, Eſt Adria ciuitas illuſtris, et apud ipſam ſinus Adria. et fluuius Adria. Bona autem paſcuis ibi terra ita quod bis in anno fructum ferat. Hęc ex Euſtachio. Et legit Icarium, de quo ē paulo ſuperius dictum.

PAV. MAR.

Ioniū pelagus a Gaza vsq; in Ęgyptum

Perq; vrbes Aſię, per eas vrbes, quę erant in ora Aſiatica, et Ęgęo etiam abluebantur. Petit longum Helleſpontum, de quo pluribus in locis diximus, et longus quidem ſinus eſt Helleſpontus, cuius anguſtus ſit. Portenditur enim ab Ęgęo in Propōtida. Et alta, ſublimis ipſa Ceres. Pererrat iter diuerſum locis, quaſi per diuerſa loca filiam quęrens errabat. Nam modo deſpicit, e curru deorſum aſpicit. Arabas thurilegos, thura colligētes. De quibus diximus in primo. Modo deſpicit Indos, orientis populos, nam India ſub ipſo ortu te Sole eſt. ita dicta ab Indo flumine maximo.

Arabia

India

Hinc ſubeſt, Cereri per aera deuectę. Libs, Libyę populus, ſuperuolauit. n. Libyam. Hinc ſubeſt Meroe, nam ſuper Meroen quoq; volauit, inſula quidem Nili eſt, de qua Diodo. Complectitur inquit flu. inſulas plures. Sed pręcipuam Meroen in qua eſt vrbs inſignis inſulę nomine, quam Cābyſes condidit, a matre denominatam. Ciuitates in ea ſunt plures, ſed cęteris nobilior Meroe, de ea Luca. in Phagſalia li. x. Gurgite rupto Ambitur nigris Meroe foecunda colonis Lęta comis hebbeni, quę quāuis arbore multa Frondeat ęſtatem nulla ſibi mitigat vmbra Linea tam rectū mundi ferit illa Leonem. Et terra ſicca, ſubeſt etiam Æthiopia, et plaga torrida. Nam et in Torrida eſt ipſa Meroe. Nunc adit Heſperios, reflectens in occidentem curſum, occidētis quoq; populos et montes et flumina perluſtrauit. Heſperios, Italos, et Hiſpanos. Rhenum, fluuium ex alpibus profluentem, Gallos a Germanis diuidentem, et in Gallicum oceanum exeuntem.

Libye

Et Rhodanum, fluuium Gallię, qui Auineonem ꝑterfluit per ipſam Narbonenſem prouinciam in mare iterum exit. et a Rhoda Rhodanus dictus. Nam Pli. inquit, Atq; vbi Rhoda Rhodiorū fuit, vn̄ dictus multo Galliarū fertiliſſimus Rhodanus amnis, ex alpibus ſe rapiens per Lemānum lacum, ſegnēq; deferens Ararim Nec minus ſeipſo torrētes, ſed Iſaram, et Druentiam Libyca appellantur duo eius ora modica. Ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Metapinum. Tertium idemq; ampliſſimum Aſſaliaticum ⁊c. Padūq;, qui per Ciſalpinā Galliā labens quinq; hoſtijs in Adriacū exit. Et adit te Tybri future parens potentis aquę, tūc ſine honore erat Tybris, ſed futurus erat regnator aquarū, quemadmodum appellat Virg. inqt ergo, Venit ad te o Tybri, qui eris parens aquę dn̄antis ꝑꝑ futurā imperij Romani magnitudinem. Quo furor? hęc oīa cōmemorando. Immenſum eſt, q̄ſi magnū et plus q̄ fieri poſſit eſt. Dicere ter. er. per quas Ceres errauerit. Nullus lo. in orbe eſt ꝑteritus, omiſſus. Cereri, nullus ē locus ad quē non acceſſerit, q omnia orbis loca perluſtrauit. Errat et in cęlo, vt a ſideribus ſciſcitaret quid de filia. Et alloquitur ſigna proxima polo gelido, ſtellas arctico polo propinquas. Immunia liquidi ponti, quę aquis occiduis non imerguntur, quaſi ſine munere Oceani, nam ſtellę quę in ea parte poli arctici ſunt non tendunt in occaſum. Parrhaſides ſtellę, Ceres cum totum orbem pererraſſet, nec filiam

Vn̄ Rhodanus fl.

Crimine nox vacua ē, Solẽ de virgine rapta
 Conſule, qui late facta diurna videt.
Sol aditus quam quęris, ait, ne vana labores,
 Nupta Iouis fratri tertia regna tenet.
Queſta diu ſecum ſic eſt affata Tonantem,
 Maximaq; in vultu ſigna dolentis erant.
Si memor es de quo mihi ſit Proſerpia nata,
 Dimidium curę debet habere tuę.
Orbe pererrato, ſola eſt iniuria facti
 Cognita, commiſſi pręmia raptor habet.
Ac neq; Perſephone digna eſt ꝑdone marito,
 Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid grauius victore Gyge captiua tuliſſet?
 Quam nunc te cęli ſceptra tenente tulit?
Verum ĩpune ferat, nos hęc patiemur inultę
 Reddat, & emendet facta priora nouis.

comperuiſſet, cęlum aſcendit, et vrſas de filia interrogat. Stellę Parrhaſides, vrſa maior, et vrſa minor Arcadię, a Parrhaſia, quę et Arcadia. Sed de his in ſecundo et tertio diximus. Nã; omnia noſſe poteſtis, q; in ſublimi parte cęli eſtis, et inde nunq̃ diſceditis, omnia proſpicere, & cognoſcere vobis datur. Cum nunq̃ ſubeatis aquas ęquoreas, cum nunq̃ occidatis in Oceanũ. Mõſtrate Perſephonez miſerę parenti, oſtendite mihi filiam meam.

Vrſa maior ē minor

Dixerat, Ceres. Helice, vrſa maior. Refert huic talia verba, ita reſpondit.

ANT. FAN. CRimine nox vacua eſt, conſtat nobis quę noctu omnia vidimus filiam tuam nocte a nullo raptã. Solem conſule, q; is cuncta videt atque audit omnia, vt inqt poeta. Iouis fratri, Plutoni cui ceſſit tertium regnum, hoc ē Inferi. In vultu ſigna dolentis erant, Horatius, Si vis me flere Dolẽdum eſt primum ipſi tibi. Dimidium curę debet habere tuę, q; tu Proſerpinę pater es, non debes negligere filiam pro qua tantuz laboris ſubijt mater, et arguit ab honeſto cupiens perſuadere Ioui det operam vt reſtituat Pluto quam rapuit, interim rhetoricę aduerſarium in odium trahens.

Rhetorices artem hic

Sola eſt iniuria facti Cognita, nihil profeci errãs per vniuerſum orbem, niſi q; cognoui a quo rapta ſit filia. Cõmiſſi ꝑmia raptor habet, qui habere debuit poenam. Victore Gyge, a parte totus accipiendum eſt, nam hoc dicit, Si gigantes te, ac cęteros Deos cęlo deieciſſent, nihil poteram grauius pati. Eſt autem Giges frater Briarei qui centimanus fuiſſe dicitur. vt Centimanumq; Gygem, ſemiuirumq; bouem. Iuppiter hanc lenit, dum excuſat Plutonem, in amorem transferens crimen, et eum dicit non eſſe pudendum generum, cui vel Iuppiter nobilitate non ꝓſtat. Non ego nobilior, q̃uis melius regnum mihi ſorte contigerit, nõ ſum tamen Plutone nobilior, cui regnum contigit inferorum, cum cęlum mihi, et Neptuno maria non pręſtantia nobilitatis, ſed ſorte ꝯtigerint.

Gyges

Stat, placet, vt Stat caſus renouare vrbis.

PAV. MAR. NOX Vacua eſt crimine, quaſi filia tua non eſt rapta per noctem, ſic nox ſine culpa eſt huius criminis. Conſule Solem de rapta virgine, pete id ab Sole vt demonſtret, quoniam nocturna ſidera neſciunt. Qui, Sol. Late, ample. Videt facta diurna, ea quę per diem fiunt. Sol aditus, cum illa ad Solem acceſſiſſe, ab eo accipit filiam a Plutone raptam, et illi nuptam. Sol adi. quẽ illa adiit. Ait quã q̃ris, filia quã requiris, et de qua me cõſulis. Nupta Io. fra. Plutoni. Tenet ter. re. iam effecta eſt inferorꝫ regina. Prima regna cęleſtia fuere Iouis. aquarꝫ Neptuni. tertia regna fuere terrarꝫ ſeu terrę viſcerum, ea fuere Ditis. Sic et illi nupta Proſerpina regina eſt. Ne vana la. ne fruſtra errando magis te excrucies. Queſta diu ſecum, cum diu tacitas ſecum q̃relas effudiſſet. Sic eſt affata Tonantẽ, alloquuta Iouem. Et maxima ſigna dolentis erant in vultu, q; dolorem vultu maximum indicabat. Si memor es de quo, verba Cereris ad Iouem cum artificioſa querela. Queritur enim raptam filiam, habetq; accuſationem in iuridiciali ſtatu ꝑmo loco ind. arguit in principio cõem eſt debere hanc ipſi Ioui curam, cum ex eo genita ſit, narrato q; poſteaq̃ orbem pererrauit, ſoluz cognouit ſcelus, & q plecti deberet, pręmia pro peccato conſequutus eſt, non opus fuit expoſitione rei, quoniam nota erat. Deĩde arguit ab atrocitate rei, q; ea puella Ioue et Cerere nata non erat digna quę raperet̃, augetq; hanc atrocitatem ab vtriuſq; perſona Iouis et raptoris. nam quid idignius pati illa potuiſſet, ſi Titanes te e regno dieciſſent, quã nunc te regnãte, quaſi illud dicat, q; nec ille rapere, nec tu ꝑmittere debuiſti. Vltimo vero loco illud petit, vt filia reſtituat̃, et de vindicta remittere curam. Si es memor, o Iuppiter. De quo ſit mihi nata Proſerpia, ex quo ego grauida Proſerpinã peperim. Debet ha. di. cu. tuę, quaſi cum ex te genita ſit, et mihi et tibi cõis filia, cõis quoq; filię cura tibi eſſe deberet.

Tertiũ regnum Plutoni

Orbe perer. cum orbẽ perrauerim. Sola eſt cognita iniu. fa. ſolum in tot laboribus cognoſcere re potuit rei ipſius iniuria, quaſi a quo filia mihi rapta ſit. Raptor, Pluto, q rapuit. Habet ꝑ. cõmiſſi, hꝫ ꝑmiũ pro ſcelere, q; potit̃ rapta, cuꝫ affici ſupplicio mereat̃. At neq; Perſe. filia. Eſt di. ma. ꝑdone, non digna que rapet̃, et raptori nuberet.

Perſephone

Nec hoc mo. per violentiã et raptum. Erat no. pa. ge. quaſi neq; nos digni eramus, q̃bus gener raptor ꝯtingeret. Quid gra. q̃d triſtius et moleſtius. Captiua, ſi capta fuiſſet ab hoſtibus. Tuliſſet vi. Gy. quaſi ſi gigantes te regno deieciſſent Gyges. n. (vt Heſio. in theog. oñdit) cęli et terrę filius, Briareiq; frater, qui cũ alijs gigantibus Dijs bellum intulit, legit̃ alio loco tuliſſem. Quã tulit nũc te tenẽ. ſce. cę. te in cęlo regnante. Verꝫ ipu. fe. nulla poena mulctetur raptor. Nos inultę, ſine vltione.

re. Patiemur hoc, tolerabimus hanc iniuriam nobis illatam. Reddat, mihi. s. raptor filiam. Et emendet facta priora, quę prius fecit. Nouis factis, quaſi reſtituat filiã, ſic illatam iniuriam rependet. Iuppiter hanc lenit, cõſolatur cererem. Et excuſat factũ, deprecatur culpam. Amore, eſt. n. tranſlatio criminis in amorem, vt Pluto excuſatus habeatur. Et in Meta. refertur illud cum Pluto prodiiſſet ex inferis ad Trinacrię fundamenta conſpicienda, cum videretur a Typhoeo cõcuſſa, a Cupidine pcuſſus eſt, et viſam tũ primum virginem arſit ac rapuit. Nunc vero Iuppiter cererem leniens, pudori eĩ generum nõ eſſe inqt, quoniã fraſer eſt, tñ ſi illa filiam omnino velit, educeť ab inferis, ſi hunc diẽ ibi ieiuna fuerit. Ait, Iuppiter. Nec ille gener eſt nobis pudendus, non eſt quo erubeſcere poſſumus eo genero. Nõ ego nobilior, nõ ſum pręſtantior illi nobilitate, nã ex iiſdem parentibus nati ſumus. Regia eſt mihi poſita, extructa. Cęlo, quaſi regnũ cęleſte mihi ceſſit. Alter e fratribus. s. hoc eſt ipſe Neptunus. Poſſidet aquas, naʒ aquis dominatur. Alter, Pluto. Poſſidet inane chaos, vacua Herebi regna. et in Meta. Per chaos hoc ingens vaſtiq; ſilentia regni. Virg. Et chaos, et Phlegeton loca nocte ſilẽtia late. Quod ſi forte nõ eſt tibi pectus mutabile, ſi a pposito remoueri non potes. Et ſtat, quaſi id fixuʒ animo ſedet. Rumpere vincula tori ſemel iuncti, quaſi violare foedera cõiugii, q̃ ſemel inita ſunt. Tori iuncti, dixit per metonymiã, nam qđ tenet pro eo qđ tenetur, Torus. n. cõiugio nexos tenet.

Metonymia fit qñ id qđ tenet, ponit p eo qđ tenet, torus p cõiugio

SIQVIdem ieiunia remanſit, ſiquidem hoc loco due ptes orationis ſunt. Vñ ſi produci debuit, quod ſequẽs carmen oſtendit, vt Si minus inferni coniugis vxor erit. Sed quis dubitet tantę auctoritatis poetę vel maiora concedi. Eſt aũt ſenſus, Tentemus reſcindere matrimoniũ ſi Proſerpina nihil apud inferos guſtauit, et ieiuna pmanſit. Speq; redit citius, alludit ad velocitatẽ planetę. Punica, a Poenis poma punica acceperunt, q̃ et granata dñr. Lege Pli. Tartarea re. m. q. val. iu. artis eſt interduʒ petere q̃ nolumus, vt q̃ volumus cõſequemur. Bis tribus vt cęlo mẽſibus illa foret, hoc iõ fingiť q̃ Luna mõ augens, mõ minuens lumen ſuum vr apud ſupos et iferos ęquis tẽporuʒ ſpatiis

ANT. FAN. Siqdem prla correpta

Poma punica

Iuppiter hãc lenit, factũq; excuſat amorem,
Nec gener eſt nobis ille pudendus ait.
Nõ ego nobilior, poſita eſt mihi regia cęlo,
Poſſidet alter aquas, alter inane chaos.
Quod ſi forte tibi non eſt mutabile pectus,
Stantq; ſemel iuncti rumpere vincla tori,
Hoc quoq; tẽtemus, ſiqdem ieiuna remãſit,
Si minus, Inferni coniugis vxor erit.
Tartara iuſſus adit ſumptis Caducifer alis,
Speq; redit citius, certaq; viſa refert.
Rapta tribus dixit ſoluit ieiunia granis,
Punica quę in lento cortice poma tegũt.
Nõ ſecus indoluit, q̃ ſi modo rapta fuiſſet,
Moeſta parẽs, longa vixq; refecta mora ẽ.
Atq;, ita nec nobis cęluʒ eſt habitabile, dixit,
Tartarea recipi me quoq; valle iube.
Et factura fuit, pactus niſi Iuppiter eſſet,
Bis tribus vt cęlo menſibus illa foret.

cõmorari. Ceſſatis, pticipium ſine verbi origine vt erratus, triũphatus. Alba decet Cererem, alboq; ceſſatis veſtes Cerealibus ſumebãtur, vel q̃ lętę Deę ſacra fierent inuẽta Proſerpina, vel certe ob coloreʒ quẽ in ariſtis cernimus meſſis tpe. Vñ illud eſt, Maturis albeſcit meſſis ariſtis. Eędẽ veſtes ſacerdotibus pgrue ſunt, aucto. Ser. Stat. in de Amphiarao, Albaq; purpureas interplicat inſula criſtas. Occupat Apri. id. cognomine victor Iuppiter, oĩus qdeʒ mẽſiũ Iuppiter idus (vt ſupra dixi. victor comus) dicate ſũt Ioui, lit idibus vt Mac. tradit in Sat. Apri. Sed huius mẽſis idibus Iuppiter victor iõ colebať q̃ eo die tẽplũ ei Romę dicatum fuerat. Vouit aũt Ioui victori ędem Q. Fabius audita morte collegę P. Decii, et voto pcepto ad caſtra Sãnitium pre-xit, vbi eoruʒ imperator Gellius piit, cęſaq; ſunt hoſtiũ millia. xxiiii. ẽ octo capta. Poſtq̃ victoriã Fabius ſpolia hoſtiũ conięcta i aceruum Ioui victori cremauit. Lege librũ vltimũ. i Decadis Li. Vouit et Ioui victori poculũ mulſi Papyrius ꝯſul (teſte eodẽ hiſtorico) vt Sãnitũ legiones fundaret. Moris ãt fuit apud Romanos, vt bella geſturi de pte pdę aliqd numinibus pollicerenť. Vñ Romę (vt inqt Ser.) tẽplũ fuit Iouis pdatoris. Sũt et alia Iouis cognoĩa, vt Stator, Feretrius, Pugnax, Vltor, Piſtor, Inuictus, Optimus, Maximus, Tonãs, ei Deo diuerſis rõnibus attributa. Sciẽdũ diẽ hũc, ſ ẽ id. Ap. natalẽ fuiſſe Mecoenatꝰ, teſte Porphyriõe.

Cãdide veſtes in Cerealibus

Iouis cognoĩa

HOC qu. tẽ. vt pingiũ violeť, et illa ab inferis reuoceť. Siqdẽ, p ſi Remãſit ieiuna, ſi nihil apd iſeros hauſit rũpeť torus et reduceť. Si mi. ſi nõ fuit ieiuna. Erit vx. in. cõ. hẽat illa Plutonẽ virũ. Tartara iu. a. miſſus ẽ ad iſeros Mercu. ea cã, retulitq; illã tria grana punica comediſſe, q̃ qdẽ rõne reuocari nõ poterat. Veꝝ i Met. refert ab Aſcalapho ex Acherõte et Orne genito pditã ea grana comediſſe. Propterea ille i Bubonẽ demutatus ẽ. Caducifer, Mercu. virgã ſerpẽtibus nexã ferẽs, quẽ Caduceũ vocãt. Iuſſus, ab Ioue. Adit tartara ſumptis alis, talaribus alatis aureis, q̃ pedilla ab Home. vocãť. Redit citius ſpe, ocyus q̃ illa ſperaret. Et re. cer. viſa, q̃ vidit ẽ cõperit. Rapta, Proſerpina. Soluit ieiunia, famẽ, nã comedit. Tribus granis, q̃ grana. Tegũt pu. po. mala punica. Cortice lẽto, molli et fragili. De punicis pomis ita Pli. inqt, Circa Carthaginẽ punicũ malũ cognomen ſibi vẽdicat, aliq granatũ appellãt, diuiſuʒ ẽ i gñe Apyrinũ vocãdo, cui ligno

PAV. MAR.

PAV. MAR. ſacra Deę Palis — SAcra Palis ſuberāt, erant, Palilia, et celebranda ſacra Palis. Inde mouet opus, incipiunt et deſignare vrbē, et fodere, quo in loco iacienda erāt fundamenta eo vt aram prius ſtruerēt, et ſacrificarent. Foſſa fit ad ſolidum, vſq; ad duram, et firmaȝ tellurem, quę ponderi non ſubſedat. Iaciuntur fruges in ima, in ꝓfundam foſſam iaciebant fruges in omen futurę vbertatis. Et terra petita de vicino ſolo, de alieno et finitimo agro in foſſam tellurem in omen propugnandi agri, et imperii. Foſſa repletur humo, aliena. ſ. vſq; ad cumulum. Ara imponitur plenę, poſtquam repleta eſt foſſa erecta eſt ſuperius ara. Et no. fo. ipſa ara modo erecta, vbi fit ignis ſacrificij. Finditur igne accenſo, qȝ in medio loco accenſus eſt ignis, ſic findere focum videtur, legunt alij fungitur. Inde, poſtea. Premēs ſtiuam, vt ſulcus terrę imprimeretur. Stiua eſt manica illa aratri, quę tenetur manibus cuȝ aratur. De qua Virg. Stiuaq;, quę currus a tergo torqueat imos. Deſignat moenia ſulco, circunducto aratro, ſulco deſignata eſt vrbs vt diximus. Circūfoſſa deinde tellus, et iacta fundamenta. Vacca al. cum ni. bo. tu. in. iuuencus et iuuenca candidi delecti ex armento, et pręſtantes cęteris, et iniuges, q nunquam tulerant iugum ad hoc opus adhibiti, vt eſſent poſtea victimę omni ex parte Dijs magis acceptę. Vox fuit hęc regis condenti vrbem, hęc

Verba ro mu. cōdē a vrbem — effatus eſt Romulus, cum conditurus vrbem moenia deſignaret, precatus Deos, vt adeſſent, quo ea vrbs eorum auſpicio conderetur, vt ęternitatem vrbi darent, et totius orbis imperium. Inuocauit Iouem, quia magnus et iuuans pater Martem, qȝ eius pater, et virilibus rebus pręeſt, et Veſtam ſub cuius tutela genus Troianum erat, et e Troia aduecta fuerant eius ſacra. Eſt et alia ratio, ꝙ Veſtaȝ multi terram putant, et in re ruſtica, cum Varro oſtendat inuocandos duodecim Deos, qui maxime agricolarum duces ſunt. Primuȝ inquit, Qui omnes fructus agriculturę cęlo et terra continent, Iouem et tellurem, qui Dij parentes magni dicuntur, Iuppiter pater appellatur. Tellus terra mater. Aut dices illam eſſe rationem, ꝙ Veſtalis fuerit virgo, quę eum genuerit. Ades, et faueas. O Iuppiter, et Mauors, Mars magna vortens. Genitor, quo ego natus ſum. Et Veſta mater ades, et ad-

eſſe omnes Dij. Quos, Deos. Pium eſt adhibere, ad hoc quod aggredimur opus, quorum opem ex pietatis officio poſſumus implorare. Aduertite cuncti, quaſi vertite animum ad nos, et fauete, Alij legunt vultus. Surgat mi. hoc opus, condaȝ ego hanc vrbem. Vobis au. fauentibus, hoc eſt veſtro fauore, et auſpicio. Lōga ętas ſit huic, quaſi concedite condendę huic vrbi ęternitatem. Et ſit huic potentia dominę terrę, poſſit et ius habeat in omni tellure, rebus omnibus dominanti, quaſi potenti quoq; terrę dominet. Et oriens dies ē occiduus ſit ſub hac quaſi habeat imperiū orbis ab oriente in occidentem.

ANT. FAN. tonitrua lęua dñr pſpera — TONitru lęuo, proſpero. De diuinis. n. loquit, vt Intonuit lęuum et Numina lęua ſinunt. Lęua autem tonitrua proſpera exiſtimantur, vt Plinio videtur, quoniam lęua parte mundi ortus ē. Et nouo. exi. tempore mu. erat, huius muri ambitus magnam Herculis aram amplexus eſt. Coeptus. n. ſulcus eſt ſm aliquos a foro Boario, vbi ęrei tauri effigies fuit. Varro nouam hanc vrbem tradit incepiſſe ſilua, quę erat in area Apollinis in palatio vſq; ad ſupercilium ſcalarum Cachi in Auentino verſus occidentem vſq; ad tugurium Fauſtuli, vbi caſa Romuli fuit.

Celer Remi interfector — Hoc Cę. vr. o. hic interfector Remi fuit vt quidam ſcriptores tradiderūt, licet quidam velint eum ab irato Romulo interfectum, vt Plutarchus meminit qui etiam ſcribit Celerem quem diximus vnum ex comitibus Romuli interfecto Remo in Hetruriam ſeceſſiſſe, et ab eo tractum apud Romanos, vt veloces celeres dicerent, et Q. Metellum Celerem appellatuȝ, ꝙ mortuo patre admirabili celeritate apparatus inſtituiſſet ludum eorum, qui ſingulari certamine pugnarēt. Sed, vt ſcribit Feſtus, Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, quosq; nonnulli a celeritate, alij (vt diximus) a Celere appellatos exiſtimarūt, qui initio a Romulo eqtibus ꝓpoſitus fuit, q̄s electos e ſingulis curijs ꝯſtat. ccc. fuiſſe. Is (vt inqt Serui.) cum Remum occidiſſet tribunus militū fieri meruit, ac tribunus celerꝝ appellari.

Celeres Flexumines Troſſuli — Variatum eſt aūt nomen eqtum ſępenumero, vt Pli. tradit. Celeres enim ſub Romulo ac regibus appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, cum oppidum in Thuſcis eo nomine cepiſſent ſine vllo peditum adiumento. Remus igno. dixerunt qdaȝ Remū nouos muros trāſiliſſe fratris ludibrio. Clauſuȝ pe. &c. Romulus palā flere non vult, ſine ingemeſcere, ne amor qui debet patrię ac legibus fraternę pietati cedere videatur, cum is extorquere debeat vim naturę. Vnde illud eſt in ſexto Æneidos, Vincet amor patrię, laudumq; immenſa cupido.

Hoc celer vrget opus, quē Romulus ipſe vocarat,
Sintq; Celer curę dixerat iſta tuę.
Neue qs aut muros, aut factā vomere foſſam
Tranſeat, audentem talia dede neci.
Q đ remus ignorās humiles cōtēnere muros
Coepit, &t his populus dicere tutus erit?
Nec mora tranſilijt, retro Celer occupat auſū,
Ille premit duram ſanguinolentus humū.
Hęc vbi rex didicit lacrymas ītrorſus obortas
Deuorat, & clauſum pectore vulnus habet.
Flere palā non vult, exemplaq; fortia ſeruat,
Sicq; meos muros tranſeat hoſtis ait.

ILLE, Romulus. Precabatur, loquebatur hęc.
PAV. MAR. Iuppiter dedit oīa, ſigna felicia. Tonitru lę. ſi-
niſtro. Nam lęua tonitrua felicia ſunt. De quo ita
Pli. de tonitribus lęuis Pli. ingt, Lęua proſpera ſunt, qm̄ lęua parte mun-
di ortus eſt. Et eo reſpectu Thuſci in. xvi. partes di-
uiſere mundum, prima eſt a ſeptētrionibus ad ęq
noctialem exortum.
Scda ad meridiē. Ter-
tia ad ęquinoctialem
occaſum. Quarta ob-
tinet quod reliquum
eſt ab occaſu ad ſeptē
trionē. Has in quater
nas iterū diuiſere par
tes. Ex qbus octo ab ex
ortu ſiniſtras. Toti-
dem eōrio appellaue-
re dextras. Ex his ma
xime dirę, quę per ſe-
ptētrionē occaſum at
tingunt. Itaq; pluri-
Vñ venerint fulmina et cauſam mum refert, vnde ve-
nerit fulmina, & quo
conceſſerint. Optimū
eſt in exortiuas redire partes. Ideo cum a prima
cęli parte venerint et in eadem ꝯceſſerint, ſumma
felicitas ꝓtendit. Quales Syllę dictatori oſtentum
datum accepimus. Cętera ipſius mundi portione,
minus ꝓſpera, aut dira, hęc ille. Poeta omīa ꝓ oſtē
to poſuit. Omen (vt Marcel. ingt) votum eſt mē-
tis, et vocis vnde ſacrificantibus dr̄, Bona habete
omina i. vt circūſtantes, et bona mente velint, et re
cta oribus ꝓferant. Et fulmina miſſa lęuo po. lę
ua parte cęli, nam e ſeptētrionali. Ciues, qui co-
adunati erant ad ꝯdendam vrbē. Lęti augurio,
eo oſtento felici. Iaciunt fundamina, fundamē-
ta nouę vrbi. Et exiguo tpe, iā breui. Erat no
uus murus, q; iā extructa dabant moenia. Hoc
Celer vrget opus, Celerē huic Romu. operi ꝓfecerat.
Nam et ꝓſidentē operi paulo ante ex Alycarnaſeo
oñdimus. Sed de eo paulo poſt. Vrget hoc opus, ac-
celerat opus inchoatū. Nam (vt Nonius ingt) Vr-
gere interdū accelerare ſigt. Vir. Tibi quā noctes fe-
ſtina, dieſq; Vrgebā. Quē, Celerē. Romulus ipſe
vo. et operi ꝓeſſe iuſſerat. Et dixe. o Celer ſint iſta
curę tuę, geras vt curā moeniū extruendorū. Ne-
ue qs aut tran. trāſire audeat. Muros, ipſa moe-
nia. Aut fa. vo. foſ. ſulcum, quē vomere deſigna
uimus, h̄ dicit, Id tibi curę ſit, ne qs tranſiliat moe
nia, aut aratro deſignata loca, neue aliunde quis
egrediat, q̄ per inſtitutam portā. Dede ne. interi-
mas. Audentem ta. ſi quis inde tranſilire aude-
ret. Et ex hoc quoq; Romuli edicto, admoniti po-
ſteri ſanxerunt in iure ciuili capitale eſſe tranſcē-
dere moenia vrbium. Quod, edictum Ro. Re
Varia opīo de morte remi mus igno. coe. cō. hu. mu. inſcius fraterni edicti ꝯtē
nebat humilia et exigua moenia. Et coe. di. po.
erit tu. his? quaſi poterit ne ſe ppl's his moenibus
tueri? hęc vero ꝑ ꝯtemptum dicta erant, et tranſi-
lijt deinde muros, et a Celere mox neci datus eſt.
Liui. vero ingt, Vulgatior fama ē, ludibrio fratris
Remum nouos tranſilijſſe muros. Inde ab irato
Romulo, cum verbis quoq; increpitans adieciſſet,
Sic deinde qcunq; alius tranſiliet mea moenia, in
terfectum. Et Plu. ingt, Quidā ab alio occiſum fe-
runt ex his, qui cū eo erant, quē Celerem appella-
bant, poſtea ſubdit, Celer in Tyrrheniā exulauit, et
ab illo Ro. viros neq̄q̄
ſegnes celeris appella-
runt. Vnde. Q. Metel.
Celer dictus, q; paren
ti mortuo gladiatori
os ludos pauciſſimis
diebus abſoluit, cum
omnes apparatus illi
us celeritatem obſtu-
peſcerent, admiraren-
turq; diligentiam &c.
Verū hic Celer ꝓfectus
fuit eqtuū, qui celeres
quoq; dicti. De quo
Pōp. Celeres ingt anti
qui dixerunt, qs nūc
eqtes dicimus a Cele-
re interfectore Remi,
qui initio a Ro. his ꝓpoſitus fuit, qui primitus ele-
cti fuerunt. Ex ſingulis curijs, ideoq; oino trecenti
fuere. Nec mo. tran. tranſlatauit muros Remus
vbi ea verba dixerat. Celer, ꝓfectus. Retro occu. Celer ꝓfe
au. a tergo eum pelui (vt Diony. ingt) percuſſit. Op. ctus mili
primit igit Remum, qui tranſilire muros auſus tum vbi
erat. Ille, Remus. Sanguinolentus, plenus ſan-
guine. Premit humum duram, nam exanimis
in humum corruit. Vbi rex didicit hęc, poſtquā
Ro. reſciuit fratrem extinctum. Deuorat lachry-
mas obortas introrſus, compeſcere nitit̄ repēte na-
tas lachrymas, qm̄ illud factum erat, quod ꝯ edi-
ctum regium muros ille tranſilierat. Ideo Ro. et
dolorem, et ꝯceptas intus lachrymas comprime-
bat, vt exemplum cęteris afferat ſeruandę legis, et
vt animi magnitudinem ac fortitudinem quoq;
oſtenderet. Et habet vulnus clauſum pectore, q̄ſi
premit altum corde dolorem. Non vult flere
palam, aperte. Et ſeruat exempla fortia, fortium
et magnanimorum heroum.

SIC, Vt eiuſmodi poenam ſubeat. Arſuroſque ANT. FAN.
ar. vn. q; maiores non lauabant ſolum cadauera,
quod nunc facimus, ſed vngebant, vt corpuſq; la
uant frigentis et vngunt. Cęterum ſuſpicari poſſu-
mus temporibus Romuli non fuiſſe vngendorū
cadauerū morem ſi Pli. audiuimus, ſi poetas aliter.
Sane Fauſtulus perijt cū Remo ſm Plutar. Nō-
dum fa. fle. Qui nondum percuſſo foedere cū Ta
tio ac Sabinis, a quorū oppido Curibus Quirites di
cti exiſtimant. Subdita flāma, poſtq̄ Remus ſe-
pultus eſt in Remoria, teſte Plutarcho. Plures
nominis huius, vt nunq̄ deſit familia cęſarū, poteſt
& pro fama nomen accipere. Idem Vinalia di
cam, ſignificato non voci reddit relatiuum. Cele Vinalia celebrant
brant aūt Vinalia. ix. calē. Maij, quę ſunt Ioui ſa- ix. calen.
cra non Veneri, teſte Varrone, et Maſurio in ſcdo
Faſtorū. Ioui. n. maiores ſua vina libabant, vt au- Ma.
ctor

Dat tamen exequias, nec iā ſuſpendere fletum
Suſtinet, & pietas diſſimulata patet.
Oſculaq; applicuit poſito ſuprema pheretro,
Atq; ait, inuito frater adempte vale.
Arſuroſq; artus vnxit, fecere quod ille
Fauſtulus, & moeſtas Acca ſoluta comas.
Tunc iuuenes nondum facti fleuere Quirites,
Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.
Vrbs oritur (quis tunc hoc illi credere poſſet?)
Victorem terris impoſitura pedem.

ctor eſt Feſtus, quę ſacrificij cauſa anteq̄ guſtarentur demebant ex dolijs calpari, qđ fuit vaſis fictilis genus. Meminiſſe aūt debemus qđ Plini. ſcribit priſcoꝝ vita rudē fuiſſe ac ſine lr̄is, ſed non paꝝ ingenioſam in illis obſeruationem apparere, q cū triſtia tpa fructibus metuerent, inſtituerunt feria, dieſq; feſtos, Rubigalia, Floralia, et Vinalia, quoꝝ Rubigalia agebant (vt idē Pli. docet) ad. vij. calend. Maij. qm̄ tunc ſegetes fere rubigo occupat. Floralia. iiij. cal. eiuſdē menſis, vt oīa bene defloreſcerent. Vinalioꝝ aūt altera, hoc eſt priora, h' mēſe agebāt, vel vt Pli. (niſi eius locus dpranatus eſt) ſcriptū reliquit. ix. cal. Martij. deguſtandis vinis iſtituta, et nihil ad fructus attinentia. Altera vero agebant ad xiiij. cal. Septēbris, vt Feſtus docet, quę Varro a Fidicula incipiente occidere mane determinauit, inſtituta tempeſtatibus leniendis, et dicta ruſtica, vt Varro et Feſtus tradunt, quo die Veneri dedicata ędes fuerat, et feriati erant olitores, ac nouum vinum in vrbem ferebat, adeo vt in Tuſculanis ſacris eſſet ne vinum nouum in vrbem veheret anteq̄ Vinalia calarent. Moris ēt fuit aliquando nōnullis in locis Latij (teſte Varrone) vt vindemię primum a ſacerdotibus publice fierent. Itaq; Romę Flamen Dialis vindemiam auſpicabat, qui cū Ioui agna feciſſet inter eius exta cęſa et proiecta vinum legebat. Plut. auctor eſt vinalibus multuꝫ vini e templo Veneris ꝓfundi ſolitum, vel vt oſtēderet diem feſtum agi ſobrie oportere, vel q; ferunt Mezentium Hetruſcoꝝ ducez ad Æneam miſiſſe, qui cum eo foedus facerent, vt quotannis certum vini numeꝝ ab eo acciperet, quod poſtea cū Æneas poſcenti negaſſet, Mezentius Tyrrhenis daturū ſe pollicitus eſt, ſi ꝑlio viciſſet. Itaq; Æneam victorem re cognita Dijs immortalibus vinum conſecraſſe, et collectum templo Veneris effudiſſe. Cęteꝝ Diony. ſcribit Hetruſcorum regem non Ęneę, ſed Aſcanio perinde ac in ſeruitutem redacto imperaſſe, vt vinum Hetruſcis daret, qđ cum ferēdū eſſe non videret vinum ſacrum Ioui eſſe decreuerūt.

Rubigalia Floralia Vinalia

De tēplo Veneri dicato

PAV. MAR. ET Ait ſic hoſtis tranſeat meos muros, eodem euentu tranſiliant hoſtes, quaſi ſiquis hoſtis tranſilire hoc audebit, ſic pereat. Dat tamen exequias, quis talem ſeſe oſtendat, ſoluit iuſta tamen. Nec iam, dum ſoluuntur iuſta. Suſtinet ſuſpendere fletum, poteſt lachrymas continere. Et pietas diſſimulata patet, aperte oſtendit pium in fratrē animum, quem paulo ante diſſimulauerat. Et implicuit oſcula ſuprema implicita libauit oſcula vltima, hoc ideo dictum, q' implicuit ſe in amplexibus et oſculis. Poſito pheretro, cum eſſet iam eleuatum cadauer, et depoſitum pheretrum cum ipſo cadauere. Pheretrum a ferendo, quo corpora efferuntur. Atq; ait o frater adēpte inuito, qui adēptus et ſublatus es mihi nolenti. Vale, quod verbum vltimo loco proferebatur. Et vnxit artus arſuros perungere fecit, vt moris poſtea fuit corpus quod cremandum erat reſpexit poeta ad poſteriora tempora. Nā ab initio vrbis non erat vſus vnguentorum, nec perungendorum corporum. Primum quod ſe inueniſſe Pli. dicat, caſtris Darij regis expugnatis i reliquo eius apparatu, Alexander cepit ſcriniū vnguentorum. Poſtea voluptas eius a noſtris quoq; inter laudatiſſima, atq; etiam honeſtiſſima vitę bona admiſſa eſt. Honos quoq; et ad defunctos pertinere coepit &c. Quod fecere ille Fauſtulus, verum Fauſtulus gemellorum nutricius, cum fratre cecidere in ea contentione, ſed ſuperfuit Acca nutrix illoꝝ. Et Acca ſoluta męſtas comas, Acca Laurentia habens pręmoeſtitia paſſos crines. De ipſa nutrice diximus in tertio. Tūc Qui. non. fa. ipſi homines qui cum Ro. erant, nondum appellati Quirites. Nam poſteaq̄ in colonem vrbis et vitę recepti Sabini, a Curibus Sabinis Quirites dicti. Fleuere iu. Re. extinctum. Vltima flā. eſt ſub. ro. pro. poſteaq̄ ſatis plorauerant, vltio loco ſummiſere facem rogo, et cremauerūt cadauer, et tumulo deinde ꝯdiderunt. Et (vt Diony. inquit) in Romoria eum ſepelit, qn̄ quidem et viuēs ille eum locum ſedibus deſtinabat. Et Plutar. Conſtituta inqt ingenti ſcrobe in Romonio colle circa eum locum, quem nunc Comitium appellāt, fratrem ſepeliuit. Cumq; obruiſſet, vna cū illo quędam ſarmenta inſtituit, vt oīum reꝝ primitię, quę ad vſum hominis, vitę neceſſitatem, lege aut natura traditę ſunt, eo deportarentur. Et deniq; ex qua quiſq; ciuitate aut loco Romā adibat, paꝝ ex ea tellure ſecum ferrent in ſcrobē illam ingerebat, quę qdem cum in orbem deducta eſſet munduꝫ vt cęlū appellabāt &c. Vrbis. o. ſurgūt męnia, extruunt ędes et reliq̄. Impoſititura pe. vi. ter. ſubactura totum terraꝝ orbē. ſic victore pede terras calcatura. Quis tunc poſ. hoc illi cre. quis eo tpe potuiſſet hoc ſibi pſuadere tā humilē ab initio vrbeꝫ ad eam magnitudinem ꝓuehendā, vt toti eēt orbi dominatura. Cuncta regas, tu o Roma regas totum orbem. Et ſis ſub ma. Cę. ſemp, Cęſar, ſeu Tiberius, ſeu Germanicus impet. Sępe et habe. plu. hu. nois, hēas ſępe plures Cęſares. Et quo. tu Roma ſublimis excelſa et triumphans. Stet terris in or. do. quē domuiſti. Oīa ſint in ſe. tu. hu. oīa tibi ſuccūbāt, et magnitudine tua oīa ſupes. Dicta pal. no. eſt iam diximus de Palilibus. Iam Vi. di. x. calen. Maias, hoc eſt. xxij. die menſis Apri. Vina-

Morem in ſepulchris

Augurium vrbis Romę

Cuncta regas, et ſis ſub magno Cęſare ſemp̄,
Sępe etiam plures nominis huius habe.
Et quoties ſteteris domito ſublimis in orbe,
Omnia ſint humeris inferiora tuis.
Dicta Pales nobis, idem Vinalia dicam,
Vna tamē media eſt inter vtranq; dies.

**Varia opinio ɗ morte Ænee ēt q̄ aſcribū tur Aſcanio**

lia feſta celebrantur, diemq; Iouis eſſe oſtēdit, cum feſtum Veneris dicatur, quo die (vt Plutar.) tradit multum vini ex templo Veneris profundūt. Et has rationes affert, An illud eſt quod multi dicūt, Mezentium Hetruſcorum ducem ad Æneam miſiſſe, qui cū eo foedus facerent, vt quotannis certum vini numerum eo acciperet. Quod poſtea cū Æneas poſcenti negaſſet, pollicitum Tyrrhenus ferunt, ſi p̄lio viciſſet vinū daturum. Re cognita Æneā Dijs immortalibus vinū conſecraſſe, poſt victoriam deinde collectū templo Veneris effudiſſe. An hoc quoq; ſignū eſt, diem feſtū ſobrie agi oportere, ꝙ Dij longe magis vini effuſione, q̄ ingurgitatione gaudeāt. Verū qd̄ Plut. de Ænea inqt, Diony. Aſcanio aſcribit. Nā vbi de morte Ænee egit, ſic pſequitur, Imperiū ſuſcipit Euryleon, q mutato noīe dictus eſt Aſcanius. Erāt aūt incluſi muris eo tp̄e Troiani, et cum hoſtibus ſemp̄ noua aduētarēt auxilia, haud ſatis validę Latinorū vires erant ad ſubueniēdū obſeſſis Lauinij. Primū igitur in amicitiam, ęquasq; cōditiones p̄uocauit hoſtes Aſcanius. Vt vero nihil pficit pmittere ipſis coactus eſt, vt qbus ipſi vellēt cōditionibus bellū diſſoluerēt. Rexq; Hetruſcorū, et alia tanq̄ in ſeruitutē relactis intolerabilia ip̄erat. Et vinū quodcunq; ferret ager Latinorū quotannis Hetruſcis dādum haud ferēda viſa eſt, fructūq; vitis ſacrū Ioui eſſe decreuerūt, ferente ſniam Aſcanio. Var. aūt diē hūc Ioui aſſignat. inqt. n. Vinalia a vino, hic dies Iouis, nō Veneris. Huius rei cura nō leuis ī Latio. Nā aliquot ī locis vindemię primū ab ſacerdotibus publicę fiebāt, vt Romę ēt nunc. Hāc Flamē Dialis auſpicaſ vindemiā. et vt iuſſit vinū legere, agnā Ioui facit. Inter cuius exta cęſa et piecta Flamē prorſus vinū legit. In Tuſculanis ſacris ē, Vinū nouū ne vehaſ in vrbem anteq̄ Vinalia calent. Hęc Var.

**Vinalia feſta agebanſ die xix. Aug.**

verba oñdunt Vinalia fuiſſe in autūno. Sic ē Pōp. qui inqt, Ruſtica Vinalia. xiiij. cal. Septē. celebrabāt, quo die primū in vrbē vinū deferebāt. Verū erāt et priora Vinalia in vere, quorū meminit Pli. deguſtandis vinis pſtituta, licet locus in Pli. deprauatus ſit, cum dicat. ix. cal. Mar. cū Maias debeat dicere. Hic aūt dies Iouis erat, vt ex Var. diximus. Nam et Maſſurius lib. ij. Faſto. Vinaliorū inquit dies Ioui ſacer eſt, non vt qdam putant Veneri &c. Iaꝫ dicam Vinalia, Vinaliorum rationem.

**ANT. FAN.**

VNA tñ &c. ſi Vinalia. ix. cal. Maij celebranſ, vt e Pli. (q̄uis deprauato) colligimus, et inter Palilia, atq; Vinalia vnā tantum diē mediā eſſe pfitemur conſequēs ē vt Palilia ēt Pli. teſtimonio. xi. cal. Ma. celebrenſ. Numina vul. Ve. cele. puellę, meretrices hoc tp̄e colebant Venerē Erycinam, q̄ templum habuit Romę extra portā Collinā, cui (vt inqt Stra.) inſignis porticus adiacebat. Li. tertię Decadis li. vlt. Ita abundauit Tyberis, vt ludi Apollinares Circo inundato extra portā Collinā ad ędem Erycinę Ve-

**Venus Erycina**

neris parati ſint. Appianus Sylla, copijs p̄ſectis ad Collinā portam circa meridiē caſtra locat, nō longe a Veneris templo. Huic Deę matronę Romanę menſe Auguſto ad imitationē Ægyptiorū pudēda ſe deferebāt cum ſacrorū pompa, et q̄uis id ſolēne meretricū eſſet, nemini tñ licebat p̄ter q̄ matronę caſtę id ſacrum tractare ac deponere in ſinu Veneris. Id vt verū exiſtimeſ facit ꝙ qdaꝫ tradant conſueuiſſe oli conſules Ro. et oēs q cum aliquo impio ſe in Siciliā conferebant Erycinā Venerē ſit venerari, vt in exoletorū ac mulierū remiſſionē conuerterent, ꝙ eo pacto iucundū eſſe Deę ſuum aduētum exiſtimarēt. Pro feſſarum, earū quę artē meretriciam pfitenſ, ſi obſcoeni qſtus artis nomen merenſ. Meretrices Plautus Proſedas appellauit, ꝙ ante ſtabula ſedeant, vt inqt Feſtus. Eędem Poſſibilę dictę. Grata ſiſymbria, dabanſ ē Veneri ientacula. itē ſerta, ē vnguēta. Plautus ī Aſinaria, Tū ſi coronas, ſerta, vnguēta iuſſerit ancillam ferre Veneri, aut Cupidini. Idē in Curculione, Me inferre Veneri voui iā ientaculum. Gratū aūt ſiſymbriū Veneri exiſtimaſ, qm̄ ſilueſtre, qd̄ in ſicco ortū odoratius eſt, et anguſtiore folio coronis inferiſ, et decoctū in uino ſanat in facie mulierū cutis uitia. Sed coronat (vt inquit Pli.) tm̄ folio ut ſerpyllū. Reperiſ hęc herba ē ſatiua et ſilueſtris, uocaturq; ſilueſtris a qbuſdaꝫ tymbreū naſturtio ſimilis, q̄ in irriguis locis naſciſ, et eſt pedali altitudine. Var. placet ſiſymbrium ex gręco uocabulo deductū eſſe, ut maluam et liliū. Eius herbę ſuccus ad excutiēdum ex utero partum nō paruam uim habere dr̄, ex quo etiaꝫ Veneri grata putari poteſt, ut myrtus, de qua diximus ſupra.

**Sacrū Veneri mēſe Augu. go p meretrices**

**Proſedas**

**Quę dabanſ Veneri Siſymbriū**

**PAV. MAR.**

VNA ta. di. eſt me. in. utranq;, inter Palilia, et Vinalia, unus dies eſt interpoſitus. Numina uulgares, hortaſ puellas liberaliores ſui corporis, ut Veneri libent, frequētesq; erant ad ędē Veneris Erycinę, q̄ e Sicilia Romā a M. Marcel. uictis Syracuſis tranſlata eſt, et apud portā Collinā ędes eſt illi conſecrata, ſub eadem appellatione ab Eryce monte Sicilię, in quem dicūt conuerſuꝫ Erycē Veneris filiū, et in eo ab Ænea Veneri matri tēplum condituꝫ. Diod. tñ inquit Erycē Veneris filiū in monte urbeꝫ ſui nominis cōdidiſſe. et in arce tēplum matri dedicaſſe, q̄ Erycina dr̄. Et addit, Nunq̄ huius uenerationis tēpli deſtitit, Æneas hic uota ſoluit, dona obtulit. Et Carthaginēſes, et Romani duces, et conſules ad tēplum ueniunt, poſitaq; ſeueritate ludunt. S. P. Q. R. inſtituit. xvi. Sicilię urbes aurū conferre Veneri Erycinę, Militesq; ducentos ad templi tutellam deputauit etc. Puellę uulga. o meretriculę. Celebrate numina Veneris, quaſi ſacrificate. Multa Venus, hoc eſt plurima uoluptas Venerea, niſi ita legas. Multa pro multum. Venus eſt apta quęſtibus profeſſarum, uſui et lucro earum quę meretriciam pfitentur artem. Poſcite formam

**De tēplo Veneri Erycinę iſtituto ī Sicilia**

mam thure dato,adolentes thura poſcite formę decorē,qui qdem dat a gratijs,q̄ miniſtrę ſunt Veneris. Et fa. po. quo formam laudet populus,et vobis faueat. Poſcite blan.qbus iuuenes alliciatis. Et ver.di.conuenientia. Ioco, Veneris filio,de quo ſuperius dictum,et Horati.in Odis, Quaꝫ volat circū Iocus et Cupido.Iocus.n.eſt q allicit. Alij legunt Loco

Numina vulgares Veneris celebrate puellę,
Multa profeſſaꝝ quęſtibus apta Venus.
Poſcite thure dato formam, populiq; fauorē,
Poſcite blanditias,dignaq; verba Ioco.
Cumq; ſua dñę date grata ſiſymbria myrto,
Textaq; compoſita iuncea vincla roſa.
Templa frequentari Collinę ꝓxima portę
Nunc decet,a Siculo nomina colle tenet.
Vtq; Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis
Claudius,& bello te quoq; cepit Eryx,

Date ſiſym. grata dñę,offerte ſiſymbria Veneri, quę illi ſtrata ſunt. Sisymbriuꝫ (vt Pli.li.xx.inqt) ſilueſtre a qbuſdam tymbreū appellatum pedali nō plus altitudine, quod in riguis naſcit̄, ſimile naſturtio eſt,vtrūq; efficax aduerſus aculeata aīalia. et in lib. xix.Sisymbrium inquit ferunt lętiſſimum,naſcitur ī puteoꝝ parietibus,et circa piſcinas,ac ſtagna

Siſymbriū herba q̄ naſcit̄ ī parietibus puteoꝝ

Cum ſua myrto,quę eſt illi dicata.

ANT. FAN.

IVNcea vincla,coronas,e roſis,ſiſymbrio, et ſilibus, iunco ſuppoſito ſiue ꝯtexto. A Siculo noīa colle tenet, ab Eryce,vnde Venus fert̄ Romā tranſlata monitu carminis Sibyllini, poſteaq̄ Claudius Marcellus Syracuſas et alia Sicilię oppida q̄ erant in ptāte Carthaginenſiū expugnauit in Ecyre fanum fuit Veneris,quod ſm aliquos ab Ænea,ſm alios Ab Eryce Veneris ac Butę, ſiue Neptuni filio ꝯditum ſingulari veneratione antiqtus colebat̄,refertum mulieꝝ frequentia(vt inqt Strabo) eius Deę miniſterio dicataꝝ.Id poſtea vetuſtate collapſum Claudius imperator,vt ex ęrario po.Ro.reficeretur auctor fuit,teſte Suetonio.Fuit et Romę in Capitolio templū Veneris Erycinę,auctor Liuio, q ſcribit Qu.Fabium maximū a Senatu poſtulaſſe, vt ędē eius Deę quā dictator vouiſſet dedicari liceret,et creatos eſſe duum viros ędibus dedicandis Attilium Menti,Fabium Veneri Erycinę, quę in Capitolio fuerunt vno canali decretę. Syracuſas Arethuſidas,oppidum Sicilię nobiliſſimuꝫ, de quo diximus,apud ipſum fons eſt Arethuſa. Claudius, Propertius, Qua Siculę victor telluris Claudius et qua Cęſar ab humana ceſſit in aſtra via. Scio eſſe qui accipi Appium Claudiū velint, qui Meſſanaꝫ obſeſſam obſidione liberauit,Hieronēq; ipulit magna cum ſtrage ſuoꝝ fugere Syracuſas,qui tanta celeritate victus eſt,vt ſe prius victum q̄ hoſtē videret fateret̄,qꝺ nobis non placet. Accipiendus.n.eſt M.Claudius Marcellus,qui fuit Syracuſaꝝ glorioſiſſimus expugnator plurimaq; inde ſigna ī vrbeꝫ reportauit, Egitq; in triumpho non homines tantum,veꝝ et Deos,primusq; Hannibalē docuit vinci poſſe Conſtet ergo duos Claudios Siciliā ꝯtudiſſe, Appiū Claudium et.Ix.fere anno poſt Claudiuꝫ Marcellū. Trāſlata,Romā e Sicilia. Feſtum Veneris Vinalia,colit̄ qdem Venus Vinalioꝝ die,ſed Iōi Vinalia Ioui ſunt ſacra non Veneri. Amatę,hęc

Venus Erycina trāſlata

Venus Erycina in Capitolio

Feſtum Veneris agebat̄ ī Vinalia

fuit mater Lauinię,ꝑꝑ quam inter Æneam et Turnum nata ſunt bella. Hetruſcas Turnus adorat opes, diffiſus ſuis auxilium petit a Mezentio, qui haud grauatim ſe Rutulis iunxit,teſte Li. Clarus erat &c.hic(vt ſcripſit Cato in primo originū)Rutulis imperauit,vt ſibi offerrent quas Dijs primitias offerebant.Vnde a Virgi.dictus eſt contēptor Deoꝝ, ꝙ diuinos honores ſibi exegiſſet.Latini (vt idem Cato auctor eſt) ſimilis imperij metu ita vouerunt, Iuppiter ſi tibi cordi eſt nos ea tibi dare potius q̄ Mezētio nos victores facias.Eum regem Varro ſcripſit (vt Plinius refert) tuliſſe auxiliuꝫ Rutulis ꝯ Latinos vini mercede,quod tum in Latino agro fuiſſet.

Cle vinalioꝝ Mezētius cum Rutulis ſe ꝯiunxit

ET Vincla iun.tex. hoc eſt vincentes iuncos cōtextos. Roſa cō.i.coronā roſaꝝ cōpoſitaꝝ, iūcis illigantibus ꝯtextaꝝ,Veneri ipſi dato. Nunc de. fre.tem.decet vos frequentes ire ad templa Veneris.

PAV. MAR.

Proxima por.Col.quę ꝓpinqua ſunt portę, quę Collina dicta eſt,quę et porta Salaria dicta ſupra collē Quirinalē. Tenet noīa a col.Si. vocat̄ ędes Veneris Ericynę ab Eryce monte Sicilię, de q̄ Strabo inqt,Eryx quoq; collis excelſus habitat̄,ī quo Veneris templū locatū eſt qꝺ ſingulari veneratione colit̄.Antiqtus mulieꝝ frequentia refertū illius miniſterio dicataꝝ,q̄s et e Sicilia, et externis e regiōibus multi locarant,hac vero tēpeſtate,ſicut et ipſa colonia viduata colonis eſt. Sic et templum deſolatum,et ſanctoꝝ hoīum copia defecit. Eſt et Romę ante portā Collinā Deę huius ędificiū,ꝙ Veneris Erycinę tēplum dictitant. Cui cuꝫ ęde ſacra inſignis adiacit porticus. Hęc ille. Et vt Clau. poſtq M.Claudius,quē qnqes ꝯſulem Marci filiū extitiſſe tradunt.Eiq;(ſicuti Poſſidonius refert) cognomen qꝺ Martiū eſt primum ex familia fuiſſe Marcello. Exercitatione nāq; bellicoſus erat, robuſtus corpe, manu potens, natura ad dimicandū vir ardēs,ꝙ illius certamina declarant. Acer,ac ſtrenuus ad cęteras vitę partes humanus atq; modeſtus. Galloꝝ ducem ſingulari certamine fudit Spolia Ioui feretrio retulit.Primus Hannibalē vinci poſſe docuit. Syracuſas expugnauit.In inſidijs poſtea ab Hānibale iterceptus eſt. Abſtulit ar.expugnauit. Syracuſas Are.ab Arethuſa Syracuſij fontis nympha

Añ portā Collinā eſt tēpluꝫ Veneris

Et coe.te q̄s Eryx bel.ēt Erycē montē armis occupauit. Venus,Erycina.s. Eſt trāſ.e Sicilia ī Vrbem. Carmine vi.Sibyl.quaſi tranſlata a Romanis monitis carmine ſibyllino.Viuacis dixit ꝑꝑ Cumęam Sibyllaꝫ,cui datū erat tot annos viuere, q̄t partes harenę palmis accepit,de quo in.xiiij. Met. et alias a nobis dictum. Et ma.co.in vr.ſtir.potius voluit coli in vrbe Roma. quę a ꝓ nepotibus Æneę ꝯdita eſt. Cur igit̄ cum feſtum ſit Veneris,

Carmine vinacis Venus eſt tranſlata Sibyllę,
Inq; ſuę ſtirpis malnit vrbe coli.
Cur igitur feſtum Veneris Vinalia dicant,
Quęritis, et quare ſit Iouis iſta dies.
Turnus, an Aeneas Latię gener eſſet Amatę.
Bellum erat, Hetruſcas Turnus adorat opes.
Clarus erat ſumptisq; ferox Mezentius armis,
Et vel equo magnus, vel pede maior.
Quem Rutuli, Turnusq; ſuis aſciſcere tentant
Partibus, hęc contra dux ita Thuſcus ait.
Stat mihi nõ paruo virtus mea, vulnera teſtor
Armaq;, quę ſparſi ſanguine ſępe meo.
Qui petis auxilium, non grandia diuide mecũ
Pręmia, de lacubus proxima muſta tuis.

Quare Mezentius coniũxit ſecũ Turno ꝓpter copiam vini habẽdaꝫ

cur dies Iouis ſed refert ipſam hiſtoriã. Quod Me
zentius Hetruſcorum rex veniens in auxilium Tur
ni, Rutulorum ſibi dari vinum pepigit. Aeneas ve
ro Latinorum vinum Ioui vouit, Ex Dionyſio ta
men diximus fuiſſe Aſcanium. Cur dicant igit
Vinalia feſtum Veneris, quęritis cur Vinaliorum
diem dicant Veneris
feſtum eſſe. Et quar
iſta dies ſit Iouis, nã
Iouis celebritati deſti
nata. Bellum erat
armis, certabatur.
An Turnus, rex Ru
tulorũ. An Aeneas
eſſet gener Latię Ama
tę accipere deberet i
vxorem Lauiniam
Latini regis, et Ama
tę reginę filiaꝫ, nota
eſt hiſtoria. Turnus
adorat opes Hetru.
orãdo ſupplex poſcit
Tyrrhenorum opeꝫ,
de quo Liuius, Tur
nus inquit, Rutuliq;
diffiſi rebus ad florẽ
tes opes Hetruſcorum, Mezentiumq; eorum regem
confugiunt, qui Cere opulento tum oppido impe
ritans, iam inde ab initio minime lętos, nouę ori
gine vrbis, et tum nimio plusquam ſatis tutum
eſſet accolis rem Troianã creſcere ratus, haud gra
uatim ſocia arma Rutulis iunxit etc. Mezentius
erat Clarus, illuſtris. Et ferox, ſeuus. Sumptis ar
mis, cum ſumpſiſſet arma ad pugnã. Et vel equo
magnus, ingens erat et magnarum viriuꝫ, ſi pu
gnaſſet eques. Vel pede, maius prę ſe ferebat ro
bur ſi pedes pugnaſſet. Quem, Mezentium. Ru
tuli et Tur. ipſe Rutulorum rex. Tentant aſciſcere
ſuis partibus, aduocare in ſuum auxilium, et iun
gere cum eo militiam. Econtra, quaſi ex altera
ꝑte. Dux Thuſcus, rex tyrrhenus. Ait ita, ſic dixit.

ANT. FAN.

STAT mihi non paruo, conſtat ſanguine ac
multis vulneribus. Non grãdia pręmia, petimus
exigua ꝑmia ſi expendatur noſtrę fortitudinis me
ritũ, Quã ve. Ae. iſta ne. mi. callidũ ſuaſiõis genus
dicit. n. placituꝝ hoſtibus Rutuloꝝ vt q̃ petit mu
ſta nõ cõſeq̃t. Sane (vt Feſtus auc. ẽ) Aeneas pugnans
cũ Mezẽtio, cũ nuſq̃ apparuiſſet Indiges ab Aſcanio
appellatus eſt, cuius nomine etiam templum con
ſtruxit. Hoſtica vindemia, Rutulorum meorum
hoſtium muſta. Cadit Mezentius ingens, ſecun
dum poetas non ſecundum hiſtoriam. Merito
Ioui, qui fauit cauſe meliori, vnde Vinalia ei dica
ta ſunt. Sex vbi quę reſtent, luces Aprilis habebit
In medio curſu tempora veris erunt, reſtent legen
dum eſt non reſtant, et eſt ſenſus, Cum Aprili ſex
tantum dies ſuperfuerint, hoc eſt. vij. calen. in me
dio curſu ver erit. Tunc enim et Rubigalia celebrã
tur, vt Pli. docet. Itaq; cauendũ eſt nel ſexto die poſt
Vinalia, hoc eſt. iiii. calen, Maij putemus vel eẽ Ver
medium, vel Rubigalia celebrari, ne vna cum Pli,

Hoſtica videmia quę dicitur

Rubigalia

nobis Feſtus quoqꝫ et Seruius aduerſentur, qui ſcri
bunt ſeptimo calen. Maias eſſe Rubigalia. Illud ꝑte
rea ſciendũ ne forte in veris dimenſione fallamur,
medium eſſe non ſolum quod ęque diſtat ab ex
tremis, ſed quod eſt inter extrema, atqꝫ a principio
ita diſcedit vt finem non attingat, item et manife
ſtum, vt Senſit medi
os dilapſus in hoſtes.
et Quãq̃ in media iã
morte tenetur.
VIRTVS, robur, et
fortitudo mea. Stat
pro conſtat. Mibi
nõ ꝑuo, ſed magno.
Teſtor vulnera, quę
ſuſcepi i bello, et quę
quidem indicant nõ
paruo mihi ꝯſtitiſſe
fuiſſe ſtrenuũ et prę
ſtantem in bello. Et
teſtor arma quę ſępe
ſparſi ſanguine meo
ſępe infeci cruore e
vulneribus meis effu
ſo. Qui petis auxili
um, Turne et vos Ru
tuli, qui meam opem imploratis. Diuide mecum
non grandia ꝑmia, ꝓxima muſta de lacubus tuis
hoc eſt diuide mecum vina, quę ꝓxima vindemia
e vitibus tuis percipies, quod exiguum erit pręmiũ
quaſi et tamen eo exiguo ero contentus. De lacu
bus, de doliis per tranſlationeꝫ a lacunis, nã Var.
inquit, Lacus lacuna magna vbi aqua contineri
poteſt. Nulla mora eſt operę, non erit retardatio
laboris, nam mox in bellum prodibo. Veſtrum
eſt dare, muſta ſcilicet. Vincere eſt noſtruꝫ, ad nos
pertinet parare vobis victoriaꝫ. Quã velit Aeneas
iſta, muſta veſtra. Negata mihi, vellet Aeneas vos
mihi nolle ea tradere quo vobis auxilio non eſſeꝫ.
Annuerant Rutuli, ꝓmiſerant ſe daturos. Mezẽ
tius induit arma, armauit ſe ad bellum cõtra Ae
neam. Induit Aeneas, ipſe etiam arma ſuſcepit.
Et alloquitur Iouem, anteq̃ in certamen cum Me
zentio exiret, ita Iouem allocutus eſt. Hoſtica vin
demia, fructus vindemię hoſtilis, hoc eſt muſta Ru
tulorum. Vota eſt, voto ꝓmiſſa. Regi Tyrrheno,
Mezentio regi Hetruſcorum, a Tyrrheno Atyos re
gis Meonię filio Thuſcia Tyrrhenia dicta eſt. Tuo
Iuppiter feres muſta e palmite Latio, e vitibus Lati
norum. nam Latium tibi ego vinum voueo. Vo
ta me. va. vota Aeneę, quę magis pia fuere, cũ Ioui
vinum vouerit. Valent, quia ſunt effectum con
ſequuta. Cadit Mezentius ingens, ab Aenea ſingu
lari certamine peremptus. Atqꝫ plangit, percutit.
Humum, cum moreretur. Pectore indignanti,
cum indignatione renitenti, cum ipſam animaꝫ
exhalaret. et in hoc poeta Virg. ſequutus, q tradit
Mezentium ab Aenea peremptum, cum id nõ cõ
ſtet. ſed ex hiſtoria habemus Aſcanium a Mezẽtio
obſceſſum, cum ſuis ex improuiſo caſtra hoſtilia
adortum, Lauſum Mezẽtii filium interemiſſe, tunc

PAV. MAR.

Nulla mora eſt opi, veſtrū dare. vincere nr̄m ē
Quam velit Aeneas iſta negata mihi.
Annuerant Rutuli, Mezentius induit arma,
Induit Aeneas, alloquiturq; Iouem.
Hoſtica Tyrrheno vota eſt vindemia regi,
Iuppiter e Latio palmite muſta feres.
Vota valent meliora, cadit Mezentius ingens,
Atq; indignanti pectore plangit humum.
Venerat Autumnus calcatis ſordidus vuis,
Redduntur merito debita vina Ioui.
Dicta dies hinc eſt Vinalia, Iuppiter illa
Vendicat, et feſtis gaudet ineſſe ſuis.
Sex vbi, quę reſtent, luces Aprilis habebit.
In medio curſu tempora veris erunt.

Mezentium pacem, et pactionis iniſſe cum Aſcanio, Tybrimq; terminum vtriuſq; regni conſtitutum, Hetruſcorum, ſcilicet et Latinorum. *[Tyberis fuit terminus thuſcorū et Latinorum]* Venerat Aut. quo tempore vuę colliguntur. Sordidus, deturpatus. Calcatis vuis, calce p̄ſſis, et p̄lo ad exprimenda muſta. Debita vina redduntur merito Ioui, ſoluūtur vota, offeruntq; vinum Ioui p̄merenti pro victoria Æneę p̄ſtita. Hinc ex hoc vino Ioui oblato. Dies eſt dicta Vinalia, non enim huiuſmodi nomina feſtoruꝫ, p̄ferēda, niſi numero multitudinis, vt Saturnalia, Bacchanalia, Cerealia, Palilia. ideo dies dicta Vinalia, q̄a Vinaliorum celebritas referē eo die. Iuppiter vēdicat ſibi illa, attribuit ſibi eum diē. Et gaudet ineſſe ſuis feſtis, q̄ etiaꝫ illa ſit in diebus ſuo numini cōſtitutis, Sex vbi quę reſtāt. iiij. ca. Ma. hoc eſt. xxviij. die Apri. erit medietas veris, et heliacus Arietis occaſus, nā totus iam a Sole abijt, et oritur Canis, de quo paulopoſt dicemus. et erūt Rubigalia, quę (vt Varro iq̄t) ab Rubigo dicta ſecūdū ſegetes huic Deo ſacrificat, ne Rubigo occupet ſegetes. Agricolę antiq̄ Rubigum dicūt Deum, et inuocabāt, vt idem Varro oſtēdit li. pri. de ruſti. De Rubigalibus Plinius ita inq̄t, Rubigalia Numa cōſtituit anno regni ſui. xi. q̄ nūc agūtur ad. vi. ca. Ma. q̄m tunc fere ſegetes Rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinauit, Sole Tauri partem x. obtinente, ſicut tunc ferebat ratio, ſed vera cauſa ē, q̄d poſt dies vndeuiginti ab ęquoctio verno p̄ id quatriduū varia gentiū obſeruatione in quarto calē. Maiaꝝ Canis occidit. Sidus et p̄ ſe vehemēs, et cui p̄ occidere Caniculā neceſſe ſit. hęc Pli. ſed diſcrepat a poeta, cum alter dicat eo die Canem exoriri, alter occidere. et Plin. paulo ante eum locum occultari quoq; Canem. iiij. ca. Ma. oſtendit. Ego ita acciperē Plinio veſperi occultari. Poetę vero mane exoriri. Iunius autem Moderatus pridie calen. Ma. cęlari Canem oſtendit. Duo tamen Canes in cęlo figurātur. Canis et Prochiō. De quibus Higinius, Canis inquit leporem fugientem conſequens, poſterioribus pedibus clauditur ab hyemali circulo, pedem dextrum Orionis pene ſuo capite coniungēs, capite ad occaſum ſpectans ſed caput ad ęquinoctialem circulum tendit. occidit oriente, Sagittario. Exoriens autem cum Cancro. Is Canis habet in lingua ſtellā vnam, quę ſtella Canis appellatur. in capite autem alteram, quam nonnulli Syrion appellant. in vtriſq; auribus obſcuras ſingulas, in pectore duas, in pede priore tres, inter ſcapulos tres, ſiniſtro hū/

*[Rubigalia a Numa Pō. cōſtituta anno regni ſui. xi.]*

bo vnaꝫ, in pede poſteriore vnam in pede dextro vnam, in cauda q̄tuor. Oēs ſunt. xix. Prochiō vero in lacteo circulo defixis pedibus ęquoctialē circulum tangit. Spectat ad occaſum, vt inter Geminos et Cācrum cōſtitutus. Qui q̄ ante maiorem Caneꝫ exoritur, Procion eſt appellatus. Hic autem occidit exortu Capricorni. Ex oritur cum Leone, ſed eſt omnino ſtella rum numerus triuꝫ. hęc ille. Moderatus vero oſtēdit Prociona exoriri mane iduum Quintilium et Caniculam oriri. xvi. calendarum Sextilium. Verum quia de Rubigine agebamus, id mali accidit, cū madefactos aquis culmos Solis calor adurit. et Plin. inquit, Eruguꝫ, vinearumq; maluꝫ, nullo minus noxium eſt Rubigo, frequētiſſimaq; hęc i roſcido tractu, conuallibusq; ac perflatum non habentibus, e diuerſo carent ea ventoſa et excelſa. *[Procion orit die. xv. Iulij]*

ET fruſtra pecudem quęres Athamantidos Helles, Aries hoc tempore et immergitur Oceano ante Solis occaſum, et latet occaſu heliaco magna ex parte, antq̄ is in ortum feratur. Quod fieri neceſſe eſt Sole in Tauri fere parte ſeptima conſtituto. Signaq; dant imbres, quia paulopoſt (vt ſcribit Columella) eſt fere Auſter cum pluuia. Exoriturq; Canis, hic Canis de quo nunc agimus, quia (teſte Macrobio) Tauro vicinus eſt, et oriri hoc tempore dicitur et occidere. Oritur quidem ortu coſmico, occidit heliaco, vnde et Columella Canem inquit cęlari veſperi pridie calen. Maias. et Virg. in Geor. Auratis aperit cum cornibus annum Taurus, et aduerſo cadens Canis occidit aſtro. Neque enim placet q̄ Seruius dicit occidere Canem hoc tempore, quia poſt horam quartam diei cum Cācro in ortum feratur. Quis enim eſt qui eiuſmodi occaſum ſiderum tradit? Recte igitur ſentit Macrobius docens Sole Taurum tenente non uideri hunc Canem tectum lucis propinquitate, quod adeo veruꝫ eſt, vt Ouidius eundem Canem, quem Erigoneum vocat, menſe Maio doceat in ortum ferri, queꝫ heliacum dicimus. Scio quoſdam eſſe noſtrorum tēporum aſtronomos, qui ſtellam quandā in Scorpione Canem appellant, quę oriente Tauro occidat neceſſe eſt. Eſt et Canis qui Procion dicitur, quod ſidus apud Romanos auctore Plin. nomen non habet, oriturq; idibus Iulijs, vt placet Columellę, qui etiam ſcribit Caniculam paulopoſt exoriri, quo tempore accenduntur Solis vapores, vt ait Pli. feruent maria, mouentur ſtagna, et vina in cellis fluctuant. Hęc habet in extrema lingua ſtellā vnā

*[ANT. FAN. Aries occidit. xviij. ca. Mai.]*

*[Canis oritus. vij. calē. Maia.]*

*[Sole Taurum tenente nō videri Canem]*

*[Procion]*

Et fruſtra pecudē q̄res Athamantidos Helles,
Signaq; dant imbres, exoriturq́; Canis.
Hac mihi Nomento Romá cum luce redire,
Obſtitit in media candida turba via.
Flamen in antiquę lucum rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ouis.
Protinus acceſſi, ritus ne neſcius eſſem,
Edidit hęc Flamen verba Quirine tuus.
Aſpera rubigo parcas Cerealibus herbis,
Et tremat ī ſumma lene cacumen humo.
Tu ſata ſideribus cęli nutrita ſecundis
Creſcere, dum fiant falcibus apta, ſinas.
Vis tua nō leuis eſt, quę tu frumenta notaſti,
Moeſtus in amiſſis illa colonus habet.
Nec venti tantum Cereri nocuere, nec ībres,
Nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu.

quę dicitur canis in capite, ſiue (vt quibusdã pla
cet) in ore aliam, quam Syrion vocant, vt Emiſſę
protendit imagine linguę, ſtellam vnam ipſa ca
nis quę dicitur altera ſummo ſtat capiti graio di
cunt, quam Syrion acrem nomine. Feſtus auctor
eſt eſſe Romę catulariam portam ſic appellatã,

Catula-
ria por
ta

q̄ non longe ab ea
ad placandum cani
culę ſidus frugibus
inimicum ruffę ca-
nes imolent, vt fru-
ges flaueſcentes ad
maturitatē pducerē-
tur. Hac mihi. No-
mento Romam cū
luce redire, Nomen-
tum oppidum ē in
Latio ad.x. ſiue. xv.
ab vrbe lapidē, a quo
via Nomentana no
mē accepit. Eius me-
minit Vir. in. vi. Ae-
nei. vt Hi tibi Nomē-
tū et Gabios, vrbēq;
Fidenā. Hi Collatinis
īponent mōtibus ar
ces. Cādida tur. nō-
nulli candidati cum
ad rem diuinam fa
ciendam irent in lucem Rubigini ꝯſecratum, co-
mitarenturq; Flaminē Quirinalē. Antiquę lu.
Ru. e duodecim dies, qui maxime agricolarꝫ du
ces ſunt (teſte Var.) Robigus colebaē, nō vt pdeſſet
quēadmodum Ceres, Liber, Iuppiter, ac bonus Euē
tus, ſed ne obeſſet rubigine, quam Pli. maximã ſe
getum peſtē, ac cęleſte frugū, vinearūq; malū appel
lat. Vnde illud eſt Vir. in. i. Geor. Mox et frumentis
labor additus Vt mala culmos eſſet Rubigo. Et il
lud Columellę, Hinc mala Rubigo virides ne tor-
reat herbas Sanguine lactentis catuli placaē et ex-
tis. Eſt aūt rubigo putredo q̄dam exedens ac peri-
mens culmos, quā in vitibus carbūculū vocant,
cuiusq; nonnulli cām eſſe dixerunt rorem īuſtū
Sole, qđ Plinius ex pte falſū putat, eiusmodiq; pu
tredinem frigore ꝯſtare arbitraē, ac non fieri niſi
interlunio plena ue Luna. Lege librum. xviij. nat.
hiſto. Colebaē itaq; Rubigo vt Febris ac mala for
tuna ne obeſſet (vt diximus) cuius ſm ſegetes ſacri
ficabaē, vt auctor eſt Varro. Eius ferię Rubigalia a
Numa Pōpilio inſtituta ſunt anno regni ſui. xi. q̄
aguntē ad. vij. cal. Maij. qꝛ tunc fere ſegetes Rubigo
occupat, qđ tp̄s Varro determinauit, Sole Tauri
partē decimā obtinente, ſicut tunc ferebat ratio.
Hoc malū in tractu roſido ꝯuallibusq; ac locis p
flatum non hn̄tibus freq̄ntiſſimū eſt, in ventoſis
et excelſis nullū, quo ſiligo minus q̄ cętera frumen
ta picitaē, qm̄ ſemp rectam hēt ſpicam, nec rorē
ꝯtinet, q rubiginē faciat. Auertiē aūt lauri ramis ī
aruo defixis, vt Pli. ſcribit, tranſitq; in earꝫ folia ex
aruis. Exta canis, ad placandū Canē cęleſtē qui
interdū frugibus nocet. Vnde ruffas canes diximus

Nomētū
Rubigis
feſtū. vij.
cal. Ma.

Rubigo
Dea vñ
eius feſta
die. xxv.
Aprilis

imolari ſolitas ad Catulariã portã. Aſpera Ru.
colebant et Rubigum Deū, quē et Robigum dici-
mus. Tremat, agiteē a vento ne Rubigo noceat.
Sideribus ſecundis, cęli clementia et fauore. Si
culmos Titan incalfacit vdos, vel cui repente Sol
pluuię ſuccedit, vel cum incoquit rorem.

PAV.
MAR.

ET Fruſtra q̄res pe
cudem Helles Atha-
mantidos, fruſtra re
quires Arietē Phryxi
et Helles Athamātis
Thebani filij, hoc. d.
Tu non videbis iã
Arietē cum Sole ori-
entem, nā totus nūc
Taurus cū Sole ori-
tur, et Aries iam an
teceſſit. Dent ſi. im
bres, quos eo tp̄e Ari
es inducit, ē Modera
tus oñdit eo die Au-
ſtrū cū pluuia. Et
Ca. exo. de quo iam
diximus. Hac mi.
Nomento, cū poeta
ex ſuburbano Romā
rediret, vt ipſe inqt,
occurrentem turbã
habuit Rubigini ſa-
crificaturã, cui ſacerdos Canē et ouē imolat. Cū
hac luce, hoc die. Redirē, ego. Nomento Ro. No
mentum in via qua in Sabinos itur. ad. xv ab vr-
be lapidē. Candida tur. candidis iduta veſtibus.
Obſtitit, occurrens aut obuia mihi ſtetit in me-
dia via. Flamē, ſacer. nam q a Gręcis Stepheo
phori a Romanis Flamines dicti ſunt, et a geſtio
ne pileorꝫ, et infularꝫ hoc noīe appellāē, vt Dio. in
quit, ſed de his in ſcđo diximus. Ibat in antiquū
lu. rubi. in lucū ab antiq̄s rubigini ꝯſecratū. Da-
turus flāmis exta Canis, daturus exta ouis, imola
turus Canē, et ouem, et īteſtina crematurus. Pro
tinus ac. ſtatim illuc iui. Ne eſſem ne. ri. vt diſce-
rem ritū et morem ſacrorꝫ. O Quiri. o Romule.

Canis et
ouis im-
molanē
caniculę

Tuus Fla. tuus ſacerdos, nam erat is Flamē Qui
rinalis. Edidit hęc ver. s. Aſpera Rubigo, orō
Flāmīs ad ipſam Rubiginē, quam p̄caē, vt ſegeti-
bus parcat. Sęuiat in arma, non in ſata, aut ru
ſtica inſtrã, quo a colonis ſibi vota ſoluanē. Verꝫ
(vt diximus) Rubigum Deū vocabant. et eidem ſa
crificabant. O Ru. aſpe. par. her. Ce. noli attingere
Cereales ſegetes. Et cacumen, ſegetum, aut herba-
rum Cerealium. Leue, politū a te non obſeſſũ.

Deus Ru
bigus ſa
crifica
bant

Tremat, impune agiteē. In ſumma humo,
in ſummitate telluris. Sinas, pmittas. Tu cre.
ſata, creſcere et puenire ad maturitatem ſegetes.
Nutrita, ipſa ſata. Scđis ſide. cęli, pſpero ſiderꝫ
curſu. Dum, vſq; quo. Fiant apta fal. matura
ſint, et falce ſecari poſſint. Vis tua non leuis ē,
ſed grauis, nā magni momenti. Colonus moe.
triſtis. Habet illa fru. in amiſſis, qꝛ iā amiſſa exi-
ſtimat. Quę tu notaſti, corrupiſti. Nam ſtatim

cum

cũ fuerint fruges ſcabrę rubigine lęſę.Cogit amiſſas flere colonus opes. Nec vē.no.tm̃ Ce.nõ ſunt tam noxij frugibus Cereris vēti. Nec im.pluuię. Nec ſic pal.ipſa Ceres,hoc eſt ipſa ſeges. Aduſta ge.mar.quaſi nec pruinę,nec glacies tm̃ nocent. Quãtũ,ſi Ti.Sol. Incalfacit,calefacit. Culmos

Ceres p ſegete

Sed am.duꝝ ferꝝ,quaſi abrodas bellica inſtrũa exitialia. Perde pri. potius q̃ ſegetes ꝑdas qd pōt alios ꝑdere, ferꝝ quo necant hoies. Vtilius car. rodes. Gladios et te.no.arma ipſa ꝑnitioſa. Nil opus eſt il.armis, iõ ea abrodas. Mundus agit otia,quaſi q in orbe ſunt otioſã vitã agunt ab oĩ belloꝝ tumultu vocã tem.

vdos,madidos, tunc enim gignit rubigo, cũ madidi culmi ſegetis nimio Solis calore deſiccant, et ideo inquit. Tunc Di. tre. Rubigo timēda. Eſt lo.irę tuę,qꝛ tunc tua ira ſęuit in ſegetes. Parce pre.et noli in ſegetes ſęuire. Aufer remoue. Mãus ſca. aſperas. A Meſſi. a frugibus. Nene no. cul.noli nocere ſegetibus. Sat ē poſſe no. vt in Heroidibus,Perdere poſſe ſat ē ſi quē iuuat ipſa poteſtas. Sic nunc ſatis ſit poſſe lędere.

Quantum ſi culmos Titan incalfacit vdos,
 Tunc locus eſt irę Diua timenda tuę.
Parce ꝑcor,ſcabraſq; manus a meſſibus aufer.
 Neue noce cultis,poſſe nocere ſat eſt.
Nec teneras ſegetes,ſed durꝝ ãplectere ferrum,
 Quodq; poteſt alios perdere,perde prius.
Vtilius gladios,& tela nocentia carpes,
 Nil opus eſt illis, otia mundus agit.
Sarcula nunc,durusq; bidēs,& vomer adũcus
 Ruris opes niteant,inquinet arma ſitus.
Conatuſq; aliquis vagina ducere ferrum,
 Aſtrictum longa ſentiat eſſe mora.
At tu ne viola Cererem,ſemperq; colonus
 Abſenti poſſit ſoluere vota tibi.
Dixerat,a dextra villis mantile ſolutis
 Cumq; meri patera thuris acerra fuit.

Nitent nunc opes ru.nitida et ſplēdida ſint ruſtica inſtrumenta. Sarcula,quę a ſarriēdo dicta ſunt. Crates ſunt illę dentatę, quę ſuꝑ trahunt ſatis. Hora. Gaudentē patrio ſindere ſarculo agros.

Sarcula
Crates

Et durus bi.et adũcus,curuus. Vomer, niteant hęc et alia inſtrumenta,quorum vſus eſt ad ꝓſcidēdã, euertendamq; terrã. Vir.Sulco atritus ſplēdeſcere vomer, et vomeꝝ quatuor genera oñdit Pli. cultruꝫ, roſtratum, porrectũ, in mucronē faſtigiatum. Situs,ſquallor,et putredo. Inquet, cõmaculet. Arma,bellica,et non Cerealia. Et co.ali. du.fer.va.cum gladium exerere e vagina volet. Sentiat eſſe aſtri. lon.mo. cognoſcat rubigine ꝑſſum et in vagina hęrentem,vt facile exeri non poſſit. At tu,Rubigo. Ne viola Ce.noli corrũpere Cerealia dona. Et co.poſ.ſem. ſol.ti.vo.abſen. vt nuncupata vota tibi non lędēti fruges ſoluat. Hęc verba a Flamine Quirinali ꝓferebant,deinde imolauit Rubigini, adhibito ēt in ſacris thure et mero.Varro in re ruſtica cũ.xij.Deos inuocare docet,q facientes adiuuant,inqt,Quarto loco Robigũ,at Florã,qbus ꝓpitijs, neq; Robigo frumenta, neq; arbores corrũpit,neq; nõ tēpeſtiue florēt.Itaq; publice Robigo,ferię Robigalia, Florę ludi Floralia inſtituti. Dixerat,Flamē. A dex.illius fuit.

Flamē q Vinalia agebat ſacra Rubigini
Ludi floralia inſtituti ē vñ

ANT. FAN.

Alipedisq; Dei, Mercurij. Cum luſtrant celebres verbera ſecta vias, cum ſectę pelles lupercorū vias luſtrant, hoc eſt purgant ciuitatem, vt ſecta quoq; pelle lupi omne ſolum luſtrant, Idq; piamē habebant. Materno noie, a Maia matre Maiū noiaſti. Inuentor cur. fidis, Horati. in .i. carminum, Te canam magni Iouis et Deorum nuntiuz Curuęq; lyrę parentem. Eratoſthenes (vt Higinius refert) Mercurium inquit e teſtudine feciſſe lyram, atq; Orpheo tradidiſſe, quam nonnulli volunt ſeptem fuiſſe chordarum. Macro. vero huic Deo tetrachordum dicit attribui, vt Apollini lyraz chordarum ſeptem, quę imitata eſt muſicam rationez, qua Pytha. voluit mundum eſſe compoſitum, vt ſcribit Quinti. Eſt autem fides (auctore Feſto) citharę genus, ſic dictę ꝙ tantuz inter ſe chordę eius q̄tum inter homīes fides concordet. Sane Pli. citharā, inquit, inuenit Amphion, vt alij Orpheus, vt alij Linus, ſeptē chordis additis Terpander, octauam Simonides addidit. nonaz Timotheus. Differunt non nihil lyra et citharā, teſtibus Higinio & Porphyrione, quorum ille, Poſtq̄ ipſe inquit citharam inuenit, illi lyram dr̄ tradidiſſe. Hic autem ante ait lyra ſeptem chordas habebat, excogitata poſtea cithara eſt, ſed iſta confundunt. Statius in ſiluis, Vocalis citharę repertor Arcas. Sunt qui Apollinem tradant lyrā a Mercurio accepiſſe, eamq; inde ad Amphionem perueniſſe. Vnde illud eſt, Mercuri, nam te docilis magiſtro Mouit Amphion lapides canendo. Iidē dicunt fidem proprie dici Neruum citharę ſed ꝓ cithara ſolere accipi, vt Tentat audaci fide Mantuanę gaudia famę. Diod. tres maxime Mercurios celebrat, quorū primum Ægyptiuz fuiſſe docet, cui multarū rerū datur inuentio, et ꝓſertim lyrę, quā trichordem feciſſe dr̄, imitatus tria anni tempora, cum ab ęſtate acutam, ab hyeme grauem, a vere mediam ſumpſerit. Alij quinq; fuiſſe Mercurios tradunt, quibus nonnulli ſextum addunt, Iouis et Maię filium. Cui poetę ac ſi vnus tm̄ Mercurius fuerit aliorū omnium facta et inuenta tribuunt. Furibus apte, Mercurius iccirco traditur furandi repertor ſiue ingenioſus ad furta, q2 orō cuius ipſe inuentor eſt animos audiētium fallit, ac per eloquentiam mentes hoīum quaſi furatur et ſurripit. Vnde Iulius Cęſar in accuſatione Dolobellę queſtus extorq̄ri ſibi cauſam optimam Lucij Cottę patrocinio. Horatius in .i. carminum, Callidum quicquid placuit, iocoſo Condere furto Sciēdum Mercurium, qui Apollini boues furatus eſt Bacchi et Proſerpinę filium dici. Diodoro tamen placet Mercurium in Creta ex Ioue natuz multū valuiſſe ꝓſtigijs in alienis clanculum peculandis.

Lyrę inuētor Mercurius

Fides

Citharę genus inuenta ab Amphione, vel Orpheo ſeu lino

Lyra Cithara

Arcas repertor citharę vocalis

Mercurius Ægyptius trichordem inuenit

Mercurius ingenioſus ad furta

HINC, ex Oceano et Tethy. Pleione ſa. nata. Iungit cū cę. At. nupſit Atlanti ſuſtinēti cęlū humeris. Vt fa. eſt, vt dr̄. Et pa. Ple. numero ſeptē. diximus in .iiij. Quarū, Pleiadū. Maia tra. ſu. forma.

PAV. MAR.

forma ſuas ſorores, fuiſſe forma ceteris ſororibus pſtantiorem. Et pru.ſummo Ioui,q eam grauidã reddidit. Hec,Maia. Enixa eſt.ſ. pepit. Qui cav.iter ethe.vo.pe.Mercurium q Deoꝝ nuntius p aerea volat pedibus pnicibus,cuꝫ ſerat talaria alata. Iugo Cyl.in Cyllene monte Arcadie, vñ Cyllenius vocatus ẽ. Cu. preſſifere,q cupreſſis abundet. Arcades ẽ la.ra.flumius Arcadie ex paludibus Penei fluens. Et Mẽ.liges, mons eſt Menalus.

Cyllene ciuitas in mõte Arcadie vñ Mercurius

Sacraq́, multa qdẽ,ſed Fauni prima bicornis
Has docuit gentes,alipediſq; Dei.
Semicaper coleris ſuccinctis Faune lupercis,
Colluſtrant celeres verbera ſecta vias.
At tu materno donaſti nomine menſem
Inuentor curue furibus apte fidis.
Nec pietas hec prima tua eſt,ſeptena putaris
Pleiadum numero fila dediſſe lyre.

Rite co.hunc,Mercurium. Terra,Arcadica. Cõdita pri. In terram p ipſis Arcadibus poſuit, qui ſe ante Lunam natos eſſe putabant.Vnde et Licophron ait, ob ſummã gentis vetuſtatẽ antelunares dictos. Euander,de quo in p. Exul,pfugus. Venerat ab Ar.i agros Latios,venit in Latiũ. Et intu.impo. De. Arcadica numina,et ſacra in Latiũ tulit, vt eſt illud, Inferretq; Deos Latio,et ipſe colebat numina et alijs colenda tradidit. Hic vbi nunc Ro. eſt orbis ca. que toti orbi dñatur. Arbor et her erant,q inculta loca erant,quo tpe venit Euander. Et pau pe. eſſent in illis paſcuis. Et ca.ra. fu.pauca admodum tuguriola paſtoꝝ. Quo poſtq̃ ven.eſt, vbi illuc Euander appulit. Mater pre.carmentis fatidica. Conſiſtite,iuſſit filium curſum ſiſtere. Nã iſtud rus,quaſi locus vbi ſunt hec tuguria. Erit lo.ipe.fatalis impij ſedes,ẽ in primo,Fallor,an hi fient igentia moenia colles,Iuraq; ab hac terra cetera terra petet.Heros Nonacrius,Euãder a Nonacri Arcadie monte. Paret et ma.vt dꝫ filius matri parere. Et va.et illi q̃ futuroꝝ pſcia vera pdicebat. Et ho.pegrinus ipſe Euander. Conſtitit in hu.peregrina, q̃ illi erat externa. Docuit has gentes multa qdem ſacra, docuit Latinos ritus et cerimonias, et multa alia more Arcadico ſacra. Sed prima ſacra Fauni bicornis,ipſius Panos vetuſtiſſimi qdẽ Arcadũ numinis, de quo in p et ſcdo. Et Dei ali.Mercurij. Faune ſemicaper, q cornua et caprinos pedes hẽat. Coleris lu. ſuccĩctis, lupci ſuccincti et tibi et vrbẽ luſtrant. Verbera ſecta,hoc ẽ ipſa coria ſecta,qbus manus verberant. colluſtrant,expurgant. Celeres ma.nã diſcurrentibus p vrbẽ lupcis ſteriles mulieres palmas cedendas pbebant, ita.n. foecundas ſe fore ſperabãt, vt Plutar.et poeta ſcribunt, de quo latius egimus in ſcdo. At tu inuen.cur.fidis,o Mercurij lyre repertor,de quo in p diximus.Fides.n.pro lyra ponit,et Pli.fidiculam vocat lyram ipſam in celo,ẽ Põp.inqt,Fides genus cithare, dicta q tm̃ inter ſe corde eius qtũ inter hoies fides pcordet, cuius diminutiuum fidicula eſt. Apte fu. qm̃ furtiꝫ peſt, eo argumento,q,boues,primũ, deinde feretraꝫ furatus ſit.Et Lactan.de eo,Fur et Latro Mercurius. Veꝝ aliq ad eloquentiã,cui peſt illud referunt. Nã

Carmẽtis docuit ſacra Fauni et Panos

Fides cithara vñ dicta eſt fidicula

illa audientiũ aios fallit,et velut furari corda hominum vr. Donaſti menſem materno noie,appellauiſti hunc menſẽ Maium a Maia mr̃e tua.

SEptena fila,q tot ſunt Pleiades,quaꝝ i numero Maia eſt,vel ſeptena(vt alijs placet) ob numuꝝ planetaꝝ. Quid faciam?cuius muſe opinionẽ ſequar? Turbe pars &c. nullius narrato non luculenta et veriſimilis fuit.vñ laudent omnes que ne deſit nobis vllius muſaꝝ gratia. Videnda ſtella &c. pſenſerũt multi quod raꝝ eſt, teſte Pli.vt Philippus, Calippus,Ion,doſitheus, Parmeniſtus, Canon, Democritus, et Eudoxus.iiij.calen.Octobris Capellam mane in ortum ferri et.iij.calen.eiuſdẽ menſis Hedos,qs Seruius ſcribit exoriri cum Scorpio menſe octobri. Sed ſunt qui cum poſtrema parte Arietis caprã Amaltheam oriri doceant,que pars zodiaci hoc tpe pcedit Solem orientem.Columella cal.Mar.oriri mane caprã inquit et eſſe auſtrinum diẽ,et interduꝫ pluuias,qd ſidus Pli.eodem menſe hoc eſt.xij.calẽ. Iunij veſpere inqt occidere,id in ſiniſtro humero Heniochi eſſe dr.i.aurige, cuius pedẽ cum cornu Tauri vna ſtella piungit. Vnde illud eſt Manilij, Vicina ferens flexo veſtigia tauro Heniochus. Eſt aũt hic auriga haud longe a ſeptẽtrione duas ſtellas in manu retinens, qs appellamus hedos ſidus pluuiale,vt Lactã.grãma.et alij ſcriptores dicunt, et ortu et occaſu pcitans tempeſtates.Hora.Poſt inſana capre ſidera.Vir.Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hedis verberat imber humũ.Signũ Heniochi ob eius magnitudinẽ multis orit diebus, teſte Ser.tempeſtaſq; aut pcedit ſignum, aut ſequit aut cũ eo eſt.Orit aũt cũ Ariete ſm Maniliũ, vt Sꝫ cum ſe terris Aries ter qnq; peractis Partibus extollit primũ iuga tollit ab vndis Heniochus, ſed ẽ cũ Tauro quoq; ſm alios idem in ortum dicit, vt Naſcit hic Aries cum ſurgit,et aurea tollit Cornua Taurus. Fuit autem Amalthea Iouis nutrix, vt Lactan.grãmaticus tradit,quam quidam dicunt vna cum ſorore Meliſſa Iouẽ infantem nutriſſe lacte ac melle.Alij volunt.Meliſſi regis Crete filias,quibus Iuppiter fuerat cõmendatus cum vacuis eſſent vberibus,aluiſſe Iouem lacte capre Amalthee,que poſtea in celum tranſlata dicitur,vt illa putatur Nutrix eſſe Iouis, ſi vera Iuppiter infans Vbera Cretee mulſit fidiſſima capre Sidere que claro gratum teſtatur alumnum.Eſt autem non lõge a Tauro(teſte Varrone)qui in re ruſtica caprarum,inqt dente inimici ſationis,quas et aſtrologi ita receperunt in celũ, vt extra lymbum.xij. ſignoꝝ excluſerint,ſunt duo Hedi et Capra non longe a Tauro.Huius lacte.Pli.ſuſpicatur ideo.fingi nutritum Iouem,q poſt humanum lac nullũ magis alat caprino.Lege fabulam apud Higinium.

ANT. FAN.

iiij.calen. Octobris Capella orit ma. iij.vero Hedi

Capra orit cal. Maijs

Heniochus Auriga

Hedi

Heniochi fig.

Amalthee fabula

Lactis caprini pſtantia

Hęc quoq́; deſierat, laudata eſt voce ſororum,
Quid faciam? turbę pars habet oís idem.
Gratia Pieridum nobis ęqualiter adſit,
Nullaq́; laudetur plus ne, minus ne mihi.
Ab Ioue ſurgat opus, pría mihi nocte vidéda
Stella eſt in cunis officioſa Iouis.
Naſcitur olenię ſignum pluuiale Capellę,
Illa dati cęlum pręmia lactis habet.

PAV. MAR. NEc eſt hęc prima pietas tua, non fuit hoc primum tuę pietatis argumentum. Putaris dedis ſe ſeptena fila lyrę, crederis tu lyrę abs te repertę ſeptem cordas adhibuiſſe. Numero Pleiadum, ob pietatem tuam in matrem et matris ſorores ab earum numero, quę ſeptem fuere, ſic ſeptem fila conſtituiſſe. Aliqui ad ſeptem planetas referunt, aliqui ad vocum diſcrimina. Et Pli. oſtendit Amphiona, vel (vt alij) Orphea, vel (vt alij) Linum .vij. cordas addidiſſe. Terpandrus octauam. Simonidē nonaʒ. Hęc quoq́;, Calliope. Deſierat, loqui ſcilicet. Laudata eſt voce ſororum, cęterę enim omnes muſę calliopem reginam laudauerunt. Quid faciā? quaſi quam opinionem ſequar. Omnis pars turbę habet idem, quaſi vna quęq́; muſa habet in me iuris, et cum ſingulę ſingulis rationibus innitantur, neſcio quam magis affirmem. Adſit nobis ęqualiter, pari modo. Gratia pieridum, muſaꝝ, qui aliam alijs pręferre non debeo. Ideo eaꝝ omniuʒ gratia pari modo mihi adſit. Et nulla laudetur mihi, a me. Pluſue minuſue, non laudem aliquam earum magis q̄ cęteras, ſed pari modo omnes a me laudentur. Ab Ioue ſurgat opus, non approbata vlla muſarum ſententia ad expoſitionem et ſignorum et feſtoꝝ Maij menſis tranſit. Nocte igitur calen. Ma. capella oritur, et Pli. viij. idus Maias Capellam pluuialem exoriri aſſerit. Capellę fabulam ſuperius attigimus. Nunc vero altius repetemus. Higinius ſic inquit, dicunt Olenum quendam fuiſſe nomine Vulcani filium. Ex h̄ duas nymphas Ęgam et Helycem natas, quę Iouis fuerunt nutrices. Alij autem ab his etiam vrbes quaſdam appellari dixerunt. Olenon in Aulide, Helicem in Peloponneſo, et Ęgam in Hęmonia. De quibus Home. in Iliados ſecundo agit. Parmenius autem ait Meliſſum quendam fuiſſe regem Cretę, ad eius filias Iouem nutriendum eſſe delatum, quę ꝗ lac non habuerunt, Capram admiſiſſe Amaltheam nomine, quę eum dicitur educaſſe. Hanc autem geminos hędos ſolitam eſſe procreare, et fere eo tempore peperiſſe, quo Iuppiter nutriendus eſt allatus. Itaq́; propter beneficiū matris in cęlum relatos et Hędos. Cleoſtratus dicitur primus inter ſidera oſtendiſſe. Muſeus autem dicit Iouis nutrices Arthemidem, Amaltheaʒ nymphas, quibus eum mater Ops tradidiſſe exiſtimatur. Amaltheam autem habuiſſe capram quandam in delitijs, quę Iouem aluiſſet. Nonnulli etiā Ęgam Solis filiam dixerunt, multo candore corporis pſtantē cui contrarius pulchritudinis horridus aſpectus exiſtebat. Quo Titanes perterriti petierunt a terra, vt eius corpus obſcuraret, quā terra ſpecu quodam cęlaſſe dicitur in inſula Cretę, quę poſtea Iouis fuiſſe nutrix demonſtratur. Sed cum Iuppiter fidens adoleſcentia bellum contra Titanas appararet, reſponſum eſt ei, ſi vincere vellet, vt ęgos pelle tectus, et capite Gorgonis bellum adminiſtraret, quam ęgida appellauerunt. Itaque facto, quod ſupra declarauimus, Iuppiter Titanas ſuperans, regnū eſt adeptus, et reliq̄ oſſa ęgos capna pelle ꝯtecta anima donauit et ſtellis figuratam memorię cōmendauit, et poſtea, quibus vicerat, Mineruę cōceſſit arma. Home. ait Ęgam quandam fuiſſe Panos vxoreʒ. Eam compreſſam a Ioue peperiſſe, quem viri ſui Pānos filium diceret. Itaq́; puerum ęgidā, Ioué ęgiocū dicūt, q ꝗ eū diligebat pueꝝ iter aſtra caprę figurā memorię cauſa collocauit, hęc ille. Cętera q̄ ad rē facerent, diximus ſupius. Surgat. o. a Ioue, incipiamus menſem Maium a Ioue dſcribere. Prima no. cal. s. Eſt vi. ſtel. offi. in cunis Iouis, ſtella caprę Amalthęę, quę officio nutricis functa eſt in Ioue educando, cū in cunis eēt. Naſcit, orit. Signū plu pluuias inferens in ortu.

ANT. EAN. OLenię capellę, ab Oleno Vulcani filio, cuius filię Iouis fuere nutrices, vt quidam tradunt, vel ab Oleno vrbe Achaię, ad quā Iouē ferunt lactis alimenta ſuſcepiſſe. Sunt et alibi vrbes eiuſdem nominis. Nais Amalthea. non claudicat verſus. Vi n. cęſurę syllaba correpta producitur. Vbere tanto q̄tum alumnus Iuppiter poſtulabat. Res cęli, imperium, vt Poſtq̄ res Aſię, Priamiq́; euertere gētem Immeritam viſum ſuperis. Fertile cornu, cornu copię dicitur ceras Amalthias, quod nōnulli fabulantur ab Acheloi fronte Herculem ſuſtuliſſe, vt Strabo auctor eſt. Quod ideo finxerunt, quia Hercules aggeribus et aquarum ductibus Acheloum ꝓperam ac dānoſe labētem coercuit. Cumq́; agri ꝓpinqui flumini aquaꝝ abundantia vaſtarent Oenei gr̄a, cui erat affinitate ꝯiunctus, Acheloum ſiccauit. Vnde ſubſecuta eſt agroꝝ fertilitas, hoc eſt cornu copię. Phocion ꝑipateticus teſte. A. Gel libꝝ multę, varięq́; hiſtorię refertū inſcripſit ceras Amalthias. Dr̄ aūt Amalthęę, ſiue Acheloi cornu datum copię ſ̄m aliquos, qꝛ fortuna, cuius miniſtra copia eſt, ditiſſima eſt oīum, et in cornu virtus eſt multoꝝ aīalium, vt fortunę vires in diuitijs ſunt, quibus multos ad ſe trahit. Diod. tradit Amattheā puellā ab Hāmone ad Ceraunios montes dilectam et cognitā, pręfectam eſſe regioni feraciſſimę, cuius forma bouis cornu ſilis fuit. Vñ factum inquit, vt poſteritas locum fructibus copioſum appellauerit Amalthęę cornu.

CApellę ole. Caprę Helyces nymphę Oleni fillę. Vel ab Oleno oppido i Boeotia. De q̄ Sene. Olenos tectis hitata raris. et poeta i Heroidi. Pleias et Arctophylax, oleniumq́; pecus, et Olenos ciuitas in Ęthoлia, cuius

Snia Calliopes ꝑlata ſt cęteris

Ęga et Helice filię Oleni filij Vulcani nutrices Iouis fuere, alij Arthemidem et Amaltheam nymphas aiūt, alij Ęgā filiam Solis ⁊ Panos vxorem

Olenia capella

Olenus Vulcani filius

Cornu copię

Cerę Amalthęę

Amalthęaʒ ab Hāmone ad ceraunios mōtes dilectam

PAV. MAR.

Nais Amalthea Cretęa nobilis Ida
Dicitur in ſiluis occuluiſſe Iouem.
Huic fuit hędorꝝ mater formoſa duorum
Inter dictęos conſpicienda greges,
Cornibus aerijs, atq; in ſua terga recuruis,
Vbere, qđ nutrix poſſet habere Iouis.
Lac dabat illa Deo, ſed fregit ĩ arbore cornu,
Truncaq; dimidia parte decoris erat.
Suſtulit hoc nymphe, cixitq; decētibus herbis
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi res cęli tenuit, ſolioq; paterno
Sedit, et inuicto nil Ioue maius erat.
Sidera nutricem nutricis fertile cornu
Fecit, qđ dominę nūc quoq; nomē habet.
Prȩſtitibus Maię laribus videre calendę
Aram cōſtitui, paruaq; ſigna Deum.

lia, cuius meminit Home. in Iliade, iuxta quā Calidonius aper pemptus dr̄. et Olenos etiam in Achaia, de quo Stra. agit in. viij. li. meminitq; Olenię capellę, et nō longe ab Oleno eſt Egium oppidū, vbi aliqui volunt Ionē fuiſſe educatum. ita. n. inquit Stra. Atᵃ Egiuȝ ſatis incolaꝝ habet. Iſto in loco Iouem a capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribunt, ſicut Aratus ꝓdidit, Diuaq; capra Ioui, fama eſt, hic p̄buit vber. et ſubdit, Oleniāq; Ionis vates dixere capellam Illa, capella. Habet cęlum, in cęlo figurata eſt.

Prȩmia la. da. ꝓpterea ꝙ eius lacte Iuppiter educatus eſt. Amalthea Nais, nympha. Verꝫ Naiades fluuiorꝫ et fontiuȝ nymphę ſunt, a ναω qđ eſt fluo. Nobilis in Ida Cretęa, in Ida Cretēſi.

Dr̄ oc. Io. in ſiluis, nā illi nutriēdum datuȝ in ſiluis pauit. Mr̄ for. duo. he. fuit, hęc Amalthea habuit pulchraȝ capellā, quę duos hędos peperat. Conſpiciēda, admirāda. Inter greges Dictęos, greges inter capellas Dictęi montis. Cornibus aerijs, cōſpicienda inq̄ ꝓpter alta cornua. Atq; in ſua terga recuruis, q̄ in terga reflectebant. Vbere, etiā conſpiciēda. Quod poſſet habere nutrix Iouis, ea q̄ Iouem educabat. Illa, capra. Dabat lac Deo, Ioui prima alimenta ſuggerebat. Sed fregit cornu in arbore, dum irruit in arborem cornibus, alterum e duobus fregit. Et erat trunca dimidia parte decoris, nā effracto cornu, media pars decoris erat ſublata. Nymphe ſuſtulit hoc, Amalthea eleuauit cornu truncatū. Et cinxit herbis decentibus, et tulit plenum pomis ad ora Iouis, iplenit illa pomis cornu, qđ odoris herbis et floribus cinxerat, et ad Iouem puerꝫ tulit. Ille, Iuppiter. Vbi, poſtq̄.

Tenuit res cęli, occupauit regnū cęli. Et ſedit ſolio paterno, ſolio Saturni. Et nil erat maius Ioue inuicto, q̄ vicerat omnes hoſtes, et inuictus ſemper fuit, et iam ſupior erat oībus Dijs. Fecit nutricem ſidera, Caprā in ſidera trāſmutauit. Cornu nutricis fecit fertile, fecit illud cornu copię. et in Meta dicit, Cornu Acheloi qđ hercules truncauit ſacratum, et datā illi copiam, Naiades hoc pomis, et odoro flore repletū Sacrarunt, diueſq; meo data copia cornu. et tunc inqt cornu Amalthee datam copiā. Sic et alij tradunt. Sed a regione datus eſt locus fabulę. Diod. n. ſcribit Hāmonem perambulātem iuxta Ceraunios montes, cōſpectam a ſe virginē forma pulcherrimā Amaltheā nomine adamaſſe, filiamq; ex ea genuiſſe, ſpecie ac robore corporis inſignem, Amaltheā vero propinquę orę prȩfeciſſe bonis cornu ꝑſimili, ex quo occiduū cornu ſit noīata. Et qm̄ ea regio eſſet vineis, cęteriſq; fructiferis arboribus referta, a muliere aūt regeret, Amalthee cornu eam dixere. Propterea et poſteri hoīes optimā, copioſamq; fructibus p̄riam ab ea ſimilitudīe Amalthee cornu appellarūt. Hęc ille. ideo poeta dicit.

Quod, cornu. Nūc quoq; hēt nomen dominę, nam cornu Amalthee dr̄. Et Hora. inquit, Copia manabit id plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu.

PRÆSTItibus Maię ꝛc. calen. Maijs Laribus p̄ſtitibus ara Romę dicata eſt, quos Plut. in q̄ſtionibus p̄ſides vocat. Colebantur auteȝ et priuatim in domibus, teſte Ser. et publice in cōpitis, tradito ritu a Ser. Tullo, auctore Pli. q̄ cum regem creditū inqt Laris familiaris filiū, et ob id compitalia et ludos Laribus primum inſtituiſſe, quibus poſtea, vt Macro. meminit. xi. calē. Ianuarias ferię dedicatę ſunt, et bello Anthiochię vota eſt ędes ab Æmilio Regilio p̄tore in cāpo Martio. Hi q̄ oīa ſuis oculis tuta p̄ſtarent, Prȩſtites dicti ſunt, vt Oui. placet hoc loco, nciatiq; ſunt etiaȝ Hoſtilij, qđ hoſtes arcere putarent. Feſtus Prȩſtitem ab antiqs dictum ſcribit in eadem ſignificatione, qua nunc Antiſtitem dicimus. Vn̄ ſunt et alij Deorum, quos Prȩſtites cognominamus. Quare Mac. prȩſtites Deos inqt hoī naſcenti ſm̄ Ægyptios adeſſe quatuor, Dimona, Tychyn, Erota, Anachyn. Lares igitur p̄ſtites dicti ſunt, ꝙ nō ſolum priuatarꝫ ędium ac triuiorꝫ, ſed et vrbis cuſtodię p̄ ſſe crederent, vt Vrbiſq; laborem Teſtatos ſudore lares. Putabant aūt Lares eſſe animę hoīum ſiue Dij inferiores, auctore Feſto. Vn̄ ait Ser. in lucis habitare manes pioruȝ, qui Lares viales ſunt, et laruas vmbras vocari. Eos Porphyrio Deos domeſticos appellat, ſcribitq; Auguſtum poſuiſſe in cōpitis lares ac ſacerdotes libertinos eis dediſſe. Alij (vt Lactantius et Diomedes grāmatici) ſcribunt Idęos Dactylos ſiue Curetes Lares eſſe putant, eoſq; tres eſſe arbitrant, ſed dicuntur ab alijs duo. vt Geminoſq; parit qui cōpita ſeruant, Et vigilant noſtra ſemper in vrbe Lares. item, Bina gemellorum quęrebant ſigna Deorum. His additus eſt aliquādo Auguſti Genius. vnde infra legimus, Et vici numina terna colunt. Ornabant Lares floribus et coronis. Sueto. in Auguſto, Cōpitales Lares ornare bis in anno inſtituit vernis floribus et ęſtiuis. Tibullus, Rure

Amalthea habuit capellā, q̄ habuit duos Hędos, ſed fregit cornu in arbore

Cornu Acheloi ... Hercu ... dona ... Deę copię. Alij h cornu dixerūt eſſe Amaltheę

ANT. FAN. Laribus p̄ſtitibus Ara dicata calē. Mays

Preſtites

Hoſtilij

Lares Preſtites dicti nūc in domibus priuatis

Ara erat illa quidẽ Curibus,ſed lõga vetuſtas
Deſtruit,& ſaxo longa ſenecta nocet.
Cauſa tamen poſiti fuerat cognominis illis,
Quod prẽſtant oculis omnia tuta ſuis.
Stãt quoq; ꝓ nobis,& pſunt moenibus vrbis,
Et ſunt prẽſentes,auxiliumq; ferunt.
Et Canis ante pedes ſaxo fabricatus eodem
Stabat,quẽ ſtandi cum lare cauſa fuit?
Seruat vterq; domũ, dño quoq; fidus vterq;,
Compita grata Deo, compita grata Cani.

puer verno primum de flore coronã Fecit,et an-
tiquis impoſuit laribus. Iuuena.O parui noſtriq;
Lares,quos thure minuto aut farre,et tenui ſoleo
Donati- exornare co rona.Pli.Iam tum coronẽ Deo℞ ho-
ẽ corõẽ nos erant,& Larium publico℞,priuatorumq;.Sed
fuerunt aliquãdo coronẽ,quibus Lares ornaban-
tur adeo magnificẽ,
vt ea eſſent amplitu-
dine qua ẽ donaticẽ,
quibus victores(vt in-
quit Feſtus) in ludis
donabant.Placari au
tem putabant Lares
galloruꝫ fibris, vt qui
dam tradũt.Qrare Iu
uenalem dixiſſet ar-
bitramur,Laribus cri
ſtam promittere gal-
li Non audent.Horuꝫ
Mania patrem eſſe Mercuriũ
ſupra oſtenſuꝫ eſt,ma
trem Var.et Mac.docent Maniaꝫ appellari, cui cũ
pro ſoſpitate familiarium pueri mactarent ex re
ſponſo Apollinis, quo pceptum erat vt capitibus
ſupplicaret,Iunius Brutus pulſo Tarquinio id ſa-
Cõpita crificij genus aliter conſtituit celebranduꝫ, iuſſitq;
lia alij,et papaueris capitibus ſupplicari. Ea ſacra ex
Laribus vijs compitorum vbi celebrabant Compitalia di-
et Neniẽ cta ſunt,quẽ ſolebant quotãnis concipi , quemad-
Deẽ a modum et latinẽ feriẽ,vt auctor eſt Var.qui Com
Targnio pitalia ſcribit diem eſſe laribus attributuꝫ,in quo
Supbo i laneẽ effigies in compitis ſuſpendebant,vt ait Fe-
ſtituta ſtus,vt Lares viuis parcerent. et eiuſmodi ſimula-
ſunt chris contenti eſſent.Cõcipiebant autem Compita
lia(vt docet Macro.)fere his verbis,Die noni poſt
calen.Ianu.Quiritibus cõpitalia erũt.Ea Tarquini
us Superbus reſtituit Laribus ac Maniẽ,ſed poſtea
remoto ſcelere crudelis ſacrificij factum eſt, vt idẽ
inquit Macro.vt effigies Maniẽ ſuſpẽſẽ periculuꝫ
ſi quod imineret,familijs expiarent.Diomedes grã
maticus auctor eſt,conſtituiſſe Romulũ in hono-
Lares rem ſcrophẽ,quẽ.xxx.porcos pepererat Lares , qui
grũdiles Grũdiles dicebantur,q2 pro grũnire(quod porcuꝫ
in hono eſt)grũdire a veteribus dicebatur. Ara erat illa
rẽ ſcro- quidem Curibus,e Curibus oppido Sabino℞ Ro-
phẽ iſti- mam tranſlata eſt ara,quam Romani calẽ.Maij
tuti a dedicarunt.Vnde auctor ait infra,Bina gemello-
RO. rum quẽrebam ſigna Deo℞,Et mille Lares , Geni-
umq; ducis,qui tradidit illos Vrbs habet. Saxo
longa ſenecta nocet,q2 vix Deoruꝫ ſimulachra cer
ni poterant vetuſtate conſumpta. Stant quoq;
pro nobis,ſicuti ꝓ Curibus ſteterunt,ita nũc pro
vrbe Roma ſtant. Et ſunt pſentes,fauent impe
rio Ro.nam pſentia numinis fauor eſt.vt Nec taꝫ
Canis ſi- prẽſentes alibi cognoſcere Diuos. Canis ante pe-
mulac℞ des, effingebatur apud lares Canis ſimulabcrum
apd La quoniam is diligẽter excubat,quẽadmoduꝫ et Lar
res fidus eſt domino ac furibus aduerſat.De hoc Colu-
mella,Quis inquit tãta vociferatione beſtiam , vel
furem pdicat,quanta iſte latratu? quis cuſtos in-
corruptior? quis excubitor inueniri põt vigilan-
tior?quis deniq; vltor aut vindex conſtantior?Pli.
lib.viii.Na.hiſt. Fidelisſimi ante omnia homini ca
nes,atque equi, et pugnaſſe aduerſus latrones ca-
nem pro domino accepimus, confectumque pla- Canes di
gis a corpore non receſiſſe volucres et feras abigẽ cti ſunt
tem.Lege cẽtera ſcitu digna. Plutarchus in Quẽ- pſides
ſtionibus,Laribus in- Larium
quit quos proprie p-
ſides vocant canes
aſſiſtere , et ipſos ca-
num pellibus amici
ri,quoniam per prẽ
ſides ſunt, eos alienis
formidoloſos eẽ opꝫ
vti canes videmus,
domeſticis vero mi-
tes ac manſuetos,vel
ꝙ Lares quidam fu-
riales ſunt et exacto-
res vitẽ noſtrẽ, atq;
operationum specu
latores,quibus aſſidet canis,quem nouimus ad in
ueſtigandum ſagacem eſſe . Lares Perſius ſuccin-
ctos vocat, vt Bullaq; ſuccinctis Laribus donata Lares
pependit,ꝙ ſuccingerent canum pelles, quibus in ſuccicti
duebantur,vt eſſent ad ſpeculandum actiones ho bulla au
minum expediti, iis aduleſcentes generoſi exacta rea
pueritia bullas ſuſpendebant. Saxo fabricatus eo
dem,quo et Lares.Hoc ſaxum(vt diximus)e Curi
bus Romam tranſlatum eſt,vbi calen. Maijs Ro.
aram,quam Laribus conſtituerant, dedicarunt,
nam quamuis id ſaxum et antea Curibus fuerat
dedicatum nolim tamen exiſtimes externam de-
dicationem Romẽ(quod apud nullum ſcriptoreꝫ
inuenies)celebrari, quod ſi eſſet non daretur i Ro
manorum faſtis profeſtum diem inueniri.

PRAESTitibus Maiẽ Laribus, calen. Maias eſt PAV.
feſtum Larium,quod ea die ara fuerit illis conſe- MAR.
crata a Curibus Sabinis. Hi Lares Dij domeſtici,
qui et priuatas domos , et vrbis ſeruant et tuen-
tur moenia,Larẽ nymphẽ et Mercurij filij,de quo
in.ij.diximus.Appellatiq; ſunt prẽſtites, ꝙ omnia
prẽſtent tuta, et ꝙ pro nobis, et pro moenibus
ſtent.Verum Pomp. inquit prẽſtites in eadem ſi-
gnificatione dicebant antiqui, qua nunc antiſtes
dicitur. Calendẽ Maiẽ videre, hoc eſt homines
calendis Maijs viderunt. Conſtitui, erigi et con
ſecrari. Aram Laribus prẽſtitibus, qui prẽſti-
tes dicti. Et parua ſigna Deum,parua ipſorum
Larium ſimulachra. Illa quidem ara erat Cu-
ribus,et a Curibus Sabinis erecta, et in qua Cures Ara lari
ſacrificabant. Alij legunt ſic hoc carmen Voue- bus vetu
rat illa quidem Curius etc. Sed longa vetuſtas ſtate col
Deſtruit, nam vetuſtate collapſa eſt. Et lon- lapſa eſt
ga ſenecta, ipſa vetuſtas. Nocet ſaxo , ꝙ vetu-
ſtate eſt exeſum et collapſum. Tamen cauſa
cognominis poſiti illis , cauſa ꝙ appellantur Dij
Prẽſtites fuerat ꝙ prẽſtant omnia tuta ſuis ocu-
lis cum prẽſint cuſtodiẽ,tuentur omnia oculis vi-
gilantibus. Stant quoq; pro nobis, ſunt in ſta-
tione pro ſalute noſtra. Et pſunt mẽnibus vrbis,
cuſtodiẽ

cuſtodię moenium noſtroꝝ. Et ſunt pñtes,q̃ a nobis non recedunt. Et ferunt auxilium, pſtant nobis iploratam opem. Et canis ante pedes,additur canis Laribus.Et Plu.Prob.li.agit,Cur laribus, quos proprie pręſides vocant, canis aſſiſtit, ipſi autem canum pellibus veſtiuntur. An q̃ pręſides ſunt, qui pſunt, Hos autem domus cuſtodes eſſe oportet, et alienis formidoloſos, ſicut canes videmus. Mites vero, ac lenes, manſuetosq; domeſticis. An illud verius eſt, quod a qbusdam Romanis dr̃, et chryſippus opinat̃, Dęmonia q̃dã mala circũire,qbus Dij q̃ſi carnificibus,et ſceleꝝ vltoribus aduerſus iniuſtos et ipios vtunt̃. Sic Lares furiales q̃dã ſunt et poenaꝝ,et exactores vitę, et operationũ ſpeculatores. Iccirco enim fit vt caninis pellibus induant̃,qbus et canis ideo aſſidet,q̃ ad inueſtigandã ſcelera,et vlciſcẽdos iprobos ſagaces ſint. Et ca. ſta.ſa.eo. ſaxo,imago canis in eodem marmore ſculpta. Ante pe. Lariũ. Quę cã fuit ſtãdi cum Lare,qua rõne Lari canis aſſiſtit. Seruat vterq; do.hęc eſt rõ,q̃ Lar et canis cuſtodit domum. Vterq; et fidus dño,fidelis ſuo dño eſt canis, de quo Plu. Ex his aı̃alibus multa ſunt cognitu digna,fideliſſimumq; añ oı̃a homini canis, et fidelis Lar qui domum ſeruat.

*Lares furiales dici,poenarũ exactores vitę*

Cõpetat,vbi plures vię competunt. Sunt grata Deo,Lari.s.qm̃ in compitis colunt̃,inde ẽ cõpitales dicti.Et Sue.de Augu.inqt cõpitales Lares ornare bis in anno inſtituit, vernis floribus et ęſtiuis. Cõpita grata cani,qm̃ et ea ſeruat. Et Lar, duo tamen ſunt Lares, vt in. ij. Geminosq; parit qui compita ſeruant, Et vigilant noſtra ſemper in vrbe Lares.

*ANT. FAN.*

TVRba Diania,canes qbus Diana venatrix vtit̃. Bina gemelloꝝ ẽc.deſcẽdit paulatim ad Auguſti laudẽ.et eſt ſenſus,Querebã vbi eſſent Lares Gemelli e Curibus aduecti,et inueni in vrbe non duos tuntum ſiue gemellos Lares, qui fuerant Sabinoꝝ,ſed mille ac pene infinitos,cum oı̃a vicoꝝ vrbis cõpita duos Lares habeant, et cum his Aug.genium. Geniumq; du. qui tradidit illos, Auguſti geniuz,qui nouo more Lares coli voluit,cum (vt oſtendimus)teſtimonio Suetonij inſtituerit,vt nõ ſemel,ſed bis in anno ornarent̃ vernis floribus et ęſtiuis,nam ante Auguſti tp̃a Compitalia(vt diximus)dies Laribus attributus,auctore Var. xi.calẽ. Ianuarias celebrari ſolebant q̃uis ↄcipi ↄſueuerũt, vt ſupra oñdimus.Ritus aũt antiquiſſimus colendi Lares a Seruio rege traditus eſt. Numina terna,duos Lares et Auguſti genium. De Genijs diximus ſupra. Tãtus aũt honor tributus eſt Auguſti genio,vt reges amici ac ſocij Romanoꝝ ędem Iouis olympici Athenis antiq̃tus ceptam pficere cõi ſumptu ac ei dedicare deſtinauerint. Quo feror?

*Ex curi bus adue cti ſunt Lares dij qbus ſa crificaba tur cũ flo ribus ęſti uis ex au guſti iſti tuto*

Exagitant ẽ Lar ẽ turba Diania fures,
 Peruigilantq; Lares,peruigilantq; canes.
Bina gemellorum quęrebam ſigna Deorum
 Viribus annoſę facta caduca morę,
Mille Lares,Geniũq; ducis, qui tradidit illos,
 Vrbs habet,ẽ vici numina trina colunt.
Quo feror?auguſtus mẽſis mihi carmis huius
 Ius habet, interea Diua canenda Bona eſt.

ſenſus eſt, Pręoccupo quę menſe Auguſto,atq̃; in octauo huius operis libro dicenda ſunt in Auguſti laudem,non q̃ menſe Auguſto Compitalia celebrarent̃, cum eiusmodi ferię hyemis eſſent non ęſtatis, ſed q̃ eo tp̃e Lares ritu tradito ab Auguſto Cęſare ęſtiuis floribus ornarent̃, nam vernis ſolebant ex eius inſtituto hoc tempore.i.cal.Maijs exornari. Interea Diua canenda Bona eſt, huius quoque Deę Romani h̃ tp̃e celebrabant,quo Maię, quã q̃dam Bonã Deã eſſe volunt ędes dedicata eſt.Var. vt Mac. refert Bonam Deam Fauni filiam eſſe tradidit, adeo pudicam vt extra Gynetiũ nũq̃ ſit egreſſa,nec viꝝ vnq̃ viderit,nec a viro viſa ſit, nec nomen eius in publico auditum fuerit. Quidam eã Medeã putant q̃ in eius ęde omne genus herbaꝝ eſſet, ex qbus antiſtites dabant plerunq; medicinas, et q̃ tẽplum eius viꝝ introire non liceat pp̃ iniuriaz,quã ab ingrato viro Iaſone perpeſſa eſt.Iuuenalis,Vbi velari pictura iubetur Quęcunq; alterius ſexus imitata figura eſt. Tibullus,Sacra Bonę maribus non adeũda Deę.Ro.eam Dryadam puellam Fauni vxorez exiſtimant,ĩ cuius ſacris mulieres multa Bacchanalibus ſimilia faciebant,peragẽtes noctu magnã partez ſacroꝝ et ſonis tibiaꝝ longas vigilias exercentes.Lege Macro.in Saturnalibus,et Plu.in Cęſare,vbi multa quę ad hanc rẽ pertinent pertractantur.Sciendum ſacrificium Bonę Deę publicũ dici, et tamen eſſe minime publicum,ac pp̃terea Damium appellari,vt Feſtus docet.Fiebat.n.in operto,et contrarietate Damium dicebat̃, et Dea quoq; ipſa Damia,et ſacerdos eius Damiatrix vocabat̃, ſed iõ publicum appellari conſueuit(vt publica ſaltez bis intacta malis agerent̃ ſacra)q̃ mox fuit quotannis pro ſalute Po.Ro. in ędibus põtificis maximi, huic Deę ſacra fieri,vt legimus in vita Ci.qbus faciendis tantuz mulieres aderant.Quare ait Iuue. Non ſine ſtomacho ſed more ſiniſtro Exagitata pcul non intrat foemina limen Solis ara Deę maribus patet mactabat̃ in his ſacris ſus p̃gnans, vt Atq̃; Bonam tenerę placant abomine porcę,ẽ Magno cratere Deũ.Sunt qui dicunt Bonã Deaz Floram eſſe,in cuius ędem omni floꝝ genere exornatam mulieres myrtum non inferebant,quę cum vinum ei biberent lac appellabant,quaꝝ reꝝ cãs Plu.tradit. Nõnulli Gręcoꝝ eã ex Liberi matribus eſſe. Alij Proſerpinam,alij Semelẽ crediderunt.

*Bõę Deę feſtũ cal. Maias*

*Bõa Dea dicta eſt Dea publica*

*Damiuz Damia, Damiatrix*

*Sus pręgnãs bonę Deę ſacrificabatur*

*PAV. MAR.*

ET Turba Diania, canes Dianę dicati. Exagitant,vexant,et repellunt fures. Et euigi.Lares,et peruigilant canes,vtriq; ſunt vigiles,vt cuſtodiant et moenia et domos et compita, nequid mali per noctem fiat. Quęrebã bi.ſigna,bina ſimulachra. Deoꝝ ge.Lariũ,q gemini ſunt. Facta ca. colapſa,et deleta. Viribus an.morę, h̃ eſt lõgitudine

temporis.i.ipſa vetuſtate. Vrbs, Roma. Habet mille Lares, mille Larium ſimulachra. Et ge.du cis, Mercurij. Qui tradidit illos, genuit Lares, cũ Laram nympham iuſſu Iouis ad inferos ducens eam grauem reddidit. Genium enim appellabant Deum, qui vim obtineret rerum oium gerendarum. Au fuſtius, Genius, inqt, ē Deorum .f. et parens ho minum, ex quo hoïes gignunt, & propterea Genius meus nomi natur, q̃ me genuit. Alij Genium eſſe pu tarunt vniuſcuiuſq; loci Deum. Preterea Marcel. (auctore La berio) oſtendit Geniũ generis eſſe Deũ. Et vici colunt tria nu mina, i vrbibus & cõ pitis vicorum colebant duo Lares, et ipſe Genius. Sunt qui ad triuium re ferãt, quoniam in triuijs colebat. Quo fe. quaſi quo pgredior. Auguſtus menſis habet mihi ius huius carminis, quaſi non eſt agendũ nunc de Cõ pitalibus, nam ea celebrant in menſe Aug.

Genium generis Deũ i cõ pitis vi corum cole bat mẽſe Auguſto

Eſt moles natiua loco, res nomina fecit,
Appellant ſaxũ, pars bona montis ea eſt.
Hic Remus inſtiterat fruſtra quo tpe fratri
Prima Palatinę regna dediſtis aues.
Templa patres illic oculos exoſa viriles
Leniter accliui conſtituere iugo.
Dedicat hęc veteris Clauſorum nominis hęres
Virgineo nullum corpore paſſa virum.
Liuia reſtituit, ne non imitata maritum
Eſſet, & ex omni parte ſecuta virum.

In terea Diua canenda Bona eſt, agẽdum eſt de Dea Bona, cuius feſtum cal. Maijs celebrat. Vñ Cornel. Labeo (Theodoſio teſte) Maię, ideſt terrę ędem calẽ. Maijs dedicatum ſub nomine Bonę Deę, et eãdem eſſe Bonam Deam ex ipſo ritu occultiore ſacrorum doceri poſſe ↄfirmat. Hanc etiam Bonã, Faunãq;, Opem et Fatuam pontificum libris indigitari. Bo nam ꝙ omnium nobis ad victum bonorum cã eſt. Faunam, ꝙ oi vſui aiantium fauet. Opem, ꝙ ipſi us auxilio vita ↄſtet. Fatuã a fando. Infantes par tu editi, non prius vocem edunt, q̃ terram attige rint. Sunt qui dicant hanc Deã potentiam habere Iunonis, ideo ꝙ regale ſceptrum in ſiniſtra aditũ, Eandem alij Proſerpinam credunt, porcaq; ei rem diuinam fieri, q̃ ſegetem quã mortalibus Ceres tribuit, porca depaſta eſt. Alij χθονιαν ευατην, Boeotij Semelẽ credunt. Nec non Fauni filiam di cunt, obſtitiſſeq; voluntati patris in amorem ſuũ lapſi, vt et virga myrtea ab eo verberaret. Cum deſi derio patris, nec vino ab eodẽ pſſa ceſſiſſet. Transfi guraſſe ſe tñ in ſerpentem pater creditur, et coiſſe cum filia. Horum hoc indicij proferunt, ꝙ virgã myr team haberi in templo nefas ſit, ꝙ ſuper caput eius extendatur vitis, qua pater eam decipere tentauit, quod vinum lac nuncupet. Serpentesq; in tem plo eius, nec timentes nec terrentes appareant. Qui dam Medeam putant, ꝙ in ęde eius genus herba rum ſit, ex qbus antiſtites dant medicinas, quod templum virorum ingredi non liceat, ppter iniuriam, quam ab ingrato viro Iaſone ppeſſa eſt, hęc apud Grecos θεοσ τυναικεια dicitur, quam Var. filiam Fauni tradidit adeo pudicã, vt extra τυναικονιτυν nunq̃ ſit egreſſa, nec nomen eius in publico fue rit auditum, nec virum vnq̃ viderit, vel a viro vi ſa ſit, pp qđ nec vir templum eius ingredit, vnde

Fatua Dea ē di cta ꝙ in fantes ñ prius lo quunt q̃ terrã atti gerint

et mulieres in ſacro Herculis non licet intereſſe, q̃ Herculi Gerionis boues per Italię agros agenti, ſi tienti reſpondit mulier aquam non poſſe pſtare, ꝙ foeminarum Deo celebraret dies, nec ex eo appara tu viris guſtare fas eſſet, pp quod Her. facturus ſa crum deteſtatus eſt pñtiam foeminarum. Et Poti tio, ac Pinaro ſacrorum cuſtodibus iuſſit, ne mulierem intereſſe p mitterent. Hęc ſunt q̃ de Bona Dea a Theo doſio referunt. Et Plu tar. inqt, Romę Bona Dea colitur, quã Grę ci quidem Gineciam nominant. Eam Phry ges, Myde nepotes re gis parentẽ aſſerunt, Romani Dryada pu ellam Fauni vxorem exiſtimant. Nonnulli grecorum illam ex Liberi matribus eſſe, quam ne fa ri liceat, vnde et mulieres cũ feſtos ei dies pagunt, tabernacula, in virgineis intexunt ramis. Sacrum inſuper dracone Deo ſm fabellã erigunt. Dũq; illi ſacra celebrant, neq; eo virum accedere, neq; domi ad eſſe fas ẽ in eis ſacrificijs, ipſę iter ſe mulieres mul ta orphicis ↄſentanea facere tradunt. Cum igitur ea inſtant ſolẽnia, vir ipſe ſeu pturam, ſeu conſu lare gerat imperium, cunctiq; merces vna cõmi grant. Vxor domum ornatiſſime extruit, vbi ma xima ſacrorum Pars noctu pagit, et reliqua. Lactan. vero inqt, vt Põpili apud Romanos inſtitutor in eptiarum religionũ fuit, ſic ante Põpilium Faunus in Latio, qui et Saturno auo nefaria ſacra ↄſtituit, et Picũ patrẽ iter Deos honorauit, et ſororẽ ſuaã Fau nam, eandẽq; ↄiugẽ ↄſecrauit. Quã .C. Baſſus Fatuã noiatam tradit, ꝙ mulieribus fata canere ↄſueuiſ ſet, vt Faunus viris. Eandẽ Var. ſcribit tantę pudi citię fuiſſe, vt nemo eã quoad vixerit pter ſuũ virum mas viderit, nec nomen eius audierit. Iccirco illi mulieres in opto ſacrificant, et Bonã Deã noiant. Et .C. Sex. Clodius in eo lib. quẽ gręce ſcripſit, refert Fauni hanc vxorẽ fuiſſe, q̃ q̃ ↄ morem, decusque regium, clã vini ollam ebiberat, et ebria facta erat, virgis myrteis a viro vſq; ad mortẽ cęſam. Poſtea vero cũ eũ facti ſui poeniteret, et deſideriũ eius fer re non poſſet, diuinũ illi honorẽ detuliſſe. Iccirco in ſacris eius obuolutam vini amphorã poni &c.

Quare mulieres in ſacris Herculis intereſſe nõ pote rant

Faunus cum Fau na eius ſorore p̃ mus Sa turno in Italia ſa crificare coepit

EST mo.na.lo. docet ędẽ Bonę Deę fuiſſe i mõ te Auentino. Pars bo.mõ. magna ps. vt Bona ps non vngues ponere curat non barbã, ne exiſtime mus ſaxũ, qđ dicit Auentini montis, fuiſſe pticu lam quẽ Remus cepit, teſte Li. ad inaugurandũ tẽ plum, cuius frater Romulus Pallantiũ ↄſcendit. Re moriam ergo ſigt locum in Auentino, vt auctor eſt Feſtus, vbi Remus de vrbe ↄdenda eſt. Leniter ac cliui, non in ſummo ſaxo, ſed in cliuo aſcenſu fa cili. Craſſorum nois heres, Craſſam virginem appel latam dicit, q̃ hoc tẽplum dedicauit, qđ poſtea re ſtitutum eſt a Liuia Druſilla imitata maritũ Au guſtum

ANT. FAN. In mõte Auẽtino Bõę Deę ędes

guſtum, quem ſupra diximus, refectorem fuiſſe tẽploꝝ. Audio eſſe qui Clauſoꝝ legant, accipientes Claudiã virginem, de qua multa ſupius dicta sũt. Ceterũ q̃cunq; ea fuerit a qua hęc ędes dedicata ẽ, nihil vſq̃ de ipſa cõpertum inuenies q̃tum ad ędis dedicationem attinet.

dicit ab υειν, qđ eſt pluere. a Latinis hę ſtellę Suculę dictę, Servio teſte.

CVM Po. Hy. Aurora Hyperionis filia, cuius exortu. vi. nonas Maij flare inq̃t ventũ, quem Gręci Argeſtum vocãt, nos Cauꝝ dicimus, vt. A. Gel. et Pli. docent. is aduerſus Aqlonem flat, et hoc tpe in ortu Auroręnõ tepet.

ANT. FAN. Argeſtis flare icipit. vi. nonas Ma.

Poſtera cum roſeam pulſis Hyperionis aſtris
In matutinis lampada tollet equis,
Frigidus Argeſtis ſummas mulcebit ariſtas,
Candidaq; a Capreis vela dabuntur aquis.
At ſimul idncẽt obſcura crepuſcula noctem,
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant Tauri ſeptem radiantia flãmis,
Nauita quas Hyadas Grains ab ĭbre vocat.
Pars Bacchum nutriſſe putat, pars credidit eẽ
Tethyos has neptes, Oceaniq; ſenis.
Nõdũ ſtabat Atlas hũeros oneratus olympo,
Cum ſatus eſt forma conſpiciendus Hyas.

EST Moles natiua loco, poeta templũ Bonę Deę ĩ Auẽtino deſcribit, qđ Claudia virgo, de qua egimus ſupiore lib. ꝯſecrauit, poſtea vetuſtate collapſum Liuia Auguſta reſtituit. Moles natiua eſt loco, rupes natiuã, non manuũ artificio fabricata. Res noia fecit, q̃ ſaxũ ingens eſt. Saxum appellant erat pars bona montis, naꝫ magna rupes Auentini montis, ſed in ea pte erat quę Tybri ĩminet. Hic, in hoc ſaxo. Remus fruſtra inſtiterat, cũ captauit auguriũ pro ꝯdenda vrbe, ſed fruſtra, q̃ victus eſt augurio Romuli. Quo tpe, eo tpe quo. Aues Palatinę, vos vultures, quos Ro. ex Palatio obſeruauit. Dediſtis pri. re. fra. Romulo qui victor augurio regnũ adeptus eſt. Illic, in eo ſaxo. Patres, ſenatores. Conſtituere templa, Bonę Deę. s. Exoſa oculos viriles, quaſi quę ingredi viros non liceret. Iugo leniter accliui, curuato q̃ſi iugo lenis, hoc eſt facilis aſcenſu cliui. Hęres ve. Clau. Claudia ex antiquo Clauſorum gñe, de quo diximus ſupiore libro, ſed illud nunc addimus ex Li. ij. ab vrbe ꝯdita, Claudioꝝ genus veniſſe ex Regillo oppido Sabinoꝝ, duce Actio Clauſo, anno q̃nto poſt electos reges, q̃ Romę fuit Appius Claudius, et q̃ venere cũ eo fecere Tribum Claudiã. legunt alij Craſſoꝝ. Paſſa cor. virgi. nul. viꝝ, quę nunq̃ viro ſuccubuit, fuit. n. virgo Veſtalis, ẽ ſpectatę pudicitię, teſtimonio quoq; matris Deũ. Liuia, coniux Auguſti. Reſtituit, templum illud cũ eſſet vetuſtate collapſum. Ne non, hoc eſt vt. Eſſet imitata maritũ, et ex oĩ pte ſecuta viꝝ, vt oĩ ex parte imitaret viꝝ, q̃ et antiquę tẽpla reſtituebat, et noua ꝯſtituebat, vt ĩ. ij. diximus, Temploꝝ poſitor, tẽploꝝ ſcẽ repertor ẽc. Poſtera cum ro. vi. nonas Ma. oriunt heliace tñ Hyades, quaꝝ ſupius meminimus. Pherecydes Liberi nutrices eſſe demonſtrat numero. vij. quas aiunt nymphas Dodonidas appellatas. Haꝝ noia ſunt, Ambroſia, Eudoxa, Padile, Coronis, Pliſſo, Phileto, Thiene. Hę dñr a Lycurgo fugatę, et p̃ter Ambroſiam oẽs ad Tethym ꝓfugiſſe. Hyadas appellatas Muſeus tradit, q̃ eaꝝ Hyas fuerit frater, a ſororibus plurimum dilectus, q̃ cũ venans a leone eſſet interfectus, q̃nq; ex ſororibus lamentationibus aſſiduis ꝓmotę dñr interijſſe. Quare eas, q̃ plurimum ꝺ eius morte laborarent, Hyades dictas, Cice. appellatas

Sed meminiſſe debemus Zephyꝝ a nonnullis Argeſten appellari, teſte Pli. Plurimi tñ Fauoniũ ſeparãt ab Argeſte, ẽ eos eſſe finitimos docẽt, ſm quos Plutar. ait ĩ Sertorio, Qui vero a mari perflant Argeſtę et Zephyri raros et tẽperatos imbres ex pelago afferunt.

Caurus Argeſtis Zephyrus

A Ca. inſula Capaꝝ ꝯ Neapolim ſita eſt, auctore Ser. diſtatq; a Surrẽto. viij. millibus paſſu. teſte Pli. qui eã ſcribit arce Tiberij Cęſaris nobilem eſſe. Eã Auguſtus magnificentiſſimis ędificiis ibi ſtructis (vt inq̃t Strab.) peculiare ſibi receptaculũ fecit, et Tiberius (vt Sue. tradit) maiorẽ ĩ modum adamauit, q̃ vno paruoq; littore adiret ſepta vndiq; p̃ruptis imenſę altitudinis rupibus et ꝓfundo mari. Hinc eſt q̃ multis vndiq; ad eã inſulam ꝯfluentibus poeta eã celebrans inq̃t, Argeſtẽ non paucis inde ſoluentibus opportunũ. Pars Hyadũ toto de grege nulla latet, ſexto quoq; nonas Maij Hyades heliace oriunt, ſed has exiſtimandũ non eſt primis tenebris, ſeu noctis initio apparere, cũ auctor eas hoc in loco tradat in ortũ heliacũ ferri, quę antea latebant tectę lucis ꝓpinq̃tate, nam hoc dicit, Vbi nox aduenerit Hyades oẽs apparebunt, qđ in occaſu vel paulopoſt occaſum Solis fieri vllo mõ non põt, cũ oẽ ſidus, qđ noctu orit ſine dubio vel ortu chronico ſe oſtendat, vel emergat heliaco, quoꝝ hic abeunti nocti, ille incipienti dat. Quod cũ ita ſit, et hoc tpe nõ Taurus, ſed Scorpius Tauri occaſu in ortũ chronicũ ferat noctis initio, reliquum eſt vt fateamur apparituras q̃dem Hyades noctu, ſed ortu heliaco, ẽ paulo ante Solis exortũ. Hę ſtellę vnde Hyades noient diximus ſupra. Sunt aũt ſeptẽ, q̃uis nõnulli duas ſtellas excludẽtes, q̃ ſunt vbi naſcunt Tauri cornua, vij. eſſe, q̃s Hyades q̃nq; tm̃ eſſe tradiderint. Pars Bac. nu. q̃nq; ſo putant, ſm Pherecydeꝫ, q̃ eas dixit Liberi fuiſſe nu lum cre trices. Tethyos has ne. Oceanus et Tethys Æthraꝫ diderũt genuerunt. Ea nupſit Atlanti nõdum in monteꝫ veteres ꝯuerſo, et Hyades pepit. Necnon et añ illas filium, qui appellatus eſt Hyas, a quo ſunt, qui putent ſorores eius Hyades dictas. Duꝫ no. la. Hyas ĩ aduleſcentia venator fuit lepoꝝ, et ceruoꝝ, in iuuenta aproꝝ leonum, et feraꝝ eiuſmodi. Adoleuit, creuit, vt Dũ prima nouis adoleſcit frõdibus ętas.

Capreę Capaꝝ iſula eſt ꝯ Neapolis poſita ad quaꝫ Tiberius princeps accedebat

Hyades oriunt vi. nonas Maias

Hyades

CVM Poſtera Hyperionis, ſequẽs Aurora ab Hy

PAV. MAR.

Hyperiō eſt credi- tus Lunę et Auro- rę pater

perione,qui creditus eſt Solis, ac Lunę, et Aurorę pater,vt in pri.docuimus. Cuȝ tollet roſeā lampada,lucem rubicundam,λαμπος grę. fas. Pulſic aſtris,quę obſcurant aduētu maioris luminis. In equis matutinis,matutino tempore ſurgentibus. Argeſtis,ruſticus ipſe, Alij legunt Argeſtes pro vēto.i. Zephyro.

los leęnę,dum petit latibula et cubilia ferarum,et leęnarum catulos rapere tentant. Ipſe fuit p̄da cruenta Libycę leę, a leęna Libyca laceratus eſt. Mater,Æthra fleuit Hyan filium a lea diſcerptū. Et ſorores moeſtę fleuere Hyan,fratris morteȝ lachrymis et fletu ꝑſequutę ſunt. Et Atlas, pater mortem filij fleuit.

Hunc ſtirps Oceani maturis nixibus Aethra
Edidit,& nymphas,ſed prior ortus Hyas.
Duȝ noua lanugo ē, pauidos formidie ceruos
Terret,& eſt illi pręda benigna lepus.
At poſtq̄ virtus annis adoleuit,in apros
Audet,& hirſutas comminus ire leas.
Dumq; petit latebras foetę catuloſq; leęnę,
Ille fuit Libycę pręda cruenta leę.
Mater Hyan,& Hyan moeſtę fleuere ſorores,
Ceruicemq; polo ſuppoſiturus Atlas.
Victus vterq; parens tamen ē pietate ſororꝝ,
Illa dedit cęlum,nomina fecit Hyas.

Frigidus, nam frigida hora diei. Mulcebit ſummas ariſtas quę iaȝ culmis emerſere,et carpit aliquas ariſtas,et Dijs offert, ſacrificium pro ipſis ariſti, facit,cum ſint Floralia illud p̄catur ne non tempeſtiue floreant, et vt perueniant ad maturitatem. Et candida vela dabunt aquis,mari. A campis,a littoribus, quoniam flabūt a terra venti,puppes a littore, et portu diſcedent. Ad crepuſcula nocturna,tempus illud poſt occaſum Solis, vt ſuperius oſtendimus.Quidam legunt obſcura. Simul,poſtq̄.inducent noctem, cum erit nox.vi.diei no. Nulla pars Hyadum,nulla ſtella ex Hyadibus. De toto grege, de toto numero. Latet, q2 omnes ea nocte ſimul apparent. Ora Tauri micant,ſplendent. Radiātia ſeptē flāmis, ſeptem flāmeis ſtellis,quę ſunt in fronte Tauri, vt ſuperiore libro docuimus. Quas,ſtellas. Nauita Gra.vocat Hyadas ab imbre,a pluuia,hoc eſt ab υειν, qđ eſt pluere,Gręci Hyadas dicunt. Pars Bacchum nutriſſe putat,multi putant' Liberꝝ nutritum ab his ſororibus fuiſſe,et ideo cęlum meruiſſe. Pars credidit eſſe has neptes Tethyos et Oceani ſenis,filias Æthrę nymphę filię Oceani et Tethyos, ſic Oceani neptes ſunt.Nōdū Atlas ſtabat oneratus humeros olympo,nondum Atlas ꝯuerſus erat in montem ſui nominis, vt ſubſtineret humeris cęlum.

Hyades dictę sūt ab imbre

Suppoſiturus ceruicē cęlo,qui futurus erat mons, et cęlum ſubſtentaturus. Tamē vterq; parens,Atlas & Æthra. Eſt victus pietate ſororum,flebant et ipſi, q2 ſorores extincti fletu abſumptę ſunt

ILLA Dedit cęlum, pietas in cauſa fuit vt Hyades referantur in celo, quibus Hyas nomen dedit. Mater ades florum, Floralia inſtituta quideȝ ſunt(vt Plinius docet)menſe Aprili,hoc eſt.iiij.calen.Maij,anno vrbis quingenteſimo.xvi.ex oraculis Sibyllę,vt omnia bene defloreſcerent, quorum diem Varro determinauit Sole Tauri partem q̄rtamdecimam obtinente, quoniam ſi in quatriduum inciderit pleniluniuȝ, fruges et omnia quę florebunt lędit neceſſe ſit,ſed celebrabantur et ineū te Maio.vt Exit et in Maias feſtum Florale calē. Erantq; ludi Florales ioco ſi (vt diximus ſupra) in quibus et ędiles cicer,fabam, aliaq; eiuſmodi populo ſpargebant, teſte Porphyrione. Vnde inquit Perſius,Cicer ingere large rixanti populo,et mulieres nudabantur,propter quod ait Iuue. Dignisſima prorſus Florali matrona tuba.,Et Valerius Maximus refert,Catone theatrum ingreſſo, non auſum eſſe populum in ludis Florę poſtulare, vt mulieres nudarentur,Catonemq; e theatro diſceſſiſſe,ne pręſentia ſua ſpectaculi conſuetudineȝ impediret.Vnde illud eſt Martialis,Meſſes iocoſę dulce cum ſacrum Florę.In Theatrum cur Cato ſeuere veniſti,An ideo tantum venires,vt exires? Tradiderunt nonnulli hos ludos in patricio vico vrbis ſolitos celebrari,qui a patricijs nomen accepit, vt Africus a Poenis.Varro autem in cliuo quē proximum vocat.Scire autem debemus Floram mulierem fuiſſe,quę cum magnas opes q̄ſtu meretricio quęſiuiſſet,Populum Ro. ſcripſit hęredem, certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo foenore natalis eius dies celebraretur editione ludorum, quos Floralia dixerunt,quod q2 Senatui flagitioſum videbatur (vt ſcribit Lactantius Firmianus) ab ipſo nomine argumentum ſummi placuit,vt pudendę rei quędam dignitas adderetur,Deamq; eſſe finxerunt,quę floribus p̄eſſet, quam Ouidius hoc loco non ignobilem nympham fuiſſe fabulatur,cui Chloris nomen fuerit,eamq; Zephyro nuptam,quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito,

ANT. FAN. Floralia vi.nōas Maij

Floralia ludi ioco ſi Ædiles fabas et cicer iaciebāt in ludis floralibus

Chloris nympha vxor Zephyri fuit

Cum eſt ſatus,natus ex Atlante et Æthra. Hyas conſpiciendus forma,Hyas formoſus,et pręſtātię formę admirandus. Æthra ſtirps Oceani, filia Oceani. Edidit hunc,Hyam. Maturis nixibus,maturo partu in decimo menſe. Et nymphas,peperit etiam Hyadas ſorores. Sed prior ortus Hyas,natus eſt Hyas ante q̄ naſcerent ſorores.

Hyas filius Atlantis et Aethrę an̄ q̄ naſcerē tur ſorores

Dum noua lanugo,dum eſt ille adoleſcens primę lanuginis. Terret formidine ceruos pauidos, cum eſſet venator,inſequebatur ceruos, et illos exterrebat. Et lepus eſt illi pręda benigna, et lepores quoq; ex venatione referabat,quos aut fallebat laqueis,aut canibus vrgebat,aut ſagittis figebat. At poſtq̄ virtus adoleuit annis,per hypallageȝ.i.poſtq̄ anni adoleuere virtutem, cum iam iuuenis eēt robuſtior. Audet cōminus ire in apros, propingo re pugna adoriri apros. Et feras hirſutas, villoſas,vt ſunt Leones. Dumq; petit latebras et catu

ſtio,vt haberet floꝝ omnium ꝑtātem.Pli. auctor ē fuiſſe Romę Florā Praxitelis opus,Itē Triptolemū, ac Cererem in hortis Seruilianis.Sed cauendum ne (quod qdā₃ ętatis nrę hoīes memorię prodiderūt) exiſtimemus hanc Floram eſſe,quā Pompeius magnus dilexit,ſcortum adeo celebre , vt(teſtePlutar.) meruerit ſimulachꝝ in ęde Caſtoris et Pollucis,qui enim ſpacia temporꝝ metietur,inueniet aliam eſſe Floram,cui Romani Floralia inſtituerunt. et aliam a cuius oſculo Pompeius nusq̄ ſine morſu diſcedere conſueuit. Ludis celebrata iocoſis, verborum licentia,q̄bus effundebatur oīs obſcoenitas nuditate meretricu₃ ac motibus impudēdis. Lege Lactantium.

Mater ades florum ludis celebrata iocoſis,
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis Aprili,tranſis in tempore Maij,
Alter te fugiens, cum venit alter habet.
Cum tua ſint,cedantq; tibi confinia menſium,
Conuenit in laudes ille vel ille tuas.
Circus in hūc exit, clamataq; palma theatris,
Hoc quoq; cum Circi munere carmē eat.
Ipſa doce quę ſcis,hominum ſententia fallax,
Optima tu proprij nominis auctor eris.

Confinia menſium,figurate pro menſium,Aprilis finem dicit et principiu₃ Mai. Ille vel ille,quia vterq; menſis vernus eſt,et tu florum Dea. Circus in hunc exit,ludi Florales in circis,ſiue Theatris celebrati a fine Aprilis i hūc menſem exeunt. Niſi exiſtimes Equiria quoque hoc tempore celebrari.quod nō placet,nā in Theatro Floralia interdum celebraſſe Romanos dubiū non eſt. Ipſa doce,quę Dea es.et de te quę vera ſunt poteris explicare.

ILLA,pietas. Dedit cęlum,nam propter pietatem in cęlum relatę ſunt. Nomina fecit Hyas,ab Hya fratre Hyades dictę ſunt. Mater ades florum eadem die celebratur feſtum Flore,quod ex Aprili in Maium tranſlatu₃ eſt.Floralia inſtituta Plini. refert vrbis anno d xvi.ex oraculis Sibyllę , ut omnia bene deflorecerēt.Hunc diem Var. determinat Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum incideret pleniluniu₃ fruges,et omnia quę florerent lędi neceſſe eſt. Inſtituti ergo ludi Florales,longe poſt ver ſacrum inſtituti votum a Poſthumio et lenate cōſulibus, vt in hiſtorijs habemus,et poeta quoq; meminit,qui Deā chlorim fingit zephyro nuptam,quę hortis, et floribus omnibus pręeſſet,ea vero ſic a Lactan.refert, Flora cum magnas opes ex arte meretricia quęſiuiſſet,populum Ro.ſcripſit hęredem , certamq; pecuniam reliquit,cuius ex anno foenore ſuus natalis dies celebraretur,editione ludorum quos appellant Floralia.Quod quia ſenatui flagitioſum videbatur,ab ipſo noīe argumentum ſumi placuit,vt pudendę rei quędam dignitas adderetur, Deā finxerunt eſſe,q̄ floribus pręſit,eamq; oportere placari,vt fruges cum arboribus,aut vitibus bene , proſpereq; floreſcerent. Eum colorem ſequutus in Faſtis poeta,non ignobilem nympham narrauit,q̄ ſit Chloris vocitata,eamq; zephyro nuptam quaſi dotis loco Id accepiſſe muneris a marito, vt haberet omnium florum poteſtatem. Honeſte quidem iſta dicuntur,ſed inhoneſte,turpiterq; creduntur. Non debēt cum veritas quęritur, huiusmodi nos velamenta decipere. Celebrant ergo illi ludi cum omni laſciuia ꝯuenientes memorię meretricis. Nam pręter verboꝝ licentiam , q̄bus obſcoenitas oīs effundit. Exuunt etiam veſtibus populo flagitante meretrices, quę tunc minoꝝ fungūtur officio, et in conſpectu populi,vsq; ad ſacietatem impudicoꝝ luminum, cum impudēdis motibus detinent . Hęc ille, et poeta in Triſtibus de his etiam ludis ipudicis inq̄t,ſępe ſupcilij nudas matrona ſeueri, Et Veneris ſtātes ad genus oē videt. Corpora Veſtales oculi meretricia cernūt,

&c. Ades mater floꝝ,adſis et faueas tu Flora. Celebrata ludis iocoſis, q̄ſi cuius feſtū cu₃ oia ludoꝝ laſciuia celebrat. Diſtuleram menſe priore partes tuas,diſtuli in hunc menſem de te ſcribere, cū feſtum tuum eſſet in Aprili. Incipis Aprili,na₃ pridie cal.Ma. Tranſis in tpa Maij, q menſe Maio celebrent ludi. Alter men. Aprilis . Habet te fugiens,cum fugit,hoc eſt vltimo die. Alter cu₃ venit,Maius te hēt in ꝑncipio. Cum ꝯfi. men.ꝑ menſium. Sint tua,finis Aprilis, et principium Maij illa ſunt hoꝝ duoꝝ menſium ꝯfinia, finis vnius,et principium alterius. Et ce.ti . q₂ in his coleris. Ille vel il.ꝯue. in laudes tu. et Aprilis et Maius ꝯuenit tuę celebritati. Circus exit in hūc menſem.s.ludi qui in Circo ſeu Theatro fiūt,trāſferunt in hunc menſem. Et ver.cla. thea. verba iocoſa,q̄ in theatro cū clamore ꝓferunt,et i hunc menſem transferunt. Hoc quoq; car. nr̄m. Eat cum mu.cir.cū ludis Theatralibus, cū illi fiant in menſe Maio, ita et in menſe Maio ſua facta canamus. Ipſa do.q̄ ſcis,dicas tu de te ipſa, q̄ Dea ſis. Hoīum snia fallax,ſolēt.n.hoīes nō vera dicere,iō tu ipſa fallax. Tu eris op.au.ꝑ.no. q̄ſi tu optime cā₃ tui noīs docere poteris, et dixit auctor foeminino gn̄e,vt i Met.Meritoꝝ auctore relicta.

Verba iocoſa; cu₃ clamore in theatris audiebantur

ANT. FAN.

LITtera gręca,x.litera qua₃ gręci aſpiratam habent in.f.conuerſa eſt vocabulo deprauato. Cāpi felicis,fortunataꝝ inſularum,quas Horatius diuites vocat,vt Petamus arua diuites et inſulas Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis. Et imputata floret vsq; vinea. Ibi nonnulli poetarum Elyſium campum et regionem pioꝝ eſſe tradiderunt. Aeria.n.ſalubritas eius regionis peculiaris eſt,quę in occaſum vergens nunquam tpe caret.Sunt.n.inſulę fortunatę contra Mauritanię finem ad occidentem,quarum qualitatē nō ꝯgruere penitus ad eaꝝ nuncupationē qdē docuerūt,teſte Solino. Graue. eſt, difficile mihi eſt laudare ꝓprias pulchritudinem ſeruata modeſtia. Gene,

X lr̄a gręca in f v̄ſa vnde chloris flora dicta Fortunatę inſulę mauritanię fines ad occidē tē dictę sūt īſulę fortūatę

Sic ego,ſic noſtris reſpondit Diua rogatis,
Dum loquitur,vernas afflat ab ore roſas.
Chloris erā,quę Flora vocor,corrupta Latino
Nominis eſt noſtri littera grę ca ſono.
Chloris eram nymphe campi felicis,vbi audis
Rem fortunatis ante fuiſſe viris,
Quę fuerit mihi forma,graue ē narrare modeſte,
Sed generum matri repperit illa Deū.
Ver erat,errabam,Zephyrus conſpexit,abibā,
Inſequitur,fugio,fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas ius omne rapinę,
Auſus Erichthea prę mia ferre domo.
Vim tamen emendat dando mihi noīa nuptę,
Inq; meo non eſt vlla querela toro.
Vere fruor ſemper,ſemper nitidiſſimus annus,
Arbor habet frondes,pabula ſemp̄ humus.
Eſt mihi fęcundus dotalibus hortus in agris,
Aura fouet,liquidę fonte rigatur aquę.

rum mihi repperit,honeſte dicit a Zephyro ſe ſuis ſe cōpreſſam. Auſus Erichthea p̄mia ferre domo,
Orithya filia Erichthei regis Athenarum — auſus rapere Orithyā,ex qua et Borea dn̄r Zetus et Calcis p̄creati.Ea ſecūdum hiſtoriam fuit Erichthe Athenar̄ rigis filia,quā Boreas rex Thracię habuit et abduxit in Thraciā. Vim tamē emēdat,delet rapinę iniuriā matrimonij beneficio
Flos in ſingulari raro ē in vſu — Generoſo flore, poetice ſingulari nūero vtit̄ p̄ plurali,q̄uis id etiā cōcedit̄ interdū ſoluta or̄one ſcribētibus. Volui numerare colores Nec potui, magna oſtēditur copia q̄ numer̄ nō admittit. Ipſe alibi, Nec ſi forte roges poſſem tibi dicere quot ſunt. Pauperis eſt inumerare pecus.
PAV. MAR. SIC ego,Deā de nomine rogaui. Sic et ipſa reſpōdit rogatis nr̄is, reſpōſum dedit meę rogationi. Duz loquit̄, ipſa Dea Flora. Afflat, ſpirat.
Chloris prius nunc Flora denoiatur — Ab ore roſas vernas, odorē roſarum verni tēporis. Chloris eras, nunc Flora,Chlorim ſe vocatā dicit,fuiſſeq; felicis, horti nymphā,q̄ cum eſſet admirādę pulchritudinis,a Zephyro amatā,et ab eo datum, vt floribus prę eſſet,et ſe flores p̄ oēm terrā diſſeminaſſe. Chloris eram q̄ Flora vocor,appellabar ego prius Chloris,et nūc dicor Flora. Littera grę ca noſtri nois, prima littera mei nois. Eſt corrupta latino ſono latina appellatione.nā in principio vbi eſſe debeat χ.grę cum,poſuere.f.latinū,et pro Chlori Florā dixerunt,χλορις a viriditate,χορα.n.virida ſunt.
Eram ego Chloris nymphe campi felicis, felicium
Heſperidū horti ac regū Adonis et Alcynoi Itē p̄enſiles Semiramidis et Cyri — hortor̄ nympha. Vbi,in quo campo, aut in q̄bus hortis. Tu audis fuiſſe ante rem,familiarē ſcʒ hoc eſt diuitias. Viris fortunatis,his qui in aureo ſę culo fuiſſent,qui his veſcebātur, q̄ tellus ſua ſponte p̄creaſſet.aut Viris fortunatis,ipſis regibus q̄m(vt inquit Pli.)antiquitas nihil prius mirata eſt, q̄ et Heſperidū hortos,ac regū Adonis et Alcynoi.Itēq; penſiles,ſiue illos Semiramis., ſiue Aſirię rex Cyrus fecerit,aut ad inſulas fortunatas referas,de quibus alio loco diximus. Quę fuerit mihi forma,quaſi quantū ego formoſa fuerim. Graue eſt narrare modeſte,quaſi referre nō poſſem,ſeruata modeſtię rōne.et in p̄uerbio eſt,Laus in p̄prio ore ſordeſcit.
Sed illa,forma. Repperit Deū gener̄ matri,nā ea captus Zephyrus me in cōiugē accepit, ſic Deus repertus eſt,q̄ gener matris eſſet. Erat Ver errabaʒ, p̄ ipſos hortos Zephyrus,ventus ipſe qui ab occidente flat. Conſpexit,me errantem. Abibam,ab eius aſpectu diſcedebam. Inſequit̄,ille abeuntem. Fugio,ego celerius fugere coepi. Ille venit fortior, validior,et maiore impetu. Nec ab re dicunt̄ hęc, q̄m flante verno tempore,Zephyro,et ipſam Chlorim,hoc eſt viriditatem inſequenti,terra nouū colorem induit,omnia reuireſcunt,et flores edunt.
Et Boreas dederat fratri,Zephyro. Omne ius rapinę cōceſſit illi oēm mei rapiēdi poteſtatem. Boreas enī ex ſeptētriōe flat.Verū et Boreā in Thracia regnaſſe,amaſſeq; Orithya, Erichthei regis Athenar̄ filiā,rapuiſſeq; illam et in Thraciaʒ duxiſſe Euſebius refert.Ex qua Zetus et Calais nati ſunt.Ergo cū Boreas raptor puellę fuerit,et pro vento a poetis accipiatur,dedit et p̄tātem,et vires Zephyro rapiēdę Florę. Auſus.Boreas. Ferre prę mia domo Erichthea , rapere ex Athenis Orithyam regis Erichthei filiam. Emēdat tamē,ipſe Zephyrus. Vim,violentiam mihi illatam. Dando noia nuptę.nā licet rapuerit,in vxorem tamē habuit. Et nō eſt vlla querela in meo toro,quia nihil ē,de quo aut ego poſſim,aut ille queri,cū mutua ſit inter nos beneuolētia. Vere fruor ſemp̄,quia ver ę ternum eſt,vbi ego ſum. Sēp̄ nitidiſſimus annus,quia ſemp̄ vernum eſt mihi tempus. Arbor habet frondes ſemp̄ ſunt virentes arbores in agris meis. Semp̄ humus habet pabula,nā ſemp̄ viret. Eſt mihi foecūdus hortus,habeō ego felicē hortum. In agris dotalibus, in dotem mihi traditis. Aura fouet,quaſi ſemper illic leuis Zephyri flatus ſpirat, vt foueat naſcentia in eo. Rigatur ipſe,hortus. Fonte nitidę aquę,et irrigandos eſſe hortos Plinius prę cipit. Meus maritus,Zephyrus. Impleuit hunc,hortum. Generoſo flore,nobilibus et pulcherrimis floribus. Atq; ait tu Dea,Flora nympha. Habe arbi.floris,habeas ius tn̄ omnis flores. Sę pe ego volui numerare colores digeſtos,obſeruabam varietatem colorum tam bene per flores diſpoſitam,et numerare volebam. Nec potui,numerare. Copia,multitudo colorum. Erat maior numero,nam infiniti erant, et qui numerari non poſſent. Et de qua varietate Plini.inquit,Sed ne pictura quidem ſufficiēti imagini color̄ reddēdę,mixturāq; rer̄ varietati. Roſcida cū,ex eo horto cū Sol rorē deſiccauerit, Horę et Charites flores colligūt,et Dijs ſerta cōtexūt. Cum pri.pru.ro.i.ipſe ros. Excuſſa eſt a ſo.excutit̄ vento,et deſiccat̄ Sole, Et varię co.varij flores. Inte-

In ſcp[…] trione[…] occide[…] Solem hortos […] ſemp o[…] floribus Gratię […] horto Florę f[…] ciunt […] ta quę nubent[…] bus do[…] nent,ho[…] eſt Agla[…] ta Eu[…] phroſi[…] Thalia ſeu Pa[…] thea

puere iu. Solis rorem deſiccantis.

ANT. FAN.

INcinctę veſtibus horę, hę ſunt de q̃bus auctor ait in primo huius operis libro, Prȩſideo foribus cęli cum mitibus horis. Protinus accedunt Charites, gratię Veneris famulę. vt Lactan. grãmaticus ſcribit. Alij Veneris et Liberi filias dicunt, teſte Seruio. alij Iouis filias ex Eunomia. Hę ſũt, Aglaea, Euphroſina, Paſithea, quaꝝ poſtremam nonnulli Thaliã dicunt, vt Eyphroſini te caij aglaij caidia Thalia.

Charites famule ſunt Veneris

Therapne vñ dictus ė Hyacinthus q̃nis natus ſit Amyclis

Prima Therapnęo feci de ſanguine florē, Therapne vrbs eſt ſiue vicus Laconię, vñ auctor vocat Hycinthi ſanguinē Therapnęum, q̃uis Amyclis natus dicat̃, quę ciuitas eſt eiuſdem regionis. Claudia. Te quoq; flebilibus moerens Hyacinthe figuris. Narciſſumq; metunt, tũc inclyta gramina veris Prȩſtantes olim pueros tu natus Amyclis. Hunc Helicon genuit te diſci periculis error, Hunc fontis decepit amor. Sunt aũt Amyclę ſacrę Apollini, teſte Lactantio grãmatico, vbi, vt idem inq̃t, Hyacinthus occiſus eſt, quē Apollo dilexit, Martialis, Torquebat Phoebum Daphne fugitiua, ſed illas Oebalius flãmas iuſſit abire puer. Hunc Apollo cũ diſco luderet imprudens oppreſſit, mutauitq; in florem eiuſdem nōis, vbi duę lrę inſcriptę cernunt̃ a i, quę vox lugubris ė. Pli. violas eſſe inq̃t purpureas, q̃ ſpōte apricis ⁊ macris locis pueniunt, ac latiore folio exeunt ſtatim ab radice carnoſa, ſolasq; grȩco noīe a cęteris diſcerni appellatas ita, vt ab ijs Hyacinthina veſtis, quidã apud Pli. legunt Hyacinthina veſtis, quod non diſplicet. In folio ſcri. querela ſuo, ſunt q̃ regum noīa inſcripta fabulent̃ pp Alacem, vt Dic q̃bus in terris inſcripta noīa regũ Naſcunt̃ flores.

Amyclę Apollini ſacrę

Hyacinthina veſtis

Croci fabula

QUi non alter, et alter eras Infelix, q̄ vnus fuiſti, et non amaſti alteꝝ, ſed teipſm̃ ſiue imaginem tuã. Nota eſt fabula. Hic flos qualis ſit apud Pliniũ lege. Crocon, adoleſcentem Crocum mutatũ in florem ſui nominis poetę finxerunt, quē amaſſe ferunt puellã Similacē, quã q̃dam Smilacem, alij Milacem vocant, et ↄuerſam dicunt in fruticē ſui nōis infauſtum ſacris ⁊ coronis, qm̃ ſit lugubris. Eſt aũt Smilax ſimilis hederę, pfecta primum e Cilicia, ſed in Grȩcia frequentior, teſte Plinio, qui etiã docet primam nobilitatem eſſe Croco Cilicio, et in monte Coryco, taxumq; a Grȩcis Similacē vocari, et eſſe in Arcadia tam pñtis veneni, vt ſi q̃ dormiant ſub ea, cibumue capiant, moriant̃. Sed eius Smilacis materiei, quã Hederę ſimilem diximus

Similace vel milace in florem conuerſa

Hunc meus impleuit generoſo flore maritus,
Atq; ait, arbitrium tu Dea floris habe.
Sȩpe ego digeſtos volui numerare colores,
Nec potui, numero copia maior erat.
Roſcida cum primum folijs excuſſa pruina ē,
Et varię radijs intepuere comę.
Conueniunt pictis incinctę veſtibus Horę,
Inq; leues calathos munera noſtra legũt.
Protinus accedunt Charites, nectuntq; corōas,
Sertaq; cęleſtes implicitura comas.
Prima per imenſas ſparſi noua ſemina gētes,
Vnius tellus ante coloris erat.
Prima Therapnęo feci de ſanguine florem,
Et manet in folio ſcripta querela ſuo.
Tu q̃3 nomen hēs cultos Narciſſe p hortos,
Infelix, q̄ non alter, ⁊ alter eras.

pprium eſt, vt auribus ad mota leuem ſonũ reddat. Atyn, Atys matris Deum ↄcubitum fugiēs genitalia ſibi amputauit. Florem per eũ accipi Diuus Auguſtinus tradit. Sunt qui hoc loco non Atyn matris Deum, ſed alteꝝ accipiendũ putant, legit̃ alio loco, Acin. Cinyraq; creatum, Adonis Cinyrę ac Myrrhę filius ab apro dilaniatus dr̃, ac mutatus ĩ florem. Hunc Venus amaſſe tradit̃, vt ſępe ſub iliacis Venerem, Cinyraq; creatũ Suſtinuit poſitos q̃libet herba duos. Mars q̃3 ſi neſcis p prias editus artes, Martē alij Iouis ⁊ Iunonis filiũ dñt. Alij Iunonis tm̃, quã ferũt tacto flore ↄcepiſſe, et deīde peperiſſe Martē Deũ, quē q̃dã (auctore Feſto) Gradiuum dictum volunt, q̄ e gramine ortus ſit. Quod ideo fingitur, q2 corona graminea in re militari multę eſt honorationis. Huic Deo gramen conſecratum dicunt, q̄ id ex humano cruore procreetur.

Atys

Adonis

Mars cuius filius fuit

PAV. MAR.

CONVeniunt Horę, quę cęli portas ſeruare dñr, de q̃bus in primo diximus. Incinctę veſtibus pictis, varij coloris. Et legunt nr̃a munera, colligunt nr̃os flores. In leues calathos, quales ex tenuiſſimo vimine. Vir. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphę calathis. Protinus accedunt Charites, quę latine grę dñr. Sũt aũt tres ατλαια qd ſignificat ornamentum. ευφροσινυ, lęticia, ⁊ θαλια celebritas. Iouis et Eunomię filię dñr. Veꝝ multi dñt e cęli ſemine natas, aſtitiſſeq; Ioui in cunis puero.

Et nectunt coronas, ex floribus, quas Dijs offerebant, et in ſacris et in triumphis erat coronaꝝ vſus, vnde et Pli. Quin et vocabulum inq̃t ipſm, tãdem inde cōicatum eſt inter ſacra, ⁊ bellicos honores, coronis ſibi nomen ſuum vindicantibus. Et ſerta implicitus cęleſtes comas, quibus Dij caput implicant, et Pli. inq̃t, Cum vero e floribus fierent ſerta a ferendo ſeruię appellabant̃. Prima ego ſparſi noua ſemina, nouos flores. Per imenſas gentes, quaſi per totum orbem. Tellus erat ante vnius coloris, nulla erat in ea viriditas, nec varietas, vnus erat tm̃ color. Flora enim prius flores accepit in horto ſuo. Deinde ea totam bis terram impleuit. Prima ego fe. flo. d ſan. Thera. prima ↄuerti Hyacinthi pueri ſanguinem in purpureas violas, de quo diximus ſuperiore libro, vbi de pratis Enneis egimus. Therapnęo, a Therapne vico Laconię, et ĩ Heroidibus, Rure Therapnęo nata puella Phrygem. Et querela, Apollinis de morte pueri, quem amauit, et imprudenter occidit. Mãet

Hyacinthus ex Therapne vico Laconię

ſcripta in folio ſuo, ſignatę enim literę tenuiſſimis venulis diſcernuntur, vt ſuperius diximus, et poeta agit de his in.x.Metamor.et in.xiij.cū Aiacem dicat in hunc quoq; florem demutatum.

Narciſſus captus amore ſuę formę

Tu quoq; o Narciſſe habes nomen per hortos cultos,et in hortis tu celebraris, q2 nomen tuum flos retinet in quem conuerſus es. Infelix ꝙ non eras alter, et alter, ꝙ non eratis duo,ꝙ non erat alter a te ille,quez amabas,ſed idem eras,nā imagine tua captus interijſti. Nota eſt fabula, quę refertur a poeta in quarto Metamor. De generibus liliorum eſt, cuius duo genera, vnū purpureo flore, alterum herbaceum ſecūdum genus ſtomacho inutile, et ideo ab aliquibus vomitorſum dicitur. Caput grauat, ideo volunt a Narce Narciſſum dictum, non a puero. Quid referam crocon, iuuenez crocum in florem quoq; conuerſum, de quo in primo diximus.

Aut Acin puerum a nymphis amatum,et in florem ſui nominis cōuerſum. Cinyraq; creatum, Adonim Cinyrę regis ex Myrrha filia natum,quem Venus amauit. De quo in decimo Metamor. et ab apro interemptum in florem demutauit,cecinitq; carmē,quod ex eo Adonicum dicitur, et Adonij Pli. meminit.

De quorum,puerorum Vulnere per me,quaſi mea opera, legitur etiam Sanguine et melius.

Surgit honos, ſurgunt ipſi flores, quibus habet honos in coronamentis. Mars quoq; ſi neſcis refert nunc Martem ſua arte natum, Nam cum Iuno filios parere non poſſet, videretq; Mineruaȝ ſine vſu matris e vertice Iouis natam, opem imploratura ad Oceanum,et Tethyn ibat,ſed cū longo itinere ad Florę fores conſediſſet, interrogata, vie et moeſtitię cauſam expoſuit, dedit illa illi florem quo tacta,ſine viri vſu grauida effecta eſt, et Martem peperit,inde eſt quod gramine ortus dicatur,vt diximus in fine ſecundi. Si neſcis, tu o poeta. Mars quoq; eſt editus, ex Iunone natus.

Per noſtras artes,nam ex noſtris floribus. Precor,ego. Vt Iuppiter neſciat vsq; hoc , precor vt ſemper ſit Ioui occultum. Vt adhuc, vt vsq; in hunc diem deſciuit,ſic nec in poſteruȝ reſcire poſſit. Iuno ſancta doluit Iouem non eguiſſe ſuo officio,non fuiſſe illi opus ſuo concubitu. Nata Minerua ſine matre,cuȝ nata eſſet Pallas ſine vſu matris, ex vertice Iouis armata proſiliens, vt in I ij. diximus.

Oceano,apud Oceanum,qui eſt Deoꝝ parens. ANT.

Facta mariti,qui Mineruam non ex Iunone, FAN.
ſed e ſuo vertice produxiſſet. Solabar,minuebam dolorem. Id enim eſt ſolari. Nomē vtriūq; pr̄is et matris. Ter volui ꝑmittere opeȝ, impar numerus felix eſt, vt diximus. Id et quę hic ſubijciunt oſtendunt. Olenijs aruis, ab vrbe Oleno, ea ē in Achaia,vt diximus ſupra. Item in Boeotia et alibi. Placet accipias Olenon Arcadię propter florē moly herbę. Mater erat,ſterilis iuuenca concepit et peperit. Thracem, partē Scythię, vt nonnullis placet,hoc eſt Thraciaȝ quę alit homines ferociſſimos, a qbus Mars colit. Vnde illud eſt in.iij. Æneid. Terra procul vaſtis colitur Mauortia cāpis Thraces arant.

Olenus

Quid Crocō,aut Acin referā, Cinyraq; creatū?
De quoruȝ per me ſanguine ſurgit honor.
Mars quoq;, ſi neſcis, per noſtras editus artes,
Iuppiter hoc, vt adhuc neſciat, vsq; ꝑcor.
Sancta Iouē Iuno,nata ſine matre Minerua,
Officio doluit non eguiſſe ſuo.
Ibat, vt Oceano quereretur facta mariti,
Reſtitit ad noſtras feſſa labore fores.
Quam ſimul aſpexi,quid te Saturnia dixi
Attulit? exponit quem petat ipſa locum.
Addidit & cauſam, verbis ſolabar amicis,
Non inquit verbis cura leuanda mea eſt.
Si pater eſt factus neglecto coniugis vſu
Iuppiter, & ſolus nomen vtrunq; tenet,
Cur ego deſperem fieri ſine coniuge mater?
Et parere intacto,dummodo caſta, viro?
Omnia tentabo latis medicamina terris,
Et freta, tartareos excutiamq; ſinus.
Vox erat in curſu, vultum dubitantis habebā,
Neſcio quid nymphe poſſe videris ait.

Leuamq; Propontidos,terrā quam Propontis alluit a lęua.i.Thraciam ipſam. Eſt autem Propontis vbi mare pāditur inter Euxinum mare et Helleſpontum.

IBAT,Iuno. Vt quereretur,cum querela exponeret. Oceano,Deorum parenti. Facta mariti, Iouis. Feſſa, labore itineris. Reſtitit ad noſtras fores,ſubſiſtit ante ianuam ędium meaꝝ. Quā, Iunonem. Simul,poſtq̄. Aſpexi dixi o Saturnia quid te attulit,quę cauſa te huc ad nos aduexit.

PAV. MAR. Dea Flora docuit Iuno nē quō poſſet parere ſine maris auxilio

Exponit quem locuȝ ipſa petat,narrat quo eat.

Addidit et cauſam, nā ſe ire ad Oceanum, vt de Ioue quereretur. Verbis ſolabar amicis ,quaſi volebam eius dolorem lenire dulci ſermone. Inqt mea cura non eſt leuanda verbis dolor hic meus non eſt ſermone leniendus,ſed re. Si Iuppiter eſt factus pater neglecto vſu coniugis, ſi ex Ioue nata eſt Minerua,ſine congreſſu vxoris. Et ſo. te.u.nomen,et patris et matris. Cur.e.de.ſi.mater ſi.cō. ſi facile fuit Ioui parere filiam, cur ego diffidam mihi ipſi velut parere non poſſim ſine vſu viri,cum facilius eſſe debeat foeminis q̄ maribus. Et parere intacto viro,ſine vllo concubitu.

Dummodo caſta,ſeruata lege pudicitię. Tentabo omnia medicamina latis terris, experiar quicquid medicamenti eſt in terris. Et freta,et quicqd medicaminis erit in mari. Et excutiam tartareos ſinus,

Ter uolui promittere opem,ter lingua retēta ē
Ira Iouis magni cauſa timoris erat.
Fer precor auxilium dixit,cęlabitur auctor,
Et ſtygię nomen teſtificabor aquę.
Quod petis Oleniis inq̈ mihi miſſus ab auris
Flos dabit,eſt hortis vnicus ille meis.
Qui dabat hoc,dixit,ſterilē quoq; tāge iuuēcā,
Mater erit,tetigi,nec mora mater erat.
Protinus hęrentem decerpſi pollice florem.
Tangitur,et tacto concipit illa ſinu.
Iāq; grauis Thracem,et lęua Propōtidos ītrat,
Fitq; potens voti,Marsq; creatus erat.
Tum memor accepti per me natalis,habeto
Tu quoq; Romulea dixit in vrbe locum.
Forſitan in teneris tantum mea regna corōis
Eſſe putes,tangit numen et arua meum.
Si bene floruerint ſegetes,erit area diues,
Si bene floruerit vinea,Bacchus erit.
Si bene floruerint oleę,nitidiſſimus annus,
Poma quoq; euentum temporis huius hn̄t.

ōs ſinus,paludes infernas. Vox erat in curſu,q̄ſi pſeq̄bat illa ſermonē. Hębam vultū dubitātis,vultu ego indicabā dubitare, an illi rn̄derem,cū opeʒ pſtare poſſem,an reticerē metu Iouis. Ait o nymphe neſcio q̄d videris poſſe, neſcio q̄d vultu idicas te poſſe pſtare. Ter volui pmittere opē,polliceri illi auxiliū,et daŕ medicamētū quo parere poſſet. Ter ligua re.ē,cōtinui liguā,ne loqueretur. Ira Iouis magni erat cā timoris, tacebam ego,q̄ Iouis irā timebā. Fer pcor auxilium dixit, affer opē tu Flora mihi. Cęlabit auctor.q̄ſi nū q̄ reſciri poterit te mihi opē dediſſe. Teſtificabor numē aq̄ ſtygię iuro ego p ſtygiā paludē,hoc ſemp fore occultuʒ Ioui. De ſtyge alias dictū. Inquaʒ, dico ego. Flos mihi mis. ab aruis oleneis dabit q̄d petis,flos ad uectus ab agris Oleni vrbis,de q̄ paulo ſupius,faciet te pareŕ ſine vſu viri. Ille,ē vnicus in hor.me.vnum tm̄ modo hēo nō pl'es. Qui dedit hūc,Zephyrus q̄ mihi florē illuʒ tribuit,dixit. Cōtinge ſterilē iuuencā erit mŕ,tanta eſt in hoc flore vis,vt ſi ſterilē iuuencā tāgas ſubito erit grauida et pariet. Tetigi,ego iuuencā ſterilem. Nec mora erat mŕ,nam mox grauida peperit, Protinus decer.pol.flo.hę. ſtatim truncaui florem vnguibus ſuo ſtipiti inhęrentē. Tangitur. Iuno eo flore. Illa concipit ſinu intacto,concepit vtero pudico,nō ab alijs tacto.aut cōcepit in vtero quē eo flore tetigerat. Iāq; grauis,grauida. Ibat Thracem,in Thraciam. Et lęuā Propōtidos,ad ſiniſtram Propontidis,q̄d mare illud eſt inter Heleſpontū et pontū Euxinū,et a ſiniſtra Thraciam abluit. Fitq; potens voti,pepit ſine vſu viri, ſic fuit voti cōpos. Et Mars erat creatus,natus ī Thracia ſine viri ſemine.Iō et Thracię pſidet,ideo Vir. Gradiuumq; pŕem Geticis q̄ pſidet auris. Tum poſtea. Memor accepti per me natalis,longe poſt Mars memor beneficii, q̄ mea ope natus erat. Quidam legunt Qui memor etc. Habeto dixit tu quoq; locum in vrbe Romulea, quaſi celebreris tu quoq; Romę et templum tibi conſecretur. Forſitan in teneris,non modo eſt mihi data poteſtas in flores vnde ſerta et coronę fiant,ſed in arbores quoq; et in ſegetes,quę ſi bene floruerint fertilitatem pollicētur. A floribus enim pronoſtrica ipſa captantur,vt Maro quoq; oſtendit de Amygdalarum floribus,

Sinus Tartareos p paludibus poſuit hic

ol' nc vrbs vnde flos olenius

Propontidos

Pronoſtica ex floribus

et tenellis foetibus in primo Geor. Cōtemplator item cū nux ſe plurima ſiluis Induet in florē,et ramos curabit olentes.Si ſuperant foetus, pariter frumēta ſequent,Magnaq; cū magno veniet tritura calore etc. Putes tu forſitā eſſe tm̄ mea regna, exiſtimus forte tu tm̄mō me hŕe ius. In teneris coronis,ex tenellis floribus cōnexis. Numē muū tāgit et arua, nam et ī aruis quoq; habeo poteſtatem, Si bene floruerint ſegetes, ſi copioſe et tempeſtiue floruerint. Erit area diues,naʒ magna erit tritura,et magna frugum copia. Si vinea bene,copioſe,et tempeſtiue. Floruerit erit Bacchus,erit vini etiā copia ingens.

NITIdiſſimus annus, abundans oleo, quo vncti homines nudis corporibus nitent,vt Nudatosq; humeros oleo pfuſa niteſcit.Hinc poetę Palęſtraʒ nitidam dicūt, vt More tuę gentis nitida dum nuda palęſtra Ludis.et Lęte lyrę pulſu,nitida quoq; lęte palęſtra. Athenieſes primi nudi atq; vncti oleo in gymnaſiis ſe exercuerunt, aucto.Thucydide. Et pereunt lentes aduena Nile tuę, Ægyptias lentes dicit.Virgi.de his in primo Geor. Nec Peluſiacę curam aſpernabere lentis. Duo apud Peluſiotas ſiue Ægyptios huius leguminis genera ſunt. Alterum rotundius ac nigrius,alterum ſua figura. Taurus philoſophus Athēis accipiebat amicos coena,vt ſcribit A.Gelli. cuius fundamentum erat in olla vna lentes Ægyptię,et cucurbitę minutiʒ cęsę. Exiſtimauit ſane antiquitas ęqui animi fieri homines qui lentibus veſcerentur. Vnde lentos dicimus,qui nullo mouentur affectu. Vina quoq; ipſa quoq; vina in cęllis vinarijs condita, florere dicuntur cum in ſummo veluti flores gignunt,q̄ ſi candidi fuerint pbantur,teſte Plini. Hos auctore nebulas vocat. Cytiſos,frutices laudati pabulo oui um ceterum (vt Plini.tradit) fuerunt qui dicerent apes nunq̄ de flore Cytiſi pabula cōtingere,cū quibus non ſentit Ouidius. Nos quoq; idē facimus, Iuuena.Feſtinat enim decurrere velox Floſculus. Cicero in Catone maiore, Temeritas eſt videlicet florentis ętatis. Ludorum quę ſit origo,e parte mulctę qua plectebantur, qui pecora in publicis ſaltibus pauiſſent Florales ludos inſtitutos dicit. Cętera luxurię inſtrumenta,aut aurum, argentū, aluea,vnguēta. Hinc etiā locuples,a locorū poſſes

ANT. FAN. Athenięſes primi oleo in gymnaſiis execuerunt

Lentis duo genera

Hoīes q̄ lente veſcuntur fiefieri q̄ ai

Flores cādid iſ vino bonū indicant

Flore ſemel lęſo pereunt vitięq; fabęq;
Et pereunt lentes aduena Nile tuę.
Vina quoq; in magnis operoſe condita cellis
Florent, et nebulę dolia ſumma tegunt.
Mella meũ munus volucres ego mella daturas
Ad violam, et cytiſos, et thyma cana voco.
Nos quoq; idẽ facimus, tũc cũ iuuenilibus ãnis
Luxuriant animi, corporaq; ipſa vigent.
Talia dicentem tacitus mirabar, at illa
Ius mihi dicendi eſt, ſi qua requiris, ait.
Dic Dea, reſpondi, ludorum quę ſit origo,
Vix bene deſieram, rettulit illa mihi.
Cętera luxurię nõdum inſtrumenta vigebãt,
Aut pecus, aut latam diues habebat humũ.
Hinc etiã locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.
Sed iam de vetito quiſq; parabat opes.
Venerat in morem populi depaſcere ſaltus,
Idq; diu licuit, poenaq; nulla fuit.

Locupletes ſloribus dicti ſunt locupletes, vt a pecore pecunioſi. Maiorꝝ.n. diuitię aut locis.i.agris cõſtabãt a pecore, vñ locupletes dicti ſunt quaſi locis.i.agris pleni, Pecunia a pecore et pecunia a pecore nomen accepit, ſicut et pecula et peculius et peculium dus, quẽ docet Feſtus dictũ a pecore tũc, cũ Romani nihil pręter pecora hẽrent, vñ peculii nomẽ deductũ Seruius putat, qui ab eo vult pecuniã deriuari. Pliny. ſignatũ ęs fuiſſe tradit nota pecudũ, atq; inde pecuniam appellatã, cuius noĩe nõ ſolũ ęs, argẽtum, aurũue ſignatũ ſed et oĩa corpa cõtinent, quorꝝ ęſtimationem metimur nummo. Hinc illud ẽ Varronis. Quod in pecore pecunia tũc cõſiſtebat. Et illud Donati ĩ alia ſignificatione ſic, Veteres multa vnciati cũ expẽſa pecũia ferretur more veterum nõ vt nũc annũeraret. Apd maiores pecũia ſacrificiũ fieri dicebat, quod ex his rebus cõſtabat, quã nũc pecuniã diximus, teſte Feſto, qui et ſcribit id quod diximus apud antiquos opes et pãtrimonia ex pecoribus pręcipue cõſtitiſſe, et inde dici pecũias et peculia. Ppli depaſcere ſaltus, publicos ſaltus non priuatos.

PAV. MAR. SI oleę bene floruerit erit ãnus nitidiſſimus, erit magna quoq; olei copia. Nitidiſſimus dixit reſpectu eorꝝ q̃ oleo pungunt, nã puncta nitẽt. Poma quoq; hñt euentũ tpis huius, hñt et poma fortunã verno tpe cũ florẽt, quod ſi bene floruerint fertilitatem pollicent. Flore ſemel lęſo, ſi pruina corrũpet, aut puret, aut vẽti decutiẽt flores. Pereũt vitięq; fabęq; fruges et legumĩa tã vtilia q̃ noxia pereũt. Vitię dictę (vt aliq volũt) quod frumẽta vitiẽt, et tñ Pli. ea pinguefcere arua aſſerit. De fabis plura diximus in Georgicis. Pereũt o Nile aduena, q aliũde aduenis, in Ægyptũ. Tuę lentes, quaſi pereũt et lẽtes Ægyptię, Nã duo gña lentis (vt Pli. inqt) Ægypto, alterꝝ rotũdius, nigriusq;, alterꝝ ſua figura. Vñ vario vſu tranſlatũ eſt in lẽticulas nomẽ. Vina quoq; cõdita operoſe, cũ artificio cõpoſita. In magnis cęllis, in magnis doliis. Florẽt, ſupne florere vident. Et ne. quod inſtar nebulę fit in ſupficie. Dolia ſum.te. ſummitatẽ vaſorꝝ vbi cõdita erũt vina, et Pli. florẽ vini cãdidũ probari dicit, Rubentẽ triſte ſignũ eẽ, ſi nõ is vini calor fit. Mella meũ munus, q̃a e floribus q ſunt mei iuris decerpunt. Ego voco volu. datu. mella, apes q̃ mella in aluearìis cõponũt. Voco ad violã, ſpeciẽ pro gñe poſuit, nã ad flores, de violis diximus. Fit cy. Cytiſum fruticem fruticẽ eſſe Cyti ſum inqt Pli. ab Amphiloco Athenienſi ſummis laudibus pdicatũ pabulo ouiũ. et ad, dit, Non ex alio pabulo lactis maior cupia, aut meliор ſup oĩa pecudũ medicina a maioribus omni vſu pſtante. Apes quoq; nunq̃ de flore Cytiſi pabula cõtigere pmittit Democritus, et Ariſtomachus. Ex quo miror poetã dixiſſe ad cytiſos apes vocari. Hic frutex (vt Pli. inqt) inuẽtus eſt in Cytno inſula, inde tranſlatus in oẽs Cycladas, mox in gręcas vrbes, caſei magno pꝛouentu, rarusq; eſt in Italia. Et thyma grata, de thymo ſupiore lib. diximus. *ab Amphiloco Athenienſi pdicatum* Nos quoq; idẽ fa. nos et ad flores vocamur ętate iuuenili. Tunc cũ animi nri. Luxuriãt, laſciuiũt ãnis iuuenilibus p ipſam iuuentã. Cũ ipſa cor. vigent, ob feruorẽ ſanguinis in iuuenta. Talia dicentem taci. mi. ego intẽtus verbis illius ſilens cũ admiratione Deã intuebar. At il. ait. Si q̃ req. ſi qd reqrere vis. Ius tibi dicẽdi, ptãs tibi ẽ loquẽdi et reqrendi q̃ voles. Rñdi, dic Dea q̃ ſit origo ludorꝝ, vñ Florales ludos originẽ habuerint. Vix bene deſieram, loq ſcꝫ. Illa rettulit mihi cętera luxurię, inqt Flora habuiſſe ludos originẽ a poena pecũiaria exacta ab illis, q publicis paſcuis nõ pepcerãt, cũ olim nõ eẽnt diuitię in pciosis mercibus, ſed in agris, et in pecoribus. Cuius vero pecus in ſaltibus ppli depaſtũ eẽt pecũia mulctabant: et ex pte mulctę exhibiti ſunt florales ludi. Nõdũ vigebãt cętera inſtra luxurię, nõ vigebãt illa inſtra, qbus magna rerũ copia cõpareretur, et pfunderetur, quia nondum erat copia auri et argenti, q̃ ad luxuriam pertinẽt. Inſtrumentum inquit Vlpian. eſſe apparatum rerum diutius manſurarꝝ. Diues, qui eo tempore diues habebatur. Aut habebat pecus, aut latam humum, nõ poſſidebat aurum, aut argentum, ſed pecudes, et latos agros. Hinc etiam locuples, a lata humo, hoc eſt a locis dictus eſt locuples, et Plin. inquit, Hinc et locupletes dicebantur loci, hoc eſt agri plenos. Hinc ipſa pecunia dicta eſt, et Plinius Pecunia ipſa a pecore appellabatur. Videtur qdem totũ hũc locũ a poeta accepiſſe. Et illud poſtea ſubdit qd in primo diximus. Seruius rex ouiũ, boũq; effigie primus ęra ſignauit. Sed iã quiſq; parabat opes de vetito de eo qd ſuũ nõ erat, diuitias ſibi parabat. Venerat in morẽ, iã id in cõſuetudinẽ verſum. Depaſcere ſaltus populi, nemora, montes, et paſcua, quę populi erant, et non priuata. Et id diu licuit, quia ad populum non referebatur. Et nulla poena fuit, quia nemo mulctabatur. *Seruius rex primus pecudis es ſignauit inde pecunia dicitur*

VINDICE

Vindice ſeruabat nullo ſua publica vulgus,
Iamq́; in priuato paſcere inertis erat.
Plebis ad ędiles perducta licentia talis
Publicios, animus defuit ante viris.
Rem populus recipit, mulctā ſubiere nocētes,
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Mulcta data eſt ex pte mihi, magnoq; fauore
Victores ludos inſtituere nouos.
Parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes,
Vtile nunc iter eſt, Publiciumq́; vocant.

ANT. FAN.

VINdice nullo, nullo defendente vel vlciſcēte po. Ro. quod erat publicum non priuatum. Vindicare interdum eſt vlciſcere vel defendere. In priuato paſcere inertis erat, is iners hēbaſ, cuius pecora non in publico paſcerenſ. Vnde cum Publicijs ędilibus plebis mandatum eſſet afficerent poena quicunq; po. Ro. ſaltus ꝺ paſcerent, et ij timidius mandata exequerenſ, populus coegit nocētes mulctā ſubire, cuius pars in Florę ludos collata eſt.

Mulcta poena ē nomen generale

Mulctā ſubie. nocētes, mulcta Oſce pęna dr̄, auctore Feſto, fuitq; olim non niſi ouium, boumq́; impendio, teſte Pli. Sunt qui mulctam ſpecialis peccati aīaduerſionem vocēt, ac poenā velint eſſe generale nomen. De mulcta mox plura dicemus.

Publicij

Vindicibus, Publicij fuerunt ędiles plebis, quoꝝ muneris erat ludos inſtituere, ab his Publicius cliuus nomen accepit. Varro, Cliuus Publicius ab ędilibus plebei Publicijs, qui eum publice ędificarunt. Sunt qui legāt ab ędibus plebei, quod ꝑcedere vllo modo non pōt, cū ſubijciat Varro. Simili de cā Publius et Coſtonius ꝙ ab his viris dn̄r ędificati, Sed de hoc ſatis ſupra dictum eſt. Vindices aūt non Publicios, ſed eos q in populo curā vtilitatis publicę ſuſceperunt.

Mulctati cia pecunia dicit̃ Sublicius pons nūc extat

Mulcta data eſt ex parte mihi, mulctaticię pecunię ꝑs in Florę ludos collata eſt, pars in Cliuum Publicium, vt is qui erat nimiū arduus molliorē adeuntibus ꝑberet aſcenſum ac ſterneret. Hunc nonnulli tradiderunt ꝑtendi ad Sublicium pontem, quod non ꝯſtat. Cęteꝝ ludi Florę non in hoc cliuo, ſed in alio aliqn̄ celebrabanſ, quem Varro ꝓximum vocat. Qui cum Publij et Coſtonij meminiſſet, Cliuus inqt ꝓximus ad Florales vſus.

Mulcta legū antiquaꝝ Mulcta ſupma

Non pretereundum hoc loco quod ſcribunt Pli. et Pluta. Mulctā legum antiquaꝝ, vt nos ēt ſupra tetigimus, pecore ꝯſtitiſſe, et cum nūmoꝝ vſus apud Romanos nōdum frequens eēt ꝯſueniſſe plecti ſontes bobus, ouibusq;.

Mulcta minima Mulcta maxima

Fuit aūt mulcta quę appellabaſ ſupma inſtituta in ſingulos dies, vt. A. Gel. tradit duarū ouiū ac. xxx. bouiū, vltra quē numeꝝ mulctam dicere in dies ſingulos ius non erat, et ꝑpea ſupma. i. ſumma et maxīa appellabaſ, nā minima erat vnius ouis. Sed qm̄ eiuſmodi mulcta a magiſtratibus dicta adigebanſ boues, ouesq;, alias ꝑtij parui, alias maioris. Iccirco poſtea lege Aterina ꝯſtituta ſunt in oues ſingulas ęris deni, in boues ęris centeni. Hinc Feſtus, Maximā inqt mulctam dixerunt triū millium et. xx. aſſiū, qꝺ non licebat quōdam plibus. xx. bobus et duabus ouibus quēq; mulctari, ęſtimabaturq; bos centuſſibus, ouis decuſſibus.

Parte lo. cli. cauendū ne legamus pte locant cliui, credentes locatū. i. ꝯſtitutū fuiſſe aliqd in cliuo publico, ꝙ ad Florā attineat. Quod ſi eſſet nō mulctę pars, ſed ōis pecunia mulctaticia ꝯtigiſſet Florę, qꝺ ꝑcedere vllo mō non pōt. Legendū eſt ſane, Parte locāt cliuū. Eſt. n. hic locare ꝯducenti ꝑſcribere aliquid faciendum non conſtituere, vt Atla Theatri Fundamenta locant.

PAV. MAR.

VVLgus, ppl's ipſe. Seruabat ſu. pa. nul. vi. nullo q vlciſceretſ dānu3 pabulis inferentē, aut nullo qui tunc rē populi vindicaret. Sua bula dixit, ꝗ ex illis paſcuis erat ppl̄i redditus. Et poſtea ad alia q̄3 tranſlatu3 verbum. Vnde et Pli. inquit, Etiānum in tabulis cenſorijs paſcua dn̄r oīa, ex qbus ppl̄i redditus h3, ꝗ diu hi ſolū vectigal fuerat, multi legunt ſua publica ꝛc. Et iam inertis erat, quaſi ꝑtinere ad ſegnem et inertē videbaſ. Paſcere in pri. in loco ꝓprio, et non publico. Talis licentia ple. hęc licētia qua abutebanſ plebei hoīes in depaſcēdis ſaltibus publicis. Perducta, relata eſt. Ad ędi. Publicios, q publica ꝓcurabant.

Ædiles plebei ſacras et priuatas ędes curabāt, ēt annonę ꝑerant

Ædiles creare a pr̄ibus plebs impetrauit, vbi e ſacro monte redijt, q eſſent poſt tribunitiā ptātē, et ſacras et priuatas ędes ꝓcurarent, ꝑeſſentq; annone, et a ſolio eburno curules dicti ſunt, et duo ex his ornati regijs inſignibus curā ſacroꝝ, et ludoꝝ hēbant. Curuliū ędiliū adeo creuit aliqn̄ ptās, vt ad eos ſumma reꝝ et īperij cōſularis maieſtas venerit. Veꝝ (vt eſt apud Pōpo. iuriſcō. de origine iuris) Ædiles duo ex plebe ꝯſtituti erant, atq; ita appellati, ꝗ ędibus ꝑeſſent, in qbus oīa ſcita ſua plebs defendebat ꝛc. Aius defuit an̄ vi. non audebāt olim ędiles flectere aliquē ex illis.

Rem po. re. accepit ppl's ſuam ipſe cām. agendā, vt eos plecteret, quoꝝ quadrupes paupiē fcciſſe dicebaſ. Nocētes ſu. mul. dedere poenā. Oſcę. n. mulctam poenā dicebant, Pōpo. teſte. Sed Vlpia. inqt, Mulcta3 inter et poenā multum intereſt, cu3 poena generale ſit nomen oīum delictoꝝ punitio. Mulcta ſpecialis peccati, cuius aīaduerſio hodie eſt pecuniaria, poena aūt non tm̄ pecuniariam, veꝝ capitis et exiſtimationis irrigari ſolet. Et mulcta q ꝑ magīdes ex arbitrio eius venit, qui mulctā dicit, poena aūt nō irrogatur, niſi quę lege, vel q̄quo alio iure ſpāliter huic delicto impoſita eſt, quimo mulcta ibi dr̄ vbi ſpālis poena non eſt a lege impoſita. Itē mulctam is dicere pōt, cui adiudicatio eſt Magīratus enim ſolos et ꝑſides ꝓuinciaꝝ poſſe mulcta3 dicere, mandatis ꝑmiſſum eſt. Poenam aūt vnuſquiſq; irrogare pōt, cui huius criminis, ſiue delicti executio ꝯpetit. Hęc ille.

Mulcta p magīratus publicos, poena p oēs irrogaſ

Pli. vero inqt, Mulctatio quoq; non niſi ouiū, boumq; īpēdio dicebaſ. Publica cura fuit lau. vindi. laudati ſunt illi qui gerētes curam publicā rem ppl̄i, pplō vendicarunt.

Mulcta ex parte eſt data mihi, poena illa ex pte erogata eſt ad exhibēdos mihi ludos. Et ma. fa.

cliuus Capitolinus vbi primũ cepta ſunt fieri feſta Deę Flore

ſenatus.s.& po.Ro. Victores, illi qui exegerant a delinquentibus mulctam, aut victores Romani inſtituere ludos nouos, q2 tum primuꝫ inſtituti ſunt mihi ludi. Parte lo.cli. quaſi locarũt Circũ, aut Theatrꝝ ꝓ meis ludis in parte cliui Capitolini.s ſed plures erãt cliui, vt diximus in ꝑ li. Qui,

Annua credideram ſpectacula facta, negauit,
Addidit & dictis altera verba ſuis.
Nos q̃ꝫ tangit honor, feſtis gaudemus, & aris,
Turbaq; cęleſtes ambitioſa ſumus.
Sępe Deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis hoſtia blanda fuit.
Sępe Iouẽ vidi, cum iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.
At ſi negligimur, magnis iniuria poenis
Soluitur, & iuſtum pręterit ira modum.
Reſpice Teſtiadem, flammis abſentibus arſit,
Cauſa eſt, ꝙ Phoebes ara ſine igne fuit.
Reſpice Tantaliden, eadem Dea tela tenebat,
Virgo eſt, & ſpretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionem,
Cum conſternatis diripereris equis.
Longa referre mora eſt collecta oblinia dãnis.
Me quoq; Romani pręteriere patres.

Ludi ex multa inſtituti Deę flore

cliuus. Tunc erat ru. ar. alta et diffici lis aſcẽſus. Nunc eſt iter vti. q2 cõmodum oibus. Et vocãt Publi. Publicius cliuus (vt ait Var.) ob ędilibus publicis, qui eum publice ędificarũt. Simili de cã Publius et Coſtonius cliui, ꝙ ab his viris dñr ędificatis. Cliuus ꝓximus ad Florales vſus verſus Capitoliũ vetus. Ergo ſub cliuo ludi fiebãt. Sunt tñ qui intelligẽdũ cenſent illud, Parte locant Cliui, ꝙ ex pte mulctę facti ſunt ludi, et ex parte ędificatus eſt ille Cliuus.

ANT. FAN.

Ludi Florales erãt anniuerſarij

ANnua cre. ſpecta. ludi Florales ab initio anniuerſarij non fuerunt. Sed tales poſtea ꝯſtituti ſunt, Lenate, Poſthumioq; ꝯſulibus, cũ indignata florꝝ Dea deſeruiſſet officiũ ſuuꝫ, et corruptis floribus fructus quoq; perierint, et arborꝝ et herbarꝝ. Nos quoq;, ſicut et hoies, quorꝝ artes honos alit, vt auctor eſt Cice. Hoſtia blan. cuius honore et ſacrificio Dijs blandiẽtes meremur admiſſi veniã. Iuſtum mo. q2 ꝯtempti Dij ſupra modum iraſcunt ſi credere fas eſt. Teſtiadẽ, Meleagrum a Teſtio auo materno, hoc eſt p̃re Althęę. Nota eſt fabula. Ipſe alibi, Vtq; cremaſſe ſuuꝫ fert ſub ſtipite natũ Teſtias, et melior matre fuiſſe ſoror. Phoebes, Dianę, quã Oeneus ꝑterijt cum Dijs oibus ſacra faceret, vnde Meleager eius filius vna cum fatali ſtipite ꝯſumptus eſt. Reſpice Tanta. Agamẽnonem, qui dictus eſt Atrei filius ex Merope. Atrei aũt pater eſt Pelops, Pelopis Tãtalus. Oui. alibi. Tantalides oẽs, ipſumq; regebat Achilleꝫ, Hic pars militię dux erat, ille ducum. Sed (vt placet Seruio) vſurpatiue Agamẽnon et Menelaus Atridę dicti ſunt, cum fuerint Plyſtenis filij, quorꝝ Agamẽnon, cum Dianę ceruam occidiſſet ignarus, illa irata ventorꝝ flatus remouit, vt diximus ſupra, vnde adducta eſt Iphigenia Agamẽnonis filia vt immolaret. Ipſe aũt poſtea ab vxore Clytemneſtra eſt interemptus. Is poſt interitũ Plyſtenis ab Atreo educatus eſt. Vnde a patrui nomine Atrides magis q̃ a patre Plyſtenides dicitur. Fuerunt ſane Pelopis filij, Atreus, Plyſtenes, et Thyeſtes, et eorum ſoror Iſidice. Eadem Dea vela tenebat, in Aulide re

Agamẽnon & Menelaus filij Plyſtenis nõ Atrei

Atrides

tenta ſunt vela Gręcorꝝ, legunt alij tela. Virgo eſt &c. Senſus eſt, Diana quidem eſt virgo, et clemẽs eſſe debuit, bis tñ vltra modum vlta eſt acceptam iniuriam morte Meleagri, & Iphigenię ſacrificio, cum Agamẽnon, quã ſocis et re diuina debuit venerari neglexiſſet cerua interempta. Dionẽ, Venerem, quę irata Hippolyto, a quo ſpernebat, iniecit ſtimulos amoris Phędrę. Vnde ille ab eqs diſcerptus eſt. Conſternatis, territis, ꝯſternamur animo, ꝯſternimur corpore. Collecta oblinia dãnis, figurate, li eſt dãna collecta ex obliuione Deorꝝ, atq; ꝯtemptu. Nrę notę, ignominię, qua ſpreta omiſſis ludis acceperam. Excidit of. tri. mi. corrupti ſunt flores ſola Deę triſtitia. Punicei cro. maſculino gñe crocũ dicimus florẽ ſigãntes.

Quare Phędra impulſa a Venere ad amorem Hippolyti

PAV. MAR.

ANnua cre ſpectacula facta, putauerã ego annuos ludos illi inſtitutos, hoc ẽ ſingulis annis, ita.n. annuum accipimus, et in iure eſt, Siquis annua legata reliquerit deberi illa ab hęredibus ſingulis annis. Negauit, Dea annuos ludos exhibitos.

Et addidit alte. ver. verbis ſuis, q2 rurſus loq coepit. Nos quoq; tangit honor, nunc illud arguit Dea, numina ſtudioſa eſſe honoris, et flecti muneribus et pietate hominuꝫ, et ſpernentes Deos grauibus affici ſupplicijs, quod arguit plurimorum exemplo. Sic cum ea ſpreta eſſet a Romanis, indignata flores abſtulit ita, vt nec ex agro nudo, nec ex agro conſito, nec ex agro paſcuo nec ex florido fructus ꝓuenirent. Tunc ſenatus ſi omnia bene floruiſſent, annuos mihi ludos vouit reddidimus flores, et Poſthumio et Lenate cõſulibus ludi ſunt mihi perſoluti. Nos quoq;, Deos. Tangit honor, ꝙ et nos Dij ſumus honoris cupidi. Gaudemus feſtis, diebus feſtis nobis cõſtitutis. Et aris, templis, et ſacrificijs. Turbaq; cęleſtes, nos Dij.

Sumus turba ambitioſa, honoris cupida. Sępe aliquis peccando, cum peccaret. Fecit Deos ini. non ęquos, non propitios ſibi, ſed eos ad iram ꝓuocauit. Et pro delictis, pro impetranda delictorum venia. Hoſtia fuit blanda, quaſi tãquam blanditijs allexit Deos ad veniam, nam ſedata eſt ira ſacrificio. Sępe vidi Iouem thure dato, q̃ſi oblato illi ſacrificio, et cremato thure. Suſtinuiſſe, continuiſſe manum. Cum iam vellet mittere ſua fulmina, cum in aliquem delinquentem iratus eſſet emiſſurus ſua tela, continuit manum

motus

Ira Deorū maximā maxime cū negliguntur

motus illius pietate, cū poſt delicta idſi Ioui ſacrificaret. At ſi negligimur, ſi ſpernimur a mortalibus. Soluit iniuria, quaſi plectunt ſpernentes pro iniuria nobis illata. Magnis, grauiſſimis. Poenis, qa grauiſſimo ſupplicio afficiunt. Et ira, Deorum ſcʒ. Preterit, excidit. Iuſtum modū, quia nimius iraſcimur. Reſpice Teſtiadē, Meleagruʒ Teſtij ex Althea mr̄e nepotē. Arſit flāmis ardentibus, Nota eſt fabula apri Calydōij, Ætholię a Diana immiſſi, ꝙ ei Oeneus rex Meleagri pr̄ non ſacrificauerat, aper a Meleagro occiſus eſt, et datum amicę ſpolium, cū ab auunculis illi ereptum eſſet, auūculos et ipē interemit. Althęa mater ꝑnior animo in fratres, q̄ i filiū, ſtipitē diu ſeruatum, in quo erat filij fatū, flāmis iniecit, et eo ardēte, arſit infelix Meleager. Cā eſt ꝙ ara Phoebes, ara Dianę. Fuit ſine igne, ſacrificio. Reſpice Tātalidem, Niobem Tātali filiam. Eadem Dea, Diana. Tenebat tela, ſagittas, quibus confodit et extinxit numeroſam illius ſobolem. Virgo eſt, ipſa Diana. Et tamen bis vlta focos ſpretos, bis vindictaʒ ſumpſit de his, qui ſuas ſpernebant aras. naʒ de Calydonia domo, et de Niobe, quę .xij. filiorum numero tumida ſuperiorem ſe Latona iactabat, quę duos tm̄ pepererat, cum ipſa .xij. peperiſſet. Indignati Phoebus et Phoebe ſobolem extinxerunt, et illa in ſaxum verſa eſt. Hippolyte infelix velles tu coluiſſe Dionem, Venerem Diones filiam. Cum diripereris, diſcerpereris. Equis conſternatis, metu monſtri ad fugam concitatis. De Hippolyto diximus in tertio nunc hoc dicit, Tu voluiſſes colere Venereʒ, et, vt (debuiſſes, amanti puellę obſequi, quod ſi feciſſes, non fuiſſes ab equis diſcerptus. Conſternatio (vt Pomp. inquit) eſt concitatio quędam ſubita ex aliquo metu a ſternutamento deducta, ꝙ eo, toto corpore concutimur. Longa referre mora eſt, longum eſſet recenſere. Obliuia hominum, cum obliuiſcentur debitarum immolationum. Collecta damnis, damna mortalium, et demerentium poenas. Me quoque, preteriere, ſilentio ſcilicet. Romani patres, ſenatores. Quid facerem? facere debuiſſem? Per quod fierem manifeſta doloris, quaſi per quod me illud ęgre ferre liquido conſtaret. Qualia damna exigerent, exigere debeant. Noſtrę notę, dedecus et ignominia, qua notata erant, cum eſſeʒ ſine ludis et ſacrificio.

Odio Diana bis vlta eſt ſacra eius neglecta

Florę Deę neglectę ſupplicium inuentū ab ipſa

Conſternatio

*Quid facerem, per qđ fierē manifeſta doloris?*
*Exigerent noſtrę qualia damna notę?*
*Excidit officium triſti mihi, nulla tuebar*
*Rura, nec in pretio fertilis hortus erat.*
*Lilia deciderant, violas arere videres,*
*Filaq; punicei languida facta croci,*
*Sępe mihi Zephyrus dotes corrumpere noli*
*Ipſa tuas dixit, dos mihi vilis erat.*
*Florebant oleę, venti nocuere proterui,*
*Florebant ſegetes, grandine lęſa ſeges,*
*In ſpe vitis erat, cęlum nigreſcit ab Auſtris,*
*Et ſubita frondes decutiūtur aqua.*
*Nec volui fieri, nec ſum crudelis in ira,*
*Cura repellendi ſed mihi nulla fuit.*
*Conuenere patres, ⁊ ſi bene floreat annus.*
*Numinibus noſtris annua feſta vouent.*
*Annuimus votis, conſul cum conſule ludos*
*Poſthumio Lenas perſoluere mihi,*

Excidit officium triſti mihi, qua ſi ego moeſta ab officio vacaui. Nulla rura tuebar, nullos fouebam agros, ſic et nulli florebāt, aut intempeſtiue deflorebant. Nec in pretio erat hortus fertilis, vbi ſolet eſſe florum copia, iam infoecūdi, quos non tuebar, horti non florebant. Lilia deciderant, qa male defloruerāt, aut ſtatiʒ erūpētes flores necabātur. Videres violas ardere, quaſi ſubito natas areſcere. Et ſila croci purpurei facta languida, defecta et diſſoluta. Nam et languor interduʒ defectionem et diſſolutioneʒ ſignificat, teſte Nonio. Vnde Virgil. Purpureus veluti cuʒ flos ſuccisus aratro Langueſcit moriens ſępe. Alij legunt punicei. Zephyrus, vir meus. Dixit mihi noli corrumpere dotes tuas, flores ipſos, et floridos agros, qui tibi dati loco dotis. Dos mihi vilis erat, viles erant horti et flores, i quos acrius ſęuiebaʒ.

VENTI nocuere, qui flores oleis abſtulerunt. Nec volui fieri, ne cadere videatur crudelitas i placidiſſimam Deam. Hinc eſt quod ait ſupra, Excidit officium triſti mihi, quod caſus fuit non voluntatis. Cōuenere p̄res, ſenatus vouit tunc florę ānuos ludos ſi herbę et arbores bene florerēt, quod cū eueniſſet, Lenas et Poſthumius cōſules vota ſoluerūt. Liberiorq; iocus nō ſolum laſciuia rerum in his ludis fuit, ſed iocus neq̄ et īpudicus, is ꝓpe i v̀bis eſt. Succurrit, in mentē venit. Sutilibus coronis, coronę ſutiles in ſolemnibus conuiuijs dari conſueuerunt primum ex roſis, poſtea ex folijs nardi. Suebātur flores vnde ſutiles coronę dictę, De varietate coronaꝝ lege Pliniū. Is docet aliqn̄ conſueniſſe ſutiles coronas fieri ex ſolo roſarum folio creſcente luxuria. Phyltra, ablatiuus caſus eſt phyltra, nec ſignificat hoc loco ſtemmata ſiue coronas, cum antepenultima corripiatur, nec duplicatur littera, ſed mulieris nomen eſt quę coronas nectere conſueuit. De q̄ legimus apud Horatiū, Diſplicent nexę phyltra coronę. vbi ſi ſtēmata ſignifices verſus claudicabit. Legūt alij philyra. Vnctę cōę, vnguētatę mor̄ maioꝝ.

ANT. FAN.

Coronę ſutiles

phyltra

Coma vncta

FLOREBANT oleę, emittebant flores. Venti proterui nocuere, nam eos ex arboribus decuſſere, et ſic male defloruerunt. Florebant ſegetes, fruges ipſe cū in herbis eſſent, flores edebant. Seges eſt lęſa grādine, nā flores decuſſi et fructū nō reddidit. Vitis erat in ſpe, amiſſis itēpeſtiue ſegetibus et

PAV. MAR.

oleis,ſuperat ſpes vineaꝝ. Celū nigreſcit,fit nubilū. Auſtris,meridionalibus vētis et pluuiā inferentibus. Et frōdes,vitiū. Excutiunt ſubita aqua,ſubitis nimbis. Nec volui fieri crudelis,nec in ira volui fieri crudelis.Licet irata eſſem, tñ me opte ingenio neq; crudelis ſum,neq; eſſe volui. Ego.n.illa noxia agris nō imitabā,ſed cū venirent.nō auertebam,ideo inqt. Sed mi.nul.ſu.cu.re. non adhibebā curā in repellēdis noxijs,ſed patiebar ita fieri. Conuenerē pres,ſenatores.

dida,lauta et luxurioſa. Latet iniecta roſa,ſuſ͡ſuro ſis in ipſis conuiuijs. Cōuiua ebrius,poſt epotū vinum. Saltat capillis incinctis,innexis,hoc ē coronatis. Philyra,cōtextis philyra,et Glycerę corollarię fuere.et Bracteas dediſſe philyrā inqt Pli. Et imprudēs,cōuiua. Vtitur arte meri,cō ebrietate īcōpoſite ſaltet. Ebrius,amator ſcꝫ. Cantat ad limen duruꝫ, ad duras fores, quę non aperiunt. Amicę formoſę, ſicut et Tib.Delia tolle fores. et ipſe poeta, Ianitor indigne dura religate cathena, Difficilemq; moto cardine pande forem. Comę vnctę, Vnguento fuſę. Hēnt mollia ſerta, nā vnguētati coronabātur vt etiā eſt apud Luca. in cōuiuio Cleopatrę, Accipiunt ſertas nardo florente coronas, Et nunq̄ fugiēte roſa multumq; madenti Infundere comę qd nōduꝫ euanuit aura.

Vnguentati coronabātur

Qu ęrere conabar quare laſciuia maior
His foret in ludis,liberiorq; iocus,
Sed mihi ſuccurrit numen non eſſe ſeuerum,
Aptaq; delitiis munera ferre Deam.
Tempora ſutilibus cinguntur tota coronis,
Et latet iniecta ſplendida menſa roſa.
Ebrius incinctis philyra conuiua capillis
Saltat,et imprudens vtitur arte meri.
Ebrius ad durum formoſę limen amicę
Cantat,habent vnctę mollia ſerta comę.
Nulla coronata peraguntur ſeria fronte,
Nec liquidę vinctis flore bibuntur aquę.
Donec eras mixtus nullis Acheloe racemis,
Gratia ſumendę non erat vlla roſę
Bacchus amat flores,Baccho placuiſſe coronā,
Ex Ariadneo ſidere noſſe potes.

Quare ludi Florales inſtituti ſunt a patribus cum antea eēnt neglecti pp lōga bella

Et vouēt facta annua noibus no.vouerunt ludos mihi, qa meo noie florales dicerent. Si annus bene floreat,qſi ſi quolibet anno agri tempeſtiue,et copioſe floreſcerent. Annuimus voto,qſi nutu pmiſimus fore, vt agri bene floreſcerēt. Lenas cōſul cū cō.Po.de quibus ſupius diximus. Per ſoluere mihi ludos,edidere ipſos Florales ludos,vt ex Pli.diximus, inſtituti fuere.dxvi.anno vrbis. Quęrere conabar cōtendebā mecū vt q̄rerē de laſciuia ludoꝝ.Sed venit mihi in mētem numē nō eſſe graue,ſed leue et iocoſum,ꝙ ea offerat munera, quibus aut amētes aut epulantes hauſto mero et in delitiis vtanē.Conabar igiē inqt. Quare in his ludis foret laſciuia maior,q̄ in cęteris ludis. nā celebrāt cū omni laſciuia vſq; ad ſacietatē ipudicoꝝ luminū. Et locus liberior,qa laſciuia liberiore. Sed mihi ſuccurrit, in mentē venit. Nō eſt ſeueꝝ,tetricum et graue. Et Deā,Florā. Ferre munera,ipſos flores,et coronas. Apta delitijs,iocis cupidineis,et Bacchicis. Tpa,frōtes,et ipſa tpa. Tota pingunē,qa varijs floribus coronata picturā imitati videnē. Coronis ſutilibus,ex ſutis floribus.Corōę.n.et tenuiores ſunt, et Ægyptię,et ſutiles,et pactiles. Tenuiores coronas antiq(vt Pli.aſſerit)Strophia appellavūt,hic et ſtrophiola,et cū ex floribus fierēt ſerta, a ſerendo ſerinę appellabanē.Hybernę vero cum neganē flores Ægyptię dictę,ꝙ ex Ægypto flores veniebāt.Coepit inde luxuria facere coronas ex metallo q̄s ob tenuitatē Romani dixere corollas.Craſſus diues ex argēto,et auro imitatiōe folioꝝ coronas dedit ludis ſuis. Et vt idem inqt,Etiā tum coronę Deoꝝ honōs erant, et lauꝝ publicoꝝ,ꝑuatorūq;,et ſepulchroꝝ, et maniū.Sūmaq; auctoritas pactili coronę ſutiles Saliorum ſacris inuenimus. Adeo luxuria ꝓceſſit,vt ſutiles coronę nō fierēt niſi ex mero folio roſaꝝ,et mox ex herbis et floribus Indicis petitę, laudatiſſimęq; ex nardi folio dabanē vnguentatę,et potiſſimum foeminaꝝ pompis,et reliqua. Et mēſa ſplē

Coronas imitatio de foliorum ex argento et auro

cynnamon externę nec perdidit aera terrę, Aduectumq; recens vicinę meſtis Amomum.

SERIA,grauia,quaſi ſeorſum a riſu,vt quibuſdā placet. Acheloe,ſecundum antiquitatem locutus eſt,quę(vt Seruius docet)aquam Acheloum vocabat.Idem et apud Macrobiuꝫ inuenies. Ex Ariadneo ſidere,ex corona Ariadnes. Scęna leuis,laſciui ludi,laſciua ſpectacula,qa reuera meretrix fuit. ANT O. F AN. Seria

Cothurnatas Deas,graues:alludit ad grauiora ſpectacula,quę exhibebantur,dum Tragoedię referentur,quę cothurnatorum poetarum ſunt. Nō eſt,de tetricis,hęc Dea non eſt de numero tetricarum et grauium,earumq;,quę magna ꝓſitēanē, vt ſapientiam.vim bellicam,regna, ſed quę leuia, cōmunia, et plebeia.Vnde Florales ludi a meretricibus celebrantur. Cur tamen, quęrit cur in ludis floralibus vterentur veſtibus non albis,vt in Cerealibus,ſed verſicoloribus, hoc eſt diuerſorum colorum. Maturis albeſcit meſis ariſtis, dabantur Cerealibus albę veſtes,vt diximus,quia his color et q̄dem vnus eſt ſegeti iam maturę.Floralibus veruꝫ colores,qa nullus color ē q nō niueniaē ī floribus.

Cothurnatas Deas hoc ē tetricas

Veſtes verſicolores in Floralibus

NVLLA ſeria,grauia,cum adhibito rebus ordine. Peraguntur fronte coronata,ſed iocoſa omnia,nec modo, nec ordine ſeruato. Nam,accedente ebrietate coronati ſeria facere non poſſunt. Nec liquidę,purę et vitreę aquę. Bibūtur vinctis flore, ab his qui caput habēt floribus coronatum,nā via immixta aquis nō hauriunt ſed meꝝ potant. Donec tu Acheloe eres mixtus nullis racemis, nullo racemoꝝ fructu, hoc eſt nullo vino.i. dum aqua pura bibebatur, Non erat vlla gratia roſę ſumendę,non

PAV. MAR.

de,non erat gratus vllus coronarum vſus. Nam aquam haurientes non coronantur. Quia Acheloe inquit,voluit Virgilium imitari dicentem. Pocula q; iunctis Acheloia miſcuit vuis.Nec tamē ego cum Seruio et Macrobio ſentio, qui illud dictum putant,q antiqui Acheloiam aquam vocabant. Nam illud Virgilianum,et hoc Ouidianum ad hiſtorias referendum cenſeo.Scimus enim Achelonū eſſe in Ætholia fluuium,et Ætholum fuiſſe conſtat Staphylum Sytheni filium,qui fuit vuę repertor. Vnde ab eo grę ci σταφυλην vuam appellauere.Et Plini.tradit Staphylū gunc primum docuiſſe vinum aqua miſceri.Ergo quia hic docuit,et Aetholus fuit,referatur ad Aetholię fluuium, cuius aqua prima fuerit imixta vino. Sed de his in Georgicis diſſeruimus. Bacchus amat flores,eo argumento q poſt epotum vinū corona accipitur.

Acheloꝰ in Ætholia flu. Staphylū Sytheni filius vuę inuentorē

Scena leuis decet hāc,nō eſt,mihi credite,nō ē,
Illa cothurnatas inter habenda Deas,
Turba quidē cur hos celebret meretricia ludos,
Non ex difficili cauſa petita fuit.
Non eſt de tetricis,non ē de magna profeſſis,
Vult ſua plebeio ſacra patere choro.
Et monet ętatis ſpecie,dum floreat,vti,
Contemnut ſpinam cumꝰ cecidere roſę.
Cur tamen,vt dantur veſtes Cerealibus albę,
Sic eſt hęc cultu verſicolore decens?
An quia maturis albeſcit meſſis ariſtis?
Et color et ſpecies floribus omnis ineſt?
Annuit,et motis flores cecidere capillis,
Decidere in menſas vt roſa miſſa ſolet.
Lumina reſtabant,quorū me cauſa latebat,
Cum ſic errores abſtulit illa meos.
Vel quia purpureis collucent floribus agri,
Lumina ſunt noſtros viſa decere dies,

res muſas, quibus ducibus ſeueriſſima in theatro referuntur.Sed habendam inter meretriculas,ſic leuiſſima et in pudica in Theatro fiunt. Cur turba meretricia celebret hos ludos?cur in ludis meretrices fungantur officio mi morum? Cauſa non fuit petita ex difficili,ſed ex facili, nam ſtatim intellexit cauſam. Alij legunt cognita cauſa fuit. Non eſt de tetricis, grauibus et ſeueris. Non eſt de pro feſſis magna, de illis Deabus, quę magna ꝓfitētur, vt Ceres,quę preeſt frugibus.Pallas lanificio, et alijs bōis artibus, Themis vaticinijs, non eſt Flora ex harum numero. Vult patere ſua ſacra choro plebeio, quaſi ſpectari ludos a plebe is,non a grauibus ſenatorii ordinis viris. Vnde ē illud Martialis,Noſſes iocoſę dulce cū ſacrum Florę, Feſtosque luſus,et licētiam vulgi.Cur ī theatrum Cato ſeuere veniſti?An ideo tm̄ veneras vt exires? Et

Tetricę Deę q̄lis Pallas et themis

Tu potes noſſe placuiſſe coronam Baccho,q Baccho grata fuerit corona. Ex ſidere Ariadneo,ex corona Ariadnes,de qua diximus in tertio,et alio loco,Potus,amās,reges de flore , atq; ęre coronas Accipiant,detur vina corona mihi. Scęna leuis, leue theatrum vbi leuia,et laſciua referuntur. Decet hanc,Floram. Nō eſt credite mihi non eſt illa Flora. Habenda inter cothurnatas Deas,nō ē exiſtimanda nympha ex his, quę Dianam ſequunt̄, vt virgo ſit,nam impudica eſt,et tacite oſtēdit meretricem,vt,fuiſſe conſtat.Virgines autem cothurno vtebantur,vt apud Vir. Virginibus Tyrijs mos ē geſtare pharetram,Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno.Aut potius illud referas ad res etiā theatrales.Nam ſcęna leuis conuenit Floralibus,quę leuia et laſciua ſunt. Grauibus vero rebus eſt opus grauiora ſcęna,veluti cum facta regum referunt̄. Ergo inter graues muſas non eſt habēda meretrix. Et quid grauius eſſe poteſt Tragoedia,ea tamē cothurnata fingitur quia poetę tragici cothurnati erant et in lib. de Amoribus ad Corinnam ſic inquit,Venit et ingenti violēta Tragoedia paſſu,Frōte comę torua Palla iacebat humi. Lęua manus ſceptrum late regale mouebat,Lydius alta pedum vincla cothurnus erat.Et in ſecundo Triſtium,Et dedimus tragicis ſcriptus regale cothurnus.Quęq; grauis debet verba cothurnus habet . Cum igitur cothurnus tragicorum grauia ſcribentium ſit,ita intelligas non eſſe illam habendam inter ſeuerio/

cothurnus eſt tragicorum grauia ſcribentiū

monet,Flora. Vti ſpecie ętatis,vti decore et pulchritudine iuuenilis ęui. Dum floreat,ipſa ętas, anteq̄ inſtet grauior ętas. Contemnunt ſpinam cum cecidere roſę, non habentur in pretio ſpinę, cū roſę ceciderint.Sed dum roſę nitent , ſic decor formę in ętate iuuenili,non in ſenecta. Cur tamen,in Cerealibus ludis,vt in.iiij.li. diximus,albę veſtes adhibentur,ab ariſtarum colore.Sic in Floralibus pictę et varię,ab ipſa florum varietate. Vt, q̄uis. Albę veſtes dentur Cerealibus,ludis Cereris. Cur tamen ſic eſt hęc,ludorum tuorum veſtis. Decens cultu verſicolore,ornatu diuerſoꝝ coloꝝ, An quia meſſis,ipſę fruges iam meſſis tempore. Albeſcit ariſtis maturis, cum ad maturitatē venerint,et hoc quo ad rōnem Cerealium. Et omnis color et omnis ſpecies,decor. Ineſt floribus,et hoc ad rationes veſtis floralis, q omnis color et decor inſit floribus. Annuit,affirmauit quod ego dixeram. Et flores cecidere motis capillis,cum annuēs illa caput moueret,excuſſi ſunt e crinibus flores. Vt ſolet roſa miſſa icidere in mēſas , queadmodū iniectę roſę ɔcidūt ī ipas mēſas accūbētibus ꝯuiuis.

Albę veſtes adhibentur ab ariſtarum colore

ANT. FAN.

LVMina reſtabant, faces, quaꝝ lucem Floralibus adhibebāt,vel q alliciūt ad ſe oculos,vti ipſi flores,uel q his nocte utimur,cuius licentiam ſcimus florali laſciuię cōuenire, uel q vt faces,ita et flores vident̄ lucē fundere. Hebeti colo.hebes color ē floccidus et nitore carens. A uero tertia cā uenit,hęc igit̄ ꝓbāda ē. Cur tibi ꝓ Libycis,Martialis,Et Flo/

Floccidus color ē nitore carens

...ra ſiclas laſſat harena feras. Quęrit cur nō leones ſed capreę, ac lepores in ludis Floralibus agitentur, cuius rei cauſa eſt, ꝙ hęc Dea non pręeſt ſiluis, vbi leones, ſed hortis ac pratis vbi capreę, leporesq; verſantur. Clauduntur rete, rete legendum eſt, non rite, vt quidam legunt, neſcientes ꝙ rete ablatiuus pro reti ponitur hoc loco, teſte Priſciano, qui ſcribit ablatiuū tertię declinationis ꝑ i proferri in neutris, quę in e correptam deſinunt, et appellatiua ſunt, et vetuſtiſſimos huiuſcemodi nominum ablatiuū etiā in e proferre. vt cingitur Oceano Libyco mare flumine Nilo.

Rete nō rite legēdum eſſe pro reti

Fuiſſe Deā, vel Florā ex odore florum, vel quācunq; Deam, ꝙ diuinum odorem liquerit, quales ſpirant comę Veneris apud Virgiliū. Nocte minus quarta, ſi calēdis Maijs ſumis initiū quinto nonas, ſi ab exortu Hyadū quarto nonas dicit Sagittarium in ortu ferri noctis initio, qđ fieri neceſſe eſt, vt occidētibus geminis paulopoſt Solis occaſum. Eſt aūt Sagittarius (teſte Macro.) oīum zodiaci domiciliorū imus, atq; poſtremus, ideo ex hoīe in ferā ꝑ membra poſteriora degenerans, ꝙ in poſtremis partibus in ſuis a ſuperis in inferna detruſus vr̄. hinc auctor eſt Columella. iij. nonas huius mēſis pluuiam ſignificare, quem poetę Chironē centaurꝰ eſſe fabulant̄, cui ferunt arma Herculis, quē hoſpitio exceperat pertractandi ſagittā hydrę ſanguine illitā in pedē excidiſſe. Vn̄ cum his dolore intollerabili laboraret, miſeratiōe Deorꝰ ī cęlū trāſlatus, Sagittarij nomē accepit, vbi ꝯſtat ſtellis xv. vt Higinius tradit Dr̄ tn̄ Chirō (auct. Plinio) curatus cētaurea, quā qdā chironiā vocant.

Chiron oritur. v. nonas noctis initio Sagittarius

LVMIna reſtabant, et luminū quoq; vſus erat in Floralibus, quorꝰ triplex affertur ratio. Aut a ſplendore agri floridi, cū radio orientis Solis collucent flores. Aut quia flores vti et lumina abſtrahunt in ſe oculos. Aut quia floralis laſciuia exigeret nocturnum tempus. Sic et ipſa ꝑ noctē lumina. Reſtabāt lumina, ſuperat rō luminū, quę nondū erat expoſita. Quorꝰ, luminū. Cauſa latebat me, ignorabam cām. Cum ſic illa Flora. Abſtulit errores meos, nam docuit qđ neſciebam. Vel quia agri, floridi ſcꝫ. Collucent ignibus purpureis, purpureo Sole. Lumina ſunt viſa decere nr̄os dies, decora et conuenientia Floralibus ludis. Vel quia nec flos nec flāma eſt hebeti colore, nec nitentes flores, nec accēſę faces ſunt coloris obtuſi, ſed puri et nitidi. Atq;

PAV. MAR.

Faces ſunt coloris puri

Vel quia nec flos eſt hebeti, nec flāma colore,
Atq; oculos in ſe ſplendor vterq; trahit,
Vel quia delitiis nocturna licentia noſtris
Conuenit a vero tertia cauſa venit.
Eſt breue prętereа, de quo mihi quęrere reſtat
Si liceat, dixi, dixit et illa, licet.
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete lęnis
Imbelles capreę, ſollitusq; lepus.
Non ſibi reſpondit ſiluas ceſſiſſe, ſed hortos,
Aruaq; pugnaci non adeunda ferę.
Omnia finierat, tenues ſeceſſit in auras,
Manſit odor, poſſes ſcire fuiſſe Deam.
Floreat vt toto carmen Naſonis in ęuo,
Sparge precor donis pectora noſtra tuis,
Nocte minus quarta promet ſua ſidera Chirō
Semiuir, et flaui corpore mixtus equi.
Pelion Hęmonię mons eſt obuerſus ī Auſtros,
Summa virent pinu, cętera quercus habet.

vterq; ſplendor, et floris et facis. Trahit in ſe oculos, facit vt oculi ſtatim in eos cōuertant̄. Vel qā licentia nocturna, per noctē, cōuenit noſtris delitijs, iocis, et laſciuię noſtrę. Tertia cā, hęc vltima ratio. Venit a vero, quia verum illud eſt plura licere per noctem, et ioci impudici decentius ꝑ noctem, q̄ per diem exercendi, et nox lumia exigit. Pręterea breuē de quo reſtat mihi quęrere, ſupereſt etiaꝫ dubium, de quo inquirendum eſſet. Si liceat, modo quęrere. Dixit et illa licet, potes ſciſcitari quod velis, nam reſpondebo.

vi et nitidi non obtuſi

Cur capreę imbelles, capreę ſilueſtres, quę non vnguibus, non dētibus, non cornu pugnant. Et lepus ſollicitus, timidus. Claudūtur in rete, et ſic incluſi ferebantur in theatrum, et fiebat venatio. Pro Libycis lęnis, quod animal ferox et pugnax, cur ꝑ hoc imbelle tibi datur pecus. Reſpondit ſibi nō ceſſiſſe ſiluas, ſed hortos, ſe ſiluarum nō eſſe dominam, ſed hortorum. Et arua non adeūda ferę pugnaci, agros ceſſiſſe ſibi quo leōes, et vrſi, et ſimilia animalia nō accedūt, ſed capreę, et lepores imbelles. oīa finierat, et iam nihil erat de quo quęreret. Succeſſit in te. auras, vt Dij et vmbrę ſolent. nam euanuit illa ab oculis poetę Manſit odor, etiā in eius abſceſſu, vt eſt illud Virgilianū, Ambroſięq; comę diuinū vertice odorem Spirauere. Poſſes ſcire fuiſſe Deā, ipſo odore nouiſſes diuinitatem. Sparge pcor noſtra pectora tuis donis, effundas flores tuos in meo pectore. Vt carmē Naſonis floreat in toto ęuo, vt floridum ſemper ſic carmen noſtrum, quaſi vt aſſeq̄tur immortalitatem. Nocte minus quarta, tertia nocte poſt calendas Maias oritur Chiron centaurus, Satarni et Phillyrę fi. Qui nō modo cęteros cētauros, ſed hoīes quoq; iuſticia ſuperaſſe, Æſculapiumq;, et Achillem nutriſſe exiſtimat̄. Pietate igitur et diligentia efficit, vt inter Deos annumeraretur. Apud hunc Hercules cum diuerteret, et ſimul cuꝫ Chirone ſedens ſagittas conſideraret, fertur vna earum decidiſſe ſupra pedem Chironis, et eum interfeciſſe. Alij dicunt Centaurum miratū ꝙ tam breuibus ſagittis, tam magna corpora centaurorūꝫ interfecerit, ipſum contendere arcum conatum, et ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe. Miſertus Iuppiter eum inter aſtra conſtituit, cum hoſtia, quā ſupra aram tenens immolare videtur. Cētaurus ita figuratur, vt antarctico circulo niti pedibus,

Capreę et lepores in theatro claudebantur

carmen floridūꝫ ꝑ imortalitate

centauri forma ſ... lis eſſe

Phillyrides tenuit, ſaxo ſtant antra vetuſto,
Quę iuſtum memorant incoluiſſe ſenem.
Ille manus olim miſſuras Hectora leto
Creditur in lyricis detinuiſſe modis.
Venerat Alcides exhauſta parte laborum,
Iuſſaq; reſtabant vltima pene viro.
Stare ſimul caſu Troię duo fata videres,
Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
Excipit hoſpitio iuuenem Phillyrius heros,
Et cauſam aduentus hic rogat, ille docet.
Reſpicit interea clauam, ſpoliumq; leonis,
Virq; ait his armis, armaq; digna viro.
Nec ſe, quin horrens auderent tangere ſetis
Vellus, Achilleę continuere manus.
Dumq; ſenex tractat ſquallētia tela venenis,
Excidit, & lęuo fixa ſagitta pede eſt.
Ingemuit Chiron, traxitq; e vulnere ferrum,
Et gemit Alcides, Hęmoniusq; puer.

ribus, humeris hyemalem ſuſtinere videatur. Caput prope caudam Hydrę coniungens, hoſtiam dextra manu tenens, ſupinamq; pedibus, et extremo ore circulum hyemalem tangit inter eum & antarcticum collocata. Centauri aūt crura a reliquo corpore diuidit circulus, qui lacteus appellatur. Hic ſpectans ad ortum ſignorꝫ totus occidit, Aquario, & piſcibus exortis. Exorit aūt cum Scorpione et ſagittario, hēt ſtellas ſupra caput tres obſcuras. In vtrisque humeris ſinglas claras. In cubito ſiniſtro vnaꝫ, in manu vnā, in medio pectore eqno vnam, in prioribus poplitibus vtriſqꝫ ſingulas, inter ſcapulas quatuor, in vētre duas claras, ī cauda tres, in lumbo eqno vnaꝫ, in genibus poſterioribus ſingulas, in poplitibus ſingulas, oīno ſunt. xxiiij. Hęc ex Higinio. Nocte mi. quarta, hoc ē tertia nocte poſt calēdas Maias. i. v. nonas Sic et Columella oſtēdit. v. nonas. oriri. Chiron promet, aperiet. Sua ſidera, qꝫ ea nocte videntur omnes eius ſtellę. Seminir, Centaurus, naꝫ ex pte homo ex parte equus, ideo ait. Et mixtus corpore equi flaui, ſuperior pars humana eſt, inferior eqna. Pelion, mons Hęmonię, theſſalię, de quo diximus in primo. Eſt obuerſus in Auſtros, in meridiem, nam ab orientali parte ſurgens ad meridionalem Ęmathię partem protenditur ipſe mons, de quo Lucanus in. vi. Cum per ſumma poli Phoebum trahit altior ęſtas Pelion opponit radijs naſcentibus vmbras. Hęmonia autem ab Hęmone dicta eſt, a cuius filio Theſſalo Theſſalia poſtea vocitata. Summa virent pinu, in ſummitate ipſius montis ſunt pineta. Cętera quercus habet, in cęteris partibus ſunt querceta.

ANT. FAN. Phillyrides Chirō iuſtus Hercules tenebat implere duodecim labores quos ius ſerat Euryſteus

PHILLYrides, a Phillyra cum qua coeunte Saturno Ops eius vxor aduenit, cuius pręſentiam veritus Deus ſe in equum conuertit, vnde natus eſt Chiron centaurus, quem Virg. quoq; a matre Phillyridem dicit, vt Phillyrides Chiron Amynthaoniusq; Melampus. Iuſtum ſenem, ſecundum Orpheum, qui Chironem centaurorum dicaiotatō. i. iuſtiſſimum vocat. Manus miſſuras Hectora leto, Achillem Chironis diſcipulum, qui Hectorem interfecit. Exhauſta parte laborum, quo tempore Hercules mandata Euryſtei pene omnia impleuerat. Troię duo fata, Herculem et Achillem. Troiam enim Hercules cum regnaret Laomedō depopulatus eſt. Quare Ilieſes poſtea cum Achilli, Patroclo, Antilocho, et Aiaci ſacrificarent, Herculē colere noluerunt. Horrens vellus, pelleꝫ leonis, quam Achilles non modo non exhorruit, ſed auide tractauit. Squallentia tela venenis, ſagittas veneno hydrę illitas. Lectas Pagaſeis collibus herbas, veriſimilis narratio cum quidam velint Chironem medicinam herbariaꝫ inueniſſe vt auctor eſt Pli. De Pegaſis quę in Theſſalia ſunt diximus ſupra.

PAV. MAR. Phillyris nympha Oceani filia ex q̄ natus eſt Chiron et Saturno in equum verſo

PHILLYrides, Chiron a Phillyra nympha Oceani et Tethyos filia, ex qua Saturnus in equuꝫ verſus Chironem genuit, a qua Phillyrides noīatus eſt. Tenuit eum. s. montem. Stant antra ſaxo vetuſto, q̄ſi adhuc ſupſunt antra ī rupe ipſius mōtis. Quę memorant incoluiſſe iuſtum ſenem, in quibus dicūt Chironem habitaſſe, iuſtitię laude inſignē. Ille credit detinuiſſe in lyricis modis, lyrę ſeu citharę ſono. Manus miſſuras Hectora leto, manus Achillis pueri, qui interfecturus poſtea erat Hectorem, et in Arte, Phillyrides puerꝫ cithara pfecit Achillē, Atq; aīos milli ꝯcutit arte feros. Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magro Verberibus iuſſas pbuit ille manus. Venerat, ad Chironē. Alcides, Hercules. Exhauſta parte la. quaſi iā magna ex pte abſolutis laboribus. Reſtabant viro, ſuperant adhuc Herculi. Pene, q̄ſi. Vltima ius, vltima quę ab Euryſteo eſſent nutu Iunonis īpoſita, volunt vltimū laborē fuiſſe Cerberꝫ, quē ab īferis traxit. Tu vi. ca. forte fortuna. Stare ſi. du. fa. Tro. duos viros, qui diuerſis tpibus Troiā exciderunt. Herculē, q ſub Laumedōte, Troiā diruit, et Achillē, q poſtea Hectorem interemit, quo mortuo, ſpoliata vrbs pſidio facile poſtea capta et euerſa ē. Hic er. p. Ae. Achil. Ęaci nepos. Hinc na. Io. Her. Heros Phil. Chiron Phillyra natus. Excipit hos. iu. ſuſcepit Her. hoſpitē. Hic, Chiron. Rogat cām ad. qua cā venerit. Ille, Hercules. Doxt, cām. s. Interea res. cla. qua Hercules mōſtra domitabat. Et ſpo. leo. pellem leonis nemęi ab ipſo Hercule interfecti.

Vltimus labor quē Iūo mādauerat Euryſteo et in is Herculi

Ait o vir ar. et arma digna viro, o Hercules digne qui hęc arma geras, et digna hęc quę abs te geranſ. Nec ma. Achil ꝯtinere non potuit manus. Quin au. tan. Vel hor. ſe. pellē illā hirſutā, et villoſam, cū ſoleāt pueri ſilibus expaueſcere, ipſe non expauit. Sic in Argonauticis d eodē Valerius

Chiron Herculis hoſpes tractabat eius arma

Flaccus,ſtudet in vncis, magnumq; ſonantis
Haurit,et Herculeo fert cõminus ora leoni. Dũq;
ſe.Chiron. Tractat te.ſqual.ve. ſagittas Herculis
infectas veneno hydrę lernęę. Sagitta ex. decidit
manibus Chironis. Et ex ſi.lę.pe.decidens ſagitta
infixa eſt ſiniſtro Chironis pedi. Ingemuit Chi.
cum eſſet ſaucius.

Ipſe tamen lectas Pagaſeis collibus herbas
Temperat,& vana vulnera mulcet ope.
Virus edax ſuperabat opem, penitusq; recepta
Oſſibus,& toto corpore peſtis erat.
Sanguine Centauri lernęę ſanguis echidnę
Mixtus,ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt añ patrẽ lachrymis pfuſus Achilles,
Sic flendus Peleus,ſi moreretur,erat.
Sępe manus ęgras manibus fingebat amicis,
Morum,quos fecit,pręmia doctor habet.
Oſcula ſępe dedit,dixit quoq; ſępe iacenti,
Viue precor, nec me chare relinque pater.
Nona dies aderat,cum tu iuſtiſſime Chiron
Bis ſeptem ſtellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curua ſeq cuperet,ſed idonea nõdũ
Eſt via,nox aptum tertia tempus erit.

Traxitq; e vulnere ſer.eruit ſagittã e pede ſaucio. Et ge. Al. Hercules. Et pu.Hę. Theſſalus Achilles. Ipſe tñ,Chirõ. Temperat her.volebat ſibi ipſi adhibere medicamentũ,qm̃ et pitiam hẽbat artis medicę,et pl'a ad medelã eẽ cõſtat ab illo tradita.Cẽtauream quoq; herbam ab eo denoiatã. Nunc vero ſibi opez allaturus temperabat herbas. Lectas,quas ipſe collegerat. Mõtibus Pa. Theſſalicis, a Pagaſis. Pagasę i Theſſalia ſunt ferarũ emporiũ, quo ex loco(vt Strabo ingt)Pelias Iaſonez, ac nauem Argo foras emiſit. Pagaſas aũt ideo dictas eſſe aiunt, q2 eo in loco nauẽ Argo cõpegerit. Alij vero ſilius exiſtimant,loco ipſi nomen impoſitum pp vicinos fontes.i.Pagaſas,qui frequenter aquarũ effundunt,hęc Strab. Et mul.Chiron. Vulnera,lenire et ſedare conat dolorẽ vulneris. Vana ope, i profecturo medicamento. Virus edax, venenuz abrodens. Supabat opẽ,medicinaz oẽm. Peſtis erat peni.re.letale venenuz interius penetrauerat. Oſſibus et to.cor. nã in oĩa mẽbra ſerpſerat.

Pagasę I Theſſalia emporiũ.

LERneę ſan.ech.hydrę, quã echidnã, et excetraz ẽt dicimus.Eam nõnulli tria volunt habuiſſe capita,alij nouẽ,alij qnquaginta. Morũ quos fe. pmia do.hz,pium diſcipuluz.experit, quẽ optimis moribus inſtituerat. Nona di. ade. nonus dies agebat,ex quo vulnus acceperat Chiron. Bis ſe. ſtel.alij.xv.dicunt. Lyra cur.hęc(vt ſupra traditum eſt)cum Sagittario in ortũ fert. Nox ter.pri die nonas Maias Lyrã ingt chronice orituirã, vel tertio nonas. Cum cras &c.pridie nonas Sole abdito in occaſu media pars Scorpionis videri poterit ſublata ortu chronico.Conſtat.n.ſignum excori ri occaſu Tauri. Nocturna Le.celebrant. Ea ſcribit Porphyrio ↄſueniſſe per triduũ celebrari ante additũ anno menſem Februa.Quãobrem h̃ menſe religio eſt nubere.Idem Lemures vocat vagãtes vmbras hoium,ante diem mortuorũ,quos dictos eẽ tradit quaſi Remures a Remo,cuius occiſi vmbras frater Romulus cum placare vellet. Lemuria inſtituiſſe dr̃, quę a qbuſdã vocant ẽt Lemuralia, quo tpe fabam iactabant noctu, dicebantq; (teſte

ANT.
FAN.
Echidna
De hydrę capite

Lyra oritur pdie no.Ma.

Scorpionis pars orit pdie nonas Maias
Lemuria vij.idus Maias
Lemures
Larnati

Varrone)Lemures a ſe domo extra ianuã eijci. Hic Feſtus,Fabam ingt nec tangere nec noiare Diali Flamini lz,q2 ea putat ad mortuos ptinere, nam ẽ Lemuralibus iacit Laruis et Parentalibus ſacrificijs adhibetur. Sane a Laruis Laruatos dicimus male ſanos,ac laruarũ incurſione aio vexatos,qui ẽ Ceriti vocant, teſte Nonio.Soluebant autem inferię mortuis hoc tpe, queadmodũ et feralibus menſe Februario. Putabãt.n. vmbras iactu fabarũ placari ac domo abigi. Annus erat breuior, occurrit qõni, Diceret.n. qſpiam nõ oportere nunc mortuis iuſta perſolui,cũ data ſint Manibus ſecũdo[ ] anni menſe, quo feralia celebrant cui reſpondet ſeruari veterem ritum, q2 cũ Lemuralia inſtituta ſunt annus Ianuarium ac Februarium non habebat

Ceriti
Quando Lemuralia ſunt inſtituta tunc nõ erant adhuc Februarius et Ianuarius menſes

SANguis echidnę lernęę,hoc eſt venenũ hydrę. Mixtus ſang.Cen. Chironis. Nulla da.tẽ.ad auxi.adeo vehemens illud virus erat, vt ſtatim per oẽm corpus fuſum, nullum relinqret ad opem offerendã tp̃s, ἔχιδνα vipera eſt,hic pro hydra ponit. Lernęę, a Lerna palude in ſinu Argolico in Pelopõneſo et fluuius eodem quo palus noie,vt Strabo ait, in qua tantas de hydras fabulas poetę tradiderunt. Achilles ſtabat per.lachr.vt an.pa.ita ſtabat ante illum flens,et gemens puer veluti ante parentẽ. Sic eodem mõ. Erat flen.Pel.pater a filio. Si mo. q̃ſi dicat non alr̃ ille fleuiſſet morientẽ prẽm. Sępe fin.cõponebat,et tractabat. Manus ęg.inualidas et iam morientes. Manibus, ſuis amicis. Doctor,ipſe Chiron, q Achillẽ puerũ bonis moribus inſtituit. Habet prę.mo.quos fe. qbus puerũ iformauit hẽt pmia,officioſam illius pietatẽ. Oſcula ſępe de.oſculabat iacentẽ. Dixit quo. ſę.ia. Chiro recubanti. Viue pre.nec pa.cha.rel.me,viuas,nec alumnũ tuũ relinquas. Nona di. ad. nono die poſt acceptum vulnus. Cum tu Chi.iu.q mortales iuſtitia ſupaſti. Eras cin.cor.hẽbas corpus cinctum. Bis ſep.ſtel.et Higinius.xiiij. eſſe inquit.Et tñ ſtellę,quas ille refert per Centauri corpus diſpoſitas ſunt numero.xxiiij.non numeratis ſtellis victimę et arę,iõ et nos ſupius.xxiiij.eẽ diximus.Sed q̃ rõne.xiiij.dicãt ipſi viderint. Hũc Ly.iij no.Maias apparet Lyra,de qua diximus in primo.Nunc heliaco ortu in cęlo vr̃. Lyra cur.cu.ſe.hunc,Chironem, q̃ſi ſtatim poſt eum oriri, Sed non eſt via ido.nõdũ patet lyrę aditus,q2 nõ põt ſtati poſt illũ apparere. Tertia nox,ab ortu Chironis. Eſt

PAV.
MAR.
Echidna p hydra ponitur
Lerna palus in ſinu Argolico i Peloponneſo
Chiron nono die perijt quo accepit vulnus cum ſagitta Herculis

aptum,

aptum, congruū Lyrę tempus. Cū igitur .v. nonas oriatur Chiron, tertio no. Lyra apparet. Scorpius in cęlo, de Scorpio etiam ſuperius dictū, pridie tamen no. Maias media eius pars occidit. et media apparet. Et ꝑ hęc deſignat ortus coſmicus Tauri, q illi eſt oppoſitus. Cū dici. cras luce. nonas, pridie

Scorpius in cęlo, cum cras luceſcere nonas
Dicimus, a media parte tenendus erit.
Hinc vbi protulerit formoſa ter Heſperus ora,
Ter dederint Phoebo ſidera victa locum,
Ritus erit veteris nocturna Lemuria ſacri,
Inferias tacitis Manibus illa dabunt.
Annus erat breuior, nec adhuc pia Februa norant
Nec tu dux mēſum Iane biformis eras.
Iam tamen extincto cineri ſua dona ferebant,
Compoſitiq; nepos buſta piabat aui.
Menſis erat Maius maiorum nomine dictus,
Qui partem priſci nunc quoq; moris hēt.
Mox vbi iam media eſt, ſomnosq; ſilētia ꝑbēt,
Et Canis, et varię conticuiſtis aues,
Ille memor veteris ritus, timidusq; Deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes,
Signaq; dat digitis medio cum pollice iunctis,
Occurrat tacito ne leuis vmbra ſibi.

Ortus coſmicus Tauri. Oppoſitus Scorpiōi

nonas cū dicere poſſumus. Cras eſt dies no. Maiaꝝ. Scorpius erit no. i cę. a me. par. quia media pars tantū inſpiciet. Hic vbi ꝓtu. vij. idus Maias fiūt Lemuria, nō multū a Ferialibus ſacris differētia. Illa quidem mēſe Februario ꝓ mortuis celebrant. Hęc quoq; ꝓ mortuis ſed ab antiquis mēſe Maio, q a maioribus ita denominatus eſt, auis iuſta ſoluebant, cū nōdum duo menſes eſſent a Numa additi. Nā poſtea inſtituta Parētalia Februario mēſe, quo fiebant luſtrationes. Seruatus tñ mos eſt, vt menſe hoc Lemuria ad placādos Lemures fierēt

Parētalia prius mē[ſe] Maio nunc Februario aguntur

de noie ipſo, et vnde originē habuerit paulo poſt diſſeremus. Hinc vbi Heſpe. Heſperū pro Lucifero poſuit. Et ſi idem eſt, tamē Luciferū mane dicimus ſed de eo in primo diximus. poſtq̃ igit̃ Lucifer. Ter ꝓtulerit for. ora, erit ortus, aut ab ortu ſurrexerit. Et ter dederint locum Phoe. cedēt Soli. Sidera vi. quę vincunt̃ a maiore lumine. Sic indicat tertiū diem poſt nonas, hoc eſt .vij. diem iduum, et nonū diem menſis. Erit ritus veteris ſacri, a veteribus inſtituti. Lemuria no. ſacra ipſa Lemuria q̃ noctu fiunt. Illa da. in ſe. ta. ma. ſoluunt iuſta vmbris extinctorum inferię ſacrificia, quę pro inferis ſunt. Annus e. bre. quādo hęc inſtituta ſunt ānus erat .x. menſium. Nec adhuc norant pia Februa, luſtrationes poſtea Februario menſe inſtitutas. Nec tu Iane biformis, Iane, biceps. Erat dux menſum, ꝓ menſium, nō erat adhuc tibi dicatus primus anni mēſis, nā nōdum additi illi duo menſes Ianuarius et Feb. Tamen ferebant, offerebant. Sua dona, conuenietia munera, et libantes. Cineri extincto, nam ſoluebant iuſta extinctis.

INT. AN.

COMpoſiti, ſepulti, cineribus in vrna collocatis. Nox vbi iam media eſt, noctem intempeſtam dicit aptum tempus laruis ſiue vmbris ſilentibus. Timidusq; Deoꝝ, nihil omittēs qđ ritus exigat ſacricii, quē ritū ideo veterē dicit, ꝙ a Romulo inſtitutus eſt vrbis cōditore. Vincula nulla, velut ſolutus facit rē diuinā. Vñ illud ē Sillij, Diſcinctis mos thura dare, et pes nudus, tonſęq; comę, vel ne perſtrepat, cū vmbrę gaudeant ſiletio. Digitis medio cū pollice iunctis, quod ita ritus poſtulat ſacrificii, vel vmbra veniat ante iactum fabaꝝ, dum is qui ſacra facturus eſt manus nōdum patere ad earū iactū oñdit. Nā ꝙ quidē (vti audio) īterpoſitū digitis pollicē accipiūt in cōtemptū vmbraꝝ ridiculū eſt. Quid. n. abſurdius q̃ apte contēnere, quē placare coneris? Nigras fabas, q̃a nigris Lemuribus ſacra fiūt vt Et nigri Lemures, ouoq; ꝑicula rupto. Aſſumebat̃ autē hoc legumē parentādo, vt diximus ſupra, quia mortuoꝝ animas in fabis eſſe quidā tradiderunt, in quaꝝ floribus (auctore Feſto) luctus, literę apparere videntur. Auerſusq; iacit, poſt tergū. Vñ auctor ſubijcit, Vmbra putat̃ colligere, et nullo terga vidēte ſeq. Rurſus aquā tangit, ſpargit ſe aqua, qua et ante ſe ſparſerat, requirunt. n. hęc ſacra aſpꝑſionē magis q̃ ablutionē, teſte Ser. Temeſeaq; cō. ę. pulſat et crepare facit ęreum inſtrm̄, ſic dictū, vt requieſco te. Temeſe aūt vrbs Cypri habuit metalla ęris. Item aliud oppidum in Brutiis eudē nominis. Sane crepitus fit ad finem ſacrificii, vt volens vmbra diſcedat, vnde ſunt abacta ſilentia.

Medio cū pollice locus nōdum intellectus ꝑꝑ ritum ſacroruȝ

Temeſe vrbs Cypri vbi ęris ſunt metalla

NEPos piabat, ſacrificio luſtrabat. Buſta, ſepulcra. Aui cōpoſiti, humati. Mēſis erat Maius, quo fiebāt hę luſtrationes, et ſacrificia. Dictus noie maioꝝ, a maioribus Maius, vt ſuperius oſtendimus. Qui, mēſis. Hēt nūc quoq; partē priſci moris, quia nūc ēt ſeruat̃ ex parte priſcoꝝ illa cōſuetudo. Nox vbi iam media eſt, ſurgit nocte intēpeſta, q vmbras placaturus eſt nudis incēdens pedibus, aqua ſe fontana pluit, fabas quas ore verſauerit, a tergo iacit, dicitq; ſe illis redimere, pulſatq; ęra, et orat, vt abeāt vmbrę. Qđ ſi nouies fecerit, perfeciſſe putat ſacrificium. Iā vbi nox media eſt, ea pars noctis q̃ intēpeſta, dicit̃, qñ nō dat̃ tēpus rebus agēdis. Et ꝑbēt, ſilētia ſomnos, cū oēs quieti et ſilētio ſe dederint. Et canis et aues cōticuiſtis, q̃a nec canes latrabant, nec aues recinebāt, et videt̃ ſignificare conticiniū, et id aſſerunt multi. tñ illa hora medię noctis nō ita appellat̃, ſed (vt Macro. et Var. oñdunt) Conticiniū eſt inter gallicinium et diluculum. Ille, nepos, qui vult auo libare. Memor veteris ritus, priſcę conſuetudinis. Et timidus Deorum, qui timet Deos inferos ne per noctem occurrant ſibi. Surgit, e ſtrato ſcȝ. Gemini pedes nulla habent vincula, non habet ille calceos, aut crepidulas in pedibus. Et dat

PAV. MAR. Conſuetudo priſca in menſe Maio in multis rebus ſeruatur

Cōticiniū eſt inter Gallicinium et diluculum

ſigna digitis iunctis cum medio pollice, ponit pollicem in medio quatuor digitorum, duos vltimos digitos cogit in manū, alios duos erectos hēt, et illis dat ſigna quēadmodum et nos ſolemus. Ne lenis vmbra, aīa extinctorum. Occurrat ſibi tacito, per ſilentia nocturna. Et cum pure perluit, cum abluerit caſte manus.

Cumq; manus pure fontana perluit vnda,
Vertitur, et nigras accipit ore fabas.
Auerſusq; iacit, ſed dum iacit, hęc ego mitto,
His, inquit, redimo meq;, meosq; fabis.
Hęc nonies dicit, nec reſpicit, vmbra putatur
Colligere, et nullo terga vidente ſequi.
Rurſus aquam tangit, Temeſęaq; cōcrepat ęra
Et rogat, vt tectis exeat vmbra ſuis.
Cum dixit nonies, manes exite paterni,
Reſpicit, et pure ſacra peracta putat.
Dicta ſit vnde dies, quę nominis extet origo,
Me fugit, ex aliquo eſt inuenienda Deo.
Pleiade nate mone virga venerande potenti,
Sępe tibi eſt ſtygii regia viſa Iouis.
Venit adoratus Caducifer, accipe cauſam
Nominis, ex ipſo eſt cognita cauſa Deo.

Vnda fontana, aq̄ fontis, aut aqua viuentis flu. Vertit et accipit fabas nigras ore, verſat prius ore. vt in ij. Et ſeptē nigras verſat in ore fabas, licet illud ad ſacrum magicū referatur, fabaꝝ tamē vſus erat in Feralibus. et Lemuralibus. vnde Pōp. Fabas inqt nec tangere, nec nōiare Diali Flamini licet, q̄ ea putatur ad mortuos ptinere. Naꝫ et Lemuralibus iacit Laruis, et Parētalibus adhibet ſacrificijs, et ī flore eius luctus literę appere vident. Et Pli. inquit, Qui et priſco ritu faba ſuę religionis Dijs ī ſacro eſt ꝑnalues pulmentari cibo, et hebetare ſenſus exiſtimata. inſomnia quoq; facere, ob hęc Pythagorica snia dānata, vel (vt alij tradidere) q̄m mortuoꝝ aię ſunt in ea. qua de cā parentādo vtiq; abſumit. Var Et ob hęc Flamines ea nō veſci tradit. Et q̄m in flore eius lrę lugubres reperiant. Et hoc extremuꝫ a Pythagora quoq; aſſerit. Primus nempe a fabis, auctore Dydimo, ꝑpter ſomnioꝝ vaticiniū Amphiaraus abſtinuit. Tradunt etiā et Orphei verſus, quibus timidos abſtinere manus a fabis, et ab earum vſu, quę capita pepererunt, iubent etc. Auerſusq; iacit, proijcit eas a tergo. Sed dū iacit inquit hęc ego mitto, dū ille ꝓijcit a tergo illas ait fabas iacio. Et redimo me et meos his fabis, quaſi ſi quid mali imineret mihi et meis ab ipſis vmbris, ſalutez nr̄am his ego redimerim. Hęc dicit nonies, quia pro ſalute viuentiū dn̄r, vtit impari numero, ideo nonies. i cęteris par numerus dat inferis. Nec reſpicit, nō reflectit a tergo aciē. Vmbra putat Colligere, ipſas fabas. Sequi terga nullo vidēte, ſeq illū qui eas iecerit, nemine vmbram inſpiciente, aut ſentiēte. Rurſus aquā tāgit, abluit manus aqua fontana. Et concrepat pulſat. Aera Temeſęa, a Temeſa vrbe Brutioꝝ, quā Auſonij cōdiderunt, et quā homines Strabonis ętate Tempſam vocitabant. Erat ibi ęrariū, et ęri fodīnaꝝ locus oſtēdebat. Et rogat vt vmbra exeat ſuis tectis, p̄cat vt abeat vmbra auita, aut paterna, q̄m illud arbitrabant, vmbram vagari circa corpus, et errare interdū per loca quę incoluerit hoc igitur ſacrum fit ad placandas eas, arcendasq; domo. Cum dixit nonies Manes p̄ni, o vmbra

Timidos abſtinere ſe a fabis ex dicto Orphei

Exiſtimant aliqui vmbras vagari per loca quę viuens coluit

pr̄is ſeu vmbrę parētum, tā patn̄ q̄ auoꝝ. Exite domo. Reſpicit, tum demū reflectit oculos. Et putat ſacra pure peracta, ſe caſte pfeciſſe ſacrificiuꝫ. Dcā ſit vn̄ dies, neſciret vr̄ poeta, quare Lemuria dicta ſint, pgit igit ad ingrendam nois originē, Mercu. inuocat, a quo cā ipſa apitur. Aucupaturq; eaꝫ amore Remi, cui Ro. Maio mēſe parentandum inſtituerit. inde Lemuria quaſi Remuria dicta. Verum Lemures, vnde Lemuria, multi exiſtimant imagines noxias eē, quę noctu appareat, etiā et ita dicta fugilatoꝝ vmbras, aliqui vmbras oēs mortuorum Lemures appellant. Non deſunt noſtrę religiōis viri ſanctiſſimi, q dicāt apud veteres ſicut Lares boni habiti ſunt, ita Lemures ſpiritus mali, ad quos arcendos fiebant, quę diximus, ſacra. Quidaꝫ magnus verborum interpres Lemures vmbras eſſe quasdam aſſerit, quę cū corporibus morantur, vel quaſi a Remo dictas, cuius vmbra inſequebatur fratrem ſuum Ro. Nonius tamen inquit Lemures eſſe Laruas nocturnas, et terrificationes imaginum, et beſtiaꝝ, vnde Var. de vita patrum lib. pri. qbus temporibus in ſacris fabaꝫ iactant noctu, ac dicūt ſe Lemures domo extra ianuam ciere. Fugit me, hoc eſt latet me. i. neſcio. Vnde ſit dicta dies. i. vnde dicantur ipſa Lemuria, quę extet origo nominis, vnde nomen ipſum originem ducat, qua ratione ita dicamus. Ex aliquo Deo eſt inuenienda, cum nos ipſos lateat a numine requirendum eſt.

Lemures vmbrę nocturnę quę terrificāt q̄ fabis expellāt

PLEIADE na. mo. conſulit Mercurium ac petit vnde Lemuria nomen acceperint, quoniam huic Deo commertium eſt cum vmbris. vt Tum virgā capit, hac animas ille euocat orco Pallētes, alias ſub triſtia tartara mittit. Hora. in primo Carminum, Tu pias lętis Animas reponis ſedibus, Virgaq; leuē coerces aurea turbam Superis Deorum gratus et imis. Accedit ad hoc quod ipſe eſt interpres, vnde et Hermes vocatur. Virga, Caduceo, vnde Mercuriū caduciferum vocat. Male veloci, aut quia nō euitauit celerem, a quo raſtro fertur occiſus, aut quia ludibrio fratris nouos muros tranſiuit. Quānis fabuloſum putatur, vt diximus, quod eam ob cauſaꝫ a fratre fuerit interemptus. Acca, de Acca Laurentia et Fauſtulo ſupra dictum eſt. Dimidium voti, altera pars voti veſtri, cum altera ſit Romulus. Si volucres habuiſſem regna iubentes, ſi fuiſſem victor augurio vti frater Romulus fuit. Inānis imago, vmbra tātū. Ea eſt imago corporis. Vbi Mars

ANT. FAN. Quare Mercurius inuocatur in Lemuribus cum caduceo

pr̄ ē, q mihi opē n̄ tulit. Mouet Miſericordiā varie.

PAV. MAR.

MONE, Inſtrue tu. Nate Pleiade, Mercuri ex Maia vna Pleiadum nate. Venerande virga potē ti, caduceo quę virga eſt ſerpentibus nexa. potē ti, q cum ea multa poteſt, vt apud Virgi. Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco Pal lentes, alias ſub tartara triſtia mittit. Dat ſomnos, adimit que, et lumina morte reſignat. Sępe eſt tibi viſa regia, Iouis ſtygij, ſępe tu ad inferos in Plutonis regiā deſcendiſti, cum nuncius ſis vtrorumque Deorum, ſupernorū, et inferorum, vñ Hora. Superis Deorum gratus et imis. Venit adoratus Caduci fer, Mercurius cū caduceo, quem ego adoraui ſtatim affuit.

Accipe cauſam, hoc eſt originem nominis, et hic locus aperte eos mentiri oſtendit, qui dicunt cauſam pro origine poni non poſſe, nā poeta dixerat, Quę nominis extat origo, et nunc hic reſpondet, Accipe cauſam, hoc eſt originem, ſed de his ſatis diſſeruimus in principio quarti.

Cāz nominis, origo huius appellationis. Eſt cognita ex ipſo Deo, ex ipſo Mercurio. Et eo inſpirā te omnia cognouit. Romulus vt tumulo, Remū extinctum vt ſuperiore lib. diximus, frater magnificentiſſime, vt illis temporibus licebat, humauit in Remoria. Noctu per quietem viſa eſt imago Remi aſtare lecto Fauſtuli et Laurentię nutricis, queriq; de miſeranda ſua morte, et crudelitate Celeris, qui eum interemerat, orareq; vt a Romulo illud pcibus impetrarent quo ſuo nomine diē ſignaret. Romulus ea cauſa inſtituit diem illi Feſtū appellauitq; Remuria, mutata deinde eſt prima litera, et Lemuria dicta, poſtea ab illo vmbrę Lemures appellatę ſunt. Vt, poſtq̄. Romulus cō didit tumulo fraternas vmbras, humauit fratrem Remum. Et ſunt ſoluta iuſta, celebratę exequię Remo male veloci, qui male velociter tranſiuit muros, nam fuit illa infauſta velocitas, quę mortem illi peperit. Fauſtulus infelix, ſed (vt ſuperiore libro diximus) Fauſtulus fuerat et ipſe interem ptus. Et Acca, Laurentia nutrix. Capillis ſparſis, fuſis. Spargebat ſuis lachrymis oſſa peruſta, lachrymabantur ad ſepulchrum, et Remi oſſa tri

[Margin: ...mbra ...mi ap ...ruit ...lectū ...uſtuli ...Accę ...urētię]

[Margin: ...muria ...poſt ...muria ...nt dcā]

Romulus vt tumulo fraternas cōdidit vmbras,
Et male veloci iuſta ſoluta Remo.
Fauſtulus infelix, & paſſis Acca capillis
Spargebant lachrymis oſſa peruſta ſuis.
Inde domū redeūt ſub pria crepuſcula męſti,
Vtq; erat in duro procubuere toro.
Vmbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto,
Atq; hęc exiguo murmure verba loqui.
En ego dimidium veſtri parsq; altera voti
Cernite ſim qualis, qui modo talis eram.
Qui mō, ſi volucres habuiſſem regna iubētes,
In populo potui maximus eſſe meo.
Nūc ſum elapſa rogi flāmis, & inanis imago,
Hęc eſt ex illo forma relicta Remo.
Heu vbi Mars pater eſt? ſi vos mō vera locuti,
Vberaq; expoſitis ille ferina dedit.
Quē lupa ſeruauit, māus hūc temeraria ciuis
Perdidit, o quanto mitior illa fuit.
Sęue Celer crudelē aīam per vulnera reddas,
Vtq; ego ſub terras ſanguinolentus eas.
Noluit hoc frater, pietas ęqualis in illo eſt,
Qđ potuit, lachrymas, māibus ille dedit.

ſti rore rigabant. Inde moeſti redeunt domum ſub prima crepuſcula, iam cum aduesperaſceret moeſti morte alumni rediere domum. Procubuere in duro toro vt erat, dedere ſeſe quieti, non in molli, ſed in duro toro recumbentes, vt durus erat quē habebant torum, ita in eo pcubuerunt.

Vmbra Re. cru. cruore reſperſa. Eſt vi. aſſi. aſtare. Lecto, toro Fauſtuli et Accę. Atq; lo. hęc ver. exi. mur. et viſa eſt dicere ea exigua voce. En cer. reſpicite. Qualis ego ſim dimi. et pars al. vo. vr̄i, quo in ſtatu ſim, ē qualem me vobis referam dimidium aīę vr̄ę, et vna pars vr̄i deſiderij cū duo eſſemus. Altera ps Romu. altera ego, altera ſoſpes, altera perijt. Qui modo, paulo ante. Erā ta. eram frater regis, et ē locus cōmiſerationis ab eo qđ fuerat, ē qđ nunc ē. Qui ſi mō ha. vo. iubētes regna, ſi habuiſſem augu ria feliciora, quę mihi regna portendiſſent. Potui eſſe maximus ī populo meo potui eſſe rex in ciuitate, quam ego conſtituiſſem. Nunc ſum. ima. la. ro. flam. ſum nunc vmbra, quę ſe eripere potuit ex igne rogali. Et inanis, vacua, cū careat corpore, et impalpabilis ſit, imago dixit, et Virg. Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Verba vmbrę Remi ad Fauſtulū et Accā ī toro pcūbētes

Hęc forma eſt relicta ex illo Remo, auget cōmiſerationem ab eodem loco, Hęc imago ſupereſt ex veſtro alumno. Heu vbi Mars patr eſt, mouet a genere miſericordia, vbi eſt, qui me genuit Deus cur opem filio non pręſtitit. Si vos mō. ve. lo. ſi verum eſt qđ dicebatis, me eſſe Marti genitū. Et ille, Mars. Dedit vbe. fe. expo. pauit nos infantes lactę lupę, cum eſſemus expoſiti, de quo in. ij. ē. iij. diximus, Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino, Et picum expoſitis ſępe tuliſſe cibos.

Exhortatio eſt ſacrorū quē poſtē Remuria ſunt dcā a Remo nunc vo Lemuria mutata r. lr̄a in l

Quem lupa ſeruauit, color quem Cicero ptentionem vocat. Ciuis, Celerē dicit. Pietas ęqualis in illo eſt, ſcio inquit me non interēptū Romuli voluntate, qui mihi rn̄debat ī amore ac pietate fraterna. Prēſantes manus, p̄hendere volentes, nō quę prębenderent. Lucemq; Remuria dixit, a Remo Remuria nominauit, ſed poſtea r. lr̄a aſperiora in leniorem mutata Lemuria dicta ſunt. Placet nōnullis Lemures eē vmbras noxias, ac laruas

ANT. FAN.

Contētio color a Cice. dcūs

Remuria Lemures

noctурnas territicationesq;. Vnde Lemuria nomē acceperunt pro ijs auertendis instituta. Vt nūc ferali tpe operta vides claudebant templa Lemuralibus,qđ et feralibus fieri ɔsueuit,vt Dij quoq; téplo℞ foribus celebrent operta,Thure vacent are, stentq; sine igne foci. Menſe ma.Ma.nu.quę cōtemnunt religiones.

tur vt mea. Frater, Romu. Noluit hoc, vt me interimeres. Pietas equalis in illo ē, ille eſt i me pius,vt ego in illo. Amabat quidem me mutuo amore. Quod po.de.ille lachrymas manibus,ē iuſta soluit,et lachrymis ꝓsequutus ē. Vos, Fau. et Acca. Rogate hunc,Romulum. Per lachry. vrās. Per veſtra alimenta, qbus et illum et me aluiſtis. Vt ſignet diem celebrem nr̄o honore, vt inſtituat ſub meo noie diem feſtum. Cupiūt amplecti mandātē, volunt Fauſtulus et Acca amplecti Remū qui talia mandabat. Et brachia tendūt, vt eum amplecterentur. Vmbra lubrica,quę facile elabit. Effugit manus pēſantes,apphendere eā volentes. Imago viſa, vmbra Remi, quā illi per qetem viſi ſunt videre. Con fugiens abduxit ſomnos,nam illos excitauit.Legunt alij, vt ſecum fugiens ēc. Vterq;, Fauſtulus et Acca. Ferūt vo. fra. mādata Remi. Ad re.Romulū.

Menſe Maij malum nubere ꝙ imagines ƀ pōte Sublicio,q ēt nunc extat deij ciebant

Non nubebant antē hoc menſe, vt Pluta. docet,vel ꝙ Maius inter Aprilem et Iuniū medius interiectus ē, quo℞ cum alter Veneri,Iunoni alter dicatus ſit, Deabus quę nuptijs pręſunt, aut paulo añ vxores ducebant,aut pa℞ expe ctabat, vel ꝙ hoc tpe maximo piaculo vtebant effigies vice hominum de ponte iacientes, vel ꝙ maiores,hoc ēſt ſenes, a qbus Maius appellatus exiſtimat, infenſam Venerem habēt, vel ꝙ hoc menſe plerique Latino℞,mortuis parentabant. Sed tñ hęc tria ſunt ſub eodem noie feſta, ꝙ dixerat,Lucemq; Remuriā dixit Illā qua poſitis iuxta ferunt anis.

Hęc loca lucis hñt,deſpiciebat amātes illa hoc do lo,annuebat votis,dūmodo in loca ſecretiora du ceretur. Credulus amās antecedebat,illa inter fruti ces delitebat. Cūq; hoc pacto Ianum vellet deludere nō potuit,qm̄ ille videt etiā quę a tergo ſunt. Hęc loca,vbi nunc ſumus. Habent nimis lucis,ſunt ni mis aperta, ita vt a multis videri poſſumus. Et cū luce ha bent etiam nimis pu doris,ergo pudor ve tat hic coire. Si du. m an. ma. ſec. q̄ ſint ſemotiora,et occultio ra. Sequar,te ſi ante Iueris. Credulus, amās. ſubit ante,p cedit illam. Hęc,Cra ne. Nacta,inueniens frutices reſiſtit,et non ſequitur. Et latet,in ter fruteta. Et nullo loco eſt inuenienda, non poterat poſtea reperiri ab amante deluſo. Alij legunt, nullo modo. Ianus viderat hanc,Cranē. Et captus cupidine viſę,amore ipſius nymphę,quam viderat. Erat vſus verbis mollibus,blando et dulci ſermone. Ad duram,ad illam inexorabilem. Nympha iu. quę ri antrū remotius,antra ſecretiora et occultiora. De more,de conſuetudine,nam vt alijs amātibus dicere ſolebat,ita et Iano dixit. Vtq; comes ſequi tur,antecedentem Ianum ſequębatur veluti eū co mitatura. Et deeſt. du. reliquit Ianū,volebat enim inter fructices delitere. Stulta,tu qdem Crane pu tas ne Ianū decipere. Videt Ianus q̄ gerant,fiant. Poſt ſua terga,qm̄ biceps eſt,videt anteriora et po ſteriora,vt i primo,Sitq; qd' a tergo, ſitq; qd' ante vides. Nil agis,hoc dolo. Ille,Ianus. Reſpicit tu. la. videt quo in loco delites. En dixit nil agis,nō me decipies. Nā occupat te amplexu latentē ſub rupe,inuenit et tenet te comprehēſam in comple xu,cum ſub rupe lateres. Nā interdū occupare eſt inuenire tenere. Plau. in Trinummo,Familiā opti mam occupauit. Vir. Occupat Æneas aditū cuſto de ſepulto. Mar. Tul. in Philippi. Agri Lucani poſ ſeſſionē occupauit. Et potitus te ait,eſto,ſit tibi. Ius cardinis,et in primo,Et ius vertēdi cardinis oē meū. Nūc illud ius Cranę dat. Pro noſtro cōcubi tu,quia ſimul coiuimus hēas id in mercedē viola tę pudicitię. Habe hoc ptium,hoc pmium. Poſi tę virginitatis,quā ego violaui.

Amātes credulꝰ

Lux affert pu dorem

Anticam fatis

VIrgam,hęc virga Ianalis ex alba ſpina fuit ad abigendas ſtriges. Sunt au. vo. Pli. auctor ē ſtri gem eſſe in maledictis antiqs. Sed q̄ ſit auiū cōſta re nō arbitraṫ,et fabuloſum eſſe putat,qd' de ſtri gibus dr̄,vbera eas infantū labris imulgere. Non q̄ Phi. mē. Guttura fraudabāt Harpyias dicit,Phine

Occupa re ponit̄ et p in uenire

ANTO. FAN. Virga ab abige das aues Striges

us enim rex Arcadię cū liberis ſuis nouercā Harpa lices ſupinduxiſſet.et ea ſuadēte filios excęcaſſet, ira numinū luminibus captus eſt,cuius mēſas cū Har pyię foedarent,dr̄ filiorꝫ Boreę beneficio liberatus, fugatis auibus vſq; ad inſulas Strophades,vt Serui us ſcribit. Alij tradūt Phineū dilexiſſe Idęā Dardāi Scytarꝫ regis filiā,cu ius ſuaſu cū filios ex Cleopatra ſupplitio ꝺ ſtinaſſet, et Hercules cum Argonautis dr̄ Phineū,et eius ſocios obtruncaſſe. Stantes oculi,vel extātes,quos emiſſitios appella mus, vel immobiles, vel horrētes.vt Cāities inculta iacet, ſtant lumina flāma. No cte volāt,quia lux ex tantibus oculis nocet vel certe ne videātur. Lactēta vi. lactētiū infantium viſcera. Seu car. ſi. ſm eos qui putant anus in ſtri ges vi carminū verti. Nenia, qua pręfice interdum q̄runt in fantes a Strigibus interemptos,in quas falſo nar rant anus eſſe cōuerſas. Eſt autē Nenia carmē lu gubre,quod mortuis dicebatꝫ. Lege Acronē,Noniū, Feſtum,ac Porphyrionē. Id inſtitutū dr̄ a Simoni de poeta lyrico. Vnde Hor. in Carminibus, Neniā Cęam dicit ab inſula vbi Simonides natus ē. Qua re ait Catullus,Meſtius lachrymis Simonideis. Eſt autē Cęa inſula cōtra Atticam,nam Cos Aſię cōti gua eſt,vt Cyprus et Rhodus. Nenia quoq; Deę no men eſt,cuius ſacellum fuit extra portā Viminalē, vt auctor eſt Feſtus. Procę,regis Albanorꝫ,q Amu lium et Numitorē filios habuit. Hūc infantē cū ſtri ges vexarēt,Oui. fabulaṫ Carnę auxilio liberatum. SIC fatus,Ianus. Dedit illi ſpinam,qua ſpina. Poſſet pel. a fori. ſtri. no. dedit nymphę ſpinā albā, q̄ freta illa repelleret e domibus ſtriges pernicioſas infantibus. Hęc ſpina erat al. plura enim ſunt ſpi narum genera,quę a' Pli. referuntur,ſed ſpinę albę ſemen contra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea impoſita capitis dolorem minuit. Sunt auidę vo lucres,Striges aues eſſe dicūt nocturnas, magno capite,roſtro et vnguibus aduncis, et quę nocte infantium cunas adoriuntur,fodiūtq; roſtro cor puſculum,et ſanguinem hauriunt,multi putant non aues,ſed muliercu las eſſe,quę ſe veneficio quo dam,cum volunt in ſtriges vertunt, celereſq; no ctu,quo libuerit,eūt,infantes iugulant,et ſangui nem omnem ebibunt ita vt illi exanimes reperiā tur. Poeta inquit Procam Albanorꝫ regem, Amu lij et Numitoris parentē,cum in cunis infans eēt laceratum ab his ſtrigibus,a Crane tamen incolu mē redditū,et ex ea domo penitus abactas ſtriges.

Phinei fabula

Stātes p immobi les vel horrētes

Nenia

Cęa Cos

Nenia Dea cu ius ſacel lum fuit extra portam Vimina lem

PAV. MAR.

ſunt volucres auidę, aues rabidę. Non quę fraudabant guttura Phineia menſis, non ſunt Harpyię, quę rapiebant epulas e menſa Phinei, ſic fraudabant illius guttura ſuis epulis. Phineus eniꝫ vt Harpalici coniugi morem gereret, filijs ex altera coniuge lumina abſtulit, pro quo crimine et

qui eo verbo finem ſignificari putant. Quidam volunt Neniam ideo dici, ꝙ voci ſimilior querimonia flentium ſit. Quidam aiunt Nenię dictum nomen ab extremi inteſtini vocabulo. Greci enim Neaton extremum dicunt, ſiue ꝙ cordarum vltima νεάτη dr, extremam cãtationis vocem Neniam appellarunt.

inei fa / la de / a pla / apd / lerinꝫ / ccum / Argo / uaca

Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris,
   Et plenum poto ſanguine pectus habent.
Eſt illis Strigibus nomen, ſed nominis huius
   Cauſa, ꝙ horrenda ſtridere nocte ſolent.
Siue igitur naſcuntur aues, ſeu carmine fiũt,
   Neniaq; in volucres falſa figurat anus.
In thalamos venere Procę, Proca natus ĩ illis
   Preda recens auium quinq; diebus erat,
Pectoraq; exorbent auidis infantia linguis,
   At puer infelix vagit, opemq; petit.
Territa voce ſui nutrix accurrit alumni,
   Et rigido ſectas inuenit vngue genas.
Quid faceret? color oris erat, q frondibus olim
   Eſſe ſolet ſeris, quas noua leſit hyems.
Peruenit ad Cranẽ, et rem docet, illa timorem
   Pone, tuus ſoſpes dixit alumnus erit.
Venerat ad cunas, flebant materq;, paterq;,
   Siſtite vos lachrymas, ipſa medebor ait.
Protinus arbutea poſtes ter in ordine tangit
   Fronde, ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aquis aditus, et aq; medicamen hẽbãt,
   Extaq; de porca cruda bimeſtre tenet.
Atq; ita, noctis aues extis puerilibus, inquit,
   Parcite pro paruo victima parua cadit.

ipſe a Dijs lumine captus ẽ. Additę et Harpyię eius menſis vt cibos raperent, et omnia foedarent. Poſt longum tempus ab Argonautis ea peſte liberatus eſt, nota eſt fabula, de qua plura apud Valeri. Flaccum. Sed trahunt inde genus, ſed ab ipſis Harpyis originem ducunt. Grãde caput, eſt illis ſtrigibus. Stantes oculi, quos non mouẽt, vt cętera animalia.

Roſtra apta rapinę, habẽs roſtra adũca apta ad prędam diripiendam. Canities in pennis, habent pennas canas.

Hamus ineſt vnguibus, habent vnguies hamatos et aduncos. Nocte volant, non enim licet Strigibus per diem volare, cum lucem pati non poſſint. Et pe. pu. nutricis egentes, eunt ad infantes vnde aperit nutrix. Et vitiant, foedant. Corpora, ipſorum infantium.

Rapta ſuis cunis, quę e cunis rapuerint. Dicũtur, ipsę ſtriges. Carpere roſtris viſcera lactentia, lacte plena, aut lac potantia. Lactere enim puerorum eſt cum lacte aluntur. Et habent pectus plenum poto ſanguine, ex effoſſis viſceribus puerorum ſanguinem hauriunt, et eo replent pectora. Eſt illis no. Stri. vocantur Striges. Sed ca. huius nominis, ratio cur ſtriges appellẽtur. Quod ſolent ſtridere horrenda nocte, a ſtridendo igitur, ꝙ noctu ſtrident Striges dicuntur. Siue igitur naſcuntur aues, ꝙ a natura ſint volucres.

Seu fiunt carmine, incantatione et veneficio.

Nenia, incantatio. Figurat, transmutat.

Anus in volucres, in ipſas Striges. Falſa, pro falſo, ꝙ non vere transmutat. Sed veneficio, fit vt vetulę videantur Striges, nam non in totum transformantur, reſumunt enim humanam formam cum volunt et auium ad tempus ſumunt.

ia in / tano / dñr

Nenia (vt Feſtus oſtendit) eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam, ſunt

Venere ĩ thalamos Procę, ſiue ſint aues, ſiue mulierculę, quę eam formã veneficio aſſumant, venere in cubiculum regis Albani, vbi recumbebat infans regius. Proca natus in illis quinque diebus, qꝛ nondum pręterierat quintus dies, ex quo natus erat. Erat pręda recens auium, nam a Strigibus deuorabat

Proca gnto die ex quo fuit ortus a ſtrigibus quaſi deuoratus

Et exhor. pe. infantia, exhauriunt ſanguinem pectoris infantis. Linguis auidis, ſitientibus ipſum ſanguinem. Et puer infelix vagit, vagire enim puerorum eſt. Et petit opem, ipſo vagitu. Nutrix territa voce ſui alumni, Vagitu Procę infantis quem alebat.

Occurrit, vt opem puero ferat. Et inuenit genas ſectas, genas laceratas, et depaſtas. Rigido vngue, duris ſtrigum vnguibus.

QVID Faceret? qua ratione opem ferret infanti tam male affecto? Frondibus, quę pallent, atque ad terram cadunt extremo autumno vel noua hyeme, cum omnis humor in arboribus ęſtatis calore inuenitur exhauſtus. Virgili. Quam multa in ſiluis autumni frigore primo Lapſa cadunt folia ad terras. Limina fronde notat, ramo arbuteo ter poſtes tangit, ter ſignat limina.

ANT. FAN. Puer liberatus a Strigibus auxilio carnę Deę

De porca bimeſtri, quia pro infante dabatur eius ętatis animal. Vnde auctor ſubiungit, Pro paruo victima parua datur. Pro fibris, fibras nonnulli eſſe eminentias iecoris tradunt, alij aliter in iecore qđ caput extoꝝ vocant, auctore Pli. magnę varietatis eſt. Quidam venas, et neruos iecoris fibras vocant. Proſecta, exta quę proſecantur. Diximus enim (vt ſcribit Feſt.) exta dicta eſſe, ꝙ ea Dijs ꝓſecent, q̃ maxime extãt, eminẽtq;.

Nerui ſunt iecoris Fibre extaꝝ Alij caput vocãt

Parua ſe. vt non ſolum a limine, ſed inde quoq; abigerent. Striges. Cur illis guſtentur larda calẽdis, vult moris fuiſſe apud Romanos, vt ĩ honorẽ

Cor pro corde precor, pro fibris ſumite fibras,
Hanc animam vobis pro meliore damus.
Sic vbi libauit proſecta ſub ęthera ponit,
Quiq; adſint ſacris reſpicere illa vetat.
Virgaq; Ianalis de ſpina ſumitur alba,
Qua lumē thalamis parua feneſtra dabat.
Poſt illud neq; aues cunas violaſſe feruntur,
Et redijt puero, qui fuit ante color.
Pinguia cur illis guſtentur larda calendis,
Mixtaq; cum calido ſit faba farre, rogas.
Priſca Dea eſt, aliturq; cibis, qbus ante ſolebat,
Nec petit aſcitas luxurioſa dapes.
Piſcis aduc illi populo ſine fraude natabat,
Oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis.
Nec Latium notat, quam prębet Ionia diues,
Nec quę Pygmęo ſanguine gaudet auis.

Lardum carne far et faba i ſacrificijs carne

Lardum, far, et faba calendis Iunijs guſtarent, ꝙ vetuſtiſſimā Deā priſca frugalitate crederēt delectari. Sed magis pl9, qḋ Macro. ſcribit rem diuinā eiuſmodi cibis carnę Deę fieri ↄſuetam, ꝙ his vires corpis maxīe roborent. Aſcitas dapes, exqſitas. Aſcimus. n. ꝑprie q̄ſita et remota. Cice. de Orato. Quod minīe politi, minimeq; elegantes ſunt, aſciuerūt aptū his auribus optimum quoddā, et q̄ſi adipale dictionis genus. Idem ꝑ Archia, vt hunc. A. Licinius non modo nō ſegregandum cum ſit ciuis a numero ciuiū, verū etiam ſi nō eēt, putetis aſciſcendum fuiſſe. Quā p. Io. di. Attagenam ſigt, quę et Attagen dr̄ virili genere. Plini. Attagē maxime Ionius celebrat̄ vocalis alias, captus vero obmuteſcēs quondā exiſtimatus inter raras aues. Iam et ī Gallia, Hiſpāiaq; capit̄. Hora. Non afra auis deſcendet in ventrem meum, Non Attagen Ionicus. Alij Attagenas dicunt, teſte Porphyrione fœminino genere. Marti. Inter ſapores fert̄ alitum Primus Ionicarū guſtus Attagenarū. A. Gel. cōmemorās noīa eduliū et domicilia ciborū oībus alijs ꝑſtātia, q̄ ꝓfūda īgluuies veſtigauit, noīat nō Ionicā, ſꝫ Phrygiā Attagenā.

Aſcire

Attagē Ionicus

PAV. MAR.

QVID Faceret? miſera nutrix quo pacto poſſet ſuccurrere alumno? Color oris, puerilis. Erat qui ſolet eſſe ſeris frondibus, talis in vultu puerili color erat, qualis in frondibus ī extremo autūno, ſeu in pricipio hyemis, cum hyberno frigore aduruntur. Quas fron. lę. no. hyems, hybernum frigus ī principio brumę. Seris, q̄ tardius ex arboribus decidunt. Peruenit, nutrix. Ad Cranem et docet rem, Procam a ſtrigibus laceratum. Illa di. po. timo. ne timeas. Tuus alū. puer quē educas. Erit ſo. erit ſaluus. Venerat, Crane. Ad cu. vbi erat infans. Flebant et mater et pater, Auentinus cum ↄiuge parentes Procę. Ait ſiſtite la. deſinite lachrymari. Ipſa me. adhibebo medelam, et reddā eum incolumem. Protinus tan. ter in or. po. frō. ar. Crane luſtrat domum, vt abigat Striges, primo tetigit ramo ex arbuto poſtes ianuę. Ter no. ſignat. Limina fron. ar. et limina ē poſtes eo ramo ſignat. Spargit aquis aditus, ipſaꝫ ianuaꝫ ſeu ingreſſum, eo luſtrationis genere vſus eſt, ne inde redirent Striges, et multi putant Arbutum arborē eas non attigere, ſic et eadem abigi. Et te. ea quę ha. me. vbi erat vis medendi, aut intelligas, Spargit aqs ea quę erant veneficio notata Et te. exta cru. inteſtina. De por. bime. q̄ erant

carne ſacrum ad Striges abigēdas

duorū menſiū. Atq; ita ingt aues noctis, o Striges quę noctu volatis. Parcite ex. pu. nolite attigere ex. pueri Procę. Parua victi. bimeſtris porca. Cadit, imolat̄ vobis. Pro pꝰo, infante, paruam vobis ſuillam pro pꝰo puero mactamus. Sumite vos p̄cor cor ꝑ cor. accipite ꝑ corde pueri, cor porcę lactētis. Pro fibris, pueri. Fibras, ſuillę. Nos damus, offerimus vobis. Hanc aīaꝫ, porcę. Pro me. pro aīa pueri. Sic vbi liba. poſtq̄ ſacrificium fecit. Ponit proſe. ipſa exta quę Dijs ꝓſecantur. Sub ae. ſub dio. Et ve. illa reſpi. qui adſunt ſacris, ꝓhibet reflectere aciē illos q̄ ſunt pn̄tes. Et ſumitur vir. Iana. de alba ſpi. quā a Iano dono habuerat ad abigendas Striges. Qua pua feneſtra dabat lumē thalamis, non ꝑ ianuam ſumpta eſt in ea alio luſtratiōs genere erat vſa, ſed ꝑ feneſtrā, vt inde cubiculū quoq; luſtraret. Poſt il. poſt illam luſtrationē. Nec ferunt̄ aues, non. dn̄r Striges. Violaſſe cunas, fœdaſſe puerū in cunis. Et re. pue. co. qui fuit ante, nam redditus eſt incolumis. Pignis cur il. huic Deę (vt ſupiꝰ diximus) pulte fabatio, ē lardo ſacrificatur, ꝙ vires his rebus maxime corporis corroborent, poeta aliā cauſam affert, ꝙ antiqua Dea antiquis cibis ↄtenta ſit. Rogas cur larda pinguia, lardum ſuillū. Guſtent̄ illis cal. prima die Iunij. Et cur fa. ſit mix. cum calido farre, nam cribrat̄ fabacium cum farre mixtum. Priſca Dea ē, nympha antiqua, nam eo tpe, quo erat in terris ianus. Alit̄ ci. qbus ſolebat ante eo tpe quo non erat tanta ciborū luxuria, et tanta ſplendiditas.

Alba ſpi[illegible] na dat[illegible] dono Iano Cranę

Nec luxu. pe. da. aſcitas, aliūde aduectas. Adhuc, vſq; ad illa tpa. Piſcis natabat ſine fraude, illis nondum erat vſus edendorū piſcium, ſic nemo illis inſidias ſtruebat, nec hamo fallebat. Et oſtrea fuere tuta in ↄchis ſuis, non enim erat oſtrearū piſcatio, quę poſtea ab externis littoribus petebant̄, et earum eſum Seneca reꝑhendit. Nec auis quam ꝑbet Ionia diues, norat Latium, q2 nondum aduecti erant in Latium cycni ex Ionia Aſiatica, quę regio illis abundat, ꝑſertiꝫ in ripis Męnandri fluminis, qḋ per eaꝫ regionem fluit, inde in Heroid. ad vada Męnandri concinit albus olor.

Pulte [illegible] batio [illegible] farre m[illegible] xto cal[illegible] Iunij [illegible] crificat Deę car[illegible] nę

QVÆ Pygmęo ſanguine gaudet auis, ꝑiphraſis gruis, quā ferunt cum Pygmęis in certamen deſcenere. Iuue. Ad ſubitas Thracum volucres nubemq; ſonoram Pygmęus paruis currit bellator in armis Mox īpar hoſti, raptusq; per aera curuis

ANT. FAN.

Grus [illegible] Pygm[illegible] pugn[illegible]

Et prẹter pennas nihil in pauone placebat,
Nec tellus captas miſerat ante feras.
Sus erat in pretio, cęſa ſue feſta colebant,
Terra fabas tantum, duraq; farra dabat.
Quę duo mixta ſimul ſextis quicunq; calẽdis
Ederit, huic lędi viſcera poſſe negant.
Arce quoq; in ſumma Iunoni tẽpla Mõetę
Ex voto memorant facta Camille tuo.

Vnguibus a ſęua rapit grue. Hęc auis habita eſt aliquando inter primas, auctore Pli. licet Cornelius nepos, qui obijt diui Auguſti principatu ſcripſerit ciconias magis placere q̃ grues. Sane Pygmęi, quos Spithameos vocant, incolunt Indię montana, nec excedũt ſtatura duos pedes, et quadrantem, vt A. Gel. refert, ſiue tres ſpithamas, hoc eſt tres dodrantes, vt Pli. ſcri. Eſt enim ſpithame vnius menſura dodrantalis, quę ter ducta atque ad pedem relata in duodecim particulas diſtributũ duos pedes conficit et quadrantem. Pygmęos Homerus quoque prodidit a Gruibus infeſtari, aduerſus quas, ea gẽs inſidens arietum, caprarumq; dorſis, ac ſagittis armata veris tempore vniuerſo agmine ad mare deſcendit, et oua, pullosq; earum alitum conſumit, conficitq; eas expeditionem menſibus ternis. Tradiderunt quidam Pygmeos etiam fuiſſe ad Geraniam oppidum Thracię, alij ad Antiochiã, alij ante paludes, vnde Nilum oriri nonnulli putauerunt. Nos paulo pœriorem Pygmęis hac ętate in Vmbria vidimus hominem, cui Leonello nomen fuit, in quem luſimus olim his verſibus, Demiſſa nihil eſt ad talos veſte, femurq; Subducta ad medium quid Leonellus erit? Reſpondens nihilũ ſed longius ipſo Eſt nihil, at quid erit? nil Leonellus erit. Prẹter pennas nihil in pauone placebat, pauonem. Q. Hortenſius primus augurali coena dicitur poſuiſſe, quem deinde multi ſecuti (vt ſcripſit Varro) extulerunt pauonum pretia ita, vt eorum oua et quinis denarijs venderentur, et ipſi quinquagenis. Itaq; M. Lurco ſupra ſexagena millia nummum ex pauonum prouẽtu accipiebat. Laudatur maxime pauus e Samo, teſte Au. Gel. qui pro pauone pauum hanc alitem vocat. Notandum hoc loco coenam Hortenſii, cuius ſupra meminimus a Plinio quidem adicialem vocari, vel (vt quibuſdã placet) adipalem. a Macrobio vero auguralem, quem putamus non deprauatum locum referre Varronis, nam qui exitialem legũt in re explodũtur. Sus erat in pretio, Iuue. Sicci terga ſuis rara pendentia crate Moris erat quondã feſtis ſeruare diebus. Duraq; farra, e farre pultẽ conficiebant, qua diu Romani victitarunt. Eam Martialis e cluſino farre confectam docet relinquere dulcedinem quandam vaſis, in quo decocta fuerit, vt ibue plebeias cluſinis pultibus ollas, Vt ſatur in vacuis dulcia muſta bibas. Sextis calendis, non accipimus Auguſti calendas, quẽ Sextilem dixerunt, ſed Iunij qui a Ianuario ſextus eſt.

Arce quoq; in ſumma, non multo ante captã a Gallis cum terrẹmotus factus eſſet, ferunt extitiſſe vocem ab ęde Iunonis ex arce, vt ſue plena procuratio fieret. Vnde (vt auctor eſt Cice.) Iunonem Monetam appellatam dicunt. Huic data eſt ędes nutrienti in Capitolio calendis Iunijs ex voto Furij Camilli, qui aduerſus Gallos dimicans, cum Deorum quoq; opem adhibẽdam exiſtimaret, ędem Iononi Monetę vouit, conſecutusq; victoriam dictatura ſe abdicauit. Itaq; Senatus (vt inquit Liuius) duum viros ad eãdem pro amplitudinem populi Ro. faciẽdam creari iuſſit. Locus in arce deſtinatus eſt, quę area ędium M. Manlij Capitolini fuerat. Eadem ędes dedicata eſt anno poſtq̃ vota erat. C. Martio Rutilo V. Manlio Torquato cõſulibus, prodigiũque extemplo dedicationem ſecutum eſt, quod et nox interdiu viſa intendi, et lapidibus pluuit. Fuit et Romę templum alterum Iunonis Monetę in Auẽtino, vbi eius Deę ſimulachrum collocatum eſt, teſte Valerio Maximo, quę captis Veijs a Furio Camillo, interrogata per iocum an Romam migrare vellet, ſe velle reſpondit. Superioris ędis meminit Solinus his verbis, vt diximus ſupra. Tatius in arce vbi nunc eſt ędes Iunonis Monetę ſeptima et vigeſima olympiade hominem exuit. Item Plutarchus in Romulo, qui incoluiſſe Tatium inquit eam vrbis ptem, vbi nunc Monetę eſt templum, qua ex palatio in Circum maximum itur, iuxta quem locum ſunt quos pulchrę Monetę gradus vocant. Hanc Deã Luca Caſtrenſem appellat, vt Numina miſcebat caſtrenſis flamma Monetę. Aram Iunonis pellici tangere non licebat, cui poena conſtituta eſt a Numa Pompilio hac lege, vt Feſtus refert, Pellex aram Iunonis ne tangito, ſi tanget Iunoni crinibus dimiſſis agnum fœminam cędito.

NEC Auis quę gaudet Pygmęo ſanguine, nec nouerant Latini grues, quibus eſt cum Pygmeis bellum, qui (vt Pli. inquit) tenent montana Indię, vicina tamen Oceano, ſalubri cęlo, ſemperq; vernãte. Hi (vt Gellius inquit) qui longiſſimi ſunt nõ excedũt pedes duos, et quadrantem. De his Iuue. Ad ſubitas Thracum volucres, nubemq; ſonorã Pygmęus paruis currit bellator in armis. Mox impar hoſti, raptusq; per aera curuis Vnguibus a ſęua rapit grue. Et nihil placebat in pauone pter pennas admirabantur tantummodo pennas pauonum, eos autem comeſſe nondũ didicerant. Nec tellus miſerat ante feras captas, non erat vſus venationis aut aucupij. Sic fere non capiebant ad cibos ſplendidiores. Sus erat in pretio, ſuem cęteris prẹferebant. Colebant feſta cęſa ſue, quaſi diebus feſtis Dijs ſuem immolabant. Terra dabat tantum fabas, et dura farra, hi fructus e tellure pcipiebantr. Quę duo ſimul mixta, pultem fabatium, et farra. Quicunq; ede. comederit. Sextis calẽ. primo die ſexto menſis ipſis calen. Iuni. Negãt hęc poſſe lędi viſcera, non poſſunt corrumpi ali

Grus
Pygmęi
Spithama
Pauo
Pauus Samo
Adipalis ſeu augu ralis coe na
Pulte Romani victitarũt
Monetę ędes data cal. Iuni. in Capitolio
Iuno Moneta in Auẽtino
PAV. MAR.

quo morbo viſcera edentis,immo his cibis corro,
borabur corpus. Arce quoq; in ſumma,calend.
Iuni. ędem Iunoni Monetę conſecrarunt in ea
parte Capitolij,in qua fuerat domus Marci Man
lij capitolini,qui direpta penitus,et incenſa vrbe a
Gallis Senonibus,et arce Capitolina obſeſſa,cū no
ctu arcem Galli aſcē
derent,clangore an
ſeris expgefactus,pri
mus Gallos adortus
eſt,et inde ui ꝓpria
repulit,ob id capito,
linus appellatus. Sed
poſt fuſos a Camillo
Gallos in diſſenſionē
cum Camillo venit,
et obſtrictos ęre alieō
liberabat, nexosꝗ exo,
luebat,dānatusq; eſt
affectati regni crimi
ne,in capitolium de
ductus eſt, et per petram depulſus monumentis
glorię et ſupplicij loco reliquit.Romani(vt Pluta.
addit)diruta eius domo,ędem Deę,quam Mone,
tam appellant,ibi dedicauerunt.Sed alij volūt ędē
hanc Camillum vouiſſe,ſed Monetam appellataꝫ
eſſe Cice.inquit,ꝙ poſt illam cladem maximam
a Senonibus acceptam, audita vox ex arce Iuno,
nis fuerit,ſed Maximus illam fuiſſe Iunonem Mo
netam oſtendit,quę captis Veijs cum eius ſimula
chrum miles qdam interrogaret, an Romam ad,
duci vellet,reſponderit velle,et adductū in Auenti,
no collocatum.Verum Liui.de voto Camilli et Iu
none Veientana ita agit, Tum dictator auſpica,
to egreſſus cum edixiſſet, vt arma milites caperēt,
Tuo ductu inqt Pythice Apollo,tuoq; numine in,
ſtinctus pergo ad delendā vrbem Veios,tibiq; hinc
decimā partem pdę voueo.Te ſimul regina Iuno
quę nunc Veios colis ꝑcor vt nos victores in no,
ſtram,tuamq; mox futurā vrbē ſequare,vbi te di,
gnum amplitudine tua templū accipiat.Et paulo,
poſt,Delecti ex omni exercitu iuuenes,pure lautis
corporibus,candida veſte,quibus deportanda Ro
mam regina Iuno aſſignata erat,venerabundi tē
plum inire.Primo religioſe admouentes manus,
ꝙ id ſignum more vetuſto,niſi certę gentis ſacer,
dos attractare nō eſſet ſollicitus.Deinde cum qui,
dam ſeu ſpiritu diuino tactus,ſeu iuuenili ioco,
Vis ne Romana ire Iuno dixiſſet,annuiſſe. cęteri
Romam conclamauerunt. Inde fabulę adiectus
eſt,vocem quoq; dicentis velle auditam. Motam
certe ſede ſua,parui monumēti adminiculis ſequē,
tis mō accipimus,leuem ac facilem tranſlatu fuiſ
ſe,integramq; in Auentinum ęternā ſedem ſuam,
quo vota Romani dictatoris vocauerant perlatā,
vbi templum ei poſtea idem,qui vouerat,Camillus
dedicauit.Hęc Liui.de illa Iunone,ſed Monetę tē,
plum in Capitolio erat,vt diximus. Memorant,
dicunt homines. O Camille facta,ędificata. Tem
pla Iunoni Monetę,conſecrata ſub appellatiōe Iu
nonis Monetę. Tuo voto,ex eo quod tu voueras,

Templū Iunonis Monetę fuit i eo loco vbi fuit domus Titi Mālij

Iuno ex Veis aduecta eſt

*Ante domus Manli fuerat,qui Gallica quōdā*
*A Capitolino reppulit arma Ioue.*
*Quam bene Dij magni pugna cecidiſſet ī illa*
*Defenſor ſolij Iuppiter alte tui.*
*Vixit,vt occideret damnatus crimine regni,*
*Hunc illi titulum longa ſenecta dabat.*
*Lux eadem Marti feſta eſt,quē proſpicit extra*
*Appoſitum tectę porta Capena vię.*
*Te quoq; Tēpeſtas meritam delubra fatemur*
*Cum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis.*

In ſumma arce,in ſummo Capitolio.
ANTE domus Manli fuerat, Manlius Capitoli,
nus,quia ob repentes Gallos ꝑ ardua Capitolij de,
pulit,patronus a ciuibus appellatus eſt,ac domus
publice ī capitolio accepit,ſed poſtea cōuictus inis.
ſe conſilium de occupando regno e ſaxo Tarpeio
ꝑcipitatus eſt, vt M.
Var.ſcripſit.Nā Corne
lius nepos enim me,
minit verberibus ne,
catum. Vnde poſtea
Manlius patricię fa,
milię neminem voca
ri licuit,auctore Feſt.
qūis Plutarchus ſcri,
bit lege inter dictum
quemq̄ ex ea familia
Manlium dici. Vi,
xit vt occideret dam
natus, lōgitudo vitę
quam ſtultitia optat
humana attulit Manlio,et dānationē,et mortis
crudeliſſimum genus.Hic(vt Pli.ſcribit) ante ānos
.xvij.bina ceperat ſpolia,primusq; ciuium eques co,
ronam muralē acceperat.vi. ciuicas.xxxvij. dona
xxxiij.cicatrices aduerſo corpore exceperat.et P.Ser,
uilium magiſtꝝ equitū ſeruauerat ipſe vulneratus
humerꝝ,ac femur,fortunatus nimirum,niſi,quod a
Gallis ſeruauerat Capitoliū ſuo regno ſeruaſſet.
Lux eadem Marti feſta eſt,coluerunt Romani (vt
auctor eſt Seruius)Martem Quirinum intra vrbē
quaſi cuſtodem,atq; tranquillum. item Gradiuum
in Appia via extra vrbem,quaſi bellatorem,cuius
meminit auctor hoc loco.et Liuius in tertia Deca,
de his verbis,Per ides tempus Romę ſignum Martis
via Appia ad ſimulachra luporum ſudaſſe.Huius
Dei templum fuit ad portam Capenā.Feſtus Ma,
nalem vocabant lapidem petram quandam, quę
erat extra portam Capenam iuxta ędem Martis.
Liuius in prima Decade,Cum omnes extra portā
Capenam ad Martis ędem conuenire armatos iu
niores iuſſiſſet.Idem in eadem,Semitāq; ſaxo qua
drato a Capena porta ad Martis ędem ſtrauerūt.
Idē in quarta,Viā ſilice ſternendā a porta Capena
ad Martis ędem locauerūt.Hinc(vt quidā volunt)
Appię vię initiū fuit,q̄(vt inquit Strabo) ſtrata eſt
ex vrbe vſq; Brūduſium.Vn̄ ait Papinius,Appia lō
garum teritur regina viarum.Ea ſtrata eſt ab Ap
pio cęco,ex quo Appię nomē accepit,cui ꝓpe por,
tam Capenaꝫ via tecta ab oppido tecto denciata
iungebatur quę in flaminiam quoq; ducebat.Vn,
de illud ē Martialis,Lingonus a tecta Flaminiaq;
recens.Liuius in prima Decade,Ædem Martis Gal
lico bello votam dedicatā eē ait a T.Quinto duu
viro ſacris faciundis. Tempeſtas,hęc Dea calēdis
Iunijs colebatur,ꝙ peperciſſet claſſi Romanorum,
quę pene in eo fuit,vt apud Corſicam mergeretur.
Vn̄ Romę tēplū meruit,qđ alij ī prio bello Punico
ei Deę cōſtitutū putāt. Alij ſecūdo,poſteaq̄ ſeua tē
peſtas Claudij ꝯſulis claſſes ī vaſtiſſimis locis ador,
ta diſiecit,quē igt Li.a Corſica ī Sardiniā traieciſſe.

ANT. FAN. Mālius Capitolinus

Feſtum Martis ad portam Capenā calen.Iun.

Mars tēpla multa Romę hūit

Appia via tecta

Templū Marti dicatū ꝑpe quo Galli Capitoliū ceperunt

Tempeſtatis feſtum calē.Iunij

FVerat

Hęc hoīuȝ monumēta patēt, ſi q̄rimus aſtra,
Tunc oritur magni prępes adunca Iouis.
Poſtera lux Hyadas taurinę cornua frontis
Euocat, & multa terra madeſcit aqua.
Mãe vbi bis fuerit, Phoebusq; iterauerit ortus
Factaq; erit poſito rore bis vda ſeges.
Hac ſacrata die Thuſco Bellona duello
Dicitur, & Latio proſpera ſemper adeſt.
Appius eſt auctor, Pyrrho qui pace negata
Multum animo vidit, lumine cęcus erat.

FVErat ante domus Mãlij, in eo loco erat ędes PAV. MAR. M. Manlij Capitolini. Qui repulit arma a Ione capitolino, repulit Gallos cum iam eſſent occupaturi arcem. O Dij magni q̄ bene cecidiſſet in illa pugna, q̄ glorioſe mortuus eſſet cum cum Gallos repulit cum illis pugnans. O Iuppiter alte defenſor ſolij tui, qui defendit arcem et templum tuū, quãta tum occubiſſet. Vixit, Manlius, vt occideret, vt interimeretur. Damnatus crimine regni, commendatus q̄ regnum affectaſſet. Longa ſenecta, q̄ iam erat ſenex. Dabat illi hunc titulū, hanc notam affectati regni. Lux eadem, calendis etiam Iunijs feſtum eſt Martis, ſacrificaturq; in eius templo ante portam Capenam. Sylla enim in ędilitate ſua templum hoc Martis cōſecrauit extra muros ſupra centum columnas, dictumq; Martis extra muram. Eadem lux, eadeȝ dies calendarum. Eſt feſta Marti, qua die illi ſacrificia fiunt. Quem, Martem. Appoſitum vię tectę, q̄ ſupra columnas ędificatum, et inde ſub templo erat via. Alij legunt dextrę. Quem, Martem, hoc eſt quam ędem Martis. Proſpicit porta Capena, de qua diximus ſuperiore lib. Extra, nã extra portam eſt. Te quoq; Tempeſtas, Metellus qui primus conſors ſubegit, cum in Corſicam et in Sardiniã proficiſceretur, in mari tempeſtatem maximam paſſus eſt et pene ſumerſus, ſeruatus eſt periculo, ędem Deę Tempeſtatis erexit. O Tempeſtas nos fatemur te quoq; meritam delubra, te etiam meruiſſe templa in vrbe noſtra. Tunc cum claſſis, Romana. Eſt pene obruta, quaſi immerſa. Aquis Corſis, in mari prope Corſicam. Hęc monumenta hominum patent, manifeſta ſunt, quę ab hominibus facta ſunt. Monumentum q̄d fit cauſa memorię conſeruandę. Si quęrimus aſtra, q̄ quę fiunt ab homine ſcimus. Sed ſi cęleſtia ſcire volumus.

ANT. FAN. MAGni prępes adunca Iouis, Aquila. Hanc totam in ortuȝ ferri dicit noctis initio. De cuius roſtri ortu ſupra legimus, Grata Ioui fuluę roſtra videbis auis. Prępes autem vocatur vel q̄ ſit boni augurij (vt Seruio videtur) vel q̄ altius volet. Prępetes enim aues ſunt (vt Priſcianus docet, et ex Nigidij verbis. A. Gel. colligit) quę ſublimius volant, quibus contrarię ſunt aues inferę. Licet Feſtus prępetes dici putet quę ſe ante auſpicantes ferunt, q̄d maiores noſtri prępetere dicerent pro anteire. Columella calendis Iunijs et quarto nonas ſcribit Aquilam exoriri, ac ventoſam tempeſtatem interdum eſſe cum pluuia. Poſtera lux Hyadas taurinę cornua frontis Euocat, falluntur qui hoc loco tradi putant ortum heliacum Suculārum. Legimus. n. ſupra, Pars Hyadum toto de grege nulla latet. et Ora micant Tauri ſeptem radiantia flãmis. Tantum igit̄ admonemur quarto nonas Iunij non ſperandam ſerenitatem, ſed pluuias expectandas, non multo anteq̄ Sol in ortum ferat exorientibus Suculis. Quod idem ſenſit et Columella, vt modo diximus.

Prępes agla orit̄ cal. Iuni.

Aquila paulo ante ſolis ortum. iiij. nonas Iunias

Phoebusq; iterauerit ortus, pridie nonas Iunij excluditur enim dies, qui eſt iiij. nonas. Hac ſacrata die Thuſco Bellona duello dicit̄, ędes Bellonę quę hoc tempore dedicata eſt, nō fuit extra vrbē, vt quidam falſo exiſtimãt, ea videlicet vbi Scipioni reuerſo ex Hiſpãia pulſis Carthaginenſibus Senatus dat eſt, auctore Plu. ſed in vrbe ac nō longe a Circo maximo, vbi Colūnella fuit q̄ bellica dicebat, cui p̄ximam ędem fuiſſe Bellonę Feſtus docet his verbis, Bellona dicebat Dea bellorū, ante cuius tēplum erat Columnella, quę bellica vocabat, ſuper quam haſtam iaciebant, cum bellum indicebat. Huius ędis auctor Appius Cl. fuit, cū Heruſcos bello domuiſſet. Hic eſt, quem poſtea luminibus captum ferunt, cum a Potitijs ad ſeruos ſacra Herculis tranſtuliſſet, quiq; ē cęcus et ſenex diſſuaſit pacem cum Pyrrho faciēdam. Plu. ſcribit alium Appium Clau. qui primus clypeos i ſacro, vel publico dicari priuatis inſtituit, conſulq; fuit anno vrbis ducenteſimo. lix. altera in ęde Bellonę poſuiſſe maiores ſuos, cum placeret in excelſo ſpecta. loci, ac titulos honorū legi. Sane Bellona (teſte Var.) ab Duello Duellona quoq; dicebat̄, quam quidam Martis ſororem dicunt. Pyrrho qui pace negata, bellum cum rege Pyrrho ſumptum eſt poſt annum vrbis ꝯditę. cccc. fere ac. lxx. vt Au. Gel. tradit. Hic (auctore Dona.) p̄itiſſimus ſtrategematon fuit, primusq;, quēadmodum ars et diſciplina p̄ calculos in tabula traderet̄, oñdit. Sed memorię p̄ditum eſt, teſte Plutar. egregium q̄dem in acq̄rendo imp̄io, in ꝯſeruando vero minime aptum fuiſſe. Idem Tarentinis aduerſus Romanos auxiliū tulit, quos cū maximis cladibus affeciſſet, d̄ſerere Italiam coactus eſt, reuerſusq; in Gręciã cū, Argos oppugnaret ictu tegulę periit. Proſpicit a ter. p̄ſpicit Circū a tergo, non aūt eſt a tergo ędis Bellonę, cum ſcribat Feſtus, vt diximus, eam Colūnellaȝ añ templum fuiſſe Bellonę. Non paruę notę maximę notę, q̄ bella indicat cum haſta inde mittit̄.

Bellonę feſtū pridie nōas Iunias

Bellōę tēplū vbi

Bellona dr̄ a duel

Bellū cuȝ Pyrrho ſumptuȝ

Pyrrhus rex

Haſta, ſignū belli. Vnde populum Ro. ferunt miſiſſe ad Carthaginenſes haſtã et Caduceū, hunc pacis, illam belli ſignū, vt vtrū vellent, eligerent. Hinc eſt q̄ p̄r patratus cum decretū erat, vt bellum indiceret, p̄fectus ad hoſtiū fines, et p̄fatus q̄dã ſolēnia haſtam mittebat in hoſtiū terram, item Romani fortes viros ſępe haſta donarūt, auctore Feſto.

Proſpicit a tergo ſummum breuis area Circũ,
Eſt vbi non paruę parua columna notę,
Hic ſolet haſta manu belli prȩnuntia mitti,
In regem et gentes cum placet arma capi.
Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta ẽ,
Quod Deus Euboico carmine munus hẽt.
Muneris eſt tempus, qui nonas Lucifer ante ẽ,
Sit titulos quęris, Sylla probauit opus.
Quȩrebam nonas Sancto, Fidio ne referrem,
An tibi Semipater, tunc mihi Sanctus ait.

PAV. MAR.

Cal. Iunij orit Aquila prȩpes

TVNC, eodem die calendarum. Oritur prępes adunca magni Iouis, oritur Aquila. At in fine ſuperioris libri diximus oriri. ſic accipias tunc incipere oriri, ſed nunc totam apparere. Prępes, ꝑpetes aues, quę volatu exhibent augurim, oſcines quę ore canunt. Adunca, ab aduncis vnguibus. Poſtera lux. iiij. nonas Iunias Hyades (de q̃bus ſępe diximus) omnes apparẽt, et in eo ortu pluuias iduount. Verꝰ id ideo inquit, q̃a Taurus oritur, in cuius frõte diximus Hyadas eſſe figuratas. Lux poſtera dies ſequẽs. Euocat, ab ipſo oriente. Hyadas, per appoſitionem. Cornua taurinę frõtis, quoniam Taurus ab ortu ſurgit. Et terra madeſcit, ſit humida. Multa aqua ob pluuiam, quam Hyades inferunt. Mane vbi bis fuerit, pridie nonas Iuni. hoc ẽ iij. die menſis feſtum eſt Bellonę, quo die dedicatum eſt ei templum bello Hetruſco in Circo maximo, auctore Claudio, eo qui cum cęcus eſſet, et multis a publicis conſilijs vacauiſſet, dum de pace cũ Pyrrho cõponenda ageretur in ſenatu, et an Pyrrhus in vrbem reciperetur, ſenatum adijt Appius Claudius, et ſentẽtia ſua tenuit, vt id Pyrrho negaretur.

Bellona dicit eſſe Martis ſoror De ſacris Deę Bellone digna

Bellona autem Dea ſoror eſſe Martis dicitur. Aliq Aurigam eſſe dicunt. Huic ſacerdotes ſuo ſanguie ſacrificabant hauſto e venis brachiorum. Vnde Luca. Tunc quos ſectis Bellona lacertis Sęua mouet, cecinere Deos. Ante eius templum (vt etiam Pompeius meminit) columella erat, quę bellica vocabat, ſuper quã haſtã iaciebant, cum bellum indicebat, et alij nõ ſuꝑ eam, ſed ab ea iaci haſtam aſſerunt. Vbi, poſtq̃. Fuerit bis ma. bis illuxerit. Et Phoebus intrauerit ortus, erit in oriente Sol. Et ſeges bis erit facta vda rore poſito, vbi fruges et herbę cęleſti rore bis erunt madefactę. Poſito, depoſito in ipſis herbis rore. Hac die dicitur ſacrata Bellona Thuſco duello, hoc eſt ędes Bellonę bello Hetruſco cõſecrata fuit. Et ſemper adeſt proſpera Latio, ſemꝑ enim Romanis fauet. Appius, Claudius, qui bello Sãnites, Sabinos, et Thuſcos domuit, viam vſq; Brũduſium lapidibus ſtrauit. Vnde illa via Appia dr̃, aquam Anienis in vrbem induxit. Eſt auctor, illius templi. Qui multum vidit animo negata pace Pyrrho, quaſi fuit ille magni conſilij, et multa quidem animo ꝓſpiciebat, ꝗcum eſſet auctor negandę pacis Pyrrho regi Epyrotarum, qui auxilio Tarentinis veniens in Italiam Romanis bellum intulit, cum prius Leuinum conſulem in ꝓlio turbaſſet, a Fabritio poſtea ſuperatus Tarentum refugit.

Appius captus oculis tpe Pyr

Lumine erat, cęcus, nam captus oculis erat Appius. Area breuis, parua. Proſpicit ſummũ Circum, ſummam Circi partẽ. A tergo, a latere. erat enim area iuncta Circo, ab altiore et extrema eius parte. Ibi, in ipſa area. Eſt parua colũna, colũnella. Non paruę notę, ſed magnę, cũ ſit magnorum bellorum ſignum. Hinc, ex hac columnella.

rhi regi Epyrotarum

Solet mitti haſta prȩnuntia belli, torquetur hinc haſta in belli gerendi ſignum. Cum placet capi arma, quaſi inferre bellum. In regem et gentes, ſiue in aliquem regẽ pugandũ ſit, ſiue in gentes, et nationes.

ANTO. FAN.

Herculis ędes ad Circum pridie nonas Iunias

Decimas Herculi offerrebãt plenque Romani

CVSTOde ſub Her. multę fuerunt ędes Herculis Romę, quarum ea cuius meminit auctor hoc loco condita eſt ad circũ maximum a L. Sylla monitu carminis Sibyllini, et pridie nonas Iunij dedicata. Huic Deo legimus eũdem Syllam decimas obtuliſſe, vt Plutarchus teſtatur, quas pleriq; locupletes Herculi offerre conſueuerunt, vt idẽ in Quęſtionibus tradit, vel ꝙ ille in palatio boum quas Geryoni abſtulerat, decimam immolauit, vel ꝙ Romanos ab Hetruſcis decimari ſolitos liberauit vel ꝙ diuitias minuentes eo pacto maxime coli Herculem exiſtimabant, qui paucis contentus cõtinenter putabatur, tenui terq; vixiſſe. Hinc ẽ illud Plau. Vt decimam partem Herculi polluceam. Euboico carmine, monitu carminis Sibyllini. Cumas enim vrbem Campanię, ad quas Sibylla Erythrea ſecundum Ariſto. venit, quam Itali Cumanam dixere, Euboici condiderunt. Vnde ait Virg. in. vi. Æne. Et tandem Euboicis Cumarum allabimur oris. Muneris, conſecrationis eius templi. Sylla probauit opus, idem opipara populo dedit conuiuia. ad quę veniẽtes dicebantur, et pollucti Herculis conuenire. Quęrebam nonas Sancto, Fidio ne referrẽ,

Sancti Fidij ſiu ſemipris feſtum nonis Iunijs

Sanctus Fidius Semi pater nonis Iunijs colebatur Sabinorum Deus, re quidẽ vnus, ſed diuerſis nominibus apdellatus, quem ferunt a Sabinis in Quirinalem collem, fuiſſe tranſlatum, vbi eius ędes fuit, ad quam Varro ſcribit collem fuiſſe murialem. Per hũc Deum iuſiurandũ quod fieret, magnam vim habere putabatur. Pla. in Aſinaria, Per Deum Fidium quęris? iurato mihi video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges. Sunt qui eẽ hũc Herculem Iouis filium arbitrantur. Vnde medius fidius dicebant iurantes per Iouem, filiumq; Iouis Herculem, teſte Seruio, q̃uis quidam aliter quoq; id aduerbium interpretentur, auctore Feſto. Maiores noſtri ſępe (vt Feſtus idem docet) pro. l. litera putabantur. itaq; idem Deus pro filio Fidius dicebat. vocabatur autem Sanctus, ꝙ eum minime corrũpi oporteret.

Sanctus

Nouimus enim ſanctum ſignificare aliquando incorruptum, vnde ſanctę leges dictę, vt Macrobio placet, ꝙ corrumpi non debeant.

Semipr Hercules dictus

Vt autem Semipater vocaretur hęc ratio afferri poteſt ꝙ Hercules vnus Deorum, quos Apuleius Medioximos vocat, ſtuduit hominum commodis ac tu

tele, con

Cuicũq; ex iſtis dederis, ego munus habebo,
Nomina terna fero,ſic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt ęde Sabini,
Inq; Quirinali conſtituere iugo.
Eſt mihi,ſitq; p̄cor noſtris diuturnior annis
Filia,qua felix ſoſpite ſemper ero.
Hanc ego cum vellē genero dare, tēpora tędis
Apta requirebam,quęq; cauenda forent.
Tunc mihi poſt ſacras monſtrat Iunius idus
Vtilis ē nuptis, vtilis eſſe viris.

medioxi tele,conſueuitq; (vt dictum eſt)etiam non roga- tus laborantibus ſubuenire. Vel (quod magis pla- cet(q2 Hercules Sol eſt(vt quidam volunt,teſte Ma cro.)a quo et homine conſtat gigni hominem,vt Ariſtoteles ſcribit. Cuicunq; ex illis dederis ego munus habebo, ſenſus eſt, cuicunq; e tribus no- nas dederis, ac rem diuinam feceris, ego munus accipiā. Sic voluere Cures, alij le- gunt, ſic voluere pa- tres. Eſt autem Cures oppidum Sabinorū. Quirinali iugo,in hunc montem com migrarunt Sabini a Curibus venienes, vñ Quirinalis dictus pu tatur. Lege Feſtum.

mus

Quirina lis collis

Perilla filia Oui.

Iunius an idus non eſt aptus nuptijs id. idus mē. ſium Io ui dicatę

Filia., Perilla huic nomen fuit. De qua ipſe alibi,Filia me mea bis prima foecunda iuuē- ta,Sed non ex vno coniuge fecit auum. Docet au tem Iunium non aptum eſſe nuptijs,niſi cuȝ Ve- ſtę purgamina poſt Idus in Tyberim miſſa fue- rint,de quibus auctor dicturus eſt,Hęc eſt illa di es,qua tu purgamina Veſtę Tybri per Hetruſcas i mare mittis aquas.Id tempus his verbis notabat in Faſtis,auctore Feſto, Quando ſtercus delatum fas. Qua felix ſoſpi.ſemper ero contra nonnulli ſentiunt dicentes non habentem liberos in infor tunio eſſe felicem.

PAV. MAR.

ALTEra pars Circi erat templum Bellonę,ex al- tera templum Herculis,quod conſecratum eſt a ſe natu monitu Sibyllinorum carminum ſub dicta tore Sylla, qui dedicandum probauit, celebraba- turq; eius conſecrationis feſtum pridie nonas Iu- nias. Altera pars Circi, quę eſt oppoſita templo Bellonę. Eſt tuta ſub Hercule cuſtode,quaſi ē ſub tutela et cuſtodia Herculis,qui illic habet templuȝ.

Tēplum Bellonę ī circo cō ſtitutum fuit

Quod munus, quam ędem. Deus, Hercules.

Habet Euboico carmine, ex inſpectione carminis Sibyllini Euboico Cumęo, alias diximus. Tem- pus muneris,conſecrationis templi. Eſt qui Lu- cifer ē ante nonas,eo die qui pręcedit nonas, ideſt pridie nonas Iunias. Si quęras titulos ipſius tē- pli, quo titulo ſignetur. Sylla probauit opus, a ſenatu enim conditū,probatumq; a Sylla dicta- tore,qui vt Plutar.iquit,Ex vniuerſis fortunis Her culi decimam ſacrificans,opipara populo fecit cō uiuia. Quęrebam no. nonis Iunijs colit Trino- mius Deus,Sanctus,Fidius,Semipater putabat poe ta ob tria nomina tres Deos eſſe,ſoluit dubiū San- ctus,et vnum eundem eſſe annuit. Sanctus,ve- tus Sabinorum Deus eſt. Var.auteȝ ſic inquit,Æli- us Dium Fidium dicebat .Diouis filium, vt gręci Dioſcoron Caſtorem,et putabant hunc eſſe San ctum a Sabina lingua,et Herculem a Gręca. Quę rebam an referrem nonas Sanctone,an Fidio,an referrem tibi Semipater, inquirebam ego,cui ex his tribus referendus eſſet nonarum dies, cū tria eſſe numina putabant. Tunc Sanctus ait mihi cuicunq; ex iſtis dederis,cuicunq; referes ipſum diē. Ego ha.mu.quaſi mihi aſſignabis ē mihi ſacrifi cabis. Ego fe.terna noia, ſum Trinomius. Sic voluere Cures,Sabini a Curibus,quę erat vrbs opu lentiſſima,vt alias diximus. Veteres igitur Sa. do.hac ede,conſecra- uere mihi Trinomio templum antiqui Sa bini ab initio,cū aſci ti ſunt in communē ciuitatem. Et cō.in iu.h eſt in mōte Qui rinali Quirinalis col lis(vt Pom.inquit)di ctus eſt,q2 in eum cō migrarunt Sabini a Curibus venientes,q̄ uis alij a tēplo Qui- rini dictum putent. Et Var. Collis Quiri- nalis,Quirini fanum eſt,qui a Quiritibus, qui cū Tatio Curibus venerunt Romā,q̄ ibi habuerunt caſtra,quod vocabulum coniunctorum nomina obliterauit Dictos enim colles plures apparet ex Argeorum ſacrificijs ēc. Eſt mihi ſitq; precor,filiā habuit Oui.Perillam nomine, cuius in Triſtibus meminit,eſt etiam in illis libris epiſtola ad eam. Hanc cum viro traditurus eſſet poſt nonas Iuni as,et de congruo tempore ſacerdotem conſuluiſ- ſet,accepit eo tempore malum eſſe nubere, abſti- nendumq; a contrahendo coniugio vſq; ad idus Iunias,nam poſt abſoluta ſacra Veſtę, purgatio- nes,et quę his diebus ſint nuptię erunt feliciores.

Fidij et Sancti ſe ſtum

Quirina lus collis

Perilla Ouidij fi- lia fuit

Eſt mi.filia,et p̄cor ſit diu.no. an habeo ego fi- liam,et p̄cor ſit ſuperſtes vitę meę, et longiore tē- pore viuat. Qua ſoſ.ſemper ero.ſe. quę filia duȝ mihi ſalua et incolumis eſt, ſemper me ego felicē exiſtimabo. Cum ego vellem da.ge.cum tradere eam vellem viro,qui eſſet mihi gener. Rεgrebaȝ quę tempora eſſent apta tędis , congrua facibus matrimonialibus, hoc eſt ipſis nuptijs. Et quę fo.ca.quę eſſent minus congrua, et ſic euitanda.

ANT. FAN

SACras idus,q2 oīum menſiuȝ idus Ioui dicatę ſunt(vt diximus)q̄uis idibus Iunijs Ioui inuicto datum,ſiue dicatum tēplū eſt. Prima pars hu. Iunij menſis.xiij.dies. Coniux Dialis, Flaminica vxor Flaminis Dialis.Hęc cum iret ad Argeos,nec comebat caput, nec pectebat capillum, ſiťr et hoc menſe ante ſtercus delatū.Eidē et ealē.Iunijs añ id tp̄s nec licebat ſecare vngues, nec viȝ tangere,hoc eſt Flaminē Dialē, cuius vnguium et capilli teg- mina ſubter arborē Silicā terra opiebant,eiuſdem capillum non tondebat,niſi q liber hō eſſet, vt. A. Gel.ſcri. Buxo deton. pectine buxeo, pecten.n.ide non ſit niſi tondeat buxus.i.ferro ſecetur. Perpe tua le.q2 matrimoniū Flaminis Dialis,niſi morte dirumpi ius non erat,qui ſi vxorē amiſiſſet, Fla- minio decedebat. Ignea hu.ędes Veſtę vbi ardet p petuus ignis. Pura veſte, quę non hēt maculaȝ, non eſt obſita, non fulgurata, non funeſta,talia

Flaminę inſtitu ta

Buxū p pectine

Veſtis pu ra

Primaq; pars huius thalamis aliena repta ē,
Nam mihi ſic coniux ſancta Dialis ait.
Donec ab Iliaca placidus purgamine Veſta
Detulerit flauis in mare Tybris aquis,
Non mihi detonſo crinem depectere buxo,
Non vngues ferro ſubſecuiſſe licet.
Non tetigiſſe viꝝ, quāuis Iouis ille ſacerdos,
Quamuis perpetua ſit mihi lege datus.
Tu quoq; ne propera, melius tua filia nubet,
Ignea cum pura veſte nitebit humus.
Tertia poſt nonas remouere Lycaona Phębe
Fertur, & a tergo non habet vrſa metum,
Tunc ego me memini ludos ī gramine cāpi
Aſpicere, ⁊ dici lubrice Tybri tuos.
Feſta dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quiq; tegunt paruis ęra recurua cibis.
Mēs quoq; numē hēt, Mēti delubra videmus
Vota metu belli perfide poene tui.

eaꝝ erāt pura veſtimēta, vt diximus, q̄ ſacerdotes ad ſacrificiū adhibebant. Serui. Impolluta inqt et pura veſtis dr̄, qua feſtis diebus vti ꝯſueuerant ſacra celebraturi, Alij legunt, ignea cū pura veſte nitebat humo, qḋ ſi ē purā humū accipe delato ſtercore, et purgaminibus ide ſublatis, qḋ magis placet. Feſt. Quando ſtercus delatū fas eodeꝫ mō ī Faſtis notat dies, quo ſtercus purgatur ab ede Veſte. Tertia poſt no. re. Lyca. Phoebe fer. vij. idus Iunij Arctophylax occidit, ſed non totus. Vñ auctor perite hoc loco non occidere inqt Bootē, ſed vt occidat dici. Is. n. (vt dcm̄ ē) ī occaſu q̄tuor ſignorum zodiaci tp̄s abſumit, Tauri, Geminorum, cancri, ac Leonis. Vñ a poetis piger dr̄, vt Tardus in occaſu ſeq̄tur ſua plauſtra Bootes. Accedit ad h̄, ꝙ eius manus, quā ſiniſtram dicunt, re vera nunq̄ occidit, cuꝫ ab arctico circulo includat̄. Arctophylacē hic Oui. Lycaonem vocat, ponēs more poetaꝝ primitiuum ꝓ deriuatiuo. Vnde Lycaonidē accipe ꝓ Lycaona, fuit. n. Arcas Lycaonis nepos, nam Caliſto Lycaonis filia eſt Arcadis mr̄. Sunt qui genuinum eſſe Lycaonē velint. Lege Higiniū. Cęteꝝ is occidere hoc tp̄e vllo mō nō pōt. Vnde Arctophylax neceſſario accipiendus eſt, qḋ ſequentia oñdunt. Nam cū auctor ſubijciat, A tergo non hꝫ vrſa metum, hoc dicit, q̄uis Arctophylax. i. vrsę cuſtos occiderit, non tñ vrſa ſibi timet, cuſtode ſublato. Ludos in gra. cam. Aſpi. Piſcatorij ludi (vt auctor eſt Feſt.) dicebant̄ qui fiebant ꝓ q̄ſtu piſcantium. Hi celebrant̄ hoc tp̄e in cāpo Martio ad fluminis ripas, vt fauente Tyberino fieret abundans piſcatio. Dici tu. Tyberinos, ꝙ ad Tyberim fierent. Qui lina ma. du. periphraſis piſcatoꝝ. Mens quoq; nu. hꝫ, huic Deę templum votū eſt in. ij.° bello punico ab Attilio p̄tore. C. Flami. ꝯſule inſidijs ab Hannibale circūuento, cęſoq; ad lacum Tranſimenuꝫ. Quo tp̄e Fabius maximus dictator ędem vouit Veneri Erycine. Vnde poſtea idem Fabius, et Attilius Craſſus duumuiri creati ſunt ędibus dedicādis, quoꝝ ille Veneri, hic Menti templum dedicauit. Ea Li. tertię Decadis lib. iij. in capitolio fuiſſe teſtatur, canali vno decreta, quę vota fuerunt iuſſis decemuiris adire libros Sibyllinos, qui retulerunt patribus et ędes Veneri Erycinę, ac Menti vouendas eſſe, et ludos magnos Ioui faciēdos, et ſupplicationem, lectiſterniumq; habendum, ac ver ſacrum vouendum, ſi res in eodem quo ante bellum fuiſſet ſtatu permanſiſſet.

Arcto phylax occidit viij. idus Iunij piger Bootes

Lycaon ꝓ filio h̄ eſt ꝑmitiuum ꝓ deriuatiuo

Piſcatorij ludi ī cāpo Martio

Mentis tēplū votum. vij. idus Iu.

TVNC mon. cuꝫ rōne oñdit̄. Iunius poſt ſa. idus et eē vti. nu. poſtq̄ trāſierint idus vtile eē tp̄s vtriſq; et puellis, et iuuenibus ad ꝯiugium. Sacras idus dixit, nā et oēs idus Ioui ſacrę ſunt, et idibus Iunijs eſt feſtum Iouis inuicti, ēt et feſta Mineruę. Primaq; ps hu. menſis Iunij. Eſt re. alie. tha. non ꝯueniēs nuptijs. Nam mihi ſic ait ſan. co. Dia. ſic dixit vxor Flaminis Dialis. Non licet mihi depectere crinem, q̄ſi non poſſum ego ſine piaculo pectere comas. Buxo depectere pectine buxeo, aliqui legunt crinem detonſum, aliq buxo detonſo, et ita dictum volunt ſimilitudie palmę remorum, nā vt Pōpe. iqt, Tonſa remus, ꝙ q̄ſi tondet̄ ferro. Ennius, Pone petūt exin referunt ad pectora tonſas, et Vir. Luctantur marmore tōsę. Nō poſſum vngues reſecare. Non te. vi. nec licet tangere ꝯiugē. Quāuis ſit ille Io. ſa. licet ſit Flamen Dialis. Quāuis ſit datus mi. le. ꝑpe. vt diuortium facere nō poſſumus, imo ea lex erat, vt non mō fieri poſſet diuortiū, ſed extincta vxore Flamē Dialis abdicaret ſe ſacerdotio. Illa igit̄ inqt hęc fieri non pñt. Dōec pla. Ty. De. pur. ī mare ab Ilia. Veſta, vſq;quo purgatū erit tēplū Veſtę Iliacę, et oia q̄ ſunt in eo mūda, et nitida reddita, et ſordse, et ipſa purgamina iacta ī Tybrim ferenda ęquor. Aqs fla. turbidis, nā illa turbulentia aquaꝝ imitat̄ colorē flauū. Vir. Vorticibus rapidis, et multa flauus harena, et Hora. Vidimus flauū Tyberiꝫ retortis Littore Hetruſco violenter vndis. Veꝝ tēplum Veſtę purgat̄. vi. idus Iuni. Tu quoq; ne ꝓ. noli accelerare nuptias. Tua fi. me. nu. feliciori omine tradet̄ viro. Cuꝫ ignea hu. terrę globus, aut effigies terrę, q̄ in templo ſuſtinet ignem Veſtalē. Nitebit pu. ve. cum erit iā purgata et nitida. Tertia poſt nonas. vij. idus Iuni. occidere vr̄ maior vrſa, de qua diximus in. ij. lib. Tertia Phoe. tertia Luna, hoc ē tertia nox. Poſt no. fert̄ re. Ly. Caliſto Lycaonis filiā hoc. eſt ipſaꝫ vrſam, q̄ tunc occidit. Et vrſa non hꝫ me. a ter. reſpexit ad fabulam, cū Arcas filius adultus mr̄eꝫ in vrſam mutatā inſeq̄ret̄. Nunc cū occidat nō timet inſeq̄ntē filiū. Tūc ego me me. eodē die fiebāt ludi ī cāpo Mar. q̄ Tybrales dicti ſunt, nā ad honorē Tybridis, et feſtū a piſcatoribus celebrat̄.

PAV. MAR.

Idibus Iuni. eſt feſtuꝫ Ioui inuicto dicatum

Sancta Dialis vxor Flaminis

Purgamina ſacroruꝫ ī Tyberim iacienda

Tunc

Tunc.vii.id. Memini me aſpicere ludos in gra. campi, in gramineo campo Mar. Et o Tybri lu. qui facillime laberis. Memini.di.tu.lu.ꝙ ad honorem tuum fierent. Et eſt ſe.di.il.q di.li.ma.per periphraſim piſcatores oſtendit, eſt feſta dies piſcatoribus, qui tradunt linea retia aquis madefacta. Et qui tegunt ęra recurua, hamos curuatos. Paruis cibis, quibus piſces decipiunt. Mens quoq; numē, eadem die feſtuꝫ eſt Mentis, cui conſecrata ſunt templa a ſenatu. Romani enim tot cladibus ab Hannibale acceptis ad trebiam, ad Tranſimenum, ad Cannas, extincto Paulo Æmilio conſule, vouerunt Menti templum, ſi Dij bonam mentem darent, qua habita et Hannibale victo templuꝫ cōdiderunt. Lactan. vbi meminit conſecrationis, virtutis, atq; honoris, ſubdit eadem vanitate, Mentem quoq; inter Deos collocauit ſenatus, quam ꝓfecto ſi habuiſſet, eiuſmodi ſacra nunq̄ ſuſcepiſſet. Mēs quoq; habet numen, quia conſecrata, et inter Deos collocata. Videmus delubra vota Menti, templa quę vota ſunt, ſunt illi dedicata. Metu belli tui Poene perfide, o Hannibal qui nunq̄ ſeruabas foedera, cū tua bella timerēt Rōani vouerūt ędē Mēti.

Tybrales ludi in honores Tybridis dr feſtuꝫ piſcatoꝝ

Poſt bellū cānēſe Mentis Deę templū ē cōſtitutum

Poene rebellabas, ⁊ leto conſulis omnes
Attoniti Mauras pertimuere manus.
Spē metus abſtulerat, cū Menti vota ſenatus
Suſcipit, et melior protinus illa venit.
Aſpicit inſtantes medijs ſex lucibus idus
Illa dies, qua ſunt vota ſoluta Deę.
Veſta faue, tibi nunc operata reſoluimus ora,

ANTO. FAN. POENE rebellabant, ſenſus eſt, Audito interitu Flaminij tantus timor inuaſerat omnes, vt pene rebellarent a Ro.imperio. Alij legunt Poene rebellabas pro Hannibale. Leto conſulis, non Pauli Æmilij, ſed Flaminij. Nōdum enim interemptus fuerat Paulus ad Cannas cum Menti ędes vota eſt. Lege Liuium. Melior protinus illa venit, quia diuinitus exorta eſt in Fabio Maximo mens atq; conſilium non pugnandi, vt frangeret Hannibalem mora, et cunctando vinceret. Eſt autem venit pręſentis non pręteriti temporis ne claudicet verſus. Medijs ſex lucibus.vi.idus Deę Menti ędes dicata ē, ac vota ſoluta. Veſta faue, ſacra Veſtę vſq; adeo vetuſta ſunt, vt ea non Pauci ſcriptores tradiderit Æneam ex Troia in Italiam attuliſſe. Vnde igneꝫ Veſtę legimus a poetis modo Troianum, modo Laomedonteum, modo Troicum appellatum. Silius, Et vos virginea lucētes ſemper in ara Laomedonteę Troiana altaria flāmę. Papinius, Pulchrius an tacita vigilet face Troicus ignis. Iuuenalis, Vbi quamquā diruta ſeruat Ignem Troianum, et Veſtam colit Alba minorem. Hanc Deam Mac. de numero penatum eſſe, aut certe comitem eorū refert, adeo vt conſules, pretores, dictatoreſq; cum magiſtratum adderent Lauinij penatibus pariter et Veſtę rem diuinam facerent. Itaq; Virg. cum ex perſona Hectoris dixiſſet, Sacra ſuoſq; tibi cōmendat Troia penates. mox adiecit, Manibus victas, Veſtamq; potentem Æternumq; adytis effert penetralibus ignem. Eam nōnulli Cererem eſſe dixerūt. Alij Deorum matrem, ſiue terrā, quę ꝙ varijs veſti

Fabius primus docuit Romanos non pugnando vincere

ignis Veſtę Feſtum Veſtę.vi. Idus Iunij

Veſta Dea quā Æneas tulit cuꝫ Dijs penatibus Troianorum

la ſit rebus, Veſtę nomen accepit, vt Seruius tradit, vel ꝙ in ſua ſtet ui, vt a ſtando Veſta vocatur. Alij Veſtam ignem eſſe volunt, q a Grecis eſtia dicitur vnde ipſa virgo putabatur. Nouimus.n. elementuꝫ ignis eſſe inuiolabile, nihilq; ex eo naſci. Quam ob cauſam virgines in eius templo ignem perpetuuꝫ obſeruabāt, quas Numa Veſtales nuncupauit, cui regi earuꝫ virginum ſacerdotiū ⁊ ignis perpetui cultus aſcribitur, auctorē Plutarcho. Licet quidā a Romulo ſacras virgies lectas, ⁊ ignis conſecrationem dixerint conſtitutam, quibus vt fidem nō adhibeamus Liui. facit, qui legiſſe inquit Numā virgines Veſtę ſacerdotium Alba oriundum, a quo rege inſtitutum eſt ignem perpetua vigilia cuſtodiri ne corrumperetur, tanq̄ omnium principium eſſet, quippe qui eſt motio quędam, vel cum motione totius generatio, cum alia calore vacantia et cadaueribus ſimilia ignis virtutem tanq̄ animaꝫ cupiant. Huius pura, incorruptaq; ſubſtantia ab inuiolatis, atq; integris (vt diximus) cuſtodibus ſeruabatur in templo, quod idem Numa rotundum cōdidit ad Tyberim nō longe a palatio, imitatus terrę figurā, vel totius mundi, cuius mediuꝫ ignis ſedes a Pythagoricis putabatur. Fuit autem ignis peruigil etiam in alijs templis, teſte Seruio, ętheriorum videlicet poteſtatū, vt in templo Iouis, qui eſt ęther. et Mineruę, q̄ ſupra ętherē ē, vñ de pr̄is capite dr̄ ꝓcreata. Seruauerūt ēt Greci nōnullis in locis ꝑpetuū ignē, quē ſerūt nō a virginibus, ſed a mulieribus ſolutis coniugio ſolitū cuſtodiri, vt Athenis, et apud Delphos, vbi ſi forte ignis qñq; defeciſſet, nouū et ꝑegrinū excitare Sole flāma elici oportebat, vt ſcri. Plut. in Numa. Itaq; ſunt (vt idē ait in Camillo) q huc regē ad imitationē Grecoꝝ in ęde rotunda, cuius mō meminimus, putēt ignē ꝑpetuuꝫ poſuiſſe, q ſi qñ extinctus eēt, virgines verberibus afficiebant a pōtifice, quibus mos erat (vt docet Feſtus) tabulā felicis materię tādiu verberare, quouſq; exceptū ignē virgo in ędē ferret. Veſta oībus ſacrificijs innocabat, auctore Seruio, ſicut et Ianus, qa nullū ſacrificiū ſine igne ē. Eidē olim nō niſi de Numico fluuio libabāt, in quo reptū ē cadauer Æneę, vtebātur q; in eius ſacris ſale ī pila tōſo, ⁊ in ollā fictileꝫ cōiecto, in furnoq; ꝓcocto. Faciebātq; interdū ſacri genus, qd (vt inqt Feſtus) caſta mola dicebatur. In eiuſdē Deę ſacris, quia piaculū erat ſi aq̄ hauſta ad ſacra in terra poneret, vtebant vaſe, qd a Seruio futis, a Donato futile appellat. Id erat acuto fundo, et ore patulo, inſtabiliq; ita, vt ſtare nō poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur, deponebaturq; non niſi a miniſtro ſacrorum, teſte Donato. Sciendum Veſtę ſacra in eorum numero haberi, quę a veteribus Municipalia dicebant, ſic enim vocari ſolita ſunt, auctore Feſto, ſacra q̄ añ vrbē cōditā colebāt.

Ignis peruigil in multis templis

Quare Pallas dicit de capite Iouis creata

Futis vel Futile, vas

Municipalia ſacra

Idem etiam ſcribit ſex Veſtę ſacerdotes olim cōſtitu
tos eſſe,vt populus ꝓ ſua quiſq; parte miniſtrā ſa,
cro℞ hrēt,quia Ciuitas Romana erat in ſex partes
diſtributa,i.primos,ſecūdosq;,Titieſes,Rānes,Leu
ceres.Diony.vult Romulū in.xxx.curijs Veſtā collo
caſſe,vbi res diuinā faciebāt. Quod verū ne ſit alij
viderint.Idem ſcribit
poſtea ꝓprias curia℞
Veſtas neq̄q̄ motas,
ſed cōem oīum inter
palatium et capitoliū
coſtitutā. Operata re
ſoluimus ora,q̄ ſacra
ticinerunt. Eſt enim
operari ſacra perfice,
re,et conſtat maio,
res nr̄os operationes
ſacrificia dixiſſe.

Ad tua ſi nobis ſacra venire licet.
In prece totus eram,cęleſtia numina ſenſi,
Lętaq; purpurea luce refulſit humus.
Non equidem vidi(valeant mendacia vatu3)
Te Dea,nec fueras aſpicienda viro,
Sed quę neſcieram,quorumq; errore tenebar,
Cognita ſunt nullo prçcipiente mihi.
Dena quater memorāt hūiſſe Palilia Romá,
Cum flammę cuſtos ęde recepta Dea eſt.
Regis opus placidi,quo non metuentius vllū,
Numinis ingenium terra Sabina tulit.

rumq; Piſcarium,et atrium regiū , ędes Veſtę vix
defenſa eſt.Non p̄tereundū hoc loco quod A. Gel.
ſcribit lib.xiij.noctiū Attica℞,Ædem Veſtę templu3
nō fuiſſe,cuius rei cām Seruius tradit docens ea3
ędē ideo non fuiſſe Auguſtam.i.augurio cōſecra,
tam,vt Senatus eo nō cōueniret vbi virgines erāt,
cui licebat ad atriu3
conuenire,quod erat
Auguſtu3. Nouimus
enim ſenatus conſul
ta non niſi in loco
per augures conſtitu
to iuſta fieri potuiſſe.
Quam ob cām in cu
ria Hoſtilia , Pompe,
ia,et Iulia,cum ea lo
ca profana fuiſſent,
templa dicuntur ab
auguribus conſtitu,
ta. Sciēdum per qua,
ter dēa Palilia ſigni,
ficari annum vrbis

Curia hoſtilia, Pōpeia et Iulia

PAV. MAR.

POENE rebellabas,
et eras tu rebellis , et
ad rebellādū cogebas
alios populos. Et oēs
Romani. Attoniti,exterriti. Leto cū.morte Pauli
Æmilij ad Cānas. Pertimuere ma.Maū.ſpēm pro
genere poſuit,hoc eſt vires Afro℞.De Mauris dixi,
mus ſuperius,Libyę populi ad fretum colūna℞.
Spem me.abſtu.nihil enim ſpei relictum erat, oīa
metus occuparat. Cum ſenatus ſuſci.uo.Mēti,nū,
cupauit ipſe ſenatus vota,et alio℞ quoq; vota ſuſce
pit. Et illa,Mēs. Melior ꝓtinus venit,ꝓſolutis vo
tis ſtatim iniere meliora cōſilia,et ꝓfecere bello Sci
pionem adhuc adoleſcentē,q ſemper feliciſſime pu
gnauit. Illa dies,qua ſunt ſoluta vota Deę,conſe
cratum templū,et pacta ſacra Menti. Aſpicit idus
inſtantes,inſtantē diem iduū. Sex lucibus,diebus.
Medijs,ſic indicat ſeptimū diem iduū. Veſta fa,
ue tibi nunc.vi.idus eſt feſtum Veſtę,de qua mul,
ta dicenda ſunt.Sed primum hoc inquit poeta,ſe,
cum in prece eſſet,ſenſiſſe numinis aduētum,non
tamen vidiſſe Veſtā.Sed,de quibus erat ambiguus
oīa ſibi patuiſſe,nemine docente. Faue o Veſta,
mihi tua myſteria relaturo. Nos reſoluimus tibi
ora opata,offōſa,nos de te ager ex offō icipiemus.

Veſtę ſimulachrum cerni nō pōt qa ē ignis

ANT. FAN.

AD tua ſi nobis ſacra venire licet,quia ſacra Ve
ſtę virginum ſunt. Purpurea luce,nimbo diuino
ob numinis pręſentiam.Purpurea dicit , qa Veſta
ignis eſt. Valeant mēda.ua.ſic dictū vt illud Terē
tij,Valeant qui inter nos diſſidium q̄runt. Dena
quater etc.anno vrbis quadrageſimo ędē Veſtę ro
tundam a Numa Pōpi.Romę cōditā ferunt,qua3
Seruius docet fuiſſe Numę regia3, quod nō placet.
Atriū enim Veſtę fuit Numę regia , quod conſtat
qdem fuiſſe iuxta ędem Veſtę,ſed remotu3 ab ęde,
vt idem Seruius tradit.Vnde ait Plut.Numa regiā
iuxta templum Veſtę cōdidit,vbi maiorem tempo
ris partē morabat,aut ſacris vacans,aut ſacerdo,
tes docens.Et Solinus,Numa inqt,habitauit ī col,
le primum Quirinali,deinde pp ędē Veſtę ī regia
Tacitus,Numę regia,et delubꝛ℞ Veſtę cum penati,
bus ppl̄i Ro.exuſta.Huic Liui.tertię Decadis libr.vi.
id atrium regium vocat,vt cōprehenſę latumię,fo

Veſtę ędes rotunda

Atrium Veſtę Numę regia iuxta ęde3 Veſtę

quadrageſimum,quam Palilibus conditam ferūt.
Metuentius numinis,metuens numen cum dici
mus participio vtimur,cum numinis metuēs no,
mine. Hic locus exiguus qui ſuſtinet atria Veſtę,
Oui.alibi,Hic locus eſt Veſtę qui Pallada ſeruat et
ignem,Hic fuit antiquus regia parua Numę. Horū
verſuū ſenſum nōnulli male accipiētes,exiſtimarūt
ſignificari tm̄ ędem Veſtę cū poſteriore verſu atri
um demōſtretur. Forma tamen templi quę nūc
manet,ędes Veſtę ideo rotunda facta eſt ad pilę ſi
militudinem,ꝙ eam Deam crederent terram eſſe,
vt auctor eſt Feſtus,qua3 Primus Parmenides glo,
boſam dicit,ac rotundam,et in medio ſitam,qui
floruit olympiade lxix.Anaximāder vero Cylindri
forma terram eſſe tradidit,vt Euſebius refert.

Cur ędes Veſtę rotunda

PAV. MAR.

SI licet nobis venire ad tua ſacra,cum nō liceat
niſi virginibus,ideo inquit,Si licet nobis. Eram
ego totus in prece,contemplabar ego , et precabar
numina. Senſi,quaſi adeſſe cognoui. Numina
cęleſtia,ipſam Deam. Et humus lętā,ob pręſentiā
numinis. Refulſit luce purpurea,ſplendore ignis.
Non equidē vidi te o Dea,ego certe nō te inſpexi.
Valeant mendacia vatum,quaſi non eſſe men,
dax,vt multi poetę ſolent.Ego ingenue fateor non
vidiſſe te. Sed ſunt cognita mihi nullo pręcipiēte
cognoui ego,cum nemo eſſet qui daret pręcepta,
aut qui me doceret. Quę neſcieram,quę mihi erāt
occulta. Et illa quorum errore trahebar,in qbus
errabam,et de quibus eram dubius. Dena quater
memorant , quadrageſimo vrbis anno a Numa
Pompilio templum Veſtę Romę conditum eſt, vt
poeta inquit.Multi tamen putant a Romulo pri
us erectum.De quo pluribus agit Dionyſi. et illud
poſtea aſſeritur,Commune templum Veſtę nō cō,
ſtituiſſe Romulum,ſed vnicuiq;.xxx.curiarum Ve
ſtam collocatam,vbi ſacrificabant curię,ſacrificu,
los earum fecit curiarum duces. Numa vero ſu,
ſcepto imperio proprias curiarum Veſtas nequaq̄
mouit.Communem autem conſtituit omniu3 in

Templū Veſtę a Romulo cōſtitutum alij a Numa

medio

Quę nunc ęre nitẽt, ſtipula tũc tecta virebat,
Et paries lento vimine textus erat.
Hic locus exiguus, qui ſuſtinet atria Veſtę,
Tunc erat intonſi regia magna Numę.
Forma tñ templi, quę nũc manet, añ fuiſſe
Dicitur, & formę cauſa probanda ſubeſt.
Veſta eadẽ ẽ, ⁊ terra, ſubeſt vigil ignis vtriq;,
Significant ſedem terra, focusq; ſuam.
Terra pilę ſimilis nullo fulcimine nixa
Aere ſubiecto tam graue pendet onus.
Ipſa volubilitas libratum ſuſtinet orbem,
Quiq; p̃mat partes angulus omnis abeſt.

medio Capitolij, et Palatij loco. Comprehenſis collibus iam vtriſq; vnis moenibus Cuſtodiamq; ſacrorũ ex lege patrię Latinorũ per virgines fieri inſtituit, habet aũt aliquid etiam cuſtoditum ipſum in templo quid ſit. Et quam ob cauſaʒ virginibus cõmittatur. Quidam dicunt nihil eſſę p̃ter ignem illum manifeſtum, cuſtodiam autẽ eius virginibus potius q̃ viris attributam faciunt, rõne quadam pbabili, q ignis qdeʒ res eſt imaculata. Virginibus aũt incorrupta et caſtimonia diuinorũ puriſſimum mortalium amicuʒ eſt. Veſtę aũt apponi igneʒ exiſtimant, q ẽ tellus exiſtens ea Dea, et mediuʒ mundi locum obtinens, inflãmationes excelſi facit ex ſe ipſa. Sunt et qui dicant etiam pręter ignem arcana eẽ quędaʒ in templo Deę ſacra. Quorũ neq; pontifices cognitionem habent, neq; virgines ꝯlecturaʒ. Hęc ex Diony. ij. lib. de antiquitate Ital. Nec diſſentit Plutar. in Numa. Nunc quę Dea Veſta ſit agendum eſt. Saturnus cum rex potentiſſimus eſſet, ad retinendam parentum memoriam, eorum nomina cęlo, terręq; indidit. Quare patrem dixit Vranon, q cęlum latine indicat. Matrem vero γαιαν, quę ſignificat terram, et Veſta interp̃tatur, eo q rebus oĩbus veſtiatur. Verum et altera ab hac Veſta Saturni ex Rhea filia fuit, cuius meminit Diodo. et eam ſtructuram domus inueniſſe aſſerit. Sed hęc non ea de qua agimus. Licet poeta etiam eius meminerit. Sed hęc hactenus. Memorant, referunt homines. Romam habuiſſe dena quater Palilia, quadragnita natales, nam in Palilibus coepit ędificari, vt in quarto docuimus. Sic indicat. xl. annum.

Veſtę fabula quõo fuerit

Cum Dea cuſtos flãmę, Veſta apud quam ęternus ignis ſeruat. Eſt recepta ęde, templo qd omnibus curijs cõe eſſet. Regis opus placidi, quaſi tẽplum illud a Numa rege benigno conditũ fuit.

Quo, Numa. Terra Sabina, nã Sabinus erat, et ex Sabinis ad imperium accerſitus, vt in tertio diximus. Non tulit, non pcreauit. Vllum ingenium metuẽtius numinis, q magis timeret Deũ, aut q magis religioſum eſſet. Quę nunc ęre nitent, templa Veſtę, quę nunc aurata ſunt, et auro effulgent. Tunc, Numę tpe. Nitebant tecta ſtipula, pro tegulis ęreis, et deauratis habebãt ſtipulas, et his erant tecta, et his nitebãt. Et paries erat textus, cõpoſitus. Vimine lento, flexibili, non eniʒ erat marmoreus paries, ſed vimineus. Hic lo. exiguus, paruus. Qui ſuſtinet atria Veſtę, vbi nũc eſt Veſtę atrium, ſiue area. Tunc erat magna regia Numę intonſi, hoc erat ingens regis Numę palatium, ad indicandam illius moderationẽ, qui

Vbi eſt tẽplũ veſtę ibi fuit Numę põpilij ędes

modico, et exigua domo erat ꝯtentus. Forma tamen templi quę manet nunc dicitur fuiſſe añ, a principio forma templi erat rotunda, vt nunc etiam eſt. Et ſubeſt cauſa probanda formę, eſt pbabilis rõ ipſius rotunditatis.

ANT. FAB.

Veſta ea. eſt et ter. terra et Veſta vnum atq; ideʒ ſunt. Subeſt vi. ig. vtr. ędes Veſtę ignem continet inextinctũ, ſic̃ et terra. Significant ſe. t. fo. s. ſenſus eſt, Terra. i. Veſta ẽ focus ignem fouens, q eſt in ęde veſtę, ſuam ſedem oſtendunt, qm̃ vt elementum terrę ignem intra ſe continet, ita et ędes Veſtę focum atq; ignem. Eſt et alter ſenſus, q ędes Veſtę ſua forma vtriuſq; elemẽti, hoc eſt terrę et ignis ſedeʒ oſtendit, quę rotũda eſt. Terra pi. ſi. n. f. n. terra ſuis fixa põderibus eſt, vt phyſici dñt, quam Ægyptij ſignificantes bonis figuram ponebant, vt Macro. tradit. Pli. aeris vĩ ſuſpenſam cum aquarũ elemento librari terrã docet, et leuia ponderibus inhiberi quo minus euolent, contraq; grauia ne ruant ſuſpendi leuibus in ſublime tendentibus, et pari in diuerſa niſu viſu a quaq; conſiſtere. Terram ignem habere dubium non eſt, auctore Ser. qui ait intelligi eam rem ex Ætna. Vnde Ouid. ẽt inqt in ęde veſtę ppetuum ignem. Aere ſu. quõo ſubiecto, cum terra elemento aquę et aeris ſubijciat? qꝛ et apd Antipodes aer eſt quem vulgus ſubiectum putat, et ſuppoſitum terrę. Tam gra. pẽ. onus in quo aliud eſt centruʒ magnitudinis, aliud grauitatis, a qbus inęquales ſunt lineę ad vniuerſam terrę ſupficiem ducitę, cũ tñ nonnulli velint hemiſperiũ, qd eſt a centro ad ſuperficiem grauitatis ęquari pondere alteri hemiſperio qd ab eodem centro grauitatis ſupficieʒ ponunt. Sane res ęqui libris (vt in Phedone Plato docet) in ſimilis alicuius medio poſita, nec magis, nec minus poteſt in parteʒ aliquã inclinari. Arte Sy. Archimedes mathematicus excellens, cui geometricę ac machinalis ſcientię grande teſtimonũ M. Marcelli ꝯtigit, vt Plin. ſcri. fabricauit ſphęram ſphęrę mundi ſimillimã, vbi et inqt Cice. Planetarũ oĩum motus non ſine diuino ingenio imitatus eſt. Idem (vt Plu. tradit) amicos ac neceſſarios oraſſe dr̃, vt poſt eius mortẽ ambitam Cylindro ſphęram, eius ſepulchro iponerent, qd factũ eſt ita, vt Cice. glorieẽ q̃ſtorem ſe in Sicilia ſepulchrũ Archimedis inueniſſe ſeptum vndiq; vepribus, ac dumetis, et a Syracuſanis ignoratum, cum aĩaduertiſſet columnã in qua inerat ſphęrę figura et cylindri. Sphęram alij ferunt inueniſſe Muſęum Eumolpi filium, teſte Laertio. Alij Atlantem vt Plu. refert. Sane auctor hoc loco rotundã terrã eſſe arguit, au

Terram hr̃e ignẽ argumẽto ex Ætna

Centrũ terrę quõo intelligit Archimedes

Sphęrã inuentã eẽ a Muſęo filio Eumolpi, a lijs ab Atlante

*Cumq́; ſit in media rerum regione locata,*
*Et tangat nullum pluſue, minuſue latus.*
*Ni conuexa foret, parti vicinior eſſet,*
*Nec medium terrę mundus haberet onus.*
*Arte Syracuſia ſuſpenſus in aere clauſo*
*Stat globus immenſi parua figura poli.*
*Et quantum a ſummis, tantũ ſeceſſit ab imis*
*Terra, quod vt fiat forma rotunda facit.*
*Par facies templi, nullus procurrit in illo*
*Angulus, a pluuio vendicat imbre tholus.*
*Cur ſit virginibus q̃ris Dea culta miniſtris?*
*Inueniam cauſas hac quoq́; parte ſuas.*

ctoritate Archimedis. Nolo.n. exiſtimes fuiſſe Romę in ęde Veſtę Archimedis ſphęram, qđ a nullo ſcriptore memorię ꝑditum inuenies, q̃uis Pli. ſcribat ędem Veſtę Syracuſana ſuperficie tegi placuiſſe, q̃ ẽt inquit, Syracuſana eſſe in Pantheo capita columnarũ a M Agrippa poſita. In ae. clau. am bitu cęleſtium circulorũ, hoc eſt q̃bus Archimedes cęlorũ motus imitatus ẽ. Qđ vt fiat ẽc. ſi elemẽto terrę rotunditas deſit ſine dubio ęque a cęlis vndique diſtare non poterit. Nullus ꝓcur. ẽc. q̃ ſi ędes eẽt non rotundę, ſed alterius formę, ꝓcurrere anguli poſſent, ac lõgius ſecedere a medio q̃ reliqua ędis latera. Tholus, Tholũ Ser. eſſe docet veluti breue ſcutum, qđ in medio tecto eſt, i quo trabes coeunt. Alij per tholũ omnem ędificij teſtudinem accipiunt.

PAV. MAR. Veſta eadem dr terra ſubis pilę

VESta eadem eſt ẽ ter. hanc rõnem affert formę templi rotundę, quod Veſta terra ſit, et vt elementum terrę globatum eſt, et ꝓ centro totius machinę ↄſtitutum, quod rotundum ſit neceſſe eſt, et aer vndiq; circũfuſus, et ſupra aera ignis quoq; circũfundit. Ita in rotundo, et cauo ad cęli ſimilitudinem templo, medio loco terrę rotunda effigies pẽdet, ſuperiusq; ignem habet inextinctũ. Pluta. vero de ipſo igne in Camillo ita, inquit, Virgines vero Veſtales rapto ex Laribus igne, cũ ſacris fugerũt, ſed a q̃buſdam memorię traditũ eſt, nihil pręter ęternum ignem eſſe ſeruatum. A Numa.n. rege tã quã oĩum principium eſſe ignis venerari inſtitutum eſt. Nam nobiliſſimum quoddã ignis exiſtit in ipſa natura, et motio q̃dam eſt vel cuȝ motione totius generatio. Alia vero materia, quę calore vacat, ocioſe, ignauiterq; iacens, ẽ cadaueri ſimilis, ignis virtutem tanq̃ aĩam cupit, et paulatim ſuſcepto igne ad agendum quid, vel paciendum vertitur. Numa Pompi. vir curioſus, ac ſapiẽtiſſimus, qui in colloquiũ cum muſis per ſapientiam veniebat, rõne quadã phię motus, hunc ſeruari, cuſtodiriq; perpetua vigilia ne corrumperet̃ voluit. Tanq̃ ęterna virtus, quę oĩa ſeruaret, eſſet. hęc ille. Veſta ea. ẽ et terra, nõ ſunt diuerſa, ſed ſunt idẽ. Nã terra Veſta dr, vt oñdimus. Ignis vi. iextĩctus. Sub eſt.n. Veſtę et terrę. Terra hȝ ignis elementuȝ, Veſta in tẽplo hȝ ignem inextinctũ. Terra et fo. ſi. ſedẽ ſuã, nã terra eſt in medio loco totius mundi, et focus ille eſt i medio tẽplo, ſic oñdunt ſuã ſedẽ, ſed ꝑ ea q̃ ſequunt̃ melius intelliget̃. Terra ſi. pi. globata et rotunda ad pilę ſimilitudinem. Nixa, firmata. Nullo ſul. nullo munimine, q̃ librata in aere pendet. Tam gra. onus, q̃ grauis et ponderoſa eſt terrę moles. Pendet in aere ſubiecto, ſupposito et vndiq; circunfuſo. Globus, per appoſitionem. Parua figura imenſi ſcli, globata, ẽ rotunda, atq; exigua effigies magnę telluris. Stat ſu. quaſi firmus pendet̃. In ae. cla. in ipſa tẽpli concauitate. Arte Sy. geometrica, nam ſicut terra in aere pendet, ita intra templum Veſtę globus ille, quo terra reſerebat̃ pendere videbatur. Sed id geometrica arte Archimedis, qui Syracuſis i ea floruit. Adde vt ſuis machinis tm̃ oneris ſolus mãu ageret, quãtum multa hominũ millia vix moueret̃ potuiſſent. De quo multa a Plutar. in Mar. referunt̃, et ob id arte Syracuſia poeta dixit. Hic etiam ſphęrã cõmentus dr, quę mundi ẽ elementorũ rõnẽ oculis ſubiecit. Et ter. ipſa quantum ſec. a ſum. a ſuperiore parte cęli. Tantum ſec. ab imis, ab inferiore parte. Par. n. diſtãtia eſt a terra ad ſuperius cęlum, quę ẽ ad inferius. Quod vt fiat, vt vndiq; ſit par diſtantia a terra ad cęlum. Facit for. ro. ipſius terrę et cõcauitatis cęli, quę circulariter ambit terram. Par fa. tẽ. nam itidẽ rotũdam formam hẽt. Nullus an ꝓcur. in illo tẽplo, exterius rotundã habet formam, interius ↄcauitatem quoq; circularem, ſic nullum hȝ angulum, qđ fieri non poſſet, ſi q̃drarum, aut triangulare, aut longũ eſſet. Tholus, illud faſtigiũ tẽpli teſtudineum. Vindicat, tuetur et liberat, quę intus ſunt. Ab imbre pluuio, aq̃s pluuijs φολος gręce teſtudo latine.

Geometria inuenta ab Archimede

Tholus eſt tẽpli faſtigiũ

ANT. FAN.

CVR ſit virginibus ẽc. virgines Veſtę non cuſtodiebant tm̃ perpetuum ignem (vt quidaȝ putant) ſed etiam ſacrificabant, atq; inter ſacrificandum (vt inq̃t Feſt.) ſuffibulum in capite habebant, hoc eſt veſtimentum albũ ꝑtextum, q̃drangulũ et oblongum, qđ fibula cõprehendebat̃, ibiq; certo die ad regem ſacrorũ, vt Seruius tradit, dicebantq;. Vigilas ne rex vigila. Vñ illud eſt Vir. Vigilas ne Deũ gens Ænea vigila. Nihil his ſanctius ac religioſius habebat̃, auctore Plutar. quarũ cuſtos erat põtifex Max. vt idem ſcribit in Numa a quo ad id ſacerdotium lectę ideo capi dicebant̃, vt. A. Gel. docet in ꝑ noc. At qđ eius manu ꝓhenſę ab his parentibus, in quorũ poteſtate eſſent, veluti bello captę abducebant̃. Vna quęq; aũt inter capiẽdum amata vocabat̃, q̃m quę prima capta ẽ eo noie fuiſſe traditur, q̃uis ſcribat Plutar. quę primum a Numa captę ſunt, Geganiã et Bereniam appellatas. Serui. auctor eſt verbũ capi, cum de virginibus dr vnuȝ eſſe ex his, quę nulla rõne mutant̃, ſicut creari ſacerdotes, et ↄdi eos, qui ſibi ſtatuunt ciuitatẽ. Multa hoc loco non imprudẽs ꝑtereo, quę apud Au. Gel. lector inueniet, et Plutar. in Numa.

Suffibulum

Amata

capi verbum

cauſas ſuas.

*Ex Ope Iunonē memorāt, Cereremq; creatas*
*Semine Saturni, tertia Veſta fuit.*
*Vtraq; nupſerunt, ambę peperiſſe feruntur,*
*De tribus impatiens reſtitit vna viri.*
*Quid mirum virgo ſi virgine lęta miniſtra*
*Admittit caſtas in ſua ſacra manus?*
*Nec tu aliud Veſtam q̄ viuā intellige flammā*
*Nataq; de flamma corpora nulla vides.*
*Iure igitur virgo eſt, q̄ ſemina nulla remittit,*
*Nec capit, et comites virginitatis amat.*
*Eſſe diu ſtultus Veſtę ſimulachra putaui,*
*Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.*

ſuas, congruas, proprias. Ex Ope Iunonem me/
morant etc. Rhea cęli et terrę filia ſecundum Heſio
dum fuit. Eandem et Opem dicimus, ex qua et Sa
turno natę ſunt Iuno, Ceres, et veſta. Impatiens
reſtitit una uiri, veſta nubere noluit. Vnde mini/
ſtris uirginibus gaudet. Iure igitur uirgo eſt, ſi
veſta flāma eſt, quę
nihil gignit, uirgo
dicitur, et miniſtras
uirgines capit. Re/
mittit, excludit, et par
tu edit foetus a ſemi/
ne. Comites uirgini/
tatis amat, Numa
uirginibus veſtę an/
norum triginta ca/
ſtitatem pręſcripſiſſe
dicitur, quę primo
decēnio facienda di/
ſcebant, ſecundo quę
didiciſſent faciebāt,
tertio alias edocebāt,
quo impleto uolenti
nubere permittebat.

ſacerdo/tes p̄ tri/gita an/nos ſer/uabant virgini/tatem

Sed quę nondum ſoluta ſacerdotio uirginitatem
p̄didiſſet ad portam Collinā uiua ſuffodiebatur,
impoſita prius feretro, et lata per foꝝ magno ſi/
lentio et horrore, vt Plut. tradit. Iuuenalis, Sāguine
adhuc viuo terram ſubita ſacerdos. Eſt aūt Perſicū
uiuētes defodere. vt Hero. ſcribit. Vñ Ameſtrim Xer
xis vxorē ferūt quatuordecim illuſtriū Perſaꝝ libe/
ros defodiſſe, cum eſſet ętate p̄uecta, ad referendā
pro ſe gratiam Deo, qui ſub terra eſſe putabatur.

Ame/ſtris vxor Xerxis

PAV. MAR.

CVR ſit uirginibus, cur veſta uirgines miniſtras
habeat pauloante oſtendimus. Poeta veſtam fuiſſe
caſtam, ideo eius curā dari caſtis uirginibus, aut
q᷑ veſta nihil aliud eſt q̄ flamma ignis. et quia in/
corrupta eſt, ideo ab incorruptis ſeruari. et Pluta.
in Numa de hoc inquit, Siue vt puram et incor/
ruptam ignis ſubſtantiā inuiolatis, itē integriſq;
corporibus illis commendarent, ſiue quod ſterile
et infoecūdum eſſet, ſcite uirginitati adiungerent
etc. Idē agit de noībus primaꝝ uirginū. Primum
igitur inqt, Geganiā, et Bereniā a Numa ſacratas
aiūt. Deīde Camillā et Tarpeiā. Poſtea vero Seruio
alias duas numero illi addente, id in hęc vſq; tp̄a
multitudinem obſeruaſſe. His autē uirginibus an
norum .xxx. ab rege caſtitas p̄ſcripta eſt, ac primū
quidem decēnium, quę facienda ſunt diſcunt. Se/
cundum vero quę didicere faciunt. Reliquum au
tem decēnium alias docent. Tum demum uolen
ti permittitur poſt id tempus et nubere, et ad aliā
vitam uerti ſolutę iā ſacerdotio. Dicunturq; haud
multo hanc licentiam libenter amplexę, neq; his q̄
eam amplexę fuerint, ſecundas res contigiſſe, et re
liqua. Queris cur Dea, veſta. Sit culta a uirgini/
bus miniſtris, cur uirgines pręſint adminiſtratiōi
ſacrorum veſtalium. Inueniā cauſas ſacras hac
quoq; parte, quaſi huius ēt rei rōnes afferam. Me
morant Iunonem et Cererem creatas ſemine Sa/
turni ex Ope, dicunt ex Rhea et Saturno natas eē

Gegania Berenia Camilla Tarpeia ſacerdo/tes Deę veſtę

filias plures, quarum prima Iuno fuerit, ſecunda
Ceres, tertia veſta fuit, ex filiabus tertio loco nata
eſt veſta. Vtraq; nupſerunt, Iuno et Ceres. nam
Iuno nupſit Ioui, Ceres etiam Ioui ſuccubuit, ſed
nubere noluit Iaſio, et ex eo peperiſſe fertur Plutū
et Philomelum, cuius ſupra meminimus. Ambę
ferūtur peperiſſe, nā
Iuno peperit Hebem
et Martē, Ceres Pro/
ſerpinam. Vna de
tribus, veſta. Fuit ī/
patiens uiri, cuī uir/
ginitatem ſeruaret,
uiro non ſuccubuit.
Quid mirū ſi uir/
go, veſta. Eſt lęta
miniſtra uirgīe, gau/
det ſua ſacra per uir/
gines miniſtrari.
Admittit caſtas ma/
nus, accipit uirginū
imaculatas manus.
In ſua ſacra, ad mi
niſterium ſuorū ſa/
crorum. Nec tu intellige aliud veſtam q̄ uiuam
flammam, non exiſtimes aliud per veſtam intelli
gendum eſſe, q̄ extinctum illum ignem. Nō enim
aliud aſſeruatur, q̄ inextincta flamma. Et de flā.
nul. cor. ui. na. flamma nihil gignit, ſic ex ea nulla
naſcuntur corpora. Iure igitur uirgo eſt, merito
veſta exiſtimat uirgo, cum ipſa flamma ſit. Quę
re. nul. ſe. quaſi quę nec recipit ſemina, nec remittit
corpora ex ſemine nata, ut in animalibus fit ad
generationem per marem, et foemellā, cum alter
mittat, altera concipiat ſemen, hinc nulla eſt gene
ratio. Nec capit ſemina, quia non concipit. Et
amat comites uirginitatis, uirgines miniſtras. At
tigit hunc locum Lactantius, cum refert Saturnū
abſcidiſſe patri genetalia, et inqt Quod forſan ue/
re acciderit, ſed homines reſpectu elemēti, quod di
citur cęlum, totam fabulam explodunt, tanq̄ ine
ptiſſime fictam, quā tamē ſtoici (vt ſolent) ad rōnē
phyſicam conantur traducere, quorum sniam Ci
ce. de nat. Deorum diſſerens poſuit, Cęleſtem inqt
altiſſimam, ęthereamq; naturam .i. igneam, quę p̄
ſeſe omnia gigneret, vacare voluerūt ea parte cor/
poris, quę coniunctione alterius egeret ad procreā
dum, quę ratio in veſtam potuit cōuenire, ſi mas
diceretur. Iccirco enim uirginem putant veſtam
quia ignis inuiolabile ſit elementum, nihilq; naſci
poſſit ex eo, quippe qui omnia, quę corripuerit ab
ſumat. Deinde adducit hos quatuor verſus, volui
hęc apponere, quia ad rem faciunt quę de igne et
veſta dicit.

Quare Dea ve/ſta non generat

ESSE diu ſtultus veſtę ſi. pu. veſta nullū vnq̄ ha/
buit ſimulachꝝ, vt ignis nullā certā effigiem hēt.
Atq; (vt ſcribit Pluta.) ab vrbe cōdita ad annū eius
clxx. Romani tēpla ſine vllis Deoꝝ imaginibus ha
buerūt, edocti a Numa Deū nihil aliud q̄ mētem i
creatā et inuiſibilē eſſe. Stat ui terra ſua, docet vñ
veſta nomen acceperit, et vel veſtam dictam eſſe

ANT FAN.

Roma/noꝝ tē/pla ſine vllis ima/ginibus

Ignis inextinctus templo cęlatur in illo,
Effigiem nullam Veſta nec ignis habent.
Stat ui terra ſua,ui ſtando Veſta vocatur,
Cauſaq; per Graij nominis eſſe poteſt.
At focus a flammis,et ꝙ fouet omnia dictus,
Qui tamen in primis ędibus ante fuit.
Hinc quoq; veſtibulū dici reor:īnde p̄cādo
Dicimus,o Veſta,quę loca prima tēnes.

quod terra,quę Veſta eſt vi ſua ſtet,vel gręcum eſſe vocabulum,quoniaȝ ab eo quod a Gręcis Eſtia dicitur Veſta deduci pōt ſubtracta i litera, et aſpiratione conuerſa in u conſonantem.Vn̄ auctor ſubiungit,Pars Graij nominis.Si enim gręco nomīe integro vteremur Heſtia diceretur,vel forte Veſtia.

Focus At focus a flammis focus ara Deoruȝ penatum eſt,teſte Porphyrione, quoruȝ in numero Veſtam eſſe Macro.tradit. cuius virginale ſimulachꝝ ignis in foco ſtatuit, vt inquit Euſebius. Qui ob cauſam Ouidius docet hoc loco, vnde focus dicatur, qui eſt ſedes Veſtę.Hic a fouēdo,ideſt calefaciendo nominatus eſt,auctore Feſto,vt foculi,fomenta focillationes.Eſt autem focus(vt inquit Seruius) quicqd ignem fouet, ſiue ara ſit,ſiue aliud qdpiam. Focula vero dicta ſunt

Focula vnde ſit nomen foculare nutrimenta,vt ait Nonius,vnde foculare dicitur vt fouere. In primis ędibus,in atrio erant olim colinę,teſte Seruio. Vnde atrium dictū putant,ꝙ

Atrium Veſtibulum atruȝ eſſet ex fumo,q̄uis Varro ꝰ Feſtus aliter ſantiant,quoruȝ Feſtus atrium eſſe inquit ędificij genus ante ędes cōtinens mediam aream in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit,dictū qua ſi aterrium,ꝙ a terra oriatur,cum Seruio placeat priorem partē domus atrium appellari, quā quidam arbitrati ſunt etiam veſtibulum dici vt A. Gel.ſcribit,dictum,vt Seruius tradit, vel quod ianuam veſtiat,vel a Veſta cui limen eſt conſecratū vel ꝙ ibi nemo ſtet,quia in limine ſolus eſt tranſitus,q̄uo veſanus non ſanus dr̄.Cęterꝝ Cecilius Gallus,teſte A.Gel.Veſtibulum eſſe inquit nō in ipſis ędibus,neq; partem ędium,ſed locū ante ianuam domus vacuum ꝑ quem a via aditus, acceſſusq; ad ędes eſt cū dextra,ſiniſtraq; inter ianuā, tectaq; quę ſunt vię iuncta ſpatium relinquit,atq; ipſa ia

Ve mō auget mō diminuit nua procul a via eſt area vacanti interſita.Et qm̄ ve particula(vt Macro.et A.Gel. tradūt)non ſoluȝ minutionē,ſed ēt intenſionē interdū ſignificat,et q dominū domus ſalutatū veniebāt priuſq̄ admitterent in veſtibulo cōſiſtebāt,qbuſdam placet a ve et ſtando,ꝙ ibi multū ſtaret,veſtibulū appellatuȝ. Nonius auctor,eſt,qm̄ arę ac foci in veſtibulis oliȝ haberi ſolerent,putaſſe nōnullos a Veſta veſtibulū

Colina noīatum.Idē ſcribit coquinā a veteribus colinaȝ dictā,ꝙ ibi ignē colerent,cui Seruius aſtipulatur docēs maiores ad limina ſolitos et epulari et Deos colere. Inde p̄camur cū famur Veſtā,diximus ſupra veſtam ſolitam in omnibus ſacrificijs inuocari ſicut inuocabatur Ianus.

PAV. MAR. ESSE diu ſtultus,putabaȝ inqt poeta eſſe aliquā veſtę effigiem,ſed nihil eſt niſi ꝑpetuus ignis,cuius non ē dare ſimulachrum,nec etiam veſtę.Tranſit deinde ad originē uerbi,vnde veſta, ꝰ unde focus dicatur. Ego ſtul.imprudens. Diu pu.eſſe ve.ſi. quod in templo eēt imago Deę. Mox,ſtatim cū ita eſſe putarem,aut cum nunc animo uoluerē. Didici,inſpirātē numine. Nulla ſubeſſe cur.tho. nulla eē ſimulachra ſub ipſa teſtudine templi,ꝰ tn̄ ſeruabant in eo templo Dij penates,de quibus diximus in primo.et Palladium,de quo poſtea dicemus. Ignis inextin. ꝑpetuus,qui nunquā extinguebaꝍ. Cęlaꝍ in illo templo,ſerua

Quō ignis extinctus accendi debet tur intra templum. et(vt Plutar.,inquit i uita Numę) ſi forte qnq; ignis. deficiat, ueluti Athenis, Ariſtone Tyranno ſacrā lucernam extinctam aiūt,et apud Delphos templo a Medijs incēſo,ꝰ Romę,tum Mitridatici,tum ciuilis belli temporibus ſimul cū ara et ignis perijt, dicūt nequaꝗ̄ decere ex altero igne accipi,ſed nouum et peregrinum elici oportere, accenſa ex Sole flamma pura ꝰ immaculata , docet pręterea quo pacto ex Sole ignis accendaꝍ. Nullam effi.ue. nec ignis ha.nullum eſt veſtę ſimulachꝝ,nec ēt ignis. Terra ſtat ui ſua,ſua mole librata,et ſua ui immobilis exiſtit. Veſta uo.ui.ſtan.qm̄(vt demōſtrauimus)Veſta eadeȝ ē et terra,ea qa ui ſtat,Veſta dr̄. Et pars graij no.po.eſſe cā,nois ſcȝ latini, pōt hoc latinū nomē hr̄e originē a Gręco noīe,qm̄ εςτα focus,et veſta,et Lar,et domus dr̄,et εστηα dr̄ veſtis. Pars dixit qa non totū gręcum nomen accipimus, ſed partem dicimus Veſta,et non Veſtia. Et εςτα aſpiraꝍ, cuȝ aſpiratio uertiꝍ in u.nr̄um,ſicut ab heſpero ueſper ab Henetis Venetos dicimus. At fo.di.a flam.et ꝙ oīa fo.a flāma uel a fouendo focus deriuaꝍ,et hoc ꝑꝑ ignem Veſtalem,cum et globus ille pro figura terrę,et ignis in templo Veſtę ſit. Qui tn̄,focus. Ante fuit in pri.ędi.olim in prima ędium parte erat focus,quaſi in ipſis ueſtibulis. Hinc,a Veſta. Reor,arbitror. Dici ueſtibulū ꝑꝑea quod focus in

Vnde dicatur ueſtibulum et A.Gel. et Macr. ueſtibulo ſit,exiſtimo a Veſta ueſtibulū dici. Verꝝ (vt Gellius inqt)ueſtibulū putabant aliqui eē partē domus primorē,quā uulgo atriū uocant.Cecilius in lib.de uerbo.ſigni.Veſtibulū nō ędiū partē eē dixit,ſed locū ante domus ianuā uacuū,ꝑ quē a uia aditus,acceſſusq; ad ędes ē.Vnde Vir.in.vi.Veſtibulum ante ipſum,primiſq; in faucibus orci,Nō primo rem ędiū partē eſſe dixit,ſed loca duo demōſtrat extra orcū,fores ſcȝ et fauces. Ex quibus ueſtibulum appellat ante ipſam domū,et ante ip̄a orci penetralia.Fauces aūt uocat iter anguſtū per quod ad ueſtibulū adireꝍ.Marcellus uero ita inqt,Veſtibula quidā putant ſub ea ꝓprietate diſtincta, qꝺ in primis ingreſſibus,et in ſpacijs domoꝝ Veſtę, hoc ē arę ac foci ſoleāt hr̄i,ſed ſic intelligi debēt nō abhorreāt uocabuli ꝓprio.Inuenit ēt apud ueteres doctos ueſtibula ob eam ſignificantiā dicta,ꝙ in his locis ad ſalutādos dn̄os domoꝝ qcunq̄; ueniſſent ſtare ſoleant,cum introeundi daretur copia.

Atq; ob

Atq; ob hanc cōſtitutionem,et quaſi ſtabulationē, primos ingreſſus domoꝝ veſtibula noiatos.Cice. in Ora.Veſtibula nimiꝝ,aditusq; ad cām faciēt. Inde,ex veſtibulo. Precamur q̄ famur,ꝓcādo Deos alloq̄mur.vt apud Virg. Affaturq; Deos,et Sanctus ſidus adorat.Alij legunt Inde ꝓcādo Dicimus,o ve ſta etc. Veſta ē quę te net prima loca, ipſa ueſtibula,qm̄(vt dixi mus)ibi arę,et foci ſo leant haberi.

Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat,et menſę credere adeſſe Deos.
Nunc quoq;,cum fiunt antiquę ſacra Vacūę,
Ante Vacunales ſtantq;,ſedentq; focos,
Venit in hos annos aliquo de more vetuſtas,
Fert miſſos Veſtę pura patella cibos.
Ecce coronatis panis depeddet aſellis,
Et velant ſcabras florida ſerta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni,
Et Fornacali ſunt ſua ſacra Deę.

ANT. FAN. Maiores in atrijs epulabāt Aſſidelę Ancla, bria Anclare

SCAMnis conſiderē longis,Vir.Perpetuis ſoliti patres conſiderē mēſis,hoc ē longis et ad ordinē ſedentium exęq̄ns. Maiores nr̄i cuꝫ duobus tm̄ cibis vterent,vt Ser.ſcribit in atrijs ſedētes epula bantur, quē morem Var.docuit Romanos a Laconibus et Cretenſibus habuiſſe.Sedebāt et flamines ſacra faciētes ad men ſas,q̄ aſſidelę dicebanť,vt auctor ē Feſtus, ſm̄ quē et Anclabris dicebať mēſa miniſterijs apta diuis. et Anclabria eius uaſa,qđ anclare haurire ſit. vt Florē anclabāt liberi ex carcheſijs quēadmodum et curiales mēſę vocabanť, in q̄bus immolabať Iu, noni,q̄ Curitis ē appellata.Sedebāt et q̄ epulabanť in ſacris Herculis,vt Macro.docet. Menſę credere adeſſe Deos,veteres Deos quoq; ad coenā interduꝫ inuitabāt.Vale.Max.Foeminę cū viris cubantibus ſedētes coenitabāt, q̄ cōſuetudo ex hoīum conuictū ad diuina penetrauit.Nā in Iouis epulo ipſe in le, ctulo,Iuno,et Minerua in ſellas ad coenā inuita, banť.Sane(vt Macro.refert)in Papyriano iure eui denter relatū ē menſas dicatas araꝝ uicem p̄ſtare poſſe,qualis mēſa fuit in templo Iunonis Populo nię. Itaq; Feſtus mēſę inq̄t in ędibus ſacris araꝝ uicem obtinebāt. Plut.aūt in Quęſtiōibus ſcribit nullā menſam cōſueuiſſe vacuā tolli, ſed oio cum aliq̄d ēt ſupeſſet,qđ mēſa ſacra ſit,nihilq; ſacꝝ reli, qui inane et uacuū oportere.Quod aūt hic Ouidi. inq̄t Mēſę credere adeſſe Deos,ideo dr̄,q: foci ſunt Veſtę ſedes,et ignis Veſta ē. Antiquę ſacra Vacūę,

Menſas dicatas ararum uices prę ſtare

Vacuna Dea

Vacunā Deā Sabini ſub incerta ſpecie formatam coluerūt,teſte Porphyrione,quā q̄dam Bellonā eſſe putauerūt.Alij Mineruā.alij Dianā. alij Venerem. alij Cererē.alij vacatiōis Deā,de q̄ inquit Horatius, Hęc ego dictabā poſt templū putre Vacunę. Var. in primo reꝝ diuinaꝝ,ut Acrō tradit,Vacunā eē uictoriā memorię ꝓdidit,q: ea maxime gaudeāt, q̄ ſapiētię uacēt,uel(vt q̄busdaꝫ placuit) q: uictoria fauēte a curis uacamus. Venit in hos ānos,in hāc ętatē,in hęc tp̄a. Vetuſtas,mos et ritus ueteꝝ,q̄ in patella cibos Veſtę mittere cōſueuerūt, qđ ēt tp̄ibus

Patella

Ouidij faciebāt. Pura patella,patella diminutiuū eſt a patina,ut ab aſina aſella,a gemina gemella. Eſt aūt uas picatū ac paruū.teſte Feſto,aptumq; ſa crificijs faciēdis. Ecce coronatis panis dependet aſellis,in honorē Veſtę focoꝝ dn̄ę aſini hoc tēpore

Aſini co, ronabāť

molas uertere cōſueti coronati floribus , et e pane ueluti monilia q̄dam gerētes ad focos ducebanť, et piſtores eo ueniebāt,atq; inſuꝑ molę ſertis et flo ribus ornabanť. cōſueuit et panibus redimiri ca, put eq̄,quē idibus Octobris in campo Martio im, molabāt ob frugū euentū , vbi equus potius q̄ bos cędebat , auctore Fe, ſto, qm̄ bos aptus eſt frugibus pariēdis.co, ronabanť aūt aſini Veſtalibus , q: Veſta (vt diximus)ē focoꝝ dn̄a , vbi olim panes cineri ſuppoſiti coq̄, banť,cum in furnis tm̄ farra torrerēt , vt in Fornacalibus di, ctus ē. Suppoſituꝫ ci neri,ut Veſtę bn̄ficio coq̄reť,ut Dūq; ſuas peragit Vulcanus Veſtaq; partes..

PAV. MAR.

ERAT olim mos,cōſuetudo. cōſidera ſimul, oēs de domo ſedere. Antę focos,qui in ueſtibulo erat. Lōgis ſcamnis et cōſidere adeſſe Deos mēſę, ꝓpea q: ante aras et focos cōſiderēt,putabant dum accūberēt adeſſe numina. Nūc quoq;,etiā hoc tp̄e ſeruať illa vetus cōſuetudo, vt ante focos ſedeāt in Vacunalibus Cum fiūt ſa.an.Va.cū Deę vacatio, nis feſtū celebrať.et ſacrificia fiunt.Vacuna.n.a ua cando dicta,q̄ p̄eſt uacantibus,et ociofis. cui cum agricolę a laboribus ruris ceſſarent, et poſt perce, ptos fructus regeſcerent ꝑ hyemē, uota ſoluebant, et ſacrificabant. Stant et ſedent ante Vacunales focos,cōſiſtunt ante arā,et focos in Vacunalibus cum menſis appoſitis dapibus epulanť. De Vacūa ea retulimus,q̄ ex multoꝝ ſententijs inferebantur . Veꝝ in eo uerſu epiſtolaꝝ Hor.Hęc ego dictabam poſt fanuꝫ putre Vacunę.Por. inq̄t Vacunā apud Sabinos plurimū coli,quoſdā Mineruā,alios Dia, nam putauiſſe,nōnullos et Cererē dixiſſe,ſed Var. in primo diuinaꝝ,Victoriā dicere et ea maxime hos gaudere,q̄ ſapiētia uincūt. Vetuſtas,ritus et cō ſuetudo. Venit in hos ānos,ꝑuenit in nr̄a tēpora.

Vacuna ua ſiſta vnde di, cta ſint

Aliquo de more,ex aliq̄ cōſuetudine,qm̄,vt antiq̄ ſolebāt,ita nūc in Vacunalibus ſedeť, et in Veſtali, bus,quēadmodū a priſcis factitatū , cibi mittunť. ideo inq̄t. Patella pura,purgata et nitida aut pu, ra,q: puraꝝ virginū ad uſum. Fert cibos miſſos, q̄ mittunť a pijs ciuibus. Veſtę,ipſi numini libā, tibus.Quod q̄dem indicāt illi duo Var.in Manio uerſus,Quocirca oportet bonū ciuē legibus parere, et Deos colere,in patellā dare.Iunxit.n. illud Deos colere et in patellā dare,ꝓ cibis et munuſculis,quę Dijs libāda mittunť.Veꝝ in Eumenidibus inquit, Patella eſuriēti ꝓuocat poſita Neapolitanas piſci, nas.et in libris de lingua Latina ait,Patinas a pa tulo dixerūt,vt puſillas,q: his libarent coenam pa tellas. Ecce coronatis in his Veſtalibus ex antiq̄ cō ſuetudine a piſtoribus aſini pane coronabanť.Cā ē q: piſtor et focū et veſtā obſeruat,ex ātiquo ēt more

Quare aſini co, ronabā, tur coro na pani

Suppoſitum cineri panem focus ipſe parabat,
Strataq; erat tepido tegula quaſſa ſolo.
Inde focum ſeruat piſtor, dominamq; focoꝝ,
Et quę pumiceas verſat aſella molas.
Prętereaꝰ referam ne tuum rubicunde Priape
Dedecusꝰ eſt multi fabula plena ioci.
Turrigera frontem Cybele redimita corona
Conuocat ęternos ad ſua feſta Deos.
Cōuocat ⁊ Satyros, ⁊ ruſtica numina nymphas.
Silenus, q̄uis nemo vocarat, adeſt.
Nec licet, et longum eſt epulas narrare Deoꝝ,
In multo nox eſt peruigilata mero.
Dij temere errabant, in opacę vallibus Idę
Pars iacet, et molli gramine membra leuat
Hi ludūt, hos ſomnus hēt, pars brachia nectit,
Et viridem celeri ter pede pulſat humum.

cum panis decoqui ſoleret in focis, anq̄ pani eēt furnoꝝ uſus. Plu. vero oñdit in cōſualibus, Equos et aſinos coronari ſolitos, et vacare a labore, ſiue ꝙ Neptuno eqſtri dié feſtū agát, et aſinus pp equū pari fruit́ licētia, ſiue ꝙ inſtituta nauigatione, cuȝ multa nauibus ueherent́ otiū quoddā, ac remiſſio iuméťs data ē. Ecce pa. de. aſel. eo aſelli coronati ferūt panē dependentē, aut potius hñt caput panibus redimitū, quéadmodū, idibus Octobribus in cāpo Martio, cū ſacrificiuȝ fiebat ob frugū euentū, et equus potius q̄ bos immolabaẗ ꝙ hic bos frugibus pariendis ē aptus. Panibus redimibát caput eq immolati, ita nūc panibus redimibant caput aſini ob offō molę uacátis. Et ſer. flo. ex floribus. Velát tegunt, ſeu coronát.

Molas ſcabras, aſperas, nā et molę quoque ipę vacantes floribus, et accipias molas ex lapide ad terēdum triticum in farinā, nā alias mola in ſacris ex farre, ē ſale mollito. Coloni, agricolę. Prius tor. deſiccabant, ſeu decoq̄bant. Sola farra furnis, nō. n. pāis in furno torrebaẗ, ſed far. vñ vt in. ij. lib. diximus, ē alio quoq; loco attigimus, Numa inſtituit (vt auctor ē Emina) far torrere, qm̄ toſtū cibo ſalubrius eſſet, id vno mó conſecutū ſtatuédo, non eſſe puꝝ ad rem diuinā niſi toſtū. Is et fornacalia inſtituit farris torrēdi ferias. Et Fornacali Deę ſunt ſua ſacra, nam in Fornacalibus a Numa inſtitutis, Deę Fornaci conuenientia ſacra fiebant, de quo etiaȝ in. ij. dictuȝ, Facta Dea eſt Fornax lęti Fornace coloni Orant, Vt fruges temperet illa ſuas. Ipſe focus parabat panem cineri ſuppoſitū, non. n, in furno, ſed in foco, et ſub cinere panis coquebaẗ qm̄ (vt inquit Pli.) piſtores Romę non fuere ad Perſicū vſq; bellū annis ab vrbe cōdita ſup quingētos octoginta. Ipſi panē faciebant Quirites, mulierūq; id opus maxime erat, ſicut ētnū in plurimis gentiū, Artoptos iaȝ Plautus appellat in fabula, quā aululariā inſcripſit magna concertatione eruditoꝝ, an verſus poetę ſit illius. Certumq; ſit Atrei Capitóis snīa. Toſtū paneȝ lautioribus coquere ſolitos, piſtoresq; tantum eos, qui far pinſebant nominatos etc. Et tegula quaſſa, concuſſa. Erat ſtrata tepido foco, hoc eſt focus ipſe erat ſtratus tegulis, et lateribus, et in his coquebatur panis.

*[margin: Panē cineri ſuppoſitum]* *[margin: Artoptos]*

ANT. FAN. INDE focum piſtor ſeruat, Pilumnus et Picūnus fratres fuerunt, ac Dij p̄ſides auſpicijs cōiugalibus deputati, teſte Nonio, quoꝝ Pilūnus pinſendi frumenti vſum inuenit, auctore Ser. Vñ a piſtoribus colebatur, q̄a pinſendo farre nomē acceperūt, cuȝ olim tantū farinā facerent. Ipſi. n. Quirites et mulieres (vt inqt Pli.) panē faciebát, ſed poſtea receptū eſt, vt piſtores ēt panē coquerēt. Quare ait Plautus in Aſinaria, Cum a piſtore panē petimus, vinum ex oenopolio. Et Feſtus, Coquū inqt, et piſtorē apud antiquos eundē fuiſſe accepimus, ide vſurpatum eſt, vt hoc tpe ad focos venirēt. Eos conſtat nō fuiſſe Romę ad Perſicum vſq; belluȝ annis ab vrbe condita ſup quingētos octogita. Veteri autē more vxoribus nec molere nec coq̄re permittebaẗ auct. Plut. Poſt filias enim Sabinis raptas facta pace et ſocietate inita in foedere exceptū eſt vxorem viro Romano, nec molere, nec coquinariam facere. Pumiceas molas, ſcabras et ſimiles pumici. Conuocat, Deos, quoꝝ ipſa mr̄ eſt. Silenus, male a quiqusdam Silenus per y ſcribitur. Vallibus Idę, quia ibi mater Deorum coliẗ. Eſt autem hęc Ida Phrygię. Bracchia nectunt, vt ſaltent vel luctentur. Veſta iacet, phyſice iacentem Veſtam inducit, quia nullum elementum eſt inferius terra. Captat, oculis capit, vt eligat pulchriorem. Nympham ne putarit, quia Veſta montanum numen ſiue nympha non eſt.

*[margin: Pilūnus Piſtores]* *[margin: Vxoribus nec molere nec coq̄re coenā permittebatur ex foedere Romuli facto cū ſabinis]*

PAV. MAR. INDE, ex eo quod in foco panis coquebatur. Piſtor ſeruat focum et dominam focorum, obſeruat Veſtę numina, nam focum Veſtalem et Veſtā ipſam, quę focis p̄eſt. Et aſella etiam obſeruat hęc numina, quia habet a uerſanda mola vacationē in Veſtalibus. Quę uerſat, frequenter uerbit. Molas pumiceas, e pumice. Verum nō e pumice fiunt molę, ſed ex lapide ſcabro, et aſpero inſtar pumicis. Pręterea referam ne tuum, fabellam refert, vñ mos coronandoꝝ in Veſtalibus aſinorum originem habuerit, nam cuȝ Cybele ad conuiuiū Deos conuocaſſet, et poſt epulas alij luſibus, alij quieti ſeſe dediſſent, Priapus dormientem Veſtam adortus eſt, legiſſetq; fructus ex arbore femorali, niſi rudens Sileni aſinus illam excitaſſet. Qua quidē cauſa Lampaſaceni aſinum Priapo mactānt. Verum in primo lib. oñdimus tribus cauſis aſinum Priapo mactari. In Veſtalibus vero ob meritū excitatę Deę pane coronaẗ. Pręterea o Priape rubicunde referam ne tuuȝ dedecus, debeo ne ego retinere turpitudinē tuā. Fabula eſt plena multi ioci. q. d. referenda ē, q̄a iocoſa fabula relata, pariet voluptatem. Cybele, mr̄ Deoꝝ, a Cybelo mōte Phrygię. De q̄ et myſterijs eius diximus in. iiij. Redimita frōte corona

*[margin: Cybele a Cybelo monte phrygię]*

corona turrigera, hoc eſt hn̄s in capite coronam turritã, ꝓpea quod primis turres vrbibus ipſa dedit. Connocat ad ſua fe. ad Cybeleia, q̃ in Phrygię montibus celebrant. Deos ęter. imortales. Connocat et Sa. qui Bacchũ comitabant, de qbus diximus in ꝑ. Et nym. nu. ru. Deas ꝑſides ruris, agrorum, fontium, montium, nemoꝝ.

Veſta iacet, placidamq; capit ſecura quietem,
Sicut erat poſitum ceſpite fulta caput.
At ruber hortorum cuſtos, nymphasq;, deasq;
Captat, & errantes fertq;, refertq; pedes.
Aſpicit & Veſtã dubiũ ẽ nymphã ne putarit,
An ſcierit Veſtam, ſciſſe ſed ipſe negat.
Spem capit obſcoenã, furtimq; accedere tẽtat,
Et fert ſuſpenſos corde micante gradus.
Forte, ſenex quo vectus erat Silenus, aſellum
Liquerat ad ripas leue ſonantis aquę.
Ibat vt inciperet longi Deus Helleſponti,
Intempeſtino cum rudit ille ſono.
Territa voce graui ſurgit Dea, connolat oĩs
Turba, per infeſtas effugit ille manus.

Silenus Bacchi nutritius de quo in li. pri.

Silenus, Bacchi nutritius, de quo ẽt in ꝑ et ĩ tertio dictum. Adeſt q̃uis ne. vo. venit ille ap ɔuiuium, ẽt cum nemo vocaſſet. Nec li. numerare epulas Deoꝝ, et longum eſt, non eſt fas referre arcanas Deoꝝ epulas, etiam ſi liceret longũ eſt ɔnumerare. Nox eſt ꝑui. ĩ mul. me. in multa cõpotatione, ꝓtraxere.n. sympoſiũ in multam noctem. Hi, aliq ex illis Dijs Errabant te. ĩprudẽter, et ſine vllo delectu. In val. Idę, Phrygię. Opacę, nemoroſę et vmbroſę. Pars ia. recumbit. Et le. mem. mol. gra. alleuiat membroꝝ laborem captans in molli gramine getem. Hi lu. exercent ſe varijs ludis. Hos ſom. hẽt, hi dormiunt. Pars bra. ne. alij ſimul alligant brachia, vt palęſtra certent, aut vt choreas agitent. Et ter pul. viri. hu. pede ce. ſaltat velocibus pedibus in choreis, aut potius accipias pro his qui ſaltatione ɔtendunt, cum ter cum vno pede ſaltent, et hic. Pulſat, percutit humum ter pede celeri. Veſta ia. regeſcit. Et ſe. ſeorſum ab oĩ inſidiaꝝ cura. Capit pla. getem, lenes ſomnos. Sicut erat fulta caput, ita vt tunc erat hn̄s caput fultum munitum. Poſitum ce. ĩ humo herboſa, ita.n. munierat caput eo ceſpite innixa. At cu. hortoꝝ, Priapus. Ruber, a rubro inguine. Captat, oculis.s. Et nym. & Deas, & ruſtica numina, et Deas celeſtes. Et fert, et refert pedes errantes, errabat hac atq; illac parans regeſcentibus nymphis inſidias. Aſpicit et Veſtam ſeorſum ab alijs recumbentem. Dubiũ eſt ne an pu. nym. an putauerit illam eẽ ex nymphaꝝ numero. An ſciuerit Veſtam, eſſe. hic erat in dubio, an illã cognouerit an crediderit eẽ Semideã. ſemidei aũt in terris ſunt, Dij in cęlo, de qbus in Met. Sũt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina nymphę, Fauniq; et Satyri, & monticolę Siluani, Quos qm̃ cęli nondum dignamur honore, Quas dedimus terras illos habitare ſinamus. Sciſſe ſed ipſe negat, Priapus negat ſe ſciuiſſe Veſtã eſſe. Spem capit obſcoenam, ɔcipit Priapus ſpem turpem, nam turpe erat ſperare expugnare virginis pudicitiã. Et tentat accedere, ad illam. Furtim, occulte, ne ab alijs videret. Et fert gra. ſuſpen. paſcus dubios, aut q: erectus in digitos incedebat, vt de eodem

Saltãdi ludus

Deluſio Priapi in veſta dea

in primo lib. Veſtigia furtim Suſpenſo digitis fert taciturna gradu. Corde mi. tremente. Forte ſenex Si. Bacchi nutritius. Liq̃rat aſel. quo vectus erat, aſinum in quo inſidens illuc ſe contulerat. Ad ri. aquę leue ſonantis, obſtrepentis. Liquerat enim illum in ripa herbida depaſcentem.

ANT. FAN.

LONGi Deus Helleſponti, Priapus, cuius patria ẽ Lãpſacus ad Helleſpontum ſita ɔ̃rias inter ſe vrbes habentẽ. in Europa Callipolim et Seſton. in Aſia, Lãpſaci & Abydon. Indicis ex. aſini qui Dei hortoꝝ detexit et indicauit inſidias. Vacuę molę, quę veſtalibus frumẽta non terunt. Diſcant pa. quid ve. ara Io. ne qd ꝑtereat ad veſtam ꝑtinẽs, cuius focos diximus ſupra ſeruari h̃ tpe a piſtoribus, docet cur Iupiter piſtor aram habuerit in monte Tarpeio, cuius ɔſtituendę hanc cãm ferunt, Galli vrbe capta cũ ſolã potiẽdi capitolij ſpẽ in fame obſeſſoꝝ reponerent, Romanis ex arce Iouis monitu panes iaculantibus ad fiducię ſpẽ ſpectaculo ſtupefacti ad omittẽdę obſidiõis foedera deſcẽderũt, exiſtimãtes Romanis multã frumẽti copiã ſupeſſe. Vñ poſtea repulſis Gallis Ioui piſtori ara in Capitolio ɔſtituta eſt. Lege Liuiũ, q ſcribit iactũ eſſe panẽ in hoſtiũ ſtationes, q̃uis arę non meminerit. Ea noĩe q̃ ꝑtio celebratior dr̄, q: magnum eſt qdez arę nomen, ipſa vero non magna, et non multo ĩpendio ɔſtituta. Cincta pre. trucibus Capitolia Gallis, nota eſt hiſtoria. Lege Liuiũ primę Decadis lib. V. Incipe ait Marti, q: hic Deus pater eſt Romuli, angebaturq; vrbis excidio, et eum Iuppiter nouerat ſollicitum, eſſe periculis obſeſſorum.

Ara Iouis Piſtoris Iactus pãis in hoſtiũ ſtationes De bello Galloꝝ

DEVS longi Helleſponti, Priapus numen Lãpſacenoꝝ q ſunt in Helleſpõto. Ibat vt inci. vt negocium aggrederet. Cu il. aſellus Sileni. Rudit, rudere.n. aſinoꝝ eſt. Sono intẽ. nõ in tpe edito. Deã, Veſta. Territa vo. gra. exterrita aſini clamore. Surgit, ex humo herbida. Oĩs tur. ɔuo. illuc ad Veſtam, et in Priapum irruebant. Ille fu. per inſe. ma. eripuit ſe ſuga ab illis, cum vellent eum ꝓ ſceleratis auſis plectere. Lãpſacus, Priapi patria in Helleſponto. Eſt ſoli. macta imolare. Priapo hoc aĩal, aſinum, ſed triplici (vt in primo diximus) rõne, tum q: ille aſinus, cui Liber vocem humanã dederat auſus eſt de membri magnitudine cum Priapo contendere, tum q: Lotida dormientẽ excitauit rudens. Tum ẽt qd veſtã excierit. Alij legunt, Lampſacus hunc ſoli &c. Da mus flã. adurimus Priapo ſacrificantes. Exta, inteſtina. Aſini indicis, qui rudens illius inſidias

PAV. MAR. Aſini indicatio ad veſtaz

Lampſacus hoc aīal ſolita eſt mactare Priapo,
Hinc aſini flammis indicis exta damus.
Quę tu Diua memor de pāe mōilibus ornas,
Ceſſat opus, vacuę conticuere molę.
Nomine, q̄ pretio celebratior arce Tonantis,
Diſcant piſtoris quid velit ara Iouis.
Cincta premebātur trucibus Capitolia Gallis,
Fecerat obſidio iam diuturna famem.
Iuppiter ad ſolium ſuperis regale vocatis
Incipe ait Marti, protinus ille refert.
Scilicet ignotum eſt, quę ſit fortuna malorum?
Et dolor hic animi voce querentis eget?
Si tn̄, vt referam breuiter mala iūcta pudori
Exigis, Alpino Roma ſub hoſte iacet.

indicarit. Apta, conuenientia. Flammis, qꝛ non fit viſceratio de aſino mactato. Quidā legūt Hinc aſini &c. Quem, aſinum. Tu Diua, Veſta. Memor, meriti illius, qui te excitauit. Ornas monilibus de pane, redimis collum illius panibus pro monili pendentibus. Ceſſat opus, hoc eſt i feſtis tuis habet ille vacationem ab ope. Molę vacuę, quę fruges nō terunt. Conticuere, qꝛ eo die et ipſę hn̄t vacationem. Noie q̄ p̄cio, qꝛ omnia myſteria veſtę relaturus eſt, et in his piſtorum munus inſeruit, agit de ara Iouis piſtoris, et qua rōne fuerit dedicata, poeta cām ad numina refert. Cōſultantibus enim Dijs de Romanorum ſalute, cū a Gallis Senonibus i arce obſiderent, et vrgente iam fame cogerent in deditionem venire. Id Ioui viſum eſt inſpirare mentibus Romanorum, terere quicqd frugis haberent, et decoctū panē in hoſtes iacere, quo facto, excidit ſpes a Gallis Romanos fame vinci poſſe. Poſtea Galli fuſi a Camillo fuere, ob id muneris ara Ioui piſtori i Capitolio cōſtituta eſt. Ver Liui. non meminit, ſed de fame, et iacto pane ita inqt, Inducię deinde cum Romanis factę, et colloquia permiſſu imperatorum habita, in quibus cum identidem Galli famē obijcerent, eaq; neceſſitate ad deditionem vocarent, dr auertendę eius ſuſpitionis cā, multis locis panis de Capitolio iactus eſſe in hoſtiū ſtatiōes. Diſcant, poſteri. ſ. Quid ve. ara Io. pi. q̄ſi q̄ rōne cōſtituta fuerit ara Ioui cū piſtoris cognomine aliq legūt, Dicā qd velit ara, et nihil refert quouis mō dicas. Arce To in arce Capitolina. Celebratior no. q̄ pretio, quę quidem ara clarior eſt nomine, q̄ ſit ipſa re, qꝛ cum vulgatiſſima ſit, non tamen ē magnę exiſtimationis. Capitolia cincta, obſeſſa. Gallis trucibus, a crudelibus Senonibus Gallis. Premebantur, vrgebant iam ad deditionem. Iam diuturna, longa obſidio. Fecerat famem, redegerat eos ad eam penuriam, vt fame premerentur. Galli enim Senones dulcedine vini in Italiam allecti plura loca occuparunt, & oppida conſtituerunt. Deinde cum Cluſium obſiderent, et legati a ſenatu miſſi ad componendam inter eos & Cluſinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Cluſinorum ſtetiſſent. Hoc facto eorum concitati Senones, vrbem infeſto exercitu petierunt, fuſiſq; ad Aliam flumen Romanis cepere vrbem pręter Capitolium, in quod ſe iuuenes cōtulerant maiores natu cum inſignibus honorum, quos quiſq; geſſerat, in veſtibulis ędium ſedentes occiderunt. Et cum auerſam partem Capitolij, iam in ſummum

Inducię cum Romanis & Gallis factę pp panes iactos

Romanorum foedus cum Gallis mille libris auri qd interruptum eſt a Camillo

euaſiſſent, prodiit clangore anſerum. M. Manlij pręcipue opera deiecti ſunt. Coactis deinde propter famem Romanis deſpondere, vt mille pōdo auri darent. Furius Camillus dictator abſens creatus, interpendendum aurum, cum exercitu venit, et Gallos poſt ſextū menſem vrbe expulit, ceciditq;. Hoc ex hiſtoria habetur. Iuppiter vocatis ſuperis ad regale ſolium, cum vocaſſet ad concilium Deos, et ante eius ſolium omnes conſtitiſſent. Ait Marti incipe, quaſi aggrediare cauſam. Ille, Mars. Protinus refert, continuo reſpondet. Scilicet ignotum eſt, per ironiam dictum, vt Id populus curat. ſ. Mala iuncta pudori, quorum me ac Romanos pudet. Hęc eſt cui fuerat promiſſa potentia rerum, rhetorice pathos mouetur. Id ſępe fit vbi fatum, fortunamue conquerimur, vel oſtendimus non eſſe quod eſſe debuit. Spes erat in curſu, cum ſperaremus fore vt Roma ſibi orbem ſubijceret victis ſuburbanis, et Hetruſcis, eo ventum eſt, vt Romani ex vrbe fugerent. Vidimus ornatos &c. fuſo ad Aliam exercitu Romanorum, cū Galli moenibus vrbis appropinquarent, vbi nulla erant pręſidia, maiores natu ampliſſimis vſi honoribus, cum in foro deuouente pontifice ſe Dijs Manibus conſecraſſent, in ſuas quiſque ędes regreſſi, apertis Ianuis in curulibus ſellis cum inſignibus magiſtratuum, quos geſſerant, conſederunt, vt cum veniſſet hoſtis in ſua dignitate morerentur, quos Galli primo aſpectu velut Deos venerati mox nihil reſpondere dignantes interfecerunt. Lege Valerium Max. Liuium, et Plutarchum. Vidimus Iliacę transferri pignora Veſtę, cum cum iuuentus Romana ſe in Capitolium contuliſſet, virgines Veſtę cum ſacris ex vrbe fugerūt, quas Albinus quidam e plebe in plauſtrum recepit, vxore, liberiſq; depoſitis. Cerites inextinctum ignem, et eas virgines benigne ſuſceperunt, atque (vt auctor eſt Strabo) Gallos Roma redeuntes in Sabinis aggreſſi debellarunt, protexerūtq; omnes, qui a ſe capta vrbe confugerant. Vnde Au. Gel. ſcribit non ſine nota ingratitudinis Romanorum primus municipes ſine ſuffragij iure, Cerites factos, conceſſumq; his vt ciuitatis Ro. honorem quidem caperent, ſed negocijs tamen atq; oneribus vacarent. Quam ob cauſam tabulę Cerites appellatę ſunt, in quas cenſores referri iubebāt, quos notę cauſa ſuffragijs priuabant. Sane Cere oppidum Thuſcię, a quo et Cerites, et Ceretani dicti olim Agylla nuncupabatur, vt meminit Strabo.

ANT. FAN.

Roma a Gallis capta

Tabulę cerites in qbus notę cauſa ſuffragijs priuabantur

Ab eodem

Hęc eſt; cui fuerat promiſſa potentia rerum,
Iuppiter hanc terris impoſiturus eras.
Iamq; ſuburbanos, Hetruſcaq; contudit arma,
Spes erat in curſu, nunc Lare pulſa ſuo eſt.
Vidimus ornatos ęrata per atria picta
Veſte triumphales occubuiſſe ſenes.
Vidimus Iliacę transferri pignora Veſtę
Sede, putant aliquos ſcilicet eſſe Deos?
At ſi reſpicerent, qua vos habitabis in arce,
Totq; domos veſtras obſidione premi,
Nil opus in cura ſcirent ſupereſſe Deorum,

cerimo/ nię vnde ſint dicę cerites, cere Agylla cerimo/ nię

Ab eodem et cerimonię nomen acceperunt, vt exiſtimare nõnullos Feſtus refert, q̃uis alij a carendo nominatas putent. Quare denarię cerimonię ac tricenarię dicebantur, quibus ſacra adituris decẽ continuis diebus, vel triginta a quibuſdam rebus carendum erat, vt idem Feſtus docet. Putant ali, quos ſcilicet eſſe Deos, hic putant inquit, in fra ſubiungit ſcirent, et eſt ſenſus? Deos eſſe non exiſtimant, ſed ſi reſpicerent Deorũ templa, quę in Capitolio ſunt ob ſideri ſcirent nullam opẽ Dijs ſperari oportere, cuʒ ſacris ędibus nõ ſint pręſidio.

AV. IAR.

SCILIcet ignotum quę ſit, incipit Mars cuʒ ironia dicere cõtra Iouem, qui eum loq iuſſerat, quaſi ignota eſſet calamitas Romanorum, ſed diruta eſt vrbs a Gallis, cęſi ſeniores, tranſlata per fugã ſacra, nec hoſtes ait numinum habere rõnẽ, et redactos ad extremã inopiã Romanos. Saltẽ liceret illis pugnare, vt caderẽt ſi vincere nõ poſſent. Scilicet ignotũ, quaſi iõ me loq iubes, q̃a ignotũ ẽ, immo oĩbus notũ. Quę ſit fortuna maloꝝ, quaſi qua felicitate extollant mali hoĩes, aut in contrariũ vertas, Qui ſtatus ſit tantę calamitatis, et tot maloꝝ, quę nũc Romani patiunt.

Et hic dolor animi eget voce q̃rentis, q̃ſi nõ nota eſt calamitas, et dolor noſter, vt querula voce nunc primũ opus ſit ad indicandũ dolorẽ, q tantus ẽ, vt oĩbus ſit notus. Tamẽ ſi exigis, ſi petis. Vt referã breuiter, paucis verbis. Mala, dãna noſtra. Iuncta pudori, cum dedecore et ignominia nr̃a. Roma iacet ſub hoſte Alpino, Roma, quaʒ vos in ſedẽ veſtrã elegiſtis, diruta eſt a barbaris, et ſolo ęquata. Hęc eſt, illa ſcʒ Roma, Cui fuerat ꝓmiſſa potẽtia rerum, cui a fatis ꝓmiſſum erat orbis imperiũ, et eſt locus cõmiſerationis ab eo q̄ eẽ debuit, et nõ eſt, immo ad miſeriã vltimã redacta vt eſt illud Virgilianũ, Sic nos in ſceptra reponis, et totus locus. Hanc, vrbem. Eras Iuppiter impoſiturus terris, hanc cõſtitueras terraꝝ dominam. Iamq; cõtudit ſub vrbanos, iam Roma bello vicerat Sabinos, Ceninenſes, Antennates, Fidenates, Latinos omnes, ẽ Volſcos. Et arma Hetruſca, Phaliſcos, et Veios. Spes, imperij ꝓpagãdi. Erat in curſu, in ꝓſperitate reꝝ bene geſtaꝝ, et bene gerendaꝝ. Nũc eſt pulſa lare ſuo, quia pulſi ciues, nam alij ad alia loca ſe cõtulerunt, et iuuẽtus nõ in ſuis Laribus, ſed in arce obſeſſa tenet. Vidimus occubuiſſe ſenes triumphales: trucidatos a Gallis eos ſenes, qui olim de hoſtibus triumphauerãt, oĩbus honoribus in repub. functos. Ornatos veſte picta, ipſa prętexta, de qua in. iij. plura diximus. Per atria ęrata, quaſi in veſtibulis ędiũ ante ęratas ianuas. Liuius In veſtibulo domoꝝ cõſediſſe eos inqt.

...ſo Io/ ...is ad ...eos qui ...uerent Romãis

...es in ...ſtibu/ ...ceſſos ...allis et ...gines ...ſę re/ ...tas a ...tãis

Sed de hoc Plut. ita inqt, Relictis cęteris vrbis partibus, Romani Capitoliuʒ magna ui, magnoq; ꝓſidio teloꝝ munierũt, primũ ex ſacris q̃dam in Capitoliũ ſuſtulere, virgines vero Veſtales, rapto ex Laribus igne cum ſacris fugierũt. et Paulopoſt Virgines maiora ac digniora ex ſacris ſumentes, vltra fluuiũ fugierunt. Tũc L. Albinus vir popularis, cum etiã ipſe fugeret infantes filios, ac vxorẽ, et neceſſaria vtẽſilia ſecum hr̃is in curru vehebat. Poſtq̃ vidit virgines in ſinu Deoꝝ ſacra ferentes, ſolasq; ac labore vię fatigatas confeſtim vxorẽ, ac filios, aliaq; ſupellectilia in terra exponit, et illas currũ ingredi, atq; i aliquã vrbẽ fugere iubet. Indignũ fuit Albini nõ obſcurã pietatẽ, atq; honorẽ erga Deos in grauiſſimis tp̃ibus memoria ꝑterire. Alioꝝ ſacerdotes Deoꝝ, ac ſeniores, q cõſulatu et triumpho potiti fuerant, nõ tulerunt vrbẽ relictũ iri, q cum ſacras, ſplẽdidasq; veſtes ſumpſiſſent, ꝑſidẽte Fabio Põtifice maximo, pacẽ Deoꝝ expoſcẽtes, ſeq; ipſos ꝓ patria fortunę deuouẽtes, in eburneis ſellis in foro ornati conſederunt Et paulopoſt, cũ Brennus ſeruato Capitolio Romã occupaſſet, vidiſſetq; inter trãſeundũ p foꝝ quosdã viros inſigni hitu et ſedere et tacere, magna admiratiõe captus ẽ, q tãq̃ nullo reip. vulnerẽ ſauciarẽt, neq; facię neq; colore mutati ſunt. Sed cum eſſent aĩo intrepido, flexi in ſcabellis, q̃ ſecũ cõtulerãt, ſeſe inuicẽ intuẽtes, ſilentiũ agebãt, quare hac rerum nouitate admiratio Gallos habuit, et tanq̃ de fortioribus dubitarent, diu acceſſu, tactuq; abſtinere. Poſtq̃ autẽ q̃dam fidens animi iuxta Papyriũ Mariũ ſtetit, manumq; mãſuete oñdens, ꝓmiſſam barbaʒ demulſit, Papyrius ſcipionem in capite feriẽdo cõtriuit. Barbarus ſtricto gladio illum necauit. Deinde cęteros facto impetu morti tradiderunt etc. De his ergo intelligit poeta, et de Veſtalium ſacrorũm tranſlatione. Vidimus transferri, tranſportari in aliena loca, et ſede ſua. Pignora, ſacra ipſa. Veſtę Iliacę, Troianę, vt alias diximus. Putant, ſcilicet eſſe aliquos Deos, Galli ipſi certe Deos eſſe credunt. quaſi di. nõ credunt, nam ſi crederent eos timerent. At ſi reſpicerent, Galli. In qua arce vos habitatis, quaſi ſi id ſcirent vos habere templa in arce Capitolina. Et tot veſtras domos, tot veſtras ędes. Premi obſidione, obſideri ab ipſis. Scirent nil opis, nullum auxilium. Supereſſe in curas Deorum, quaſi noſſent Deos non curare mortalia.

Propter Papyri ũ cęteri ſenes in atrio a Gallis ſunt cęſi

ANT. FAN.

THVra perire, rem diuinam et ſacra in irritum cadere. Ignauaq; fata timentes, mortem ignauã, qua pereunt, quos fames conficit, cum in armis mori glorioſum videatur, vt Pulchrumq; mori ſuccurrit in armis. Liuio pulcher, trabeaq; Qui/

Et data ſollicita thura perire manu.
Atq; vtinã pugnę pateat locus,arma capeſſẽt,
Et ſi non poterunt exuperare,cadant.
Nunc inopes victus,ignauaq; facta timentes
Monte ſuo clauſos barbara turba premit.
Tũc Venus,et lituo pulcher,trabeaq; Quirinus
Veſtaq; pro Latio multa locuta ſuo eſt.
Publica reſpondit cura eſt pro moenibus iſtis
Iuppiter,et poenas Gallia victa dabit,
Tu mõ,quę deſunt fruges,ſupereſſe putentur
Effice,nec ſedes deſere Veſta tuas.
Quodcũq; ẽ ſolidę Cereris caua machĩa frãgat
Mollitamq; manu duret in igne focus.
Iuſſerat,et fratris virgo Saturnia iuſſis
Annuit,et medię tempora noctis erant.
Iã ducibus ſomnũ dederat labor,increpat illos
Iuppiter,et ſacro,quid velit,ore docet.
Surgite,et ĩ medios de ſummis arcibus hoſtes
Mittite quam minime tradere vultis opẽ.

Tullius Lituus ꝑ virga augurali etiã ꝑ tuba ponitur in torta a λυχρω ſono

rinus,Romulus vaticinij peritus lituum manu gerere conſueuit,hoc eſt baculum ſine nodo aduncum,vt Liuius ſcribit.quo idem rex vrbem conditurus regionem deſcripſit.Cicero de Diuinatione, Quid lituus iſte quod eſt clariſſimum auguratus in ſigne,vnde nobis traditus eſt?Certe Romulus regiones cuo eo deſcripſit cum vrbem condidit. Eam ob cauſaȝ lituus a Virgilio Quirinalis vocatur,vt Ipſe Quirinali lituo,pinaq; ſedebat Succinctus trabea.Pluta.auctor eſt lituum Romuli,quo tẽpore vrbs a Gallis capta eſt, amiſſum eſſe, cuȝ in palatio ſeruaretur.poſteaq; integrum et illęſuȝ eiectis barbaris in alto cinere inuentum, cum ignis cętera conſumpſiſſet. Eſt et lituus buccinę genus incuruę.Virg. Et lituo pugnas iſignis obibat et haſta.Ennius,Inde loci lituus ſonitus effundit acutos. Ea Buccina (vt Feſto placet)ſic dicta eſt,ꝙ litis ſit teſtis, a qua et canendo liticen dicitur,vt a tuba et cano tubicen.Lege Feſtum et Varronem.Ab eius ſimilitudine quidam exiſtimarunt,vt A.Gel. ẽ Mac. tradunt,virgam auguralem incuruam,qua,parte robuſtior eſt a maioribus noſtris lituum appellatã, quę(vt Seruius docet)ſolebant ab auguribus cęli ſpacia deſignari cum manu non liceret.Sunt qui lituum buccinę genus non a lite, ſed a ſonitu dictum putent ex illo verſu Home. ligxe bios .i. inſonuit neruus. Publica cura,nõ Martis tm̃ et Veneris,Quirini,et Veſtę,ſed Deorum omnium. Galli a victa,a Camillo. Solidę Ce.frumenti nondum in farinam redacti. Virgo Saturnia,Veſta Saturni filia.neq; enim Iunonem accipere poſſumus. Iam ducibus ſommum dederat labor , ſopiti erãt duces iuuentutis Romanę,quę erat in Capitolio. Quã mi.tra.vul.opẽ,panẽ quo Manlius, cęteriq; obſeſſi maxime indigebant. Nouis am.acti,coacti obſcuritate verborum Iouis varia cogitare, ac diuerſa ſentire.

PAV. MAR.

E T perire thura data,aris oblata, et cremata. Manu ſollicita,timida et anxia hoĩum manu. hoc inquit,Noſſent irrita eſſe oĩa ſacrificia. Atq; vtinam pateat Locus pugnę,vtinaȝ egredi poſſent Romani ex arce,et conſerere cum hoſte manus. Capeſſent,capient arma. Et ſi non poterunt exuperare,hoſtem vincere. Cadent occũbent,q̃ſi mallem vt in ꝓlio occumberent,q̃ fame perirent, aut intelligas tacite pręnuntiare victoriã Camilli,cum primũ pugnare licebit. Barbara tur. barbari et feroces Galli.Premit,obſidione claudit. Inopẽ victus ad extremã egeſtatẽ redactos,ita vt fame ſint perituri. Clauſos mõte ſuo,obſeſſos in mõte Tarpeio. Et timẽtes tur.facta, quę ab hoſtibus impijs fieri ſolent.direptionẽ bonoꝝ,incẽdia ędiũ ſacraꝝ, violationẽ virginũ ſtupra matronaꝝ,ſeruitutẽ, cętera crudeliſſime facta.

Venus multa ꝑ Rõanis dixit i cõcilio Deorum

Tunc Venus, multa qdem locuta eſt pro Romanis. Et Quirinus,Ro.quẽ diximus in.ij.in Deos relatuȝ. Pulcher,cõſpicuus. Trabea et li.de his ẽt egimus multa,et ipe locutus eſt. Et Veſta ẽ multa lo.ꝑ ſuo La. hi tres Dij poſt Martem multa in cõſilio Deoꝝ ꝑ Romanorũ cã dixerũt. Iuppiter rñdit publica eſt cura ꝑ moenibus iſtis, q̃ſi ad nos oẽs ſpectat res Romana,et cura vrbis cõis dẽt oĩbus eẽ. Et Gallia victa,quę a Romanis vincetur. Dabit poenas,nã mox a Camillo oẽs trucidabuntur. Tu mõ Veſta effice,fac. Vt fruges quę deſunt quaꝝ ſumma ẽ egeſtas. Putent ſupereſſe,illud efficias,vt cum ſit ſumma frugũ inopia,ꝑſuadeat hoſti eas in maxima copia eſſe. Nec tu veſta deſere ſedes tuas,nõ deſeras vrbẽ Romã,vbi oẽs te maxia veneratione ꝓſequunt. Frangat caua machina, cõterat mola. Quodcunq; eſt ſolidę Cereris,fruges ipſas nondũ in farinã cõtritas. Et focus duret in igne,torreat. Mollitã aquis manu,Cererẽ ipſam, quaſi fiat panis,et ĩ foco decoquat. Iuſſerat,Iuppiter. Et virgo Saturnia,veſta Saturni filia. Annuit factis,iuſſis,quaſi ꝓmiſit ſe obſecuturã. et ita factum eſt.Nam de frugibus confectus eſt panis Et erant tempora medie noctis,cũ animalia feſſa quieſcunt. Iam labor dederat ſomnũ ducibus,iã duces Romanę iuuẽtutis dormiebãt,cum eſſent labore feſſi. Iuppiter increpat illos,ꝑ quietem obiurgat ꝙ ita dormirent. Et docet ore ſacro quod velit,quaſi admonet quod ſint eius imperio facturi. Surgite,inquit. Et mittite in medios hoſtes,ꝓijcite in media Galloꝝ caſtra,aut in mediam hoſtiũ turbam. De ſum.ar.de ſummitate arcis capitolinę. Opem quã minime vultis tradere, quaſi illud Cereris,quod vobis ſupereſt,et tradere cuiq̃ nolletis. Sõnus abit,excitati ſunt e ſomno Quirites. Quęrunt,inquirunt inter ſe duces. Acti no.am.noua et dubia verborum circuitione,aut obſcuris Iouis monitis.

Cana machina i. mola perpe riphraſis

monitis. Quam opem, quod auxilium. Nolint tra. nollent alijs dare. Et iubeant, ab Ioue in hoſtes mittere. Viſa, eſt eſſe Cer. viſus eſt eſſe panis, q mitti in hoſtes iuberet. Iaciunt dona Cerealia, emittunt panẽ in hoſtes. Iacta, piecta ipſa dona cereris. Sonant ſuper Galeas, et longa ſcuta, nam ſupne iacentes pulſabant pane Gallo[rum] arma. Excidit ſpes, a Gallis. Poſſe. fa. vin. ſpes excidit, iacto pane Galli vlterius non ſperauerunt Romanos fame poſſe ſuperari. Vñ poſtea repulſis Gallis a camillo Romani Ioui piſtori aram in capitolio poſuerunt. Forte re. fe. ve. aperit cauſam, qua factum eſt, vt matronę nudis pedibus ad ędem Veſtę accederet. Via Noua, nomen ꝓpriũ eſt vię vrbis celeberrimę, quę Romano foro iungebatur, q̃ inter Capitolium, et palatium fuit, de qua inquit Varro, Hoc ſacrificiũ fit in velabro, qua in Nouam viam exitur. Neque enim ab Ouidio Nouam vocari exiſtimandum eſt, vt puteẽ vetus non fuiſſe. Plut. in Camillo, cum nocte pręterita viam iret, quam Nouam vocant. Liuius primę Decadis lib. v. M. Ceditius e plebe nũtiauit tribunis ſe in Noua via, vbi nunc ſacellum eſt ſupra ędem Veſtę noctis ſilentio audiſſe voce3 clariorem humana, quę magiſtratibus dici iuberet Gallos aduentare. Idem in eodem, Iuſſumque templum in Noua via allocutio fieri. Au. Gel. refert ſcripſiſſe Var. Animo Deo aram ſtatutã eẽ in infima Noua via, q̃ eo in loco diuinitus vox edita fuiſſet. Canendum ne quod qdam fecerũt, apud Liuium pro allocutio legamus locatione. Pede nudo, vt pſtaret ad for[um] Romanum olim paludẽ ẽ fuiſſe nõ niſi nudis pedibus adeundam. Solinus, A qbus Pallanteum oppidum pditum, qđ aliqdiu Aborigines habitauernnt ꝓpter incõmodum vicinę paludis, quam pterfluens Tybris fecerat Plutar. in Romulo, Forte fuit ex alluuione fluminis, qui paucis ante diebus locum inundarat relicta paludes pfundo limo haud longe ab ea parte, quã nũc for[um] vocant. Curtius ille lacus, ꝯ Curtio lacu, quẽ qdam Curtilacum appellant auctore Fe. a Curtio, qui (vt idem inquit) in eo loco in profundum ſe ob ſalute3 Po. Ro. proiecit hiatum, triceps hiſtoria eſt, vt inquit Var. Alij. n. volunt cum vaſto biatu terra ſubſideret, atq; ab haruſpicibus reſpõſum eẽt ea re illum tantummodo compleri poſſe, q̃ populus Ro. plurimum valeret, ſiue (vt Procilius ſcripſit) Deum Manium Stulionem poſtulare. i. virũ fortiſſimum eodem mitti, Curtium virum fortẽ armatum in equum aſcendiſſe, et in ſe in patentem voraginem pcipitem dediſſe, quam nonnulli

Somnus abit, q̃runtq; nouis ambagibus acti,
Tradere quam nolint, et iubeantur opem.
Eſſe Ceres viſa eſt, iacimt Cerealia dona,
Iacta ſuper galeas, ſcutaq; longa ſonant.
Poſſe fame vinci ſpes excidit, hoſte repulſo
Candida piſtori ponitur ara Ioui.
Forte reuertebar feſtis Veſtalibus illac
Qua noua Romano nũc via iũcta foro ẽ.
Huc pede matronam nudo deſcendere vidi,
Obſtupui tacitus, ſuſtinuiq; gradum.
Senſit anus vicina loco, iuſſumq; ſedere
Alloquitur quatiens voce tremente caput.

fuiſſe in foro Boario tradiderunt. Valerius aũt Max. in Romano. Quo facto coiſſe locum inquiunt, et eius corpore diuinitus humato relictum a Curtio genti ſuę monumentum. Statius in ſiluis, ipſe loci cuſtos cuius ſacrata vorago Famoſiq; lacus nomen memorabile ſeruant. Alij (vt ſcripſit Piſo i annalibus et Plut. tradit in Romulo) dicũt ſabino bello cum Romulus ex ſuperiore parte impreſſionẽ feciſſet, Curtium virum inter ſabinos clar[um] et vigore animi pſtantem i locum paluſtrem, qui tum fuit in foro (q cloacę nondum factę fuerant) ſeceſſiſſe, atque inde conatum equo exire cum aſpexiſſet id factum impoſſibile, dimiſſo eo ipſum euaſiſſe, ſeque ad ſuos incolumẽ recepiſſe, et ab eo lacum nomẽ inueniſſe, quod tamen Liuio non placet dicanti lacum Curtium non ab antiquo. T. Tatij milite Curtio Metio, ſed ab alio appellatum, qui ſe arma tum in patentes terrę hiatus immiſit. Alij autem tradiderunt, Cornelius videlicet et Luctatius, eum de lacu locum fuiſſe fulguritum, ſiue tactum fulmine, et Curtio ꝑ ex Senatus conſulto ſeptum eſſe, et quoniam id a Curtio conſule factum eſt, cui. M. Genutius collega fuit, Curtium appellatum. Diony. vult Curtiu3 Sabinum lacui nomen dediſſe, cui fidem nõ adhibemus, quoniam Liuius (vt dictum eſt) aliter ſentit. Sueto. auctor eſt po. Ro. a quo Auguſtus Cęſar maiorẽ in modũ diligebat quotãnis ex voto pro eius ſalute ſtipẽ ieciſſe in Curtiũ lacum. Siccas q ſu. a. hę arę quo[rum] Deo[rum] fuerint nuſq̃ (vt arbitramur) inuenies. Suſpicamur autem ex eo qđ ſcribit Suetonius aras fuiſſe Genij Auguſti et Larium. Poſſe vin. fa. ſic deſperauere poſſe ad deditionẽ redigere. Hoſte repulſo, repulſis et cęſis a Camillo Gallis, vt paulo ſuperius docuimus. Cãdida, hoc eſt marmorea ara. ponitur, conſtituitur. Ioui piſtori, cui in Veſtalibus quoq; ſacrificat, ea eſt re in Capitolio. Forte reuertebar, ſeruabat mos, ve tus a matronis ad Veſtę templum eũtibus, vt nudis irent pedibus. Cauſam poeta refert, quã a matrona quada3 accepiſſe fatetur. Cum olim ea parte lacunę fuiſſent ſicco pede adiri non poterat. Ibant igitur nudis. Poſtea ſiccatę ſunt lacunę, nõ erat opus exuere pedem, in memoriam tamen vetuſtatis nudis pedibus ibant matronę. Forte ego re. feſtis Veſta. die Veſtalio[rum]. Illac, illa parte. Qua via Noua, per quam a velabro ad Roma3 aſcendebant, vt Var. oſtendit, et Plutar. in camillo eius vię meminit. iungebat foro vię Sacrę, tendebatq; prope palatiũ, vbi et nunc ędes eſt ſub appellatione Diuę Marię in via Noua, quamq̃ vulgus

(Marginalia, left: ANT. FAN. — Via Noua — Aio deo conſtituta eſt ara i Via Noua q̃ ibi audita vox Gallos aduẽtare Romam — Palus ad for[um] Ro. — Pallanteũ pditũ ab Euadro — Curtius lacus ſeu Curtilacus — Curtij hiſtoria. Right: Varias opiones — Liuium — Corneliũ Tacitum Dionyſiũ et alios auctores — Arę ſiccę — PAV. MAR. — Tẽplũ ex marmore Ioui piſtori cõſtitutu3 in Capitolio, cui a Veſtali bus ſacrificat poſt Gallos expulſos a Camillo)

corrupte Diuam Mariam Nouā vocat,cum i via Noua ſit. Et iuncta Romano foro, q̄d inter Capitolium et palatiū eſt,necnon ꝓpe viam Nouā erat ędicula Vertumni,de quo paulo poſt. Ego vidi matronam deſcendere huc, in foꝝ et viā Nouam,vt iniret templum Veſtę. Pede nu.pedibus nudis. Obſtupui ta.ci.cum illam ita incedentem reſpicerem. Et iuſti.gra.ſubſtiti vt viderem,et cāꝫ cognoſcerem. Anus, ipſa matrona. Vici na lo.vbi ego ſubſtiteram. Senſit me.s.hęrentem,et cupiduꝫ cognoſcere cām. Et allo.illa me iuſſum, quem ipſa iuſſerat ſedere. Quatiens ca. ꝓpter ſenilem ętatem. Voce ter.cum vetulis et artus tremant,et vox ipſa. Hic vbi,cām nudoꝝ pedum nunc docet matrona.

Paludes vdę, aquoſę. Tenuere, occupauere.

De cloacis Rōę factis pp foſſam

Hic,ſolū.s. Vbi nunc ſunt fo. Romanuꝫ et Boarium. Foſſa,quaſi cauus hic olim locus. Madebat,erat aquoſus. Aquis red.am. inundatione Tybris effuſis aquis, qm̄ Tybris tunc ꝓprior erat illis locis.Sic in vtroq; foro paludes erant,anquaꝫ tranſuerſus eſſet amnis,et factę eſſent cloacę. Ille lacus Curtius,qui et olim,et nunc quoq; ita vocat. Qui ſu.a.ſic.q꞉ ſine aquis,et aram Vortumni fuiſſe volunt. Eſt tel.ſo.firma ſine aquis. Sꝫ ante fuit la.nā erat palus. Sed de lacu Curtio agamus.

Lacus Curtius a Curtio Sabino dictus ſm Plutar.

Dion.et Plu.dicunt lacum Curtiū appellatuꝫ a Curtio Sabino,qui in ea pugna Romuli et Sabinoꝝ,cum illuuies aquaꝝ occupaſſet loca illa,in q̄bus poſtea extructum eſt foꝝ Romanuꝫ cū equū p̄cęteris in Romanos agitaſſet,vſq; ad hunc locuꝫ peruenit,et cum diu detineret,dimiſſo intra illuuiē equo ęgre pedes euaſit, q̄ locus huc vſq; ab eo lacus Curtius appellatus.Var.aūt in foro inq̄t lacū Curtium a Curtio dictum ꝯſtat.De eo triceps hiſtoria.Nam et Procilius non ꝑdidit idem quod Piſo.Nec Cornelius ſtilo ſecutus a Procilio delatum eſt eo loco dehiſſe terram, et ex ſenatuſcōſulto ad haruſpices relatum eſſe reſponſum Deum Maniū Stulionem poſtulare.i.ciuem fortiſſimum eodem mitti.Tum quēdam Curtium viꝝ fortem armatum aſcendiſſe equū,et a Concordia verſum, cum equo eū p̄cipitatum, eo facto locū coiſſe, atq; eius corpus diuinitus humaſſe,reliquiſſe gēti ſuę monumentum.Piſo in annalibus ſcribit, Sabino bello quod fuit Romulo et Tatio, Viꝝ fortiſſimum Metiū Curtiū Sabinum,cum Romu.ex ſupiore pte ipreſſionem feciſſet,in locum paluſtrē, qui tūc fuit in foro anteq̄ cloacę ſunt factę,ſeceſſiſſe, atq; ad ſuos in Capitoliū ſe recepiſſe, ab eo lacū inueniſſe nomen.Cornelius et Luctatius ſcribunt eum locū eſſe fulguratum,et ex ſenatus conſulto ſeptum eē. Idq; eſt a Curtio conſule,cui Marcus Genutius fuit collega,Curtium appellatum.

Hic vbi nunc fora ſunt,vdę tenuere paludes,
Amne redundatis foſſa madebat aquis,
Curtius ille lacus,ſiccas qui ſuſtinet aras.
Nunc ſolida eſt tellus,ſed lacus ante fuit.
Qua velabra ſolent in Circum ducere pōpas,
Nil pręter ſalices,craſſaq; canna fuit.
Sępe ſuburbanas rediens conuiua per vndas
Cantat,& ad nautas ebria verba iacit.

ANT. FAN.

QVA Velabra ſo.in cir.du. pom. de pōpa quę ferebat in Circū,ac per circū diximus ſupra. Velabra aūt numero plurium dicit,q꞉ fuit Romę maius velabꝝ,et minus,et a vehendo vtrunq; nomē accepit,q꞉ cum Auentinus olim a reliquis montibus paludibus diſcluderet,neceſſe erat eo nauibus aduehi, vnde velabꝝ noiatum eſt, et velaturam facere dicebātur,qui id mercede facientes vecturis viuebant.Varro,Palus fuit in minori velabro. Vnde q̄d ibi vehebantur lintribus velabꝝ, vt illud maius P rop. Qua velabra ſuo ſtagnabāt flumine, q̄q; Nauta per vrbanas velificabat aquas. Tibullus, At q̄ velabri regio patet ire ſolebat Exiguus pulla per vada linter aqua. Plu.in Romulo,Ei loco nunc velabro nomen eſt ꝙ incremento flumine ſuperfuſo nauiculis ꝑ eaꝫ partem in foꝝ traijciunt. Porphy.ſcribit (vt diximus ſupra)Tyberiꝫ,quē Agrippa deriuauit q̄ nūc labit per velabꝝ ātea fluxiſſe,quę fuit vrbis regio non incelebris,teſte Macro.vbi vnguentarij conſiſtebant,vt ait Porphy.ibi et olearij. Plautus i captiuis,Omnes cum pacto rem agunt, quaſi in velabro olearij,ibi ēt epulę ganeatę parabant. Vnde cōmendabat caſeus fumo velabrenum Martialis, Non quēcunq; focum, nec fumum caſeus oēꝫ. Sed velabrenſem qui bibit,ille ſapit. Per eandem regionem et pompę in circum maximum ducebant, et Iulius Cęſar Gallici triumphi die curru vectus eſt,vt Suetonius meminit. Quidam tamen affirmant(teſte Plutarcho)viam, quę ad Hippodromū ducebat velis operiri ſolitam ab his,qui ludos exhibebant,vnde potuit velabro vocabulum dari.

Velabra

Velaturā facere

Vnguentarij in velabro ꝯſiſtebant

Suburbanas,quę fuerunt olim ſuburbanę Auētino nondū intra vrbē recepto. Cantat,cū reuertitur ebrius a ꝯuinio ꝑ aq̄s Tyberis,vbi excreuit flumen. Conueniens di.iſte fi.Vertūnum dicit,quē alij Deum Tyberis eſſe volunt qui vertit eius alueum.Propertius,Vertūnus verſo dicor ab amne Deus.Alij Deum eſſe dicunt,qui humanas cogitationes vertit,et mutat.Vnde hi nati dn̄r iniquo Vertumno,quoꝝ cogitationes vertunt p̄ter rōnē. Hora.in Sermonibus,Iam moechus Romę iā mallet doctus Athenis Viuere Vertūnis quotq̄t ſunt natus iniq̄s.Aſconius et Porphy.Deū eſſe tradunt vertendaꝝ reꝝ,hoc eſt emendaꝝ, ac vendendaꝝ.Sed magis placet,quod Donatus ſcribit,Dij bene vertāt dici ſolere,ꝙ ſępe res eueniāt aliter q̄ velimus, īōq; Vertumnum coli,qui p̄eſt rebus vertēdis in vtrāq; partem.Lege Propertiū,qui hunc Deū inquit,decēter in quamcunq; figurim voluerit transformari.Vnde illud eſt Tibulli,Talis in ęterno felix Vertumnus olympo Mille habet ornatus, mille decēter habēt.Sed quod ad hunc locū attinet, natum eum inquit in Thuſcia. vt Thuſcus ego Thuſcis orior,

Vertumnus a rebus vertendis dictus

deinde

et deinde ſubiungit, Romanũ ſatis eſt poſſe videre foꝝ. Hac quondã Tyberinus iter faciebat, et aiunt Remoꝝ auditos ꝑ vada pulſa ſonos. Huius ferię Octobri mẽſe fuerũt, et Vertũnalia dicebantur, teſte [...]tũnus Var. q̃ et ſcribit eẽ Vertũnũ in vico Thuſco, ꝙ is ſit Deus Hetrurię. Quare ait Prop. At tu Rõa meis tribuiſti ꝑmia Thuſcis

portuna mea ẽ cũctis natiua figuris. In quaſcũq; voles verte, decorus ero. et poſt. xxiiij. verſum inqt, At mihi ꝙ formas vnus vertebar in oẽs Nomẽ ab euẽtu pria lingua dedit. At tu Roma meis tribuiſti ꝑmia Thuſcis, Vñ hodie vicus noĩa Thuſcus habet. Tpe quo ſocijs venit Lycomedius armis, Atq; Sabina feri cõtudit arma Taci, etc. Hoc igiẽ ẽ qđ inqt vetula nõdum fuiſſe trãsuerſuʒ amnẽ. Vnde Thuſco Deo Vertũni nomẽ inditũ ẽ, cũ eo in loco paludes erãt. Nõduʒ iſte Deus conueniens diuerſis figuris, q̃ decẽter ĩ varias, imo ĩ oẽs figuras ſe trãſuertit.

Vñ hodie vicus noĩa, thuſcus hẽt. Sunt. n. q̃ voluẽt Vertũnũ fuiſſe Thuſcoꝝ vetuſtiſſimũ regẽ, q̃ vineaꝝ et pomiferarum arboꝝ ſeredaꝝ tradidit rõnẽ, cui thuſci Rõę tẽplũ ędificarunt, q̃ cũ Lucumone inauxilium Romuli veniſſe dñr.

> Nondum conueniens diuerſis iſte figuris
> Nomen ab auerſo ceperat amne Deus.
> Hic quoq; lucus erat iuncis et harũdine denſus,
> Et pede velato non adeunda palus.
> Stagna receſſerunt, et aquas ſua ripa coercet,
> Siccaq; nunc tellus, mos tamen ille manet.
> Reddiderat cauſam, valeas anus optima dixi,
> Quod ſupereſt ęui molle ſit omne tui.

A V.
A R.

QVA velabra, ſolent ducere pompas victricum, qua ſolet duci põpa triũphalis armoꝝ victriciuʒ. Triumphãtes. n. cũ pompa ꝑ velabꝝ tranſibãt. Vñ de Cęſare legimus apud Trangl. Quod Gallici triũphi die velabꝝ ꝑteruehẽs pene curru excuſſus ẽ axe diſtracto, aſcẽditq; Capitoliũ ad lumina. lx. elephãtis dextra et ſiniſtra lycnos geſtãtibus, et ex velabro vt oñdere uř Var. ratibus in Auentinũ aduehebãt ex vrbe, et quadrãtẽ ſoluebãt. Cũ mõs ille paludibus erat ab reliqs diſcluſus. Inde velabꝝ a vehẽdo dcm velaturã facere ẽt nũc dñr. q̃ id mercede faciunt. De eodẽ loco Plut. in Romulo, cũ meminit Laurentię nutricis, et illius ẽt eiusdẽ noĩs virginis, q̃ Herculi oblata ẽ, de qbus diximus in. iij. et ſecũdã hãc dicit poſtea Theophilã, noĩatam poſtea. Eo inqt potiſſimum in loco euanuiſſe, vbi alterius Laurentię ſupioris corpus iacebat, quẽ ideo adhuc poſteri bilaurum vocãt. Velaturã ẽt appellãt, qa cũ ſępius inundat ripas Tyberis, Romani inde in foꝝ a portitoribus cõuehunt. Alij tñ ſic dictam ferũt, ꝙ ciuitatis principes, cũ inde ſpectaculuʒ ꝓdirẽt. Qua via ad equoꝝ curſum ex foro ferebant totam lineis velis operire cõſueuerãt, hęc ille. Qua erãt igiẽ velabra. Nil fuit ꝑter ſaluces, q̃ ſolo aquoſo gaudẽt. Et canna craſſa, cãna paluſtris. Sępe cõuiua, q̃ in conuiuio fuerit. Rediẽs ꝑ vn. ſuburbanas, ꝑ ſtagnantes aquas cũ inundaſſet Tybris. Suburbanas, qa tunc erat extra vrbẽ. Cãtat dum ven. vehiẽ. Et iacit ad nautas verba ebria, talia qualia dictabit epotus Bacchus. Nõdũ conueniẽs, amnis Tyberinus crebro ea loca inũdabat. Poſtea a M. Agrippa trãsuerſus ẽ effoſſa cõgius alueo Et ab eo Deus ille, qui in oẽs ſe formas vertit, Vertũnus dictus ẽ, cuius ędicula erat in vico Thuſco, et ibi Vertũnum ſtare teſtis eſt Var. Sed huius Dei myſteria Prop. aperit in Elegia, Quid mirare meas, cũ facit ipm Deũ loquẽtem et ait, Thuſcus ego. e Thuſcis orior, nec poenitet inter Pręlia Volũnios deſeruiſſe focos. Hęc mea turba iuuat, nec tẽplo lętor eburno Romanũ ſatis eſt poſſe videre foꝝ. Hęc quondã Tyberinus iter faciebat, et aiunt Remoꝝ auditos ꝑ vada pulſa ſonos. At poſtq̃ ille ſuis tantũ cõceſſit alumnis Vertũnus verſo dicor ab amne Deus. et Paulopoſt, Op[...]

[...]elabruʒ [...]elaturaʒ [...]cere inx [...] Tyberi [...]it

[...] luco [...]uſtri [...]titutũ [...] tẽpluʒ [...] Ver[...] [...]nno

NOMEN ab auerſo ceperat amne, ſenſus ẽ, Quia nõdũ auerſus fuerat a Tyberi, Vertũnus ab auerſo flumie nõ ceperat nomẽ. Hic quoq; lu. erat, hoc ĩ loco inqt anus ſiue matrõa, vbi nũc ſumus, lucus erat e iuncis harũdinibus. Qđ ſu. eſt ę. mol. ſit o. t. molle ẽ iucũdũ ſit qcqd vitę tibi ſupeſt. Oẽ aũt hic ꝓ toto accipiẽ. Cętera iãp. di. hęc qdẽ a matrona edoctus ſum. Cętera q̃ dicenẽ ad Veſtaʒ attinẽtia a pueritia, et longe ante didici q̃ matronę ad foruʒ occurrerẽt. Moenia, Dardanides nuꝑ noua iecerat Ilus, Ilo regnãte, a quo Iliũ cõditũ ferũt, cũ in arce ſumma tẽplũ ędificareẽ, ſimulachꝝ Palladis e cęlo dř cecidiſſe, mouẽs oculos, atq; haſtaʒ, vt Ser. refert. Vñ Apollo cõſultus rñdit, futuꝝ eius ciuitatis exitium, ſi Palladiuʒ extra moenia portaretur. Itaq; et Ilus et Laomedõ ipm diligẽtiſſime ſeruarũt. Regnãte aũt Prião cũ Helenus apud Ariſbã captus idicaſſet Gręcis fata Troiana, in qbus de Palladio ẽt coactus eſt dicere. Vñ regnũ a Pyrrho diciẽ meruiſſe Vlyſſes et Diomedes, cloacis ſiue cuniculis in arceʒ aſcẽderũt, et occiſis cuſtodibus Palladiũ aſportarũt, quod poſtea Troia diruta, cũ Diomedes teneret, et multis caſibus iactareẽ, credẽs ſibi aptũ ñ eẽ ꝓp ſua picula, trãſeunti Ęneę offerre conatus eſt, quẽ cuʒ ſacrificantẽ velato capite cõperiſſet, ne ordinẽ ſacrificij turbaret cuidaʒ ex Troianis obtulit, q̃ Nautes dicebatur. Quã ob cãm Minerue ſacra, non Iulia gens habuit, ſed Nautioꝝ, quos qdã Nautas vocãt. Vñ illud eſt Virgilij, Vnũ Tritonia Pallas Docuit. Alij tñ dixerũt ſimulachꝝ Palladis a Troianis intra extructũ parietẽ cõditũ eſſe, poſteaq̃ agnouerũt Troiã piturã idq; Romã aduectũ. Quod cuʒ Fimbria qdã bello Mitridatico inuẽtũ Romanis indicaſſet, et rñſum eſſet illic impium, vbi et Palladiuʒ foret multa ſimilia facta eſſe, ſed cęleſte illud cognoſci haſtę, oculorũq; mobilitate, atq; ab vna tm̃ ſacerdote cuſtodiri, Troianã ſoli cui fas vidiſſe Minernã, vt inqt Luc. Cuſtodiebaẽ aũt in ęde Veſtę, vt Plut. ſcribit in Camillo. Sciendũ placuiſſe nõnullis vnũ tm̃ ſimulachꝝ e cęlo lapſum eſſe apud Athenas. Alijs vero duo, Troianum et Athenieſe. Lege Dionyſium, q̃ duo vult in Ilio fuiſſe Palladia, Aeneamq; capta vrbe inferiore dominũ arcis factuʒ,

ANT. FAN.

Palladiũ e cęlo cecidit

Diomedes et Vlyſſes rapuerunt Palladiũ

alterum eorum ſuſtuliſſe, cum Vlyſſes et Diomedes alterum ingreſſi noctu Ilium exportaſſent. Scribit et alia quędam, quę referre non placet. Scire autem debemus Ilum Dardanidem dici hoc loco, non quod Dardani filius, ſed pronepos fuerit. Cura videre fuit, nota Ouidium fuiſſe in Phrygia cum eſſet ei curę videre ruinas Troię, atq; vt talem virum decebat, vetera perſcrutari.

PAV. MAR. CEPERat nomen ab auerſo amne, appellatus erat Vertumnus a tranſuerſo flu. Tyberino, Vertũnus ergo dictus ꝙ vertit amnem. Hic quoq; erat lucus denſus, denſa ſilua. Iuncis et harundine, erant iunci et cannę paluſtres. Et palus non adeũda pede velato, q̃ pręteriri non poſſet tectis Pedibus, ergo opus erat nudare pedes. Stagna receſſerunt, tum ob cloacas extructas, tum ob tranſuerſum amnem. Et ſua ripa coercet aquas, continentur nunc aquę Tyberinę ripis, ita vt hęc loca inundare magis non poſſit. Et tunc tellus ſicca, ſine vllis aquis. Tamen, inde ab ipſis olim aquis. Manet mos, conſuetudo adhuc ſeruatur, vt eatur nudis pedibus.

Reddiderat, ipſa matrona. Cauſam, conſuetudinis. Dixi, ego. Valeas op. anu. ſoſpes eſto matrona, quę me docuiſti, quod neſciebam. Quod ſu. ęui tui, illud ętatis quod ſuperuictura es. Omne ſit mol. dulce et iucundum, vt eſt illud Cice. de Sene. Omnes abſterſeris ſenectutis moleſtias. ſed et effecerit mollem ac iucundam ſenectutem. Cętera, quę pertinent ad Veſtę miniſteria. Didici, ego iampridem, longe ante. Annis puerilibus, cũ eſſem puer, quaſi hęc q̃ nunc retuli, ab anu didici. Cętera ego didiceram a puero. Non tamen idcirco, ob id ꝙ didici. Prętereunda mihi, q; ſilentio ea pręterire non debeo. Moenia Dar. nuper, quoniam in templo Veſtę Palladium e Troia auectum ſeruabatur. De eo nunc agit. Et locus exigit, vt nos quoq; de eo dicamus. Dion. ipſum ſequentes, Is cum multos adducat, hęc inqt, Dicunt Chriſantem Pallantis filiam nubentem Dardano doté attuliſſe Palladis munera, Palladiaq;, et Deorum magnorum ſimulachra, Cerimonias eorum edoctam. Poſtea vero quam elluuionem fugientes Arcades Peloponneſum reliquerunt. Atq; in Thracia inſula ſedes collocarunt. Dardanum aiunt Deorum horum templum ineffabilia alijs facientem propria ipſorum nomina atq; cerimonias ſtatuit, quę nunc etiam fiunt a Samothracibus. Vbi vero maiorem partem populi tranſuexit in Aſiam ſacrificia et cerimonias reliquiſſe cum dicunt permanẽtibus in inſula, Palladia vero, et Deorum imagi-

Chriſantę Pallãtis filia nubens Palladis munera attulit p dote

Cętera iampridem didici puerilibus annis,
Non tamen idcirco prętereunda mihi.
Moenia Dardanides nuper noua fecerat Ilus.
Ilus adhuc Aſię diues habebat opes.
Creditur armiferę ſignum cęleſte Mineruę
Vrbis in Iliacę deſiluiſſe iugo.
Cura videre fuit, vidi templumq;, locumq;,
Hoc ſupereſt illic, Pallada Roma tenet.
Conſulit Smintheus, lucoq; obſcurus opaco
Hos non mentito reddidit ore ſonos.
Aetheriam ſeruate Deam, ſeruabitis vrbem,
Imperium ſecum transferet illa loci.

nes ſecum aduexiſſe. Conſulentemq; deinde eum de ſedibus cum alia didiciſſe, tum de cuſtodia ſacrorum et oraculum huiuſmodi accepiſſe. In vrbem condendam Dijs cultum incorruptum ſemper ponere, et cuſtodijs colere ſacrificijsq;, et choreis. Donec. n. hęc ſancta veſtra tellure maneant munera, Iouę natę a cõiuge data vrbs iſta perſiſtet ſine excidio ꝑpetuo dies omnes. Ac Dardanum qdem dicunt in ꝯdita, denominataq; a ſe vrbe ſimulachra ipſa reliquiſſe. Cęterum condito poſterioribus a nepotibus Ilio, eo eſſe ſacra tráſlata, feciſſeq; eis Ilienſes templum, ĩ aditum ĩ arce. Eaq; cuſtodiſſe q̃ maxime poſſent diligentia, diuina eſſe ducentes, atq; ſalutis vrbis cauſa ꝓcipua. Poſtea vero capta vrbe inferiore, Æneã dicunt dñm arcis factum ſuſtuliſſe ex aditis, et magnorum Deorum ſacra, et qd adhuc ſuperat Palladium. Nam alterum qdem Vlyſſem, et Diomedẽ, noctu ingreſſos Iliũ, furto ſuſtuliſſe aiunt. Profectũ deide ex vrbe Ænea ſacra ipſa ferentẽ in Italiã aduenisſe. Arctinus aũt datũ eſſe dicit Dardanio ab Ioue Palladiũ vnum, fuiſſeq; ipm in Ilio, donec vrbs capta eſt abſconditũ in loco inacceſſo. Exẽplo autem eius ita adornatũ, vt nihil ab exẽplari differret ad fallendos inſidiatores in apto loco poſitum. Idq; per Achiuos p inſidias ſurripuiſſe. Sacra igitur ab Ænea in Italiã eſſe tranſlata. Hęc ille. Poeta vero oñdit regnante Ilo e cęlo Palladiũ cecidiſſe, ſeruatumq; vsq; ad excidiũ Troię. Tunc ſeu ab Vlyſſe, ſeu a Diomede, ſiue ab ipſo Ænea ſublatũ. Sed nũc in Veſtę tẽplo ſeruari. Ilus Dar. Dardani pnepos

Palladiũ regnãte Ilo rege de cęlo lapſum

Fecerat nu. no. moe. ꝯdiderat nouam vrbẽ, ipſe enim e montibus in cãpos deſcẽdit, et in cãpis Iliũ vrbẽ a ſe denoĩatam ꝯdidit. Ilus di. ad. ha. opes Aſię, regnabat adhuc ille, et Aſię iperium ſimul et diuitias poſſidebat. Signum Mi. armi. Palladium ipm. Cęleſte, nam e cęlo miſſum. Credit deſi. decidiſſe. In iugis vrbis Ilia. in montibus Troię.

ANT. FAN. VIDI Tem. lo. vidi arcem Troię ac templum, ſiue adytum, vbi Palladiũ fuit. Pallada Ro. tenet ſimulachrum Palladis. i. Palladium eſt Romę ĩ ęde Veſtę. Conſulit Smintheus, cum Palladium e cęlo cecidiſſet Ilus ꝯſuluit Apollinem Sminthẽu, cuius ędes fuit apud Troiam, non ſolum in vrbe Chryſa (vt ſcribit Stra.) ſed in Tenedo, vt Sminthen ꝑclare Tenedi dñator Apollo. Chrysę ſimulachrum Apollinis fuit nois veritatem ſeruans, vt idem inquit. Geographus, cum mus ſtatuę pedibus ſubiaceret. Eſt. n. Sminthamus lingua Cretenſiũ. Ætheriam Deã, cęleſtẽ, h̃ eſt Palladiũ ſiue effigiẽ Palladis, q̃ e cęlo cecidit. Æther. n. interdum pro cęlo ponit,

Apollo Sminthius

vt sic

Seruat,et incluſam ſumma tenet Ilus in arce,
Curaq; ad hęredem Laomedonta venit.
Sub Priamo ſeruata parum,ſic ipſa volebas,
Ex quo indicio forma renicta tua eſt.
Seu genus Adraſti,ſeu furtis aptus Vlyſſes,
Seu pius Aeneas,eripuiſſe ferunt.
Auctor in incerto eſt,res eſt Romana, tuetur
Veſta,quod aſſiduo lumine cuncta videt.
Heu quãtũ timuere patres,quo tempore Veſta
Arſit,et eſt tectis obruta pene ſuis.
Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes,
Mixtaq; erat flammę flamma profana pię.
Attonitę flebant demiſſo crine miniſtrę,

